BVLLARIVM
SIVE NOVA COLLECTIO
Constitutionum Apostolicarum
PAVLI QVINTI, GREGORII DECIMIQVINTI,
ET S. D. N.
VRBANI OCTAVI.
Opus posthumum
LAERTII CHERVBINI
IVRIS CONSVLTI ROMANI.
ET IN VRBE OLIM PRAESTANTISSIMI ADVOCATI,
Ab eo non absolutum, ac diu desideratum.

NVPER A D. ANGELO MARIA CHERVBINO FILIO
Congregationis Casinensis Monacho professo perfectum.

Rubricis itidem, Summarijs, Lucubrationibus, & quadruplici instructum Indice in lucem prodit.

TOMVS QVARTVS.



ROMÆ, Ex Typographia R. Cameræ Apostolicæ. MDCXXXII.
Cum Priuilegio, & Superiorum Auctoritate.

S. D. N.


VRBANO VIII.

PONT. OPT. MAX.

D. ANGELVS MARIA CHERVBINVS
Monachus Cassinensis S. D. F.

PLVRIMIS quidem BEATISSIME PATER Ecclesiæ ditionem munimentis, & ornasti iam, & continenter exornas: Nec à te quicquam prætermittitur eorum, quibus ipsa Christianæ Reipublicæ tranquillitas efflorescat. Sed inter tam multa vitæ Beatæ præsidia, quæ paras, id potissimum sequeris, vt præclaris quoque Sanctionibus abundemus, quibus haud minus, quàm propugnaculis insistit pax, & firmatur Imperium. Iure itaque Beatitudini Tuæ haud ingratum futurum putaui hunc mei parentis extincti laborem superstitem, quem interire cum eius corpore, pro mea virili parte pati non debui. Cum enim ille omnem ætatem in Iurisprudentiæ arcanis sedulò inuestigandis insumpsisset, ac præsertim Summorum Pontificum Sanctiones in ordinem redigendas illustrandasque suscepisset olim, affectum potius opus, quàm perfectum, Deo illum è viuis euocante, posteritati reliquit. Ego igitur pro ea, quam debeo carissimi patris monimentis charitate, quod ad opus absoluendum deerat studiosè collegi; collectumque

diſpoſui. Quamquam enim propter hanc vitæ rationem, quam authore Deo ab adoleſcentia ſuſcepi, vix me capite cenſum puto, imo verò etiam diminutum exiſtimo, nec in vllam adſcribendum partem hæreditatis; pietatis tamen officium erga parentis optimi nomen, atque promeritum non tam aliorum eſſe credo, quàm meum. Hunc autem qualemcunque laborum meorum fructum, vtpotè intra Monaſtica ſepta procreatum, Summo Chriſtianæ Religionis Antiſtiti, quanta maxima poſſum animi demiſſione dico, ſacroque, ſi ab omnibus doctrinæ, ingenijque præſidijs deſtitutum, pietatis ſaltem charactere maxime nobilitatum. Deus Opt. Max. Sanctitatem Veſtram Eccleſiæ ſuæ bono diutiſſime fortunet.



EMI-

EMINENTISSIMO, AC REVERENDISSIMO PRINCIPI

FRANCISCO

CARD. BARBERINO


S. D. N. VRBANI VIII. EX FRATRE NEPOTI.

D. ANGELVS MARIA CHERVBINVS
Monachus Casinensis. F.

ALIQVAM mihi perquirenti rationem, ac viam, qua meum Eminentiæ Tuæ profiterer obsequium, hoc præsto fuit mei parentis vltimum opus, inchoatum quidem ab eo relictum, sed ijs nunc absolutum Sanctionibus, quas Beatissimi Patrui Tui mira sapientia condidit, & suprema promulgauit authoritas. Nullum quidem litterarum, & monumentorum est genus, quod Tu, pro ea qua præditus es eruditionis & doctrinæ complexione, non etiam, complectaris, & foueas; sed præ ceteris opinor, amabis, & complecteris has Summorum Pontificum Institutiones, ac leges, quibus egregia quæque, ac salutaria piè, iusteque viuendi præcepta continentur. Vellem fecisset Deus Immortalis, vt Laertius ipse pater

meus

meus labori suo in Apostolicis Constitutionibus euulgandis superstes esset, & diligentiæ suæ fructus percipere, & ad tuum patrocinium confugere posset CARD. EMINENTISS. Haberemus profectò opus suis numeris absolutum, atque ego curis meis supersedissem. Nunc, quoniam Dei Opt. Max. voluntate factum est, vt ille in extrema operis molitione defecerit, posthumum ego fœtum expoliendum suscepi, ea nimirum sollicitudine, quæ fratrem decebat. Hunc Eminentiæ Tuæ sisto; & quoniam mei obscuritas nominis lucem hisce lucubrationibus impertiri non potest, Laertij patris memoriam excito; cuius opinor famæ aliquid Tu tribuendum putabis, vt benignitatis Tuæ consuetudinem constanter retineas. Vale.



VRBA-

VRBANVS PAPA VIII.

AD FVTVRAM REI MEMORIAM.

EXPONI Nobis nuper fecit dilectus filius Andreas Brogiottus Typographiæ noſtræ Apoſtolicæ Præfectus, quod ipſe denuo diuerſa carmina à Nobis dum in minoribus conſtituti eſſemus compoſita, tam in magno, quàm in paruo folio magna cum diligentia, & impenſa, & inſuper quartum Tomum Bullarij diuerſarum extrauagantium Bullarum, ſeu Conſtitutionum, & literarum Apoſtolicarum à dilecto etiam filio Angelo Maria Cherubino Monacho expreſsè profeſſo Ordinis Sancti Benedicti Congregationis Caſſinen. compilatum imprimi facere intendit, veretur autem ne ab alijs abſq; eius licentia in maximum eius præiudicium, & damnum opera huiuſmodi imprimantur; Nobis propterea humiliter ſupplicari fecit, quatenus ei in præmiſsis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur dictum Andream ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi volentes, & à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijsque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit ad effectum præſentium dumtaxat conſequen. harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, non recedendo à Priuilegijs, officio Typographiæ prædictæ, & illud pro tempore obtinenti conceſsis eidem Andreæ, vt durantibus viginti annis proximis à primæua reſpectiuè operum huiuſmodi impreſsione, dummodo tamen antea à dilecto filio Magiſtro Sacri Palatij Apoſtolici approbata ſint, computandis, Nemo tam in Vrbe, & vniuerſo Statu Eccleſiaſtico mediatè, vel immediatè Nobis ſubiecto, quàm extra Statum huiuſmodi opera prædicta ſine ſpeciali dicti Andreæ, aut eius hæredum, & ſucceſſorum, vel ab eo cauſam habentium licentia imprimere, ſeu ab alio, vel alijs impreſſa vendere; aut venalia habere, vel proponere poſsit, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium concedimus, & indulgemus. Inhibentes propterea vniuerſis, & ſingulis vtriuſque ſexus Chriſtifidelibus, præſertim librorum impreſſoribus ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna eo ipſo incurrenda, & quoad perſonas Nobis, & Apoſtolicæ Sedi ſubiectas, etiam quingentorum ducatorum auri de Camera, ac amiſsionis librorum, & typorum omnium pro vna Cameræ Noſtræ Apoſtolicæ, & pro alia eidem Andreæ, ac pro reliqua tertijs partibus accuſatori, & Iudici exequenti irremiſsibiliter applicandorum ne dictis viginti annis durantibus opera prædicta, vel aliquam eorum partem etiam prætextu additionis, vel explanationis, ſcholiorum, aut explanationum, aut per modum Summarij, vel compendij, aut aliàs quomodolibet tam in magno, quàm in paruo folio, ac tam in Vrbe, & vniuerſo Statu Noſtro prædictis, quàm extra dictum Statum ſine huiuſmodi licentia imprimere, aut ab alio, vel alijs impreſſa vendere, ſeu venalia habere; aut proponere quoquomodo audeant, ſeu præſumant. Mandantes propterea dilectis filijs Noſtris, & Apoſtolicæ Sedis de Latere Legatis, ſeu eorum Vicelegatis, ac Præſidentibus, & Gubernatoribus, Prætoribus, & alijs iuſtitiæ miniſtris Prouinciarum, Ciuitatum, Terrarum, & Locorum Status Noſtri Eccleſiaſtici prædicti, quatenus eidem Andreæ, eiusq; hæredibus, & ſucceſſoribus, vel ab eis cauſam habentibus huiuſmodi in præmiſsis efficacis defenſionis præſidio aſsiſtentes, quandocunque ab eodem Andrea, & alijs prædictis fuerint, requiſiti, pœnas prædictas contra quoſcunque inobedientes irremiſsibiliter exequantur, non obſtan. Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis; ac quibuiſuis ſtatutis, & conſuetudinibus etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſsis, confirmatis, & innouatis, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Volumus autem quod præſentium tranſumptis etiam impreſsis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus vbique fides adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XXX. Ianuarij MDCXXXI. Pontificatus Noſtri Anno Octauo.

M.A. Maraldus.

I. Sauenier.

Auctor. Lectori beneuolo.

FRVCTVS laboris, quos in promptuario bullarum augendo expectabas, diutius desiderares benigne Lector, nisi illos tam institutione discipulus, quam origine filius & maturasset, & protulisset. Laertius Cherubinus qui tibi Bullarium in tria volumina distinctum congessit, post illius editionem quartum erat aggressus Constitutionum Summorũ Pontificum fe. rec. Pauli V. Gregorij XV. & S D. N. Vrbani VIII. Verum morte præuentus desideratum opus desideratissimus ipse inchoatum reliquit. Ego qui ex eo natus sum eiusq; desideria prosequor libenter fructus eius immaturos, & si ex me non natos per me tamen maturandos excepi pro viribus, & opus quarti Tomi Bullarij ab illo inceptum, ad perfectionem deduxi cum rubricis, Summarijs, lucubrationibus, & quadruplici Indice elucidatum, vt facillime quicquid compertum velis habeas promptum. Excipe igitur humanitate qua decet pietatis potius opus, quàm ingenij & naturæ iniuriam, quæ Patrem immature nobis eripuit, qualis qualis industriæ meæ conatu delectam gratulare. Si enim Parenti meo posthumus hic foetus, ac superstes mihi tamen primogenitus est vtinam diu victurus. Interim quoniam secundis curis sapientius in commune consulitur, nouam quam molimur editionem breui expecta Lector, plurimis tum recentioribus, tum antiquis Constitutionibus locupletem, vbi multas easque præclaras Summorum Pontificum Constitutiones hactenus prætermissas publico bono euulgatas inuenies. idq; non minimo studiosorum compendio, seu libri vtilitatem seu vtilitatem pretij spectes Vale.

INDEX

Nominum, trium Romanorum Pontificum, quorum Constitutiones in hoc quarto Tomo continentur vna cum earum numero.

Creatio Papæ.

PAVLVS QVINTVS

Romanus, Camillus antea dictus, Marci Antonij de Burghesijs filius, S. R. E. Presbyter Cardinalis, tit. S. Chrysogoni, Romæ die 16. Maij 1605. Summus Pontifex pronunciatus.

I.

Confirmatio nonnullarum Constitutionum, seu Ordinationum à Fratribus Eremitis Ordinis S. Augustini Congregationis Siciliæ; pro fœliciori eiusdem gubernio editarum. Nec non approbari Vnionis ipsius Congregationis prædicto Ordini antea factæ.

Horum Fratrum materiam vide in secunda rubr. ad Const. 6. Alex. IV. Licet Ecclesia, sup. t. 1. pag. 84. & etiam infra ad Const. 30. S. D. N. VRBAN. VIII. Romanus Pontifex.

Edita An. D. 1617.

PAVLVS PAPA QVINTVS
Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. De anno 1581 vnita fuit Ordini Eremitarum S. Augustini Congregatio Siciliæ eiusdem Ord. ab eius Vicario Generali Apostolico

EXPONI Nobis nuper fecerunt dilecti filij Antonius de Castroioanne, & Paulus de Sancto Philippo Eremitæ Congregationis Siciliæ Ordinis Fratrū Eremitarum S. Augustini, Quòd alias quondam Thadæus Perusinus, tunc Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini huiusmodi Vicarius Generalis Apostolicus, eamdem Congregationem prædicto Ordini vniuit, & incorporauit, prout in patentibus litteris dicti Thadæi, sub die 1. Aprilis Anni 1581. desuper expeditis, plenius dicitur contineri.

§. 2. Subinde verò Eremitæ prædicti prospero eiusdem Congregationis regimini, & fœlici statui consulere cupientes, infrascriptas ordinationes in prædicta Congregatione hactenus obseruatas, & quas de cetero obseruare intendunt, tenoris subsequentis videlicet.

Subinde d. Cōgregatio nonnullas ordinationes pro fœliciori ipsius statu edidit prout infra

§. 3. Congregatio ipsa, & Fratres in illa professi, omnibus legibus, ordinationibus, & constitutionibus, quæ in vniuerso Ordine obseruantur, subiecti sint, & inuiolabiliter obseruent.

De his quæ tenentur obseruare fratres professi in d. Congregatione.

§. 4. Quòd Fratres Congregationis omnibus priuilegijs, immunitatibus, indulgentijs, & gratijs, tàm spiritualibus, quàm temporalibus Ordini Eremitarum S. Augustini concessis & in posterum concedendis, fruantur, & patiantur, dummodo sint in vsu, neque sacris Canonibus, aut Concilij Tridentini decretis repugnent.

De Priuilegijs, immunitatibus, &c.

§. 5. Quòd possint noua loca recipere, & Conuentus fundare tam in Regno Siciliæ, quā per totam Italiam; seruatis tamen decretis, & constitutionibus Apostolicis, & de licentia Prioris Generalis, & Ordinariorum locorum.

De receptione, ac fundatione nouorum locorum.

§. 6. Quòd Congregatio gubernetur per Vicarium generalem, in Capitulo Congregationis ab ijsdem Fratribus eligendum, qui nullius Superioris Regularis iurisdictioni subiaceat, sed tantum Priori Generali sit immediatè subiectus.

De Vicario gen. Congregationis.

§. 7. Quòd Vicarius electus habeat eamdem auctoritatem, & iurisdictionem super totam Congregationem, quam habent singuli Prouinciales in sua Prouincia.

De auctoritate, & iurisdictione Vicarij Generalis super totam Congregationem.

§. 8. Quòd Vicarius generalis electus legitimè, &

De confirmatione Vicarij Generalis.

mè, & canonicè absque repulsa à Priore Generali confirmari debeat, & Vicarius eligi semper debeat vnus ex Congregatione, qui eius vitæ asperitatem profiteatur.

De facultate Cōgregationis conseruanda eligendi Vicarium generalem.

§. 9. Quòd Prior Generalis, facultatē, quā habet Congregatio eligendi Vicarium, inuiolatam conseruet, neque in Capitulo generali aliquid innouetur, quod ad substantiam dictæ facultatis eligendi pertineat, nisi prius consulta Sede Apostolica, ad quam Fratres, vbi se grauatos senserint, recursum habere poterunt.

De exercitijs corporalibus Fratr.

§. 10. Quòd horis, quibus vacant ab exercitijs spiritualibus, corporalibus exercitijs incumbant, intra tamen Monasterij septa, & prout decet viros Religiosos pro vitæ sustentatione; Quæ sunt arte elaborata vendantur ab aliquo Conuerso, seu Laico, cui Prior iniunxerit, & pretium in commune redigatur.

De transitu ad alias Congregationes, & de receptione fratrū Ordinis ad hanc Cōgregationem.

§. 11. Quòd nullus Frater Congregationis possit ad alias Congregationes eiusdem Ordinis transire, sine licentia Prioris Generalis; & quòd in Congregatione nullus Frater Ordinis recipiatur, qui eamdem vitæ asperitatem profiteri nolit, per Capitulum Conuentus approbandus.

De facultate Prioris Gen. Ord. visitandi Cōgreg.

§. 12. Quòd Prior Generalis pro tempore existens, Congregationem, & eius Conuentus per se, vel per aliam personam visitare possit.

De Ieiunijs.

§. 13. Quòd Fratres Congregationis præter dies ab Ecclesia ordinatos, ieiunent quarta, & sexta feria, exceptis diebus festis Paschatis, Pentecostes, & Natiuitatis Domini, S.P. Augustini, & Omnium Sanctorum.

De his, qui ieiunare non possūt.

§. 14. Quòd si quis ob aliquam causā ieiunare non poterit, à carnibus, ouis, & lacticinijs abstineat, nisi superiori Conuentus de consilio Medicinæ aliter videatur.

De locis Eremitorijs longe à Ciuitatibus construendis.

§. 15. Quòd loca Eremitoria, in quibus Fratres habitant, sint ad minus per vnum milliare distantia à Ciuitatibus, Oppidis, vel alijs locis habitatis.

De Vestibus.

§. 16. In vestibus tàm intraneis, quàm extraneis seruetur omnimoda vniformitas, ita tamen, vt semper fiant ex vilioribus, quæ in locis, vbi fuerint Monasteria, reperiuntur, &c.

De Victu, & alijs præstandis Priori Generali Visitanti, aut alteri de eius mandato.

§. 17. Quòd Prior Generalis, siuè Visitator ab eo missus, præter victum quotidianum, nihil vltra petere, vel recipere possit, exceptis tarenis duodecim, qui Priori Generali singulo quoque anno exhibentur pro sua collecta, &c.

Postea infertur Bonc. vt prædicta approbarentur.

§. 18. Cùm autem (sicut eadem expositio subiungebat) Eremitæ præsenti plurimum cupiant, tam vnionem, quàm ordinationes huiusmodi, pro maiori eorum validitate, & subsistentia, Apostolicæ confirmationis robore communiri: Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, vt super præmissis opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur.

Qui vnionem antea dictā ac Ordinationes præinsertas confirmat prohibendo tamen, vt noua loca extra Regnum Siciliæ absq; Sedis Apost. expressa licentia recipere, aut fundare non possint.

§. 19. Nos Eremitas prædictos specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque ecclesiasticis censuris: & pœnis à iure, vel ab homine, quauis occasione, vel causa latis; si quibus quomodolibet innodaræ existunt, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati; De Venerabilium fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium negotijs Regularium præpositorum consilio, Vnionem, & Ordinationes huiusmodi, ita tamen vt Eremitæ præsenti noua loca extra Regnum Siciliæ absque expressa Sedis Apostolicæ licentia fundare, vel accipere nullatenus possint; Apostolica auctoritate; tenore præsentium perpetuò approbamus, & confirmamus, illisque inuiolabilis Apostolicæ firmitatis robur adijcimus.

Defectus supplet.

§. 20. Ac omnes, & singulos tàm iuris, quàm facti defectus, si qui desuper quomodolibet interuenerint, supplemus.

Clausulas præseruatiuas cum decreto irritanti supperaddit.

§. 21. Decernentes, præsentes litteras semper, & perpetuò validas, firmas, & efficaces existere, & fore, ac ab omnibus, & singulis præfatæ Congregationis Eremitis, & alijs, ad quos spectat inuiolabiliter obseruari debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quocumque quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrarijs tollit.

§. 22. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non dicti Ordinis, & iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrarijs quibuscumque.

Dat. v. An. 12. die 25. Ianuarij.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, sub Anulo Piscatoris, die 25. Ianuarij 1617. Pontificatus Nostri Anno Duodecimo.

II.

Congregationis Fratrum Ioannis Dei in Italia pridem institutæ, & Hospitalia Germaniæ, Galliæ, & Poloniæ comprehendentis in veram Religionem erectio sub tribus votis substantialibus, & quarto de iuuandis Infirmis, & Regula S. Augustini.

Similem

Similem erectionem hic idem Paulus fecit de alia eorundem Fratrum Congregatione Hispaniæ vt sup. in eius Const. 69. t. 3. p. 261. Et confirmationem Constitutionum ab ipsa Religione editarum inf. in Const. 5. Ea quæ. Et in alia Const. Romanus præfiniuit Iurisdictionem Ordinarijs locorum in istos Fratres quam habes inf. num. 15.

De Institutione autem, & toto statu horum Fratrum Ioannis Dei vide quæ supra sunt notata ad Const. 143. Pij V. licet sup. t. 2. pag. 354. Communicationemque Priuilegiorum Ordinibus Mendicantium concessorum huic Religioni fecisse S.D.N. Vrb. 8. vide inf. Const. 18. Sacrosanctum.

Edita An. D. 1617

PAVLVS PAPA V.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

ROmanus Pontifex circa sacrarum Religionum, & Congregationum, ac etiam Hospitalium, & aliorum piorum locorum salubrem directionem, & felicem progressum ex demandatæ sibi Apostolicæ seruitutis officio intentus, ea, quæ desuper à Prædecessoribus suis facta competit, partim approbat, & confirmat, partim verò alijs iustis ita suadentibus causis alterat, & immutat, aliasque officij sui partes interponit, prout rerum, locorum, temporum, & personarum qualitate pensata conspicit salubriter in Domino expedire.

Refert quod Paulus erat circa regimen huius Congregationis in Italia Clem. 8. sup. in sua const. 44. pag. 58. to. 3.

§. 1. Aliàs siquidem cum pridem Congregatio Ioannis Dei in Vrbe, ac diuersis Italiæ partibus Apostolica auctoritate recepta, & confirmata, cuius Confratres pauperes infirmos, grauiterque laborantes hospitio sulcipere, eisque inseruire consueuerunt, valdè aucta esset, illique diuersa priuilegia, & indulta ab Apostolica Sede, Romanisque Pontificibus prædecessoribus nostris, præsertim quod per vnum ex ipsis Confratribus Maiorem nuncupatum Congregatio ipsa regeretur, quodq; ab Ordinarijs locorum exempti essent, atque illius Religiosi professionem emittere, ac ad sacros ordines promoueri possent, concessa fuissent; fel. rec. Clemens Papa VIII. prædecessor noster accepto, quod eiusdem Congregationis Confratres à primæuo suo instituto paulatim recedebant, ac opus hospitalitatis eorum pauperum infirmorum, cui in primis incumbere tenebantur, intermittebatur, & multi Confratrum litterarum studijs intendebant, & sacris ordinibus initiari, vt à seruitio hospitalium excusarentur, procurabant, per suas sub die 12. Februarij MDXCII. in simili

Aliàs sub.

forma, breuis expeditas litteras statuit, & ordinauit quod omnes, & singuli Confratres prædicti locorum Ordinarijs subesse deberent, quodque ab hospitalibus in quibus professionem eatenus quilibet emisisset, nunquam amoueretur, nisi ob incorrigibilitatem, ac de Ordinariorum, quibus dicta hospitalia subessent, nec etiam transferrentur de vno hospitali ad aliud, nisi pariter de Ordinariorum licentia, ac tam hospitalis, à quo, quàm Ordinarij ad quem transferretur, ac de cætero votum tantum inseruiendi ipsis hospitalibus sub prædicta Ordinarij obedientia emitterent: Subindè verò (cum experientia compertum fuisset Congregationis prædictæ hospitalia, & loca pia in Italia existentia sic ab inuicem separata, & alicuius communis Superioris, qui ea eorumque Confratres ad primæui instituti obseruantiam restitueret, & eosdem in ipsa conseruaret regimine destituta grauia incommoda, & damna passa fuisse, & in dies pati, itaut nisi de aliqua regiminis forma eis prouideretur, facilè euenire posset, vt Congregatio ipsa in totum extingueretur, & corrueret; dictus Clemens prædecessor per aliàs similes suas sub die 9. Septembris MDXCVI. expeditas litteras, eidem Congregationi Ioannis Dei, ac singulis eius hospitalibus, & locis in Italia iam receptis, & in futurum recipiendis, eorumque Confratribus, & personis tunc, & pro tempore existentibus, vt omnibus, & singulis priuilegijs, prærogatiuis, gratijs, facultatibus, indultis, & indulgentijs à fel. record. Pio V. Gregorio XIII. & Sixto V. alijsque Romanis Pontificibus Congregationis Hospitalibus, & locis Hispaniarum, ac Hospitalis S. Ioannis Calabitæ in Insula S. Bartholomæi de Vrbe eiusdem Congregationis Ioannis Dei in genere vel in specie concessis, & confirmatis, citrà tamen facultatem professionem emittendi, & sacros ordines suscipiendi, & citrà exemptionem à iurisdictione Ordinariorum locorum, quibus eos omninò subesse voluit, perpetuò, vti, frui, potiri, & gaudere in omnibus, & per omnia possent, & valerent, perindè ac si ipsis nominatim, & æquè principaliter concessa fuissent, ita tamen, vt Confratres in quocunque Italiæ loco iam recepti statim, & deinceps, recipiendi in Congregatione prædicta debito tempore votum inseruiendi eorum hospitalibus sub Ordinarij loci obedientia in manibus eiusdem Ordinarij, aut Maioris Confratris emittere, ac hospitalitatem pro ijs infirmis, quos recipere, & curare consueuerant, quatenus fieri potuisset, exercere tenerentur, vtque vnus Confrater in Maiorem ab omnibus

Prioribus quorumcunque Hospitalium, & locorum dictæ Congregationis in Italia existentium Romæ in Hospitali S. Ioannis Calabitæ prædicto per secreta suffragia maioris partis vocalium eligeretur, cuius officium ad sexennium tantum durare deberet, ita vt finito sexennio, iterum eligi, aut confirmari, nisi lapso altero sexennio, minimè posset, Duo item Consiliarij, & duo Visitatores in eodem loco, ac eisdem modo, & forma eligerentur, quorum Consiliariorum, & Visitatorum, necnon etiam singulorum Priorum officium ad triennium tantum duraret, & finito dicto triennio, ad idem officium nemo posset iterum eligi, vel in eo confirmari, nisi alterum triennium intercederet. Præterea quod Confratres huius Congregationis Sacerdotes, aut in sacris ordinibus constituti esse non possent, nec ad huiusmodi sacros ordines promoueri valerent, sed iuxta primæuum eorum institutum in simplicitate pauperibus infirmis, vt præfertur, inseruire deberent, etiam statuit, & ordinauit. Et subindè pro parte Confratrum eius Congregationis Nobis exposito, quod omnes Domus regulares Congregationis prędictæ magna incómoda, & damna patiebantur, ex eo quod Confratribus prædictis ascensus ac sacros ordines, vt præfertur, interdictus esset.

Et quid iftemet Paulus decreuit in sua const. 55. pag. 144. eodem tom. 3.

§. 2. Nos supplicationibus eorumdem Confratrum nobis humiliter porrectis inclinati, per similes nostras sub die 1. Iulij MDCIX. expeditas litteras, quod in qualibet Domo dictæ Congregationis vnus Confrater dumtaxat arbitrio tunc pro tempore existentis eiusdem Congregationis apud Nos, & Apostolicam Sedem Protectoris ad omnes etiam sacros, & presbyteratus ordines à suo Ordinario, vel de eius licentia, à quocunque maluisset Catholico Antistite gratiam, & communionem prædictæ Sedis habente ad titulum Hospitalitatis huiusmodi promoueri, & promotus in illis etiam in altaris ministerio ministrare, dummodò tamē, præuio diligēti examine, ad hoc idoneus repertus foret, neq; aliud ei obstaret canonicū impedimētum, & ante sex annos saltem Congregationis huiusmodi regulā professus fuisset, liberè, & licitè valeret, Apostolica auctoritate licentiam concessimus, & indulsimus, vtque sic promoti nullum officium, munus, aut administrationem in dicta Congregatione gerere, aut exercere possent, sed Missis celebrandis, aut Sacramentis ministrandis tantummodo vacare deberent, & si eorum aliquem, suis ita exigentibus demeritis, dictæ Congregationis habitu postea priuari contigisset, ipso facto, & absque vlla daclaratione ab ordinum huiusmodi exercitio statim suspensus esset, & esse censeretur eadē auctoritate statuimus, & alias prout in dicti Clementis prædecess. & nostris litteris prædictis, quarū tenores præsētibus pro expressis haberi volumus plenius continetur.

Et modo eandem Congreg. Italię in Religionem erigit sub tribus votis substantialibus, & quarto de iuuandis infirmis sub Regula S. August. & iurisdictione Ordinariorum. Hæc iurisd. declaratur, vt hic infra const. 85. Romanus.

§. 3. Cum autē sicut dilecti filij Frater Maior, ac Consiliarij, Prouinciales, & Priores eiusdem Congregationis Italiæ nobis nuper exponi fecerunt, ipsi pro feliciori eiusdem Congregationis statu atque directione, ac etiam vt Congregatio ipsa maioribus in dies ad diuini numinis laudem, & gloriam, pauperumque infirmorum solamen, atque subsidium proficiat incrementis, ad emissionem trium votorum substantialium religionis, vltrà quartum de iuuandis infirmis huiusmodi per Nos admitti, & vt infrà sibi indulgeri, ac aliàs statui, & ordinari summopere desiderent, Nos qui similia opera pia, & merita Deo accepta ministerio nostri pastoralis officij libenter promouemus, pijs Fratris Maioris, ac Consiliariorum, Prouincialium, & Patrum prædictorū votis benignè annuere, illosque specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutas forè censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, De venerabilium Fratrum nostrorum S. R. Ecclesiæ Cardinaliū sacri Concilij Tridentini Interpretum, quibus huiusmodi negotium diligenter examinandum, & Nobis referendum commisimus, consilio, & nobis attributæ potestatis plenitudine præsentiū tenore, perpetuò statuimus, & ordinamus, vt quotquot in posterum ipsam Congregationem Italiæ nuncupatam ingredi voluerint, anno probationis expleto, ac aliàs iuxta sacrorum Canonum, & Decretorum eiusdem Concilij Tridentini præscriptum tria vota substantialia, Obedientiæ, Castitatis, & Paupertatis, ac præterea quartum de iuuandis Infirmis in suorum Superiorum manibus solemniter emittere, vel à Congregatione prædicta ejici debeāt, qui verò in eadem Congregatione ad præsens reperiuntur, ad vota, vt præfertur emittenda minimè cogi possint, sed sit in cuiusque optione, aut vota huiusmodi emittere, aut cum priori voto de infirmis iuuandis in dicta Congregatione perseuerare, huiusmodi autem personas, quæ elapso probationis anno, qua-

tuor

tuor vota prædicta solemniter emiserint, verè, ac propriè religiosos, ac proprios, & veros regulares esse, ac pro talibus ab vniuersis Christifidelibus habendos, & recipiendos illamque veram, & propriam sub Regula Sancti Augustini Religionem esse, ac inter reliquas Ecclesiæ Catholicæ Religiones sine cuiusque præiudicio esse connumerandam, eamque ac eius tàm in Italia, quàm sub iurisdictione Fratris Maioris prædictæ Cõgregationis in Germania, Gallia, & Polonia erecta, & de cætero erigenda Hospitalia, quæ sub eadem Congregatione Italiæ comprehenduntur, iurisdictioni Ordinariorum perpetuò subesse debere, salua tamen illius apud Nos, Apostolicã Sedem Protectoris iuxta illius facultates, ac Fratris Maioris pro tempore existentium auctoritate, & iurisdictione.

Consiliariorum officium ad sexennium durare statuit.

§. 4. Prætereà, quod Consiliariorum prædictorum, tàm in Capitulo generali vltimo celebrato electorum, quàm de cætero eligendorum officium ad sexennium duret, & finito sexennio huiusmodi ad idem officium nemo possit iterum eligi, vel in eo confirmari, nisi alterum sexennium intercedat, saluis aliàs, & illæsis remanentibus in omnibus, & per omnia tàm Clementis prædecessoris, quam nostris litteris prædictis.

Clausulæ præseruatiuæ & Decreti irritãs appositi.

§. 5. Præsentes verò litteras, & in eis contenta quæcunque nullo vnquam tempore de nullitatis vitio notari, impugnari, aut in ius, vel controuersiam reuocari posse, sed semper validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere; sicque per quoscunque Iudices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, vbiq; iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus, & declaramus.

Contrarijs derogat.

§. 6. Non obstantibus institutionibus Hospitalium, & locorum huiusmodi, necnon Apostolicis, ac in vniuersalibus, Prouincialibusque, & Synodalibus Concilijs editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis, sub quibuscunque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & alijs decretis in genere, vel in specie, ac aliàs in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & singulis eorum tenores, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque.

Dat. P. A. 13. die 13 Februarij.

Dat. Romæ apud sanctam Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris die 13. Februarij MDCXVII. Pontificatus Nostri Anno Duodecimo.

III.

Erectio Congregationis Clericorum Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum ad pauperes Scholares piè, & absque vllo præmio docendos, & erudiendos.

Hoc opus erudiendi, & docendi pauperes Scholares demandauerat hic idem Paulus Congregationi Clericorum sæcularium B. Mariæ sup. in eius const. 81. t. 3. p. 316. sed cum postea d. Congregatio renuisset regimen suscipere Ideo erigit hanc Congregationem Clericorum Regularium Pauperum Matris Dei, eique d. opus cõmisint. Quam Congregationẽ postea Greg. xv. erexit in verã Religionem ut inf. in eius Const. 14. In supremo vbi alia notabo.

Edita A.D. 1617.

PAVLVS PAPA QVINTVS
Ad perpetuam rei memoriam.

AD ea, per quæ Christifideles pijs moribus & doctrina maturè imbuantur, solicitæ considerationis dirigentes intuitum, ea, quæ proinde interdum facta sunt, iustis ita suadentibus causis, immutamus, ac aliàs, vt pium, & maximè laudabile opus pauperes erudiẽdi & instituẽdi huiusmodi in dies magis ad Dei gloriam promoueatur officij nostri partes fauorabiliter interponimus, prout personarum, & temporum qualitatibus pensatis conspicimus salubriter in Domino expedire.

Hic Pont. regimẽ Scholarum Piarũ in Vrbe erectarũ, & erigendarum delegauit Congregationi Clericorum sæcularium B. Mariæ in Cãpit. in Rubr.

§. 1. Aliàs siquidem cum accepissemus, quòd opus Scholarum piarum à Nobis in Vrbe nostra ad pauperes erudiẽdos, & instituendos erectarum, vberes fructus ferebat, Nos felici eiusdem operis progressui consultum esse cupientes, curam, regimen, & administrationem dictarum in Vrbe erectarum, & aliarum Piarum Scholarum pro tempore erigẽ dilectis filijs Præposito Generali, & Clericis sæcularibus Congregationis Beatæ Mariæ cum certis tunc expressis conuentionibus inter eos, & dilectum etiam Filium Præfectum Scholarum huiusmodi, de consensu Venerabilis fratris nostri Benedicti Episcopi Prænestin. Cardinalis

Iustiniani nuncupati, earundem Scholarum Protectoris initis, commisimus,& demandauimus, & alias, prout in nostris desuper in simili forma Breuis sub die quarta Ianuarij 1614. expeditis literis, quarum ten. præsentibus pro sufficienter expressis, & ad verbum insertis haberi volumus, pleniùs continetur.

Sed d. cōgregatio renuit postea d. regimen suscipere. & ideo hic Pont. d. eius cōm. reuocat.

§. 2. Cum autem sicut accepimus Clerici sæculares præfati bonorum stabilium possessione se abdicari nolint, propterea quod alijs muneribus, & exercitijs iuxta regularia eiusdem Congregationis instituta, Apostolica auctoritate confirmata, ne vacent, impediri se sentiant,& huiusmodi exercitijs potius operam dare, quam prædictas Scholas regere malint, Nos, ne tàm pium, ac præsertim pauperum liberorum Christianæ educationi, & eruditioni proficuum opus aliquod propterea detrimentum patiatur, quantum cum Domino possumus, prouidere volentes Motuproprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, literas nostras prædictas, omniaque,& singula in illis contenta, Apostolica auctoritate tenore præsentium reuocamus, cassamus, & annullamus, ac reuocatas, cassatas, & annullatas, nulliusque roboris, vel momenti esse,& fore decernimus,& declaramus.

Congregationēq; specialē, Pauperū Matris Dei nuncupandam. & ab vno Præfecto regen. erigit vt hic & non vltra 20. milliaria ab Vrbe voluit audēd. Et ingredientium quorumque qui ingressi sunt institutum retentat.

§. 3. Præterea in domo earundem Scholarum Vrbis prædictæ vnam Congregationem Scholarum piarum ab vno Præfecto regendā, & gubernandam, quæ de cætero perpetuis futuris temporibus PAVLINA pauperum Matris Dei Scholarum piarum nuncupati, nec vltra viginti ab Vrbe milliaria extendi, neque vllum locum, in quo Scholæ piæ non sint, domibus Nouitiorum exceptis, habere., & qui eidem Congregationi nomen dare voluerint, finitis duobus probationis annis, omnes tàm ad sacros etiam Presbyteratus ordines promoti, & clericali charactere duntaxat insigniti, quàm fratres operarij tria simplicia vota Paupertatis videlicet, ac Castitatis, & Obedientiæ, super quibus à nemine, præterquam à Romano Pontifice pro tempore existente dispensari possit, emittere, ac gratis,& nullo stipendio, mercede, salario, aut honorario accipiē pueros in primis elementis, grammatica, computo, ac præcipuè in fidei Catholicæ rudimentis erudiendos bonis,& pijs moribus imbuendos, ac demum Christiano more educandos operam, laborem, ac studium conferre debeāt, sine alicuius præiudicio de nouo erigimus, & instituimus, ita verùm, quod qui simplex paupertatis votum, vt præfertur, emiserint, quandiu in prædicta Congregatione permanserint, cuiuscunque dominij, iuris, & proprietatis incapaces sint, idemque paupertatis votum summam in ijs paupertatem indicat, tàm in particulari, quam in communi, ita vt nihil omnino iuris habeant, sed nec habere, aut acquirere quouis titulo possint in bonis, sen ad bona, quæ vocantur immobilia, vel quæ pro immobilibus habentur: huic verò paupertati omnia ad eorum vsum pertinentia, cibos, vestes, supellectilem tàm sacram, quam profanam statui, & instituto conuenientia, domos verò, hortos contiguos domibus, Ecclesias, Sacristias, Oratoria, ac Scholas & huiusmodi immobilia, quæ pariter vsui eorum destinantur similiter conuenientia, vt præfertur,& præterea in dominio Romani Pontificis pro tempore existentis; mobilia vero in dominio ipsorum; in communi tamen, esse debere similiter decernimus, & declaramus: Dictarum verò in Vrbe, & extra eam infra viginti milliaria erectarum, & pro tempore erigendarum piarum Scholarum, & Congregationis prædictæ sic erectæ Præfecturam, curam, regimen,& administrationem dilecto filio Iosepho Calasantio, Scholarum prædictarum nunc Præfecto ad nostrum beneplacitum committimus, & demandamus, ita quòd liceat Iosepho,& Congregationi huiusmodi, earundem, & aliarum Scholarum huiusmodi simul atque erectæ fuerint bonorum corporalem, realem, & actualem possessionem præsentium vigore capere, & apprehendere, & illa in Scholarum prædictarum beneficium possidere. Insuper duodecim eiusdem Congregationis Clericis, qui votum paupertatis, vt præfertur, emiserint, vt arbitrio nunc,& pro tempore existentis apud Nos, & Sedem Apostolicam earundem Scholarum Protectoris ad omnes etiam sacros, & Presbyteratus Ordines à quocunque maluerint Catholico Antistite gratiam & communionem eiusdem Sedis habente ad titulum paupertatis huiusmodi promoueri,& promoti in illis etiam in Altaris ministerio ministrare, dummodo tamen ad hoc idonei reperti fuerint, neque aliud illis canonicum obstet impedimentum, ita tamen, quod si ex dicta Congregatione exire, siue emitti contigerit, tandiu suspensi ab executione Ordinum susceptorum remaneant, quandiu in redditibus tantum habuerint, quātum ad congruam eorum sustentationem sufficiat.

Eidē Congregat. facultatē tribuit Constitut. pro eius regimine, cōdendi & immutādi. Quæ deinde approbata fuerunt & à Greg. XV. cōprobatæ. vt infra in eius const. 14 In supremo.

§. 4. Insuper Iosepho, & Congregationi huiusmodi de consensu dicti Benedicti Episcopi,& Cardinalis, ac pro tēpore existentis Protectoris, vt pro fœlici Congregationis prædictæ, illiusque domorum, & Scholarum regimine quæcunque Statuta, capitula, ordines,& decreta

decreta necessaria, & opportuna, licita tamen & honesta, sacrisque Canonibus, & Concilij Tridentini decretis, ac Constitutionibus Apostolicis non contraria per Apostolicam Sedem approbanda, & confirmanda facere, & edere, illaque pro tempore, prout eis videbitur, & expediens fuerit, prævia simili approbatione, & confirmatione mutare, alterare, corrigere, & in melius reformare, liberè, & licitè valeant auctoritate, & tenore paribus concedimus, & indulgemus.

Decretum quòd hęc Bulla perpetuo duret.

§. 5 Decernentes præsentes litteras, & in eis contenta quæcunque semper, & perpetuò valida, firma, efficacia fore, & esse, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac Præfecto, eiusque socijs prædictis in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari.

Decretum irritās contrariorum.

§. 6. Sicque per quoscunque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio obstantium.

§. 7. Non obstan. literis nostris prædictis, ac quibusuis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis cæterisque contrarijs quibuscunque.

Dat. Pont. An 12. die 6. Martij.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die vj. Martij MDCXVII. Pontificatus Nostri Anno Duodecimo.

IV.

Quod Fratres Minores Conuentuales Ordinis S. Francisci semel in Mense, prima die non impedita alio festo nouem lectionum, Officium de ipso Sancto Francisco, prout recitatur in die festo eiusdem, recitare possint, & valeant.

Istum Franciscum Sanctorum Cathalogo adscripsit Greg. ix. vt sup. Const. 2. Mira tom. 1. pag. 51. Eiusque festum de præcepto, ac sub risu duplici seruari iussit postea Sixt. iv. vt Const. 3. Præclara vbi sup. pag. 333. Ordines verò ab isto Sancto institutos tibi adnotaui in Rubr. ad Const. 5 Honor. 3. Solet. vbi sup. pag. 46.

Huiusmodi Fratribus Iltummet Paul. ambitum interdixisse videas inf. Const. 18. Admonemur. Collegiumque in Insula Meleuitana pro eisdem studentibus instituisse in Const. 23. In supereminenti. Et aliud pariter Collegium in Ciuitate Pragæ deinde institutū fuit à Greg. XV. vt inf. Cōst. 21. In superem.

PAVLVS PAPA QVINTVS

Ad perpetuam rei memoriam.

Edita An. D. 1619

Exordium.

Domini nostri Iesv Christi, qui Cōfessores suos æternæ gloriæ præmio donat in Cælis vices quanquam immeriti gerentes in terris ex iniuncti Nobis pastoralis officij debito, vt eorumdem Christi Confessorum nomen amplioribus in dies honoribus decoretur, libenter procuramus, & Christifidelium præsertim sub pijs illorum institutis Deo militantium, quæ peculiarem erga illos cultum respiciunt votis libenter annuimus, eaque fauoribus prosequimur oportunis.

Supplicatio facta Pont.

§. 1. Cum itaque, sicut dilectus filius Frater Bonauentura à Carpanzano Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum Conuentualium à Sancto Francisco ad decorem, & vtilitatem domus Dei vniuersæ fundati, Nobis nuper exponi fecit, Fratres dicti Ordinis pro singulari quem erga dictum sanctum Franciscum eiusdem Ordinis, vt præfertur, Fundatorem, gerunt deuotionis affectu, Officium de eodem Sancto Francisco, vt infra recitare posse summopere desiderent.

Concessio de qua in Rubr.

§. 2. Nos pijs eorumdem Fratrum desiderijs in præmissis benignè annuere, illasque specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum seriè absoluentes, & absolutas forè censentes, Supplicationibus dicti Bonauenturæ Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati; De Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, sacris Ritibus præpositorum consilio. Eisdem Fratribus Minoribus Conuentualibus, vt Officium de eodem Sancto Francisco, semel in Mense, prima die non impedita alio Festo nouem lectionum, prout ab ipsis recitatur in die Festo eiusdem Sancti Francisci recitare liberè, & licitè possint, & valeant, Apostolica auctoritate tenore præsentium licentiam, & facultatem perpetuò concedimus, & impartimur.

Contrariorum abrogatio.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon dicti Ordinis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrarijs quibuscunque.

Dat. P. A. 12. die 20. Martij.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris die xx. Martij MDCXVII. Pont. Nostri Anno Duodecimo.

Con-

V.

Confirmatio Constitutionum Religionis Fratrum Ioannis Dei Ordinis Sancti Augustini.

Istas Constitutiones non posui quia iam sunt impressæ in libro particulari, quas denuo imprimere superuacaneum censui.

Huiusmodi Congregationem approbauerat antea Pius V. in eius Const. 143. Licet sup. t.2. p.355. eamq; postea in Religionem erexit hic met Pont. vt in Const. 2. Romanus hic sup. pag. 3. vbi vide alia quæ notaui.

Edita A. D. 1617.

PAVLVS PAPA QVINTVS Ad futuram rei memoriam.

Proemium.

EA quæ pro Congregationum in Ecclesia Dei, ad illius laudem & gloriam, pauperumque solamen, atque subsidium prouidè, sanctèque institutarum fœlici directione, ac gubernio ab eorum Superioribus in Capitulis generalibus facta, & ordinata fuisse dicuntur, vt firma, & illibata persistant libenter cum à Nobis petitur Apostolicæ confirmationis robore communimus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire.

Illi Fratres cōdiderunt nonnullas Constitut. pro Cōgreg. regimine in Capitulo gen.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt Dilecti filij Frater Maior, & Consiliarij Congregationis Ioannis Dei Italiæ, quod in Capitulo generali eiusdem Congregationis in illius Hospitali sancti Ioannis Colauitæ de Vrbe nouissimè celebrato, quædam Constitutiones, seu Statuta prosperum ipsius Congregationis statum, ac regimen concernentia, edita, & facta fuerunt.

Quas supplicant vt confirmare dignetur.

§. 2. Quæ pro maiori eorum firmitate, & obseruantia Apostolicæ confirmationis robore communiri plurimum desiderant, Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, vt super præmissis opportunè prouidere de benignitate apostolica dignaremur.

Qui modo eas approbat, & confirmat.

§. 3. Nos igitur Fratrem Maiorem, ac Cōsiliarios prædictos specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, & à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis, à iure, vel ab homine, quauis occasione vel causa latis si quibus quomodolibet innodatæ existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequen. harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes huiusmodi supplicationibus inclinati, Constitutiones seu Statuta huiusmodi, dummodo sint in vsu, ac Sacris Canonibus, & Concilij Tridentini Decretis, nostrisque, & Roman. Pont. prædecessorum Constitutionibus, regularibusque dictæ Congregationis institutis non aduersentur, nec reuocata, aut sub aliquibus reuocationibus comprehensa sint Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuò approbamus, & confirmamus, illisque inuiolabilis firmitatis robur adijcimus.

Suppletque defectus.

§. 4. Ac omnes & singulos tàm iuris, quàm facti defectus, si qui desuper quomodolibet interuenerint supplemus.

Ac eas seruari mandat in Cōgr.

§. 5. Ac Constitutiones, seu Statuta huiusmodi in eadem Congregatione perpetuò obseruari.

Ita, & non aliter iudicari decernit.

§. 6. Sicque per quoscumque Iudices ordinarios & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Contraria tollit.

§. 7. Non obstan. constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscunque.

Dat. P. Rom. die 15. Aprilis.

Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die xv. Aprilis MDCXVII. Pontificatus Nostri Anno Duodecimo.

VI.

Iubilæi indicio ad Diuinam opem in præsentibus Ecclesiæ necessitatibus implorandam.

Similem indictionem fecit postea istemet Pont. pro alijs tunc adstantibus necessitatibus vt hic inf. Const. 17. Dominus Altamque pro imminentium in Europa Anno Sancto 1625. necessitatum accersione plenariam peccatorum indulgentiam visitantibus Basilicam S. Petri, & Ecclesiam Sanctæ Mariæ Transtiberim concessit S.D.N. Vrb VIII. in Const. 39. Diuinæ vbi indicabo indictionem generalem Iubilæi pr. d. Anno Sancto. Aliud quoque Iubilæum indixit anno 1628. vt in eius Const. 82 Quod ab initio.

Indictionem verò Iubilæi pro Diuino auxilio expetendo initio suorum Pontificatuum vnusquisque Pont. edere solet vt notauit Genitor meus sup. ad Const. 1. Sixti V. t. 2. & 1. huius Pauli t. 3. præter quas etiam habes aliam Greg. XV. vt in eius Const. 2. Spiritus, & alteram sub forma Orationis quadraginta horarum à S. D. N. Vrbano VIII. editam in Const. 7. Aeternus hic inf.

PAVLVS

Edita An. D. 1617

***PAVLVS EPISCOPVS SERVVS** Seruorum Dei. Vniuersis Christifidelibus præsentes literas inspecturis, Salutem, & Apostolicam benedictionem.*

Causa huius Const.

ECce tribulationes apprehenderunt nos. Diaboli tentamenta grassantur in nobis Quapropter meritò nos tenet timor Diuinæ iræ: Intelligimus enim pressuras,& angustias secundum peccata nostra venire: tantoque magis hæc Nos formido conturbat, quod non semel vidimus gregis curæ nostræ commissi mala;ac personare Nobis assiduè videntur aures nostræ diuinis illis, per Hieremiam prononciatis vocibus; Frustra percussi filios vestros, & disciplinam non receperunt, iterauerunt vias suas,& malitiæ eorum non sunt consumptæ. Ita vt verendum sit ne aggrauet iustus Dominus super nos manum suam, & cognoscamus quàm amarum sit eum in iniquitatibus prouocare.Quamobrem placemus Dominum in amaritudine animarum nostrarum, & offerentes Deo sacrificium contriti cordis,& spiritus humiliati, amplectamur in ieiunijs & lacrymis veram pœnitentiam, concludamus eleemosynam in sinu pauperis, vt hæc pro nobis exorent ad Dominum; Ipse enim visitat facinora in virga, & in flagellis delicta, misericordiam verò suam non dispergit à nobis.Hanc misericordiam vt consequamur, ad tribunal gratiæ, cum fiducia adire nos oportet vnanimi oratione; memores multum posse apud Deum Patrem Domini nostri Iesu Christi, Patrem misericordiarum, vnanimes voluntates,& concordes preces; Dominum enim dixisse nouimus, Si duo ex vobis consenserint super terrã, de omni re, quamcumque petierint, fiet illis à Patre meo;qui in Cælis est. Hoc autem vt fructuosius,& maiori cum spiritus ardore peragatur, ex veteri Ecclesiæ Romanæ,omnium Matris, & Magistræ, more,in præsentibus necessitatibus ad eiusdem Ecclesiæ Thesauri largam dispensationem pro nostro pastorali officio con fugiendum duximus.

Hortatur Christianos ad hoc Iubilęum assequendum.

§. 1. Itaque ex parte omnipotentis DEI Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, omnes, & singulos vtriusque sexus Christi fideles tàm in Alma Vrbe nostra,quàm alibi vbique locorum constitutos auctoritate Apostolica paternè, enixèque requirimus, monemus, & in Domino adhortamur ad infrascripta deuotè peragendũ & adimplendum,& ad pias,ac feruidas ad Altissimum preces effundendum, vt per viscera misericordiæ suæ Ecclesiam suam exaltare, eamque ab hostium conatibus, & insidijs defendere, hæresim extirpare, Principibus Christianis pacem, & veram concordiam donare, ac præsentibus Ecclesiæ necessitatibus subuenire dignetur.

Præsentibus Processionibus hic descriptis indulgentias elargitur seruatis hic seruandis.

§. 2. Nos enim de omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, ex illa ligandi, atque soluendi potestate, quam nobis Dominus, meritis licet minimè suffragantibus, contulit, Vniuersis & singulis Christifidelibus in Alma Vrbe prædicta degentibus, qui solemnibus processionibus, quas à Capella nostra publica Palatij Apostolici ad Ecclesiam S. Petri in Vaticano feria quarta, & ab Ecclesia S. Mariæ Angelorum ad Ecclesiam S.Mariæ Maioris feria sexta præsentis hebdomadæ vna cum Venerabilibus Fratribus nostris S.R.E. Cardinalibus, Christianorumque Regum, & Principum apud Nos, & Sedem Apostolicam Oratoribus, omnibusque Prælatis, & Proceribus, vniuersoque Clero, & populo agemus, interfuerint, vel qui præsenti,vt præfertur,vel sequenti hebdomada easdem sancti Petri,& Sanctæ Mariæ Maioris Ecclesias, vel illarum alteram saltem semel visitauerint, ibique deuotè vt supra, Deum orauerint, ac feria quarta, & sexta, ac Sabbato eiusdem præsentis, vel sequentis hebdomadæ ieiunauerint,& peccata sua confessi in primo die Dominico, vel secundo, vel saltem alio dictarum hebdomadarum die sanctissimum Eucharistiæ Sacramẽtum reuerenter susceperint,& eleemosynas ad libitum, prout charitas singulis suggesserit, fecerint.

Extra Vrbem vero [illegible] illud assequendi

§. 3. Cæteris verò omnibus, & singulis Christifidelibus extra Vrbem existentibus in quibusuis Ciuitatibus, Terris, & Locis, qui processioni ab Ordinarijs locorum, vel eorum Vicarijs, seu Officialibus, vel de eorum mandato,& ipsis deficientibus, per eos, qui ibi curam animarum exercent, prima, vel secunda hebdomada postquàm ad eorum notitiam hæ nostræ literæ peruenerint, indicendæ, & agendæ interfuerint, vel Ecclesiam, seu Ecclesias per eosdem designãdas saltem semel visitauerint, ibique vt supra Deum orauerint, ac feria quarta, sexta, & Sabbato alterius ex duabus hebdomadis ab eisdem deputandis ieiunauerint, patiterque peccata sua confessi,ac sanctissima communione refecti fuerint, & eleemosynas similiter pro arbitrio suo fecerint, plenissimam omnium peccatorum suorum indulgentiam & remissionem, sicut in anno Iubilæi visitañ certas Ecclesias intra, & extra Vrbem concedi consueuit, tenore præsentium concedimus, & elargimur.

Naui-

§.4. Nauigantes verò, aut iter agentes, vt cum primum ad ſua ſeſe domicilia receperint, ſupradictis omnibus peractis, vt ſupra, eandē Indulgentiam conſequi poſſint, & valeant.

Ac etiam pro itinerantibus.

Nec non pro Regularibus Infirmis, Carceratis & ſimilibus.

§.5. Regularibus autem perſonis vtriuſque ſexus in Clauſtris perpetuò degentibus, necnon alijs quibuſcumque tàm laicis, quàm religioſis ſecularibus, ſeu regularibus in carcere, aut captiuitate exiſtentibus, vel aliqua corporis infirmitate, ſeu alio quocumque impedimento detentis, qui ſupra expreſſa, vel eorum aliqua præſtare nequiuerint, vt Confeſſarius, quem, vt infra elegerint, prædicta omnia, & ſingula, vel eorum aliqua in alia pietatis opera commutare, vel in alium proximum tempus prorogare poſſit, eaque iniungere, quæ ipſi pœnitentes efficere poterunt, pariter concedimus, & indulgemus.

Vnacū facultate eligendi ſibi confeſſarium cum poteſtate abſoluēdi ab hic explicatis caſibus.
De Approbat. Cōfeſſ. vide notata ad Conſt. 133. Pij V. Romani ſup. t. 2. p. 341.

§. 6. Cupientes autem omnes Chriſtifideles participes fieri huius pretioſiſſimi theſauri, Vniuerſis, & ſingulis vtriuſque ſexus tàm laicis, quàm Eccleſiaſticis, ſecularibus, & regularibus cuiuſuis Ordinis, Congregationis, & Inſtituti licentiam concedimus, & facultatem damus, vt ſibi ad hunc effectum eligere poſſint quemcumque Presbyterum Confeſſariū, tàm ſecularem, quàm cuiuſuis Ordinis regularem ex approbatis à locorum Ordinarijs, qui eos ab omnibus excommunicationis, ſuſpenſionis, & alijs Eccleſiaſticis ſententijs, & cenſuris à iure, vel ab homine quauis cauſa latis ſeu inflictis, necnon ab omnibus peccatis, exceſſibus, criminibus, & delictis quātumuis grauibus, & enormibus, etiam locorum Ordinarijs, ſiue Nobis, & Sedi Apoſtolicæ etiam in Litteris die Cœnæ Domini legi ſolitis contentis, atque aliàs per quaſcumque Rom. Pont. Prædeceſſorum noſtrorum Conſtitutiones, quarum tenores præſentibus haberi volumus pro expreſſis, quomodocunque reſeruatis in foro conſcientiæ, & hac vice tantum abſoluere, & liberare valeant.

Votaque commutandi præter Religionem, & Caſtit.

§. 7. Et inſuper vota quæcunque (Religionis, & Caſtitatis exceptis) in alia pia, & ſalutaria opera commutare, iniuncta tamen eis, & eorum cuilibet in ſupradictis omnibus caſibus pœnitentia ſalutari, alijſque eiuſdem Confeſſarij arbitrio iniungendis.

Mandat hāc Cōſt. publicari à Prælatis.

§. 8. Quapropter tenore præſentium, in virtute ſanctæ obediētiæ diſtrictè præcipimus, & mandamus omnibus, & quibuſcumque Venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & alijs Eccleſiarum Prælatis, & quibuſcūque Ordinarijs locorum, eorumque Vicarijs, & Officialibus, vel ijs deficientibus, illis, qui curam animarum exercent, vt cum præſentium literarum tranſumpta aut exempla acceperint, illa ſtatim abſque vlla mora, retardatione, vel impedimento per ſuas Eccleſias, & Dioceſes, Prouincias, Ciuitates, Oppida, Terras, & loca publicent, & publicari faciant, & Cleris, ac Populis ſibi ſubiectis ſolemnes proceſſiones, & ſupplicationes indicant, & celebrent, Eccleſiamque, ſeu Eccleſias viſitanđ deſignent.

Excipit nonnullos Caſus in quibus nō intelligit poſſe diſpenſari.

§. 9. Non intendimus autem per præſentes ſuper aliqua irregularitate publica, vel occulta, nota, defectu incapacitate, ſeu inhabilitate quoquomodo contracta, diſpenſare, vel aliquam facultatem tribuere diſpenſandi, ſeu habilitandi, & in priſtinum ſtatum reſtituendi, etiam in foro conſcientiæ.

Publice denunciatis hoc Iubilæum non ſuffragari declarat.

§.10. Neque etiam ijs, qui à Nobis, & Sede Apoſtolica, vel ab aliquo Prælato, ſeu Iudice Eccleſiaſtico excommunicati, ſuſpenſi, interdicti, ſeu alias in ſententias, & cenſuras incidiſſe declarati, vel publicè denunciati fuerint, niſi infra tempus celebrationis huiuſmodi Iubilæi ſatisfecerint, aut cum partibus concordauerint, vllo modo ſuffragari poſſe, aut debere.

Contraria remouet.

§. 11. Non obſtanđ Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, præſertim, quibus facultas abſoluenđ in certis tunc expreſſis caſibus ita Romano Pontifici pro tempore exiſtenti reſeruatur, vt nec etiam ſimiles, vel diſſimiles Iubilæi Indulgentiarum, & facultatum huiuſmodi conceſſiones, niſi de illis expreſſa mentio, aut ſpecialis derogatio fiat, cuiquam ſuffragari queant, necnon regula noſtra de non concedenđ indulgentijs ad inſtar, ac quorumcumque Ordinum, & Congregationum, ſiue inſtitutorum Regularium, iuramento, &c. roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoq; indultis, & literis Apoſtolicis eiſdem Ordinibus, & Congregationibus atque inſtitutis quomodolibet conceſſis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, & ſingulis etiam ſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & indiuidua, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, aut expreſſio habenda, vel quæuis alia exquiſita forma adhoc ſeruanda foret, illorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & ad verbum inſertis, ac formam eorum traditam pro ſeruata habentes, hac vice dumtaxat ſpecialiter, nominatim, & expreſsè ad effectum præſentium derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcumque.

Tranſumptis credi præcipit.

§. 12. Vt autem præſentes noſtræ, quæ ad ſingula loca deferri non poſſunt, ad omnium notitiam facilius deueniant, volumus, vt earundem præſentium tranſumptis, vel exemplis etiam impreſſis manu alicuius Notarij publici ſubſcri-

subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutę munitis vbique locorum, & genitum, eadem prorsus fides habeatur, quę haberetur ipsis litteris, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. Pont. An. 13. die 12. Iunij.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maioiẽ An. Incarnationis Dominicæ MDCXVII. Pridie Id. Iunij, Pontificatus Nostri Anno Tertiodecimo.

Publicatio.

Anno à Natiuitate Domini nostri Iesu Christi 1617. Indict. 15. die verò 12. Iunij, Pont. Sanctis. in Christo Patris & D. N. Pauli Diuina prouidentia PP. V. Anno XIII. Retroscrip. litteræ affix. & publ. fuerunt ad val. Basil. Principis Apost. & S. Io. Lateran. ac Cancellariæ Apost. in acie Campi Floræ, ac alijs locis solitis Vrbis per nos Aug. Bracchetium, & Paulum Bartoccium Apost. Curs.

Siluerius Pontirolus Magister Curs.

VII.

Probibitio quòd in actibus publicis asseratur Beatissimam MARIAM Virginem in peccato originali fuisse conceptam.

Ad hac aliam ediderat sanctionem Sixt. iv. in cap. 2. inter Extrauag. Commun. de Reliq. & vener. Sanctor. comprobatam à Conc. Trident. sess. 5. de Peccat Origin. in fine. Et alteram Pius V. vt in eius Const. 114. Super specula, sup. tom. 2. pag. 322. Et eas innouauerat hic idem Paul. vt in sua Const. 9. Regis tom. 3. in Append. pag. 68. Quas omnes postea confirmauit, & d. Probibitionem extendit, & ampliauit etiam ad actus priuatos Greg. XV. in Const. 29. Sanctissimus, hic inf. Quam postea declarauit non comprehendere Fratres S. Dominici in alia Const. Eximij, sub d. Const. Sanctissimus, posita.

Edita An. D. 1617.

In Generali Congregatione S. Romanæ, & Vniuersalis Inquisitionis, habita in Palatio Apostolico in Monte Quirinali coram S. D. N. D. PAVLO Diuina prouidentia Papa Quinto, feria v. die 31. Augusti, anno à Natiuitate D. N. Iesu Christi 1617.

Proœmium.

SAnctiss. D. N. post longam, & maturam discussionem, auditis votis Illustrissimorũ, & Reuerendissimorum DD. Cardinalium contra hęreticam prauitatem Generalium Inquisitorum, re accuratè, ac diligenter perpensa, prouidè considerans, quòd quamuis in Constitutione fel. rec. Sixti IIII. super Conceptione Beatiss. Virginis MARIAE, pro submouendis inter Christifideles scandalis, rixis, & contentionibus edita, à sancta Tridentina Synodo innouata, & deinde in alia Constitutione sanctæ mem. Pij V. super eadem re, quas similiter Sanctitas sua innouauit cum quibusdam prouisionibus, & adiectionibus pœnarum pro efficaciori earum obseruatione, relinquatur vnicuique libera facultas tenendi, & etiam asserendi vtramque partem, quòd scilicet fuerit, vel non fuerit concepta cum peccato originali, dum tamen neutra, veluti erronea, aut hæretica damnetur.

Causa huius Cõst.

§. 1. Nihilominus ex occasione assertionis affirmatiuæ in publicis Concionibus, Lectionibus, Conclusionibus, & actibus publicis, quòd eadem Beatissima VIRGO fuerit cum peccato Originali concepta, oriuntur in populo Christiano, cum magna DEI offensa, scandala, iurgia, & dissensiones.

Prohibitio asserendi in actibus publicis B. V. Mariam fuisse cõceptam in peccato originali.

§. 2. Propterea volens huiusmodi scandalis ex debito sui muneris prouidere, decreuit, & præcepit, ac præsentis Decreti virtute mandat, & præcipit, omnibus, & singulis cuiusuis ordinis, & instituti Regularibus, & alijs quibuscumque, tam Ecclesiasticis, quàm sæcularibus personis, cuiusuis conditionis, status, gradus, ordinis, aut dignitatis, tam Ecclesiasticæ, quàm secularis, etiam si specialis, specifica, & indiuidua earum esset necessariò mentio faciẽda; vt in posterum, donec articulus huiusmodi à S. Sede Apostolica fuerit diffinitus, vel per Sanctitatem suam, & Sedem Apostolicam fuerit aliter ordinatum, non audeant in publicis Concionibus, Lectionibus, Conclusionibus, & alijs quibuscumque actibus publicis asserere, quòd eadem Beatissima VIRGO fuerit concepta cum peccato originali.

Impositio pœnarũ in cõtrafacientes.

§. 3. Contrafacientes autem, eadem Sanctitas sua voluit, & declarauit subiacere debere, & subiecit Censuris, & pœnis contentis in supradictis Constitutionibus suorum Prædecessorum, & sua, ipso facto incurrendis.

Permissio opinionis contrariæ.

§. 4. Per huiusmodi tamen prouisionem Sanctitas sua non intendit reprobare alteram opinionem, nec ei vllum prorsus præiudicium inferre, eam relinquens in eisdem statu, & terminis, in quibus de præsenti reperitur, præterquam quoad supra disposita.

Prohibitio illam in actibus publicis impugnandi.

§. 5. Vlterius sub eisdem censuris, & pœnis mandans, quòd negatiuam opinionem, videlicet, quòd non fuerit concepta cum peccato originali in prædictis publicis actibus asserentes, aliam opinionem non impugnent, nec de ea aliquo modo agant, seu tractent.

§. 6. Insuper voluit, & expressè mandauit, vt

Præseruatio dd. Cóstit. extra hos casus actuum publicorum.

vt extra hos casus expressos publicorũ actuũ, in reliquis omnibus supradictæ Constitutiones firmæ, & illæsæ remaneant, & exactè obseruentur perinde, ac si præsens Decretum non emanasset.

Obseruantia huius Const. & derogatio contrariorum.

§. 7. Et ita decreuit, & mandauit vbique inuiolabiliter obseruari, non obstantibus in hac parte supradictis Constitutionibus, & alijs omnibus in contrarium facientibus.

Iurisdictio Ordinariorum, & Inquisitorum in trásgressores etiam exemptos.

§. 8. Volens, & decernens pro obseruatione, & executione præsentis Decreti, & omniũ in eo contentorum, quòd contra huiusmodi transgressores etiam Regulares cuiusuis Ordinis, & Instituti, etiam quomodolibet exemptos, & alias quascumque Ecclesiasticas, & sæculares personas cuiuscumque status, conditionis, gradus, ordinis, aut dignitatis, tam Ecclesiasticæ, quàm sæcularis, tam Episcopi, & Prælati, Superiores, alijsque Ordinarij locorum, quàm hæreticæ prauitatis vbique locorum deputati Inquisitores procedant, & in eos seuerè animaduertant, tribuens eis, & eorum cuilibet liberam facultatem, & auctoritatem contra eosdem transgressores procedendi, ac pœnis coërcendi, & puniendi.

Publicatio in Vrbe omnes afficiat.

§. 9. Voluit demum, ne præmissorum ignorantia à quoquam prætendi possit, quòd præsens Decretum, seu illius exempla ad Valuas Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie Campi Floræ affixa, omnes ita arctent, & afficiant perinde, ac si vnicuique personaliter intimata fuissent.

Fides Transumptorum.

§. 10. Quòdque præsentium transumptis etiam impressis, manu Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Andreas de Pettinis Sanctæ Romanæ, & vniuersalis Inquisitionis Nor.

Publicatio P. An. 13. dies 12. Sept.

Anno à Natiuitate D.N. Iesu Christi 1617. Indictione 15. die verò 12. mensis Septemb. Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & D.N.D. Pauli Diuina prouidentia Papæ Quinti Anno 13. præsens Decretum affixum, & publicatum fuit ad Valuas Basilicæ Principis Apostolorum, & in acie Campi Floræ, per me Franciscum de Clericis Sanctissimi D.N. Papæ Cursorem.

Siluerius Pontirolus Mag. Curs.

VIII.

Bulla erectionis, & concessionis Monasterij pro Congregatione Monachorum Siluestrinorum Ordinis S. Benedicti in Ciuitate Auximana, cum approbatione sanctitatis, & miraculorum S. Siluestri Abbatis fundatoris eiusdem Congregationis.

Istam Congregationem approbasse scito Innoc. iv. sup. Const. 5. Religiosam, tom. 1. pag. 64. Ac de electione Priorum nonnulla statuisse Paul. 3. vt Const. 38. Exposcit, tom. 1. pag. 676. Et denique hunc Pontificem d. Congregationem omnibus priuilegijs, & gratijs Ordinum Mendicantium, & non Mendicantium communicasse, & ornasse vide hic inf. in Const. seq. Religiosorum, quam modo posui tamquam huius Pont. & hic indicatam.

PAVLVS EPISCOPVS
Seruus Seruorum Dei.

Venerabili Fratri Episcopo Auximano, siue dilecto filio eius Vicario in Spiritualibus Generali salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Proœmium.

SANCTORVM virorum, qui dum in terris agerent, perfectum, ac pium Altissimo exhibuere famulatum, virtutes, ac merita non solùm in Cælis a Domino æternum consequi præmium meruerunt, verùm etiam in terris ab Ecclesia Catholica quotidie magis, ac magis glorioso laudum præconio celebrari consueuerunt.

Recensent merita ac laudes S. Siluestri Abbatis fundatoris Monachorum Siluestrinorũ

§. 1. Et in ceteros Cæli Ciues non mediocri laude dignus habetur Sanctus SILVESTER GVZOLINVS, nobilis Auximanus, Congregationis MONACHORVM SILVESTRINORVM institutor, quem cum multis virtutibus, & miraculorum insignibus in Ecclesia celebretur, meritò Auximana Ciuitas Ciuem suum in Cælis gloriosum, etiam in terris præcipua deuotione colere, & venerari nouũq; Templum, ac Cœnobium ad eius honorem erigere contendit. Vnde Nos considerantes cuius quantiq; meriti apud Deum, & homines Sanctus hic Abbas extiterit, qui supernæ adspirationem vocationis sequens, & ad propositum sibi brauium infatigabiliter currens, honores Mundi spernens, ac gloriam, asperam Montis Fani incoluit Eremum, vt vni Deo sibiq; vacaret, è qua postea diuino afflatus Spiritu exiens, breui eos progressus fecit, vt eius nomine per vniuersum Picenum, & alias Prouincias propagato, diuini etiam Numinis gloriam amplificauerit. Nouimus enim quanto pietatis studio, quantoq; cælestis amoris æstu mortales ad omnia pietatis officia excitauerit, quibus virtutibus, humilitate,

litate, animi mansuetudine, in proximos caritate, abstinentia, castitate, patientia, aliisque multis floruerit; quæ & quot miracula per eum ille, qui mirabilis est in Sanctis suis, patrauerit, serui sui merentia, & sanctitatem signis innumeris attestando. Nam de Sancto hoc viro etiā prophetię spiritu prędito, illud vere dici poterat, quod de se Christus Dominus prædicabat, Cœci vident, Claudi ambulant, Surdi audiunt, Leprosi mundantur; vt fortasse nihil mirum sit, quòd illi DEI MATER MARIA sua ipsa manu, nouo inauditoque, sed indubitato, post hominum memoriam gratiæ genere, Filium suum sub augustissimo Eucharistiæ Sacramento latentem, porrexerit. Quapropter multa illi postea Templa erecta, & innumera ad eius sepulcbrum vota suspensa sunt, vt non immeritò felicis Recordationis Clemens PP. VIII. prędecessor noster, Sanctum hunc virum Martyrologio Romano iusserit adscribi, & Nos in sanctorum Monachorum Abbatum numerum retulimus. Eius verò memoria vsq; ad hæc sæculā in benedictione est, & hęreditas sancta Nepotes eius, eo quòd prædictam venerabilem Monachorum Congregationem de suo nomine SILVESTRINORVM nuncupatam, sub Regula Sancti Benedicti instituens, per piæ memoriæ Innocentium PP. IV. etiam prædecessorem nostrum approbatam, quam etiam Nos communicatione priuilegiorum tàm Mendicantium, quàm non Mendicantium communiuimus, eius alumni religiosam, ac laudabilem agentes vitam, in agro Dominico operam suam strenuè collocant, Christianam pietatem, sana doctrina, & virtutum exemplis promouentes.

Hæc Innoc. Cōst. est sup. to. 3. p. 64

Hanc Paul. huius const. habes hic subsequentem.

§. 2. Pia igitur considerarione huiusmodi ad ea libenter intendimus, per quæ fabricarum Ecclesię, ac Monasterij in eadem Ciuitate ad honorem ipsius Sancti SILVESTRI nouiter erigendi perfectioni, ac personarum in eo sub suaui Religionis iugo altissimo famulātium, vt bonarum artium, & Theologiæ Studijs vacare possint, commoditati, & vtilitati eum diuini cultus augumento valeat salubriter prouideri.

Causa huius Cōst.

S. 3. Dudum siquidem omnia beneficia Ecclesiastica, cum cura, & sine cura, apud Sedem Apostolicam tunc vacantia, & in antea vacatura, collationi, & dispositioni nostræ reseruauimus, decernentes ex tunc irritum, & inane si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Hi Pont. reseruauit sibi omnia Beneficia vacatura.

S. 4. Cum taque postmodum Parocchialis Ecclesiæ Sancti Andreę Auxim. per liberam resignationem dilecti filij Ioannis Baptistæ Blaxini, nuper ipsius Ecclesiæ Rectoris, de illa, quam tunc à triennio, & vltra obtinebat, in manibus nostris sponte factam, & per Nos admissam, apud Sedem eamdem vacauerit, & vacet ad præsens, nullusque de illa præter Nos hac vice disponere potuerit, siue possit, reseruatione, & decreto obsistentibus supradictis.

In proc(...) resignata fuit Parochialis Ecclesia S. Andreæ à D. Io. Bapt. illius Rectore.

§. 5. Et sicut exhibita Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum SEBASTIANI FABRINI GENERALIS, et MAXIMI de VBALDIS Procuratoris Generalis Monachorum Siluestrinorum huismodi, peritio continebat, dilecti Filij Communitas, & homines, ac populus Ciuitatis Auximanæ prædictæ, ob maximum pictatis, & deuotionis studium, quo Sanctum SILVESTRVM Abbatem Conciuem suum, & Congregationis huiusmodi auctorem, atq; institutorem semper prosecuti sunt, diu, multumq; exoptauerunt, eosdem SILVESTRINOS Monachos intra sua mœnia euocare; atq; compleċti, & coacti inopia eorum Religiosorum hominum Monachorum, præcipuè, quotū apud illos nulla extant Monasteria, qui studeant spiritualibus exercitationibus, concionibus & sermonibus de rebus diuinis instituendis, consfelentiæ casibus explanandis, Scripturæ sacræ declarandæ, quiq; etiam operam collocent in Philosophiæ, & Theologiæ disciplinis tradendis, ac explicandis. Nemo enim in tanta Ciuitate est siue Secularium, siue Regularium, qui huiusmodi munia obeant, & qui propterea dies, ac noctes Ecclesiæ psallendo, Missarum solemnia celebrando, adolescentium animis Christiana Doctrina imbuendis, & tum Confessionum audiendarum, tum etiam Eucharistiæ Sacramentis administrandis, ea, quę par est, religione, & diligentia inseruiant. Vnde cum nullus nec capacior, nec commodior locus existeret, proximum Parochiali Ecclesiæ prædictæ supradictis Monachis Monasterium à fundamentis extruxerunt, & in eo sex eorumdem Monachorum Religiosi sub Prioris regimine, Regularią; obseruantia degentes maxima cum populi frequentia, ac Religionis progressu omnia supradicta munia peragunt, & prosequuntur, aliisq; pietatis, & caritatis operibus se exercent, & de cetero exercere, magisq; in dies augeri, & ampliari ad Dei omnipotentis gloriam, & animarum salutem desiderant. Verum quia habitationes Monasterij huiusmodi angustæ, & minus capaces sunt, vt ibi prædicti alijque Monachi eorum numero cupientes aggregari, recipi possint, pium hoc, & laudabile propositum satis commodè exequi, & adimplere nequeunt, nisi eis aliunde prouideatur. Cum autem sicut

Quam dd. Monachi supplicarunt Pont. applicari ipsorum Monasterio ex causis, hic expressis, & curā illius trāsferri in vnā Parochialem Ecclesiam.

eadem petitio subiungebat, si Parochialis Ecclesia prædicta cum eius domo rectorali, quæ angustissimæ existunt, & maxima reparatione indigent, & intra ambitum ipsius Monasterij comprehenduntur, Abbati, seu Priori, & Monachis prædictis, quibus illarum iam vsus concessus est, perpetuò concederetur, ac illius cura Parochialis, quæ viginti domorum circiter extitit, ad aliam Parochialem Auximanam vicinam, & tibi bene visam transferretur, ac alia quæ sequuntur fierent, ex hoc profectò dictorum Monachorum commoditatibus in tot pijs, & laudabilibus operibus exercendis, illorumque huiusmodi Congregationis augumento, & stabilimento, cum Dei laude, & seruitio plurimum consuleretur, pro parte SEBASTIANI GENERALIS, & MAXIMI prædictorum asserentium, dictum Ioannem Baptistam Ecclesiam Parochialem huiusmodi à triennio, & vltra obtinuisse, vt præfertur, & aliunde cum infrascriptis commodè viuere valere; fructus vero redditus, & prouentus eiusdem Parochialis Ecclesiæ vigintiquatuor ducatorum auri de Camera, secundum communem æstimationem valorem annuum non excedere, Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus ipsius Parochialis Ecclesiæ decori, & diuini cultus in ea incremento, institutique regularis ipsius Congregationis propagationi opportuna ratione consulere, ac aliàs in præmissis opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur.

Ideo Pont. mandat dictam Ecclesiam supprimi, & extingui.

§ 6. Nos igitur certam de præmissis notitiam non habentes, ipsosq. SEBASTIANVM GENERALEM, & MAXIMVM, ac eorum quemlibet à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes, huiusmodi, ac Communitatis, & hominum, ac populi prædictorum supplicationibus inclinati, fraternitati tuæ Frater Episcope, seu di screttioni tuæ fili Vicari per Apostolica scripta mandamus, quarenus constito prius tibi de præmissis, in Parochiali Ecclesia prædicta siue præmisso, siue alio quouis modo, aut ex alterius cuiuscumque personæ, seu per similem, vel aliam, vel liberam resignationem dicti Ioannis Baptistæ, vel cuiusuis alterius de illa in Romana curia, vel extra eam etiam coram Notario publico, & testibus sponte factam, aut constitutionem recolendæ memoriæ Ioannis PP. XXII. similiter prædecessoris nostri, quæ incipit Execrabilis; vel assecutionem alterius beneficij Ecclesiastici quauis auctoritate collati, vacet; etiam si tanto tempore vacauerit, quòd eius collatio iuxta Lateranensis Statuta Concilij ad Sedem prædictam legitimè deuoluta, ipsaque Parochialis Ecclesia dispositioni Apostolicæ specialiter, vel aliàs generaliter reseruata existat, & super ea inter aliquos lis, cuius statum præsentibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa; dummodo eius dispositio ad Nos hac vice pertineat, nomen, titulũ & denominationẽ Rectoris perpetuò dicta auctoritate nostra supprimas, & extinguas.

Curamque animarum transferri in aliam Ecclesiam cum assignatione emolumentorum & tali curæ prouenientiũ.

§ 7. Illisque sic suppressis, & extinctis, & ad hoc vt Ecclesiæ, illiusq; domus Rectoralis vsus perpetuò Abbati, seu Priori, & Conuentui Monasterij huiusmodi liber omninò, & absolutus remaneat, ab ipsa Ecclesia Sancti Andreæ omnem curam animarum dilectorum filiorum illius Parrochianorum nunc, & pro tempore existentium, illiusque exercitium, & vsum etiam perpetuo eadem auctoritate nostra abdices, & separes; necnon curam, & exercitium huiusmodi ad aliam Parochialem Ecclesiam Auximanam vicinam, & opportunam, ac tibi benevisam, accedente tamen dilectorum filiorum illius Rectoris, & Parrochianorum consensu; ita vt illi, & eius Rectori pro tempore existenti de cœtero subsint, & dictus Ioannes Baptista ex nunc ab ipsius Ecclesiæ Sancti Andreæ seruitio, & residentia apud eam facienda, ac omnibus, & singulis functionibus, officijs, exercitijs, oneribus, & obligationibus Parochialibus tuta conscientia liber atq; expensus censeatur; similiter perpetuò predicta auctorite nostra transferas; ac eidem Ecclesiæ, ad quam pradicta cura transferri contigerit, ex nunc prout ex tunc, & è contra postquam cura prædicta trãslata fuerit, omnia, & singula emolumenta incerta ex curæ animarum exercitio in primo dicta Ecclesia prouenientia, & lucrari solita, ac etiam decimas post obitum tamen dicti Ioannis Baptistæ, quæ illi eius vita durante reseruatæ sint, & esse censeantur; ita quòd liceat illius Rectori pro tempore existenti per se vel per alium seu alios suo, ac secundo dictæ Ecclesiæ nomine emolumenta incerta ex nunc & post obitum dicti Ioan. Bap. decimas huiusmodi, quæ valorem annuum septem ducatorum similium, vel circa, vt etiam asseritur, constituunt, percipere, exigere, & leuare, ac in suos vsus, & vtilitatem conuertere, pariter perpetuò auctoritate nostra prædicta applices, & appropries.

Eamque sine cura prædicta vna cum domo Rectorali, Reliquijs, ac supellectilibus cum sacris quæ prosunt dd. Monachis d. Monasterio concedit & assignat.

§. 8 Ecclesiam verò Sancti Andreæ sine cura remanentem, cum illius domo rectorali huiusmodi

huiusmodi, cuius quidem domus valor in proprietate quinquaginta ducatorum huiusmodi summam non excedit, & ex qua, si locaretur, vsque ad sex ducatos huiusmodi quotannis, vt pariter asseritur, perciperentur, Abbati, & Conuentui prædictis, cum paramentis, & ornamentis Ecclesiæ primo dictæ, illiusque Sacristiæ, ac omni & quacumque sacra, profanaq; suppellectili, Sanctorum corporibus, & alijs Reliquijs quantumuis insignibus, & principalibus, cæterisque rebus in primo dicta Ecclesia, illiusque Sacristia existentibus pro eorum vsibus, & exercitijs, itidem perpetuò eadem auctoritate nostra concedas, & assignes; ita quòd liceat Abbati, & Conuentui Monasterij, nunc, & pro tempore existentibus, Ecclesiæ Sancti Andreæ, ac domus, aliorumque præmissorum huiusmodi corporalem, realem, & actualem possessionem per se, vel per alium, seu alios, eorum, & Congregationis huiusmodi nomine apprehendere, & perpetuò retinere, illisque vti, & gaudere, Diœcesani loci, vel cuiusuis alterius licentia desuper minimè requisita.

Verumq; Beneficium simplex in illa, seu alia Ecclesia pro vno Presbytero sæculari ad subeunda onera prædictæ Eccles. suppressæ instituti iubet.

§. 9. Præterea in prædicta Sancti Andreæ, seu alia Ecclesia tibi beneuisa, vnum perpetuum simplex, & personalem residentiam non requirens beneficium sub eiusdem Sancti Andreæ, seu alia inuocatione, pro vno Clerico, seu Presbytero sæculari, perpetuò futuro illius beneficiato, qui reliqua primo dictæ Ecclesiæ, illiusque Rectoris, præter curæ animarum, & Sacramentorum Ecclesiasticorum administrationis incumbentia onera supportare teneatur, etiam perpetuò, sine tamen alicuius præiudicio, prædicta auctoritate nostra erigas, & instituas.

Pro eius dote assignando omnia prædictæ Ecclesiæ emolumenta præter, trans. etc.

§. 10. Illique sic erecto, & instituto pro eius dote, & futuri beneficiati, onerumq; illi incumbentium supportatione, omnia, & singula alia primo dictæ Ecclesiæ bona, fructus, redditus, prouentus, iura, & actiones, præterquam abdicata, & translata, & concessa, & assignata, à primo dicta Ecclesia dismembrando, & separando in perpetuum, auctoritate nostra huiusmodi applices, & appropries: Ita quòd futurus beneficiatus prædictus eorum possessionem etiam apprehendere, illaq; habere, percipere, & consequi, ac in suos vsus, & vtilitatem conuertere absque alicuius alterius licentia liberè possit, & valeat.

Et huiusmodi Benef. cum d. Ioan. Bap. si idoneus extiterit cum suis honoribus, & oneribus conferri.

§. 11. Et nihilominus beneficium prædictum, cuius, & illi forsan annexorum fructus, redditus, & prouentus, quatuordecim ducatorum parium secundum æstimationem prædictam valorem annuum, vt pariter asseritur, non excedunt, à primæua erectione, & institutione huiusmodi vacans, dicto Ioanni Baptistæ, post quam tamen per diligentem examinationem dictum Ioannem Baptistam ad hoc idoneum esse repereris, super quo conscientiam tuam oneramus, prædicta auctoritate nostra conferas, & assignes, inducens per te, vel alium, seu alios, eumdem Ioannem Baptistam, vel Procuratorem suum eius nomine, in corporalem possessionem beneficij, ac annexorum, iuriumq; & pertinentiarum prædictorum; ac defendens inductum, amoto exinde quolibet illicito detentore; ac faciens, Ioannem Baptistam, vel pro eo Procuratorem prædictum ad beneficium huiusmodi, vt est moris, admitti, sibique de illius, ac annexorum eorumdem fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, & obuentionibus vniuersis integrè responderi; contradictores auctoritate nostra prædicta, appellatione postposita, compescendo.

In contrarium facientibus derogat.

§. 12. Non obstantibus præmissis, & nostra de exprimendo vero annuo valore secundum æstimationem prædictam, tàm beneficij vniendi, quàm illius, cui fit vnio, necnon piæ memoriæ Bonifacij PP. VIII. similiter prædecessoris nostri, alijsque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis contrarijs quibuscumque: aut si aliqui super prouisionibus sibi faciendis de huiusmodi, vel alijs beneficijs Ecclesiasticis in illis partibus speciales, vel generales dictæ Sedis, aut Legatorum eius litteras impetrarint, etiam si per eas ad inhibitionem, reseruationem, & decretum, vel aliàs quomodolibet sit processum, quas quidem litteras, & processus habitos per easdem, ac inde secuta quæcumq; ad prædictam Ecclesiam Sancti Andreæ volumus non extendi, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem beneficiorum aliorum præiudicium generari.

Clausulas præstantes adiungit.

§. 13. Nos enim quoad resignationem, prout est si attentatum forsan est hactenus, vel in posterum, & quoad illam, & alia præmissa huiusmodi, dictusque Ioannis Baptista ad hoc repertus fuerit idoneus, ex nunc perinde irritum decreuimus, & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, ac si die datæ earumdem præsentium dicto Ioan. Bap. ad id reperto idoneo de beneficio huiusmodi mandauissemus prouideri.

Dat. P. An. 13. die 23. Septembr.

Darum Tusculi Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo Sexcentesimo Decimo septimo, Nono Kalendas Octobris. Pontificatus nostri Anno Tertiodecimo.

Sequitur extensio cuiuscumque gratiæ & priuilegij Ordinum Mendicantium, & non Mendicantium ad prædictam Congregationem cum omnibus restrictionibus.

Edita AD. 1606. PAVLVS PAPA QVINTVS
Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

Religiosorum virorum altissimo famulantium profectui, quantum cum Domino possumus, paterna caritate prospicere cupientes, priuilegia, & gratias aliorum Ordinum, & Congregationum Regularium Religiosis cōcessa, libenter illis communicamus, & ad eos extendimus, cum id conspicimus in Domino salubriter expedire.

Cons. huius cōst.

§. 1. Cum itaque, sicut dilecti filij Iacobus Mercatus Magister Generalis, & Monachi Congregationis Siluestrinorum Ordinis S. Benedicti Nobis nuper exponi fecerunt, Congregatio præfata nulla, aut pauca priuilegia, gratias, & indulta, quibus ipsius Congregationis Religiosi fruuntur, habeat, & propterea, vt maiori cum spiritus feruore, & animorum quiete Deo seruire possit, cupiant Magister Generalis, & Monachi prædicti priuilegia, gratias, & indulta huiusmodi, tàm Mendicantiū, quàm non Mendicantium Ordinibus, & Congregationibus, ac eorum Monasterijs, domibus, locis, & personis per quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores nostros, quomodolibet concessa, ad eorum Siluestrinorum Congregationem, illiusque Monachos, & personas extendi, illaque eis communicari. Ideò pro parte dicti Iacobi Magistri Generalis, & Monachorum prædictorum Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus in præmissis opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur.

Communicatio omnium gratiarum & non aliorum, cuiuscumque Ord. Mendicātiū & non Mendicātium, cum tribus restrictionibus.

§. 2. Nos igitur Congregationem Siluestrinorum prædictam, eiusque Monachos, & personas quascumque ob eorum regularem disciplinam specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, ac singulorum priuilegiorum, & gratiarum, & litterarum desuper confectarum huiusmodi tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, & quemlibet eorumdem Religiosorum à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsq; ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, de consilio Ven. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium super consultationibus, & negotijs Episcoporum, & Regularium deputatorum, omnia & singula priuilegia, prærogatiuas, concessiones, facultates, exemptiones, immunitates, indulta, cæterasque gratias spirituales, & temporales, ac tàm coniunctim, quàm diuisim, & aliàs quomodolibet, quibusuis Mendicantium, & non Mendicantium Ordinum Congregationibus, ac tàm virorum, quàm mulierum Monasterijs, domibus, & regularibus locis in quibuscumq; Mundi partibus consistentibus, illorumque Superioribus, Fratribus, Monachis, & personis per quoscumq; Romanos Pontifices Prædecessores nostros huiusmodi, ac Nos, & Sedem eamdem, & per viam communicationis, vel extensionis, aut aliàs concessa, ac quibus singulæ Congregationes prædictæ, earumque Monasteria, domus, & loca, ac Superiores, Fratres, & Monachi, & personæ huiusmodi de iure, vsu, consuetudine, vel priuilegio, aut concessione Apostolica, vel alia quauis auctoritate, aut alias quomodolibet vtuntur, fruuntur, & gaudent, ac vti, frui, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum (quatenus sint in vsu, & non sint reuocata, neque sub aliquibus reuocationibus compræhensa, ac sacris canonibus, & Concilij Tridentini decretis, seu particularibus Constitutionibus eiusdē Congregationis Siluestrinorum non contrarientur) ad prædictam Siluestrinorum Congregationem, ità vt illa, eiusque tàm virorum, quam mulierum hospitalia, Conuentus, seu regulares domus, illarumque Priores, Superiores, Officiales, Fratres, Ministri, & aliæ personæ nunc, & pro tempore existentes, præmissis omnibus, & singulis æquè, ac pariformiter, & sinè vlla prorsus differentia vti, frui, potiri, & gaudere liberè, & licitè possint, & valeant, ac si in illa dictæ Siluestrinorum Congregationis, illiusque Monasterijs, Hospitalibus, Conuentibus, & domibus regularibus, ac Superioribus, Officialibus, Fratribus, Ministris, & alijs personis prædictis specialiter, & expressè, ac principaliter, non autem ad instar, concessa, ac præsentibus de verbo ad verbum inserta fuissent, auctoritate, & tenore prædictis perpetuò extendimus, illaque omnia, & singula dictæ Siluestrinorum Congregationi, illiusque Monasterijs, Hospitalibus, Conuentibus, ac regularibus domibus, necnon Prioribus, Superioribus, Officialibus, Fratribus, Ministris, & personis prædictis quibuscumq. (exceptis tamen Priuilegijs Monachorum S. Benedicti, per quæ eidē Ordini indulgentiæ conceduntur, ac etiam excepta facultate eligendi, & deputandi Conseruatores Religionis, & Monachorum) communicamus.

Prima restrictio dictæ communicationis.

Secunda restrictio.

Tertia restrictio.

Decer-

Clausula sublata cum decreto irritanti.

§. 3. Decernentes, sic, & non aliter, per quoscumque Iudices quauis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, quicquid secus super his a quocumque quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Mandat Protectori vt faciat eis omnia obseruari omnibus opportunis remedijs appellatione postposita etiam inuocato auxilio brachij secularis.

§. 4. Quocirca dilecto filio moderno, & pro tempore existenti dictæ Siluestrinorum Congregationis Protectori, per præsentes cōmittimus, & mandamus, quatenus per se, vel aliū, seu alios præsentes litteras, & in eis contenta quæcūque, vbi, & quando opus fuerit, solemniter publicans, ac dictæ Siluestrinorum Congregationis Monachis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistens, faciat auctoritate nostra præsentes, & in eis contenta huiusmodi firmiter obseruari, ac singulos, quos ipsæ litteræ concernunt, illis pacificè frui, & gaudere; non permittens, eos, vel eorum aliquem desuper contra præsentium tenorem per quoscūq; etiam locorum Ordinarios, quomodolibet indebitè molestari, perturbari, vel impediri; Contradictores quoslibet, & rebelles, ac præmissis non parentes, per sententias, & censuras Ecclesiasticas, ac etiam pecuniarias pœnas, aliaq; opportuna iuris, ac facti remedia, appellatione postposita, cōpescen. Inuocato etiā ad hoc, si opus fuerit auxilio brachij secularis.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstan. quibusuis Apostolicis, ac in prouincialibus, & in synodalibus Concilijs editis, generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, necnon Mendicantium, & non Mendicantium Ordinum, Cōgregationum, Monasteriorum, & regularium domorum, & iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoq; indultis, & litteris Apostolicis illis, eorumque superioribus, & personis sub quibuscūq; tenoribus & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsq; efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritan. & alijs decretis in genere vel in specie, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, ac alias in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, illorum omnium tenores, ac si de verbo ad verbum exprimerentur, ac insererentur, præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat harum serie specialiter, & expressè derogamus, cæterisq; contrarijs quibuscumq.

Fides transumptorum.

§. 6. Volumus autem, vt præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo dictæ Siluestrinorum Congregationis, vel illius Protectoris obsignatis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. Romæ apud S. Petrū sub Annulo Pisc. die 23. Nouēb. MDCVI. Pontific. nostri A. II.

Dat. Pont. A. 2. die 23. Nouemb.

IX.

Quòd Fratres Capuccini Ordinis Minorum S. Francisci in publicis processionibus vbique locorum Crucem propriam deferre possint.

Horum Fratrum Institutionis approbationem edixit Clem. VII. in sua Const. 21. Religionis, sup. tom. 1. pag. 589. vbi de eorum materia plenè notatum est. Et prohibitionem deferendi ipsorum habitum, vel consimilem edidit Greg. XV. vt inf. In eius Const. 15. Ex iniuncto, vbi aliam similem Greg. xiij. Const. habes insertam. Quòd verò isti Fratres sint verè Fratres Minores ex Ordine S. Francisci, declarauerunt iisdem Paul. in Const. 54. Ecclesiæ, sup. tom. 3. p. 244. & S. D. N. Vrb. VIII. in Const. 68. Saluatoris, hic inf. vbi notabo.

PAVLVS PAPA QVINTVS Edita An. D. 1607

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Pastoralis officij, quo diuina dispensatione nullo nostro merito fungimur, ratio postulat, vt Religiosorum, maximè strictioris Obseruantiæ, paci, & quieti, quantum Nobis ex alto conceditur, opportunè consulamus.

Causa Constitutionis.

§. 1. Cùm itaq; sicut dilectus filius Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum nuncupatorum, Nobis nuper exponi fecit, nonnullæ rixæ, & dissensiones inter Fratres dicti Ordinis, & dilectos etiam filios Fratres Ordinis Fratrum Minorum Conuentualium S. Francisci, dum primodicti Fratres in Processionibus publicis sub eorumdem Fratrum Minorum Conuentualium Cruce incedunt, interdum oriantur.

Indultum horum Fratrū deferendi Crucem propriā in processionibus

§. 2. Nos omnem rixarum, & dissensionum prædictarum materiam submouere volentes, dictosq; Fratres Minores Capuccinos nuncupatos specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusuis excommunicationis, suspensionis, interdicti, alijsq; Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsen-

tium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutas fore censentes, supplicationibus illorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati; De Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotijs Regularium præposit orum consilio, eisdem Fratribus Minoribus Capuccinis nuncupatis, quòd vbique locorum in publicis Processionibus huiusmodi, Crucem propriam ad formam Constitutionis fel. rec. Gregorij Papæ XIII. Prædecessoris nostri, quæ incipit; Exposcit Pastoralis officij &c. deferre possint, & valeant, Apostolica auctoritate tenore præsentium concedimus, & indulgemus.

Ista Gregor. xiii Const. est 14 sup. t. 2. Bullar. pag. 469.

§. 3. Decernentes, præsentes litteras validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosq; plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Decretum irritans.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon vtriusque Ordinis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; priuilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, cófirmatis, & innouatis. Quibusomnibus & singulis, eorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Clausulæ derogatoriæ.

§. 5. Volumus autem, vt præsentium transumptis etiam impressis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsētibus adhiberetur, si forēt exhibitæ, vel ostēsæ.

Fides transumptorum.

Dat. Tusculi sub Annulo Piscatoris die xij. Octobris M. D. CXVII. Pontificatus Nostri Anno Decimotertio.

Dat. P. An. 13. die 12. Octobris.

X.

Innouatio, & declaratio Constitutionum Sixti Quinti, & Clementis Octaui De non alienandis bonis in Forenses, ac Castris, & alijs iurisdictionalibus, tàm in Forenses, quàm in Subditos, absque præcedente Sedis Apostolicæ licentia in scriptis obtinenda.

Huius Sixti Const. est sup. tom. 2. p. 488. & Clementis VIII. in 3. tom. p. 121.

Istorum Pontificum Constitutiones nouissimè confirmauit, innouauit, declarauit, & extendit etiam ad Castra diruta, Tenutas, & Prædia etiam non Iurisdictionalia in confinibus loci Iurisdictionalis, & ad bona in Statu Ecclesiastico in confinio Principum exterorum sita, necnon ad eorum locationes, aut censuum annuorum super præmissis impositiones, vel iam impositorum venditiones, S. D. N. Vrbanus VIII. infra in sua Const. 65. Decernens. vbi etiam notabo.

PAVLVS EPISCOPVS

Seruus Seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

PASTORALE munus, quod infirmitatem nostram gerere diuina clementia voluit; Nos admonet, vt sicut rationis exigit ordo, Nos qui alijs sua tribui procuramus, Sedis etiam Apostolicæ iura tueamur, & statum, ac Subditorum nostrorum vtilitati, & tranquillitati consulamus, ac proinde, vt ea, quæ à Rom. Pont. Prædecessoribus nostris prouidè constituta comperimus, illibata perpetuò perseuerent, omnem ea eludenti viam Apostolicis declarationibus, ac nouis dispositionibus præcludimus, & Apostolico munimine roboramus, ac aliàs disponimus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire.

Edita An. D. 1617. Prœmium.

§. 1. Siquidem licèt olim fe. rec. Sixtus Papa V. prædecessor noster, vt ditionis temporalis Sedis Apostolicæ, eiusque Subditorum conseruationi, & commodo prospiceret, Ciuitates, Oppida, Castra, Feuda, Iurisdictiones, ac bona quæcumque stabilia, vel immobilia in statu Ecclesiastico existentia, absque sua & Sedis Apostolicæ licentia, quibuscumque forensibus, & extraneis eidem Sedi non subditis, vendi, permutari, vltra triennium locari, in emphiteusim, feudum, liuellum, pignus, seu precarium concedi. Nec non Ciuitates, Castra, & Oppida, multòq; magis fortalitia, ac feudalia, & iurisdictiones in eodem Statu Ecclesiastico consistentia, & consistentes, tàm in exteros, vel forenses, quàm in alios quoscumque, etiam subditos, nisi de expressa præcedēte sua, & Romani Pontificis pro tempore existentis licentia, vendi, permutari, vel donari, prohibuerit; ac alia statuerit, & ordinauerit, prout in suis sub dat. Romę apud Sanctum Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ 1585. Kal. Iulij, Pontificatus sui anno primo, expeditis litteris plenius continetur.

Sixtus v. in subditos prohibet à sque licentia Sed. Apost. bona in statu ecclesiastico castella alienari in forenses, Castra, et iurisdictiones alienari in quoscumque.

§. 2. Ac subinde à rec. me. Clemente Papa VIII. similiter prædecessore nostro emanarint litteræ tenoris subsequentis, videlicet

Clem. viij ut innouat. eam legem, declarauit, & extendit.

CLE-

CLEMENS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Romanum decet Pontificem, &c.

Tenor est supra insertus in par. 3. Bullarij, fol. 121.

Illa tamen male interpretabātur.

§. 3. Nihilominus, quia postmodum experientia compertum fuit, amplius prouidendum esse, ne tàm ab extraneis, & forensibus, quàm à subditis nostris prohibitiones, ac Cōstitutiones, & Litteræ earumdē Sixti, & Clementis Prædecessorum varijs, & alienis ab eorum mente interpretationibus subuerti, & diuersis conuentionibus, etiam palliatis; in ijs, quæ circa alienationem Ciuitatum, Castrorū, Oppidorum, & Locorum iurisdictionalium, nonnisi præcedente nostra, & Romani Pontificis pro tempore existentis licentia facienda, disponunt, fraudibus eludi possint.

Illas ideo hic Pont. approbat, & innouat.

§. 4. Nos tàm ex ijs, quæ in Constitutionibus prædictis continentur, quàm ex alijs iustis, & rationabilibus causis animum nostrum mouentibus, præmissis, & alijs infrascriptis opportunis remedijs occurrere volentes, necnon præfatarum Sixti, & Clementis prædecessorū huiusmodi Litterarum tenores Præsentibus pro expressis habentes; Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, hac nostra perpetuò valitura Constitutione easdē Litteras Sixti, & Clementis Prædecessorum approbamus, & confirmamus, illasque innouamus, ac inuiolabiliter obseruari mandamus.

Declaratq; & ampliat, in permutationibus & donationibus, etiam reseruato beneplacito Sedis Apostolicæ, &c.

§. 5. Præterea easdem Constitutiones quatenus etiam in subditis bona alienari absque Sedis Apostolicæ licentia vetant, declarantes, & quatenus opus sit, etiam extendentes, Constitutiones huiusmodi in venditionis, permutationis, & donationis contractibus, etiam cum pacto de retrouendendo, seu retrocedendo, vel etiam reseruato nostro, & Apostolicæ Sedis beneplacito, aut etiam correspectiuis, seu connexis, vel sub locationis, aut alterius contractus nomine palliatis, super præfatis Ciuitatibus, Castris, Oppidis, & multo magis Fortalitijs, & quibuslibet locis iurisdictionalibus, vel feudalibus, intra limites Status Ecclesiastici consistentibus, illorumq; dominio, & possessione, iurisdictioneque, ac iurisdictionis exercitio quomodolibet, & quauis occasione, prætextu, vel causa, etiam necessaria, etiam subhastationis, adiudicationis, & dationis in solutum, etiam iudicialis faciendis obtinere, & inuiolabiliter obseruandas esse; ita videlicet, quòd nostra, & pro tempore existentis Romani Pontificis expressa licentia priùs in scriptis impetrari, & in actu celebrationis cōtractus realiter apud Notarium exhiberi, & dimitti debeat, & non aliàs decernimus, statuimus, & ordinamus.

Contrauenientibus pœnas infligit & contractus annullat.

§. 6. Quòd si quis ad aliquam alienationē deuenerit contra formam præsentis Constitutionis, alienatio, seu contractus sint ipso iure nulli, nullumque sortiantur effectum; & nihilominus alienans, ac contrahens pœnam præfatæ Clementis Prædecessoris Constitutionis incurrat, nempe cadat ab omni iure suo, & intelligatur ipso iure absque alia declaratione priuatus omni sua possessione, eiusque vita durante, fructus, & commoditas, vt supra alienatæ rei, translatæ, aut grauatæ, spectent pleno iure ad Sedem, & Cameram Apostolicam; ita quod eo ipso Camera Apostolica possit bona præfata propria auctoritate capere, & penes se retinere, viuentibus ita contrahentibus; ipsis verò defunctis, eadem Castra, Oppida, & iurisdictiones, aliaque supradicta ad eos, ad quos de iure, si disponentes ab intestato decessissent, vel contractus huiusmodi facti non fuissent, peruenire deberent, omnino perueniant.

Notarijs harum alienationū instrumenta conficientibus pœnas imponit.

§. 7. Tabelliones verò, & Notarios, etiam de numero participantium, & alios quoscumque, Instrumenta, & scripturas huiusmodi conficientes, & formam huiusmodi non seruantes, seu illas Sedi, & Cameræ Apostolicæ non reuelantes, nec exhibentes, pœnam falsi, ac priuationis nedum exercitij, sed officij, & tituli Tabellionatus, ac Notariatus, aliorumq; Officiorum, quæ obtinent, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa, & alia in posterum exercenda, eo ipso incurrere decernimus.

Et ita & non aliter iudicari mandat.

§. 8. Sicque, & non aliter per quoscumq; Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane quicquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Obseruantiam huius legis, Officialibus iniungit.

§. 9. Iniungentes, & mandantes eisdem Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, ac Iudicibus, nunc, & pro tempore in toto statu Ecclesiastico existentibus, & eorum cuilibet, vt declarationem, extensionem, decretum, inhibitionem, præceptum, mandatum, statutum, & ordinationem nostram huiusmodi in eodem statu Ecclesiastico ab omnibus, ad quos spectat, & spectabit, perpetuò obseruari mandēt, & faciant, Contradictores quoscumq; opportunis iuris, & facti remedijs, appellatione postposita, compescendo.

Contrarijs derogat.

§. 10. Non obstantibus omnibus, & singulis,

gulis, quæ præfati Sixtus, & Clemens Prædecessores in suis litteris præfatis voluerunt nō obstare, cęterisque contrarijs quibuscumque.

Publicationem Bullæ, & eius effectum subiecit.

§. 11. Volumus autem, vt præsens, postquam in Valuis Ecclesiæ Lateraneñ. & Basilicæ Principis Apostolorum, necnon in acie Campi Floræ affixæ, & publicatæ fuerint, quoscumque tàm præsentes, quàm absentes, & vbicumq; etiam extra Statum nostrum Ecclesiasticum existentes, perinde obligent, & arctent, acsi vnicuique eorum nominatim intimatæ fuissent.

Transumptis credi iubet.

§. 12. Ac etiam volumus, vt earum exemplis etiam impressis, manu Notarij publici, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides vbiquè locorum in iudicio, & extra habeatur, quæ ipsismet præsentibus haberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ.

Sanctionē poenalem subiungit.

§. 13. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum confirmationis, innouationis, declarationis, extensionis, decretorum, inhibitionis, præcepti, mandatorum, voluntatum, statuti, & ordinationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Dat. Pont. An 13. die 20. Nouembr.

Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo decimoseptimo, duodecimo kal. Decembris, Pontificatus Nostri Anno Tertiodecimo.

Publicatio.

Anno à Natiuitate D.N.Iesu Christi 1617. Indictione 15. die verò 29. mensis Decembris, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & D. N. D. Pauli Diuina prouidentia Papæ V. Anno eius decimotertio, supradictæ litteræ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Basilicarum S. Io. Lateraneñ. & S. Petri Principis Apostolorum de Vrbe, necnon in acie Campi Floræ, per nos Augustinum Bracherium, & Pompilium Corsettum Apostolicos Cursor.

Siluerius Pontirolus Mag. Curs.

XI.

Confirmatio Statutorum, seu Capitulorum Confraternitatis Coquorum, ac Pasticeriorum sub Inuocatione Annunciationis Beatissimæ Mariæ Virginis in Ecclesia Sanctorum Vincentij, & Anastasij de Vrbe.

Hæc Statuta sunt hic inserta, & diuisa per Capita.

De forma aggregandi Confraternitates habes sup. in Clem. 8. Const. 115. Quæcumque, tom. 3. pag. 164.

PAVLVS PAPA QVINTVS
Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

Pias Christifidelium Confraternitates ad pietatis, & Christianæ caritatis opera exerceñ. Canonicè Institutas, vt in eorumdem piorum operum exercitio confoueantur, specialibus & gratijs libenter prosequimur, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

Narratur quod ab illa Confr. condita fuerunt nonnulla Statuta pro felici ipsius directione eorumq; approb. à Vic. Vrbis obtinuerunt. Tenor Cap. est hic subsequens.

§. 1. Sanè nomine dilectorum filiorum Officialium, ac Confratrum Confraternitatis Coquorum, ac Pasticeriorum nuncupatæ, sub Inuocatione Annnunciationis Beatæ Mariæ Virginis in Ecclesia SS. Vincentij, & Anastasij Regionis Arenulæ de Vrbe canonicè institutæ, Nobis nuper expositum fuit, quòd ipsi pro felici, prosperaque Confraternitatis huiusmodi directione nonnulla statuta condiderunt, illaq; in vnum volumen compilata, à dilecto filio nostro in Vrbe Vicario in spiritualibus Generali approbari, & confirmari obtinuerunt, tenoris subsequeñ. videlicet.

Capitoli della Venerabile Compagnia de' Cuochi, e Pasticcieri di Roma.

Ogn'anno nella Congregatione Generale, che si suole fare il Venerdì delle quattro tempora di santa Lucia, si crearanno gl'infrascritti vfficiali, cioè vn Priore, vn Camerlengo, quattro Guardiani, due Reuisori, due Infermieri, due Sagristani, & il Procuratore generale; e si crearanno indifferentemente senza hauer riguardo più à vna natione che all'altra.

Del modo di creare gli Vfficiali Cap. II.

Quali siano gli Vfficiali, & quādo si creino.

Il Priore insieme con gli Vfficiali, Vecchi, e gl'altri fratelli, che non doueranno essere meno di quaranta, Congregati dopò la solita oratione nominaranno vndeci Fratelli più idonei per gli vfficij dell'anno seguente, e notati che saranno dal Notaro, l'imbossoleranno, & s'intenderanno eletti quei, c'haueranno più voti.

Potrà la Compagnia ancora parimente à voti seguenti confirmar per l'anno à venire, chi di loro più li parerà, & si dichiarerà, che quei che non vorranno accettare l'vfficio impostogli, pagaranno alla Compagnia libre tre di cera bianca.

Dell'

Dell'Vfficio del Priore. Cap. III.

IL Priore come capo douerà hauere sempre il primo luogo nella Compagnia, & interuerrà à tutte le Congregationi, mentre però non sarà impedito.

Nel primo Sabbato di ciascun mese intenderà da gl'Vfficiali, se la Compagnia hà bisogno alcuno, per poter rimediare al tutto, e nel medesimo tempo farà à tutti quelli, che saranno creditori della Compagnia, li mandati diretti al Camerlengo, ò altri Vfficiali segnati di sua mano, e sigillati co'l solito sigillo della Compagnia, ad effetto siano sodisfatti di quãto deueranno hauere.

Quando in Congregatione si proporrà qualche negotio, esso Priore ordinarà, che si esseguisca quello, che dalla maggior parte de' fratelli sarà stimato più conueniente.

Haurà cura di far à suoi tempi intimare le Congregationi particolari, e ogni quattro tempora le generali.

Dell'Vfficio del Camerlengo. Cap. IIII.

IL Camerlengo hauerà appresso di se il libro dell'entrata, e dell'vscita, notando da chi si riceue, & à chi si sborsa.

Hauerà anco il libro delle quietanze, doue notarà le riceuute di quelli con mandato del Priore si pagaranno, pagandosi subito quei, che deueranno hauere.

In detto libro notarà anco le quietanze, che faranno i Canonici di S. Lorenzo in Damaso.

Quando gli occorrerà far qualche spesa, non potrà spender più di due scudi senz'ordine della Congregatione, altrimente la Compagnia non li farà buona cosa alcuna.

Hauerà anco cura di prouedere la cera, che bisognarà per seruitio della Chiesa, e dell'altre occorrenze della Compagnia.

Riscuoterà le pigioni, censi, & altre entrate ordinarie, e straordinarie.

Scriuerà al libro quelli, ch'entraranno alla Compagnia.

Prouederà le tapezzarie, e quello che bisognerà per l'apparato della festa della Nuntiata, & anco nella festa de' santi Vincenzo, & Anastasio.

Dell'Vfficio de' Guardiani. Cap. V.

LI Guardiani haueranno il libro dell'Inuentario delle robbe, che hà la Compagnia, e che li capitaranno per l'auuenire.

Haueranno il libro Mastro, doue sono notati tutti i beni, & entrate della Compagnia, & doue sarà notato chi hà lasciati detti beni, e chi ne rogò l'instrumento, con l'anno, e mese, dẽtro del qual libro saranno notati tutti gl'Instrumenti, e Bolle pertinenti all'interesse della Compagnia con altre scritture, che si conseruano nel Cassone.

E perche in detto Cassone vi stanno i denari della Compagnia, ciascuno de' Guardiani ne haueranno vna chiaue, come anco della cassetta dell'Offertorio, in detto Cassone si metteranno li denari, che si pagaranno alla Compagnia dalli fratelli ogn'anno conforme alla tassa, e tutti li denari, che si haueranno de' legati, ò in altro modo, eccetto dell'entrate ordinarie.

Li medesimi faranno fare tutte le spese straordinarie, come fabriche, paramenti, raccomodamenti della Chiesa, e di Case, e di altre robbe della Compagnia, & con questi denari del Cassone si paghearanno i fratelli Vfficiali, che al fine del loro vfficio fussero per sorte creditori della Compagnia, e queste spese non si faranno senza hauerne ottenuta prima licenza dalla Congregatione, e con mandato del Priore.

Dell'Vfficio de' Reuisori. Cap. VI.

PErche i Reuisori haueranno carico di riuedere diligẽtemente il conto di quel che haueranno maneggiato, tanto i Guardiani, quanto il Camerlengo, e ogn'altro Vfficiale della Cõpagnia, essi medesimi sottoscriueranno tutti li mandati de i pagamenti, & elemosine, che si faranno. Percio tutti gli Vfficiali, per le mani de' quali saranno passati negotij della Compagnia, finito il loro Vfficio in termine d'otto giorni al più renderanno conto delle loro amministrationi in mano de i nuoui Reuisori alla presenza de' Vecchi, e li consegnaranno i libri ad effetto, che possino riueder il tutto; e detti Reuisori nuoui referiranno in Congregatione se vi è debito, o credito per poterfene far le debite quietanze, e se vi sarà alcuno Vfficiale, che resti creditore della Compagnia, sarà sodisfatto de i denari del Cassone co'l solito mandato come sopra.

Dell'Vfficio dell'Infermieri. Cap. VII.

GL'Infermieri in caso d'infermità, soccorreranno i fratelli della Compagnia, tanto ricchi, quanto poueri, facendoli somministrare li Sacramenti dal proprio Curato, & ogn'altra cosa necessaria alla salute dell'anima.

Et non

Et non hauendo il fratello infermo il modo di mantenersi, ne daranno conto al Priore, insieme con la qualità del male, il qual Priore poi ordinarà con suo mandato al Camerlengo, che li dia la solita carità : e caso, che ne succedesse la morte, essi Infermieri haueranno cura, che sia sepellito doue esso, viuendo, hà lasciato; e questo si farà à spese del morto, se vi sarà la commodità, altrimente i fratelli cõtribuiranno al sotterratorio, intimandosi i fratelli, e vi si deueranno chiamare sei preti con quattro torcie, ò in altro modo, come giudicheranno gli Vfficiali della Compagnia.

Della Tassa, che deueranno pagare li Fratelli ogn'anno alla Compagnia. Cap. VIII.

PErche la Compagnia è pouera, & occorrono farsi molte spese per seruitio di essa e particolarmente per aiuto de' poueri fratelli infermi, si ordina di commune consenso, che debbano i fratelli ciascun di loro pagare ogn'anno l'infrascritta Tassa, deuendo esser pagata per tutte le Tempora di Natale, e coloro, che non vorranno pagare, ò si sforzeranno à pagar giudicialmente, ò si casseranno dalla Compagnia, come più à lei parerà; e questa Tassa ogn'anno vno de' quattro Guardiani anderà per le Cucine, e botteghe di Pasticcieri à riscuoterla, notandosi il denaro nel libro, che à questo effetto porterà seco.

Il Cuoco segreto di Nostro Signore pagherà tre giulij.

Gl'altri di Cucina, e luoghi communi de' Cardinali, Ambasciatori, Prencipi, Prelati, & altri Signori titolari per ciascuno pagherãno giulij tre.

Gl'Aiutanti de' Cuochi ordinarij di qualsiuoglia persona, e lauoranti de' Pasticcieri per ciascuno due giulij.

Li Garzoni di Cucina, e de' Pasticcieri per ciascuno vn giulio.

Delle Congregationi generali, e secrete. Cap. IX.

ACciò, che i negotij della Compagnia passino sempre co'l commune consenso de' Fratelli, si ordina, che quando s'intimeranno le Congregationi generali, e le secrete di tutto l'Anno, i fratelli debbano interuenirui, mentre però non saranno impediti, ò per causa di absenza, ò di malatia, ò di banchetto, altrimente ciascun fratello pagherà vn giulio per volta alla Compagnia, e ciascun' Vfficiale paghera vna libra di cera; e questa pena si potrà far pagare giudicialmente.

Di quello, che la Compagnia deue ogn'anno pagare al Capitolo di S. Lorenzo in Damaso. Cap. X.

IL Camerlengo à nome della Compagnia ogn'anno nel giorno di S. Lorenzo pagherà alli Signori Canonici, e Capitolo di S. Lorenzo in Damaso la solita risposta di tre libre di cera, & in euento, che non paghi finito il suo Vfficio, pagherà del proprio, astringendolo à questo pagamento giudicialmente il nouo Camerlengo, & se il detto Camerlengo nuouo mancherà di farlo pagare, l'altro Camerlengo, che succederà, ò altri Vfficiali sforzeranno lui medesimo giudicialmente à pagare del suo duplicatamente.

Ordine, che si deue tenere quando si riceuono li Fratelli alla Compagnia. Cap. XI.

QVelli, che vorranno entrare alla Compagnia, si deueranno prima informare de gl' Ordini, & Statuti di essa Compagnia, & informato che sarà, si potrà riceuere in essa, con farli fare le solite cerimonie auanti l'Altare alla presenza del Cappellano; e riceuuto che sarà, si farà conoscere da gli altri Fratelli Vfficiali per membro della Compagnia, e per ciò farà scriuere il suo nome, cognome, patria, e padrone, se l'hauerà, co'l giorno, che fu riceuuto.

La Compagnia però non deuerà riceuere alcuno in essa, se prima non è stato Cuoco, ò seruitore de Cuochi, ò de Pasticcieri.

Dell'Vfficio del Procuratore Generale. Cap. XII.

IL Procuratore Generale comparirà sempre per parte dello Compagnia, quando sarà citato, ò occorrerà, che esso facci citare qualcuno per interesse della Compagnia, attendendo a questi negotij in compagnia del nostro Notaro, il quale sollecitarà anco per se stesso le cause di essa Compagnia, & in caso, che si habbino à trattar cause, che habbino bisogno dell'aiuto d'altro Procuratore, potrà il detto Procuratore Generale con licenza d'essa Compagnia eleggerne vno come più le parerà, che sia atto à dare buon fine à simili negotij.

Dell'Obligo del Notaro della Compagnia. Cap. XIV.

IL Notaro hauerà cura di sollecitar le cause della Compagnia, interuerrà à tutte le Con-

Congregationi, che si faranno, e non solamente darà copia di tutti gli Instrumenti, che rogaranno in esse per seruitio d'essa Compagnia, ma di qualsiuoglia risolutione ancora, che la detta Compagnia farà; e per sua prouisione se li daranno ogn'anno scudi sei.

Della fedeltà, che deueranno promettere gli Vfficiali alla Compagnia. Cap. XV.

GL'Vfficiali, eletti che saranno, prometteranno in mano del Notaro, di essercitare fedelmente il loro vfficio, e di procurare l'augumento della Compagnia, e di rendere, al fine del loro vfficio, fedel conto di quanto haueranno maneggiato; In mancamento di che prometteranno di stare à sentenza, dalla quale non debbano appellarsi, mentre, che dalla Congregatione sarà stimata giusta.

Prometteranno anco d'esser pronti alle Cógregationi, & à i sotterratorij, & essequie de' Fratelli, & ad altri interessi della Compagnia.

Che nelle Congregationi si debba seruare il silentio quando si faranno le Congregationi, tanto generali, quanto particolari, & ordinarie. Cap. XVI.

CIascun fratello starà in Congregatione co'l silentio, e parlerà solamente, quando ad esso toccherà, il che farà con i debiti termini, e non vserà insolenze, nè strauaganze; Altrimente il Priore ordinarà, che il detto fratello sia cacciato fuori di Congregatione, e similmente si farà à quelli, che in simil caso la vorranno pigliare per questi tali.

Delli Deputati per accommodare i fratelli à Padrone. Cap. XVII.

ACciò li poueri fratelli, che cercano d'accomodarsi à Padrone, non habbino à consumarsi co'l spender quel poco, che hanno, dietro à Sensali, si deputaranno due, ò tre della Compagnia, acciò, che attendano con carità, e senza alcuna sorte di mercede, à questa buon'opera di accomodarli à Padrone, procurandoli sempre tutta quella commodità, che potranno.

Dell'Essequie de' Fratelli. Cap. XVIII.

IL Camerlengo, quando si faranno l'Essequie de'Fratelli, hauerà cura di far quella prouisione di cera, che sarà necessaria à questo effetto, cioè candele di otto, ò dieci per libra per dare al Cappellano, che le distribuisca à i fratelli in honor di quel Defonto, e finite l'essequie, il detto Camerlengo si farà consegnar dal detto Cappellano quella cera, che sarà auanzata, e l'istesso farà sempre in altre occasioni simili.

Delle Dote, che darà la Compagnia alle quattro Zitelle ogn'anno. Cap. XIX.

SI distribuiranno à quattro Zitelle venticinque scudi per ciascuna per loro Dote, e questo sussidio dotale si cauerà da i frutti di tanti luoghi di monti lasciati à questo effetto alla Compagnia da Maestro Nicolò Platta, morta che sarà Madonna Margherita sua moglie, e nel far questo maritaggio conuerrà tener l'ordine, e stile, che seruano l'altre Compagnie nella distributione, che fanno delle Doti.

Della perpetua memoria, che la Compagnia conserua de'Fratelli Benefattori. Cap. XX.

SI noteranno in vn libro appartato i nomi di tutti quei fratelli, e sorelle, che haueranno lasciato alcuna cosa alla Compagnia, ò fattoui alcun bene in vita loro, e si leggeranno due volte l'anno, doppo l'offertorio, che si fa nelle due essequie de'fratelli, che si celebrano il giorno dell'Annunciatione, e quello della Visitatione, e in altri tempi, rinouandosi à questo modo la memoria à i fratelli, à fin che non si manchi di pregare il Signore particolarmente per l'anime loro.

Della prouisione, che si deue fare di cera per il giorno della Purificatione. Cap. XXI.

IL Camerlengo nella festa della Candelora, cioè, il giorno della Purificatione della Madonna, deuerà hauer fatta la prouisione conforme al solito, delle candele, che si haueranno à distribuire à'fratelli, & ad altre persone.

Deuerà anco esser sua cura il portarle per le Cucine à'fratelli, e per le Botteghe de'Pasticcieri.

Prouederà anco le candelette, che si sogliono dare à quei della Parocchia.

Sarà anco sua cura di portare insieme con altri Vfficiali le candele al Cardinale Protettore, & ad altri Prelati, conforme al solito.

Dell'Vfficio del Sagrestano. Cap. XXII.

IL Sagrestano, ò vero Proueditore de'morti, quando morirà qualche fratello pouero, andarà

andarà à Casa del morto, e vedrà, se vi è cera, e commodità di sepellirlo, e ne darà auiso al Priore, ò altri Vfficiali.

Aiutarà ad apparare la Chiesa nel tempo delle solennità della Chiesa, e fare quello, che per maggior decoro della festa si potrà, e nelle Processioni metterà all'ordine il Crocifisso, il Stendardo, e altre cose, che appartengono all'Vfficio del Sagrestano, & hauerà cura de i sacchi, e delle cinture del Crocifisso, e del tutto deuerà rendeme conto.

Vicarij Approbatio præinsertorũ Capitulorum.

IOannes Garsia, miseratione diuina tituli SS. Quatuor Coronatorum S. R. E. Presbyter Cardinalis Millinas nuncupatus, S.D.N. Papæ Vicarius Generalis, Romanæque Curiæ, eiusque Districtus Iudex Competens, & Ordinarius. Cum pro parte venerabilis Societatis SS. Vincentij, & Anastasij Regionis Arenulæ Vniuersitatis Coquorum, & Pastecceriorum de Vrbe fuerint Nobis exhibita, & præsentata præinserta Capitula, siue Ordinationes de communi Confratrum voto facta, & stabilita, vt illa approbare, & confirmare, ac ab omnibus Confratribus nunc, & pro tempore existentibus inuiolabiliter obseruari mandare dignaremur, Cumque in eis quicquam, quod Catholicæ fidei, ac bonis moribus aduersetur, immo canonicè, & piè gesta, ac ad augmentum diuini cultus, & pauperum subuentionem tendere perspeximus. Præsentium tenore omnia, & singula præinserta, & retroscripta Capitula, seu ordinationes approbamus, & confirmamus, eisdemque perpetuæ & inuiolabilis firmitatis robur adijcimus, ac ab omnibus, & singulis Confratribus eiusdem Societatis nunc, & pro tempore existentibus inuiolabiliter obseruari mandamus. In quorum omnium, & singulorum fidem has præsentes nostras exinde fieri, sigillique nostri, quo in talibus vtimur, iussimus, & fecimus oppensione muniri. Datum Romæ ex ædibus nostris, Anno à Natiuitate Domini Nostri Iesu Christi 1617. Indictione xv. Die verò 16. Mensis Septembris Pontificatus D.N.D. Pauli diuina prouidentia Papæ V. Anno eius xiij.

Sequitur approbatio Pontificis cum suppletione quorumcumq. defectuum.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, Officiales, & Confratres prædicti statuta huiusmodi pro firmiori eorum subsistentia, ac validitate Apostolicæ nostræ confirmationis patrocinio communiri plurimum desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, vt eorum votis in præmissis annuere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur Officiales, & Confratres prædictos specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendũ harum serie absoluentes, & absolutas fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, statuta prædicta Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuò approbamus, & confirmamus, illisque inuiolabilis Apostolicæ firmitatis robur adijcimus, ac omnes, & singulos, tam iuris, quàm facti defectus, si qui desuper quomodolibet interuenerint, supplemus.

Ac clausula perpetuæ obseruantiæ & decreto irritanti.

§. 3. Ipsaque statuta in eadem Confraternitate à modernis, & pro tempore existentibus illius Confratribus perpetuò obseruari debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Cum derogatione contrariorum.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis; ceterisque contrarijs quibuscumque.

Dat. P. An. 13. die 20. Decembris.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris, Die xx. Decembris 1617. Pontificatus Nostri Anno Decimotertio.

XII.

Extensio Indulti recitandi Officium Beati Philippi Bentij Florentini Ordinis Fratrum Seruorum B. Mariæ Professoris pro Regularibus, & Sęcularibus Ciuitatis Tudertinæ.

Hunc Philippum pro Beato venerari, ac eius festum sub duplici Officio die 23. Augusti quot annis celebrari posse concesserat Fratribus d. Ordinis Leo X. vt Const. seq. Et postea Lectiones proprias in Matutinis dies festi d. Beati recitandas approbauit iste Paul. hic in Const. seq. Eximia. Ac deinde huiusmodi concessionem ampliauit, & extendit ad omnes tàm Regulares, quàm sęculares personas Ciuitatis Florentinæ, vt in Const. subseq. Domini nostri. Quas omnes Const. hic posui, tùm quia opportunas censui, tùm quia non dum antea reperiri potuerunt.

PAVLVS PAPA QVINTVS
Ad perpetuam rei memoriam.

Edita A.D. 1618.

Exordium.

§. 1. DOmini Nostri Iesu Christi, qui seruos suos æternæ gloriæ præmio donat in Cęlis, vices quamquam immeriti gerentes in Terris, ex iniuncto Nobis pastoralis officij debito, libenter procuramus, vt eorumdem seruorum Christi honos, & veneratio in Terris promoueatur; idcoque fidelium votis, quæ peculiarem

culiarem erga illos cultum respiciunt, fauorabiliter annuimus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

Interfecerunt insuper eid. Pontif. ipse Ordo Seruor. & Commun. Tud. pro licentia recitandi Officium de dicto B. Philippo in Ciuitate Tud. vbi eius corpus requiescit.

§. 2. Sanè nomine dilectorum filiorum Communitatis, & hominum Ciuitatis nostræ Tudertinæ, ac Aurelij Raphaelis Ordinis Fratrum Seruorum B. Mariæ Procuratoris generalis, Nobis nuper expositum fuit, quòd ipsi ex singulari, quem erga B. Philippum Benitium eiusdem Ordinis Professorem gerunt, deuotionis affectu, ac aliàs ad augendum fidelium erga illum deuotionem, Officium de eodem B. Philippo aliàs à Nobis per nostras In simili forma Breuis sub die xij Octobris 1606. expeditas litteras approbatum, in prædicta Ciuitate, vt infra recitari posse summopere desiderāt, Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, vt de opportuna sibi in præmissis licentia prouidere de benignitate Apostolica dignaremur.

Quam ipse Pont. concedit pro omnibus regularibus & sæcularibus.

§. 3. Nos igitur pijs Communitatis, & hominum, nec nō Aurelij Raphaelis Procuratoris votis huiusmodi annuere, illosque specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, & eorū singulares personas à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis, à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequeñ. harum serie absolueñ, & absolutos fore censeñ, huiusmodi supplicationibus inclinati de Veñ. Fr. nostrorum S. R. E. Card. Sacris Ritibus præpositorum consilio, vt in Ciuitate prædicta tantùm, vbi eiusdem B. Philippi corpus, vt asseritur, asseruatur, officium de dicto B. Philippo per Nos vt præmittitur approbatum, ab omnibus tàm sæcularibus, quàm regularibus personis publicè, priuatimque in die eius obdormitionis in Domino recitari, liberè, & licitè valeat, Apostolica auctoritate tenore præsentium licentiam, & facultatem perpetuò concedimus, & impartimur.

Quibuscumque non obstan.

§. 4. Non obstañ. constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Dat. Pont. An. 14. die 24. Octobris.

Dat. Romæ apud S. Mariam Maiorem sub Annulo Piscat. die xxiiij. Oct. M.D.C.XVIII. Pontificatus Nostri anno XIV.

Sequitur Indultum, quòd Fratres Ordinis Seruorum B. Mariæ Virginis pro Beato venerari possint Philippum Benitium d. Ordinis olim professorem; eiusque festum die 23. Augusti sub duplici officio quotannis celebrare.

Edita An. D. 1516

LEO Papa X. Dilectis Filijs Priori generali, & Fratribus Ordinis B. Mariæ Seruorum, sub regula S. Augustini, salutem & Apostolicam benedictionem.

B. Philip. Benit. Fr. Ord. Ser. B. Mariæ, ante, & post obitu miraculis claruit.

Exposuit Nobis nuper dilectus filius noster, Antonius tituli sanctæ Praxedis Presbyter Cardinalis, Ordinis vestri Protector, ex parte vestra, quòd tempore, quo institutus fuit Ordo vester Fratrum B. Mariæ Seruorum sub regula S. Augustini, B. Philippus patria Florentinus, ex gente Benitia, trans Arnum, tunc Prior generalis eiusdem Ordinis, velut gemma rutilans, doctrina, humilitate, moribus, ieiunijs, abstinentia, plurimisque miraculis Ordinem ipsum illustrauit, tàm eo in humanis agente, quàm etiam vita functo, ob plurima miracula, quæ (vt creditur) intercessione ipsius Beati Philippi, pluribus in locis operatus est Altissimus, & præsertim Tuderti, vbi eius corpus summa cum veneratione quiescit, & pro Beato habitus est, & ad præsens habetur, & colitur.

Ideo supplic. huic Pont. vt Ordo in suis Eccles. possit eius officia celebrare tanquā Beati.

§. 1. Et propterea pro deuotionis, affectu summopere desideratis, instanterque efflagitatis, in vestris Ecclesijs, & Oratorijs vtriusque sexus dictum Philippum pro Beato, ac Deo dilecto, orationibus, & officijs, ac Missarum celebrationibus ràm publicè, quam priuatè venerari, ac preces effundere, vt apud Deum pro vobis intercedere dignetur.

Ac in die obitus duplic. festum eiud. celebrare.

§. 2. Ac etiam, quòd in die obitus dicti Beati Philippi, liceat vobis à primis Vesperis vsque ad secundas Vesperas inclusiuè per omnes ecclesias, & monasteria, seu domos Fratrum, & Monialium d. Ordinis Vestri, ipsi B. Philippo, festum duplex cum campanis, & luminibus, & alijs cæremonijs in festo duplici fieri solitis, celebrare, seu celebrari facere, posse, absque superstitione, seu quasi Idolatriæ nota.

Hoc festum est in die 23. Augusti vt mox declaratur.

Hic modo Pont. vtroque concedit

§. Quare idem Cardinalis, qui vt præfertur Ordinis vestri Protector existit, & de præmissis ex mādato nostro ad plenum se informauit, & Nobis retulit, ac humiliter supplicauit, vt vestro pio desiderio annuere dignaremur. Nos itaq; eiusdem Antonij Card. & vestri in hac parte supplicationibus inclinati, vobis vt donec ad canonizationem ipsius Philippi denentum fuerit, cui ad præsens diuersis arduis negotijs præpediti, vacare non possumus, in quibuscumque ecclesijs, domibus, monasterijs monialium, oratorijs vtriusque sexus, totius Ordinis vestri tantùm, tam in Italia, quam extra, in quibuscumque locis consistentibus, liceat vobis absque aliqua superstitionis vel quasi Idolatriæ nota, ac conscientiæ scrupulo venerari, & in ecclesijs domorum ad eumdem Philippum, vt pro vobis

Quinimò Paul. V. latiùs in hoc dispenit vt notatum est sup. in rubr.

apud Deum intercessor existat, in orationibus, & officijs, ac Missarum solemnijs, preces tàm publicæ quàm priuatæ, seu secretæ fundere, vosque ipsius orationibus commendare; ac etiam quòd à primis Vesperis ad secundas Vesperas inclusiuè diei ipsius Philippi obitus, qui erit dies vigesimus tertius mensis Augusti, sub duplici festo Confessoris, cum Candelis, Campanis, Antiphonis, Versiculis, Orationibus, cæterisque cæremonijs in festo duplici fieri solitis adhibitis celebrare possitis, & valeatis, auctoritate Apostolica, tenore præsentiũ de specialis dono gratiæ cõcedimus.

Contrarijs derogat.

§. 4. Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, præsertim fel rec. Alexandri Tertij, & Innocentij Tertij prædecessorum nostrorum, cæterisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Exemplis huius Const. credi iubet

§. 5. Et quoniam difficilè foret, præsentes litteras ad diuersas Mundi partes transmittere, volumus, & earumdem præsentium tenore decernimus, quòd illarum transumptis, manu publici Notarij subscriptis, & sigillo Protectoris dicti Ordinis, aut Prioris generalis eiusdem munitis, ea prorsus fides adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si exhibitę forent, vel ostensæ.

Declaratio quod hæc licentia non habet vim Canonizationis.

§. 6. Volumus autem, quòd per præmissa præfatus Philippus in Cathalogo Sanctorum annumeratus, & canonizatus publicè minimè censeatur.

Dat. Pont. An. 3. die 24. Ianuarij.

Datũ Florentiæ sub Annulo Piscatoris die 24. Ianuarij 1516. Pont. Nostri Anno Tertio.

Sequitur ampliatio d. Indulti, scilicet quòd lectiones proprias d. Beati in Matutinis prout hic subsequuntur, recitare possint, & concessio solemniter Officium de ipsa B. Virgine celebrandi singulis diebus Sabbati non impeditis.

Edita A. D. 1606.

PAVLVS Papa V. Dilectis filijs Priori generali, ac Fratribus Ordinis Seruorum B. Mariæ, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Exordium.

Eximia Ordinis vestri in Deum pietas, & singularis deuotio, quam in primis erga Beatissimam Virginem, cuius obsequijs ex prædicti vestri Ordinis instituto præcipuè obstricti estis, deinde erga B. Philippum, qui eiusdem Ordinis, dum vixit, Prior extitit generalis, & illum, qua fuit vitæ sanctitate, suo nomine illustrat, ac decorat, vos gerere accipimus, ac Venerabilis fratris nostri Hieronymi Episcopi Albanen. Cardinalis Asculani nuncupat. d. Ordinis apud Nos, & Apostolicam Sedem Protectoris, preces, ac merita iustè postulãt, vt in his quæ ad ipsius Beatissimæ Virginis venerationem augendam, & ad B. quoque Philippi memoriam in vestro Ordine honorificentius recolendam pertinent, pijs votis vestris libenter annuamus.

Leo X. concessit Ordini quod sub duplici officio festum B. Philippi Benitij celebrare possit, vt supra eius Constit. ante exposuit.

§. 1. Cum itaque vobis fel. rec. Leo Papa Decimus prædecessor noster, eumdem B. Philippum honorare studens, duplex de eodem officium vos agere voluerit. Nos eumdem Beatum Virum amplius honorificare cupientes, supplicationibus vestro nomine per dictum Hieronymum Episcopum, & Cardinalem Nobis humiliter porrectis inclinati.

Et hic Pont. indulget, vt lectiones proprias d. Beati in matutinis recitare possint.

§. 2. Vobis, vt in quibuscumque vestri Ordinis ecclesijs in Matutinis, officij, quod de B. Philippo ex indulto dicti Leonis prædecessoris recitare soletis, lectiones proprias infrascriptas, ex vita ipsius B. Philippi per approbatos Auctores descripta, desumptas, ac iussu nostro per Ven. Fratrem Hieronymum prædictum Asculanum, ac dilectos filios nostros Cęsarem Baronium, Robertum Bellarminum, & Hieronymum Pamphilium nuncupatos, S.R.E. Cardinales, examinatas, & approbatas, recitare liberè, & licitè possitis, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & indulgemus.

Ille mox subijciũtur.

Itemq; in diebus Sabbathi non impeditis, solemne Officium de Beata Virg. agere valeas.

§. 3. Ac præterea quoniam, vt dictæ preces pariter continebant, officium Beatissimæ Virginis ex antiquo vestri Ordinis more, vsque ad reformationem Breuiarij fel. rec. Pij Papæ Quinti prædecessoris nostri iussu factam, recitare consueuistis, & eamdem laudabilem consuetudinem renouare desideratis, religiosis desiderijs vestris huiusmodi annuentes, vt diebus Sabbati, aliquo festo duplici, aut vigilia de præcepto non impeditis, & exceptis Sabbatis Aduentus, & Quadragesimæ, officium solemne cum nouem lectionibus de Beatissima Virgine agere, & illud agendo, diuini officij obligationi satisfacere, perinde ac si officium Sabbati ageretis, similiter liberè, & licitè valeatis, auctoritate, & tenore præsentis, pariter concedimus, & indulgemus.

Quibuscumq; non obstantibus.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac noui Breuiarij Romani editione, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Exemp. Fides.

§. 5. Volumus autem, vt præsentium transumptis, manu Prioris, seu Vicarij generalis, ac sigillo vestri Ordinis obsignatis, eadem fides, quæ ipsis præsentibus haberetur, vbique locorum habeatur.

Lectionũ verò prædictarũ tenor est qui sequitur.

Lectio

Lectio Secundi Nocturni.

Lectio quarta. secundi Nocturni.

PHilippus ex nobili Benitiorum familia, Florentiæ natus, Lutetiæ Parisiorum medicinæ operam dedit. Reuersus in Patriam, cùm Ecclesiam Seruorum ob singularem erga Deiparam Virginem deuotionem frequens visitaret, qua die verba ex Actib. Apostolorũ: Philippe accede, & adiunge te ad currum istũ, legebantur, actus in extasim, Currum aureũ, quem Ouis, & Leo trahebant, & in eo Sanctissimam Dei Matrem comitantibus Angelis insidentem, nigraque sibi indumenta porrigẽtem vidit: Sequenti nocte, ab eadem Dei Genitrice Seruos suos adire iubetur. Quarè summo mane consurgens, Bonfilium vnum ex septem Ordinis fundatoribus illius Cœnobij Priorem adit, oratque, vt inter conuersos recipiatur. Receptus, vitam aliquandiu in Monte Sanario solitariam duxit, vbi spelunca, in quam pœnitentiæ causa ingredi, & vim lacrymarum profundere solitus erat, nomen ipsius retinens, & aquam emittens, adhuc visitur. Elucebant in eo præter cæteras virtutes, mira sapientia, & insignis humilitas. Factus Sacerdos, paulò post in capitulo Florentiæ celebrato, Prior Generalis quinto loco, licèt inuitus eligitur. Quod munus ab eo sæpius, sed frustra renunciatum, decem & octo annos tanta prudentia administrauit, vt non modò in Italia, sed & in Germania, & alibi Ordinem Seruorum, multis extructis Monasterijs, mirificè propagauerit. Tantaque fuit in eo humilitas, vt non nisi post septem annos, quòd Generalis esset, à suis agnitus fuerit. Dissidentium paci, & errantium emendationi studuit. Nam Pistorij Guelphorum, & Ghibellinorum factiones per se ipsum, Florentiæ autẽ vna cum fratre Latino Cardinale Ordinis Prędicatorum Legato, Seruorumque Protectore sedauit. Forolíuienses, quòd à Martino Quarto Pontifice Maximo defecissent, inter concionandum reprehendit, à quibus verberibus affectus, Peregrinum, vnum ex percussoribus, conuertit, qui eamdem Religionem ingressus, vitæ sanctitate floruit; Visitando, & prædicando, Ebdam vsque Phrisiæ Occidentalis Metropolim peruenit, multis ab hæresi, atque ab alijs vitijs per ciuitatem ad Deum conuersis.

Lectio quinta.

PLura viuens edidit miracula: Nam apud Camilianum agri Senensis Vicum ad Curiam pergens, leproso nudo eleemosinam petenti propriam vestem concessit, qua ille indutus, statim à lepra mundatus est. Quo miraculo promulgato, dum Viterbij Cardinales, Clemente Quarto Pótifice Maximo vita functo, de successore eligendo desiderent, nonnullis Philippum proponentibus, ille, re cognita, clam inde recedens (quod maximæ humilitatis argumentum fuit) apud Montem Iuniatum delituit, vbi Balneis, quæ vsque in hodiernum diem sancti Philippi nominantur, virtutem sanandi morbos impetrauit. Aretij cùm Fratres, ob maximam victus penuriam, fame conficerentur, pius accurrens Pater, eos blandè consolatus, dum ad imaginem sanctissimæ Virginis orat, ecce duos cophinos candidissimorum panum plenos ad Ianuam Monasterij diuinitus delatos. Cùm in Germaniã Euangelium prædicaturus Rodulphi Imperatoris inuitatu proficisceretur, ad Lauinum amnem inter Bononiam, & Mutinam, sub arboris vmbra sole ardentissimo diuertatus; nonnullis blasphemantibus diuinam vltionem prædixit, quæ illos statim vt ab eis recessit, secuta est. Ignis enim de cælo in modum turbinis descendens, arborem cum illis prorsus absumpsit. Ex Germania rediens, ingressus nemus inextricabile, cùm socij inedia triduo afflicti, non possent vlterius progredi, Philippus facta oratione, voces quasdam secutus, (nemine tamen viso) panem, & aquam, quibus recreantur, inuenit.

Lectio sexta.

TVdertum veniens, meretricibus, quæ sibi in via illudere ausæ fuerãt, sic persuasit, vt in monasterio apud Carsulam inclusæ perpetuam pœnitentiam agerent; Ciuitatem sibi tamquam Patri obuiam habuit. Ecclesiam ingressus, ad Altare B. Virginis orans, quasi diuinans, cùm ea verba: Hęc est requies mea, pronum ciasset, paulò post, in festo Assumptionis B. Virginis in morbum incidit, ex quo octauo die Fratres ad obseruantiam regularem hortatus; & sacris præmunitus, xj. Kalendas Septembris, Anno salutis 1285. migrauit ad Christum. cuius sanctitas multis miraculis declarata fuit. In ijs mulier manibus, pedibusque contracta, vt sacrum attigit corpus, statim domum incolumis remeauit. Cæcus ad eius tumulum delatus, illicò visum recepit. Puer in agro Tudertino à lupo strangulatus, eiusdem meritis, ad vitam reuocatur. Mulier, quæ & miracula negare, & seruum Dei irridere præsumpserat, muta illicò effecta, dum resipiscens, ad illius pedes prostrata, veniam precatur, pristinam loquendi recuperat facultatem. Vnius viduæ filius ex diutino morbo defunctus, dum opem Philippi dolens mater implorat, rediuiuus surgens, Philippum sibi succurrentem se vidisse testatus est, stupentibus qui ad matrem consolandam aduenerant. Quarè Leo X. Pontifex Maximus; cognita

viri sanctitate, cùm illum, grauissimis curis impeditus, non potuisset in Sanctorum numerum referre, Fratribus tamen sui Ordinis, vt de illo officium duplex decimo Kalend. Septembris recitarent, concessit.

Dat. P. Ann. 2 die 12. Octobris.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum die 12. Octobris 1606. Anno Secundo.

Subsequitur extensio prædicti Indulti recitandi Officium de dicto Beato ad omnes tam Regulares, quam seculares in Ciuitate Florentina.

Edita A.D. 1615.

PAVLVS PAPA QVINTVS
Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Domini Nostri Iesu Christi, qui seruos suos æternæ gloriæ præmio donat in Cælis, vices quamquam immeriti gerentes in Terris, ex iniuncto Nobis pastoralis officij debito, vt eorumdem seruorum Christi honos, & veneratio promoueatur, libenter procuramus, & Christifidelium votis, quæ peculiarem erga illos cultum respiciunt, libenter annuimus, vt conspicimus salubriter in Domino expedire.

Leo X. Ord. Fr. Seruorum B. Mariæ concessit, quòd in omnibus d. Ord. Ecclesijs Officium de B. Philippo Benitio Florentino celebrari posset in die sui obitus.

§. 1. Sanè nomine dilecti filij Aurelij Raphaelis Ordinis Seruorum Beatæ Mariæ Procuratoris generalis, Nobis nuper expositum fuit, quòd aliàs fel. record. Leo Papa Decimus Prædecessor noster Fratribus Ordinis præfati indulsit, vt in omnibus dicti Ordinis Ecclesijs Officium de B. Philippo Benicio Florentino, olim d. Ordinis professore, in die eius obdormitionis in Domino celebrare possent, & valerent, prout in dictis Leonis Prædecessoris desuper expeditis in simili forma Breuis litteris plenius continetur.

Cosmus postea M. Dux Hetruriæ iuxta desiderium Ferdinandi prædicti prædefuncti, & alij hic nominati institerunt hoic Pontifici pro festi celebratione & extensione d. indulti ad omnes personas Ecclesiasticas Ciuitatis Florentiæ, vnde ipse ortundus erat.

§. 2. Cùm autem, sicut eadem expositio subiungebat, bon. mem. Ferdinandus, dum vixit, desiderauerit, ac dilectus filius nob. vir Cosmus Hetruriæ sibi subiectæ Magni Duces, ac dilectæ in Christo filiæ nobiles mulieres Christerna dicti Ferdinandi vidua relicta, ipsiusque Cosmi mater, ac Maria Magdalena Archiducissa Austriæ, eiusdem Cosmi vxor, nec non Ven. frater Alexander Archiepiscopus Florentinus plurimum cupiant, indultum huiusmodi ad alias omnes tam regulares, quã seculares personas Ecclesiasticas ciuitatis Florentinæ, in qua d. Beatus Philippus natus, & educatus fuit, extendi, ac diem festum celebrari posse.

Idem ergo Pontifex illas id concedit, & festum die 23. Aug. celebrari posse indulget.

§. 3. Nos pium Cosmi Magni Ducis, & Christernæ Magnæ Ducissæ viduæ, ac Mariæ Magdalenæ Archiducissæ, nec non Alexandri Archiepiscopi præfatorum desiderium plurimum in Domino commendantes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, de Ven. Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium Sacris Ritibus Præpositorum consilio, omnibus, & singulis Ecclesiasticis personis, tàm secularibus, quam regularibus, vt in die obdormitionis in Domino d. B. Philippi, qui vt asseritur, est 23. mensis Augusti, eius festum celebrare, & officium de d. B. Philippo sub ritu simplici iuxta formam, & rubricas Breuiarij Romani in ciuitate Florentina præfata tantùm, peragi liberè, & licitè possint, & valeant, Apostolica auctoritate tenore præsentium licentiam, & facultatem perpetuò concedimus, & impartimur.

Derogatoriæ.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac d. Ordinis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Dat. P. Ann. xj. die 31. Iulij.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris, die vltima Iulij M. DC. XV. Pontificatus Nostri Anno Vndecimo.

XIII.

Beatificatio Paschalis Baylon ex Discalceatis Ordinis Minorum Regularis Obseruantiæ, Prouinciæ S. Ioannis Baptistæ Regni Valentiæ. Cum indulto recitandi Officium, & celebrandi Missam pro Fratribus huius Ordinis in Regno Valentiæ prædicto, ac in Oppido Villæ Regalis eiusdem Regni, vbi eius Corpus requiescit.

Edita A.D. 1618.

PAVLVS PAPA QVINTVS
Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

In Sede Principis Apostolorum, nullis licèt nostris suffragantibus meritis, à Domino constituti, pijs fidelium votis, quibus virtutum Dominus in seruis suis honorificatur, libenter annuimus, eaque fauoribus prosequimur opportunis.

Instantia facta Ponc. pro hoius Viri Beatificat.

§. 1. Sanè pro parte dilectorum filiorum Ministri Generalis, & aliorum Superiorum, necnon Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci de Obseruantia Discalceatorum nuncupatorum, Nobis nuper expositum fuit, quòd bon. mem. Paschalis Baylon, eiusdem Ordinis dum vixit professor, multis & eximijs virtutum, gratiarum, ac miraculorum donis à Domino illustratus fuit; quapropter non solù

vniuersus

vniuersus Ordo prædictus, sed etiam charissimus in Christo filius noster Philippus Hispaniarum Rex Catholicus, ac dilecti filij Nostri Franciscus S. R. E. Cardinalis Lermæ nuncupatus, necnon totius Regni Valentiæ Proceres Nobis humiliter supplicari fecerunt, vt donec Canonizationis honorem, quem dicto Paschali Baylon ob eius excellentia merita aliquando diuina adspirante gratia, habitum iri sperant, ab Apostolica sede impetrent, idem Paschalis Baylon Beatus vocari, ac de eodem Officium, & Missa, vt infra recitari possit.

Qui declarat, ex Voto S. Rituum Congr. quod ipse Paschalis de cætero Beatus possit nuncupari, ac die 17. Maij ab omnibus sui Ordinis Fratrib. in Regno Valentiæ Missa, & Officium celebrari, & in Eccl. Oppidi Villæ Regalis Missa à Presbyteris celebrari similiter possit.

§. 2. Quare Nos, re prius per Venerabiles Fratres Nostros S. R. E. Cardinales Sacris Ritibus Præpositos, quibus eam examinari mandauimus, maturè discussa, de eorumdem Cardinalium consilio huiusmodi supplicationibus inclinati; Vt ipse bon. mem. Paschalis Baylon in posterum Beatus nuncupari, atque de eo singulis annis die xvij. Maij, quo obdormiuit in Domino, à Fratribus eiusdem Ordinis in Regno Valentiæ commorantibus tamquam de Confessore non Pontifice iuxta Rubricas Breuiarij, & Missalis Romani Officium recitari, & Missa celebrari, necnon in Ecclesia Fratrum eiusdem Ordinis Oppidi Villæ Regalis in eodem Regno Valentiæ existentis, vbi eius Corpus requiescere asseritur, ab omnibus Presbyteris, tàm sæcularibus, quàm regularibus Missa, vt supra similiter celebrari liberè, & licitè possit, & valear, Apostolica auctoritate tenore præsentium concedimus, & indulgemus.

Cum derogatione contrariorum.

S. 3. Non obstan constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, dicti Ordinis etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Dat. P.A. 14. die 29. Octobris.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die xxix. Octob. MDCXVIII. Pontificatus Nostri Anno Decimoquarto.

Sequitur extensio concessionis præinserti Indulti pro vniuersis Religiosis vtriusque sexus eiusdem Ordinis in Hispaniæ Regnis vtriusque Coronæ Castellæ, & Aragoniæ: & pro cuncto Clero in Oppidis, vbi dicti Beati Corpus requiescit, & natus fuit.

Edita A. D. 1620.

PAVLVS PAPA QVINTVS Ad perpetuam rei memoriam.

Refertur tenor præinserti Conc. ac indulti recitãdi Officiū, & Missam celebrandi.

Aliàs pro parte dilectorum filiorum Ministri Generalis, & aliorum Superiorũ, necnon Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci de Obseruantia Discalceatorum nuncupatorum Nobis exposito: quòd bon. mem. Paschalis Baylon eiusdem Ordinis, dũ vixit, professor, multis, & eximijs virtutum, gratiarum, & miraculorum donis à Domino illustratus fuerat, & idcircò non solùm vniuersus Ordo prædictus, sed etiam charissimus in Christo filius noster Philippus Hispaniarum Rex Catholicus, ac dilecti filij noster Franciscus S. R. E. Cardinalis Lermæ nuncupatus, necnon totius Regni Valentiæ Proceres Nobis humiliter supplicari fecerant, vt, donec Canonizationis honorem (quem dicto Paschali Baylon ob eius excellentia merita, aliquando diuina adspirante gratia, habitum iri sperabant) ab Apostolica Sede impetrarent, idem Paschalis Baylon Beatus vocari, ac de eodem Officium, & Missa recitari posset; Nos, re prius per Ven. Fratres nostros eiusdem S. R. E. Cardinales Sacris Ritibus Præpositos, quibus eam examinari mandaueramus, maturè discussa, de eorumdem Cardinalium consilio huiusmodi supplicationibus inclinati, vt ipse bon. mem. Paschalis Baylon in posterum Beatus nuncupari, atque de eo singulis annis die 17. Maij, quo obdormiuit in Domino, à Fratribus eiusdem Ordinis in Regno Valentiæ commorantibus tãquam de Confessore non Pontifice, iuxta rubricas Breuiarij, & Missalis Romani Officium recitari, & Missa celebrari, necnon in Ecclesia Fratrum eiusdem Ordinis Oppidi Villæ Regalis in eodem Regno Valentiæ existentis, ab omnibus Presbyteris, tàm sæcularibus, quàm regularibus Missa, vt supra similiter, celebrari liberè, & licitè posset, & valeret, Apostolica auctoritate concessimus, & indulsimus, prout in alijs Nostris in simili forma Breuis sub die xxix. Octobris anni 1618. expeditis litteris, quarum tenor præsentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur.

Quod modo supplicatur Pont. vt extendere dignetur vt hic.

S. 2. Cùm autem, sicut dictus Philippus Rex, ac dilecti filij Minister Generalis, necnon alij Superiores, & Fratres eiusdem Ordinis S. Francisci de Obseruantia Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi pro eo, quem erga ipsum Beatum Paschalem gerunt, deuotionis affectu, plurimum cupiant, concessionem, & indultum, ac desuper confectas litteras huiusmodi ad vniuersum Ordinem Fratrum Minorum Sancti Francisci de Obseruantia huiusmodi, ac etiã ad prædictum Villæ Regalis, vbi eiusdem Beati Paschalis Corpus requiescere, necnon Turris Formosæ Seguntiñ dioecesis, vnde idem Beatus Paschalis oriundus esse asseritur, respectiuè Oppida, per Nos, vt infra, extendi;

Nobis idcircò humiliter supplicari fecerunt, vt eorum votis in præmissis annuere de beni gnitate Apostolica dignaremur.

Qui illud extēdit

§. 3. Nos igitur de eorumdem Cardinalium consilio posterioribus huiusmodi supplicationibus inclinati; Concessionem, & indultum, ac desuper confectas litteras huiusmodi ad omnes vtriusque sexus Religiosos dicti Ordinis Minorum Regularis obseruantiæ in Regnis Castellæ, & Aragoniæ commorantes, auctoritate Apostolica tenore præsentium extendimus, & ampliamus. Necnon vt in Villæ Regalis (vbi eiusdem beati Paschalis Corpus requiescere) ac Turris Formosæ, vbi idem beatus Paschalis, vt præfertur, natus, & educatus esse asseritur, Oppidis prædictis ab omnibus vtriusq; sexus Regularibus, ac etiam Presbyteris, & Clericis secularibus, de eodem beato Paschale iuxta Rubricas Breuiarij, & Missalis Romani huiusmodi de communi Confessoris non Pontificis Officium recitari, & Missa celebrari respectiuè valeat, auctoritate, & tenore prædictis concedimus pariter, & indulgemus.

Contrarijsque derogat.

§. 4. Non obstañ omnibus illis, quæ in dictis litteris voluimus non obstare, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Ac transumptis fidem mandat.

§. 5. Volumus autem, quòd præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Dat. P. An. 15. die 10. Februarij.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die decima Februarij MDCXX. Pont. nostri anno XV.

XIV.

Magistrorum Cæremoniarum, aliorumque Officialium S. R. E. Cardinalium Collegij Emolumentis, & Priuilegijs.

Huiusmodi Emolumenta pro mercede prouenienda ex Creatione, & Obitu dd. Cardinalium assignasse scito Pium iv. Cuius Constitutionem, quia modo reperij, & quia est opportuna, hic subsequentem posui.

PAVLVS PAPA QVINTVS
Ad perpetuam rei memoriam.

Edita A. D. 1619.

Exordium.

Fides, & diligentia Magistrorum Cæremoniarum, ac Clericorum, & Officialium Sacri venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Collegij, eorumque assidui labores in rebus, & negotijs eiusdem Sacri Collegij procurandis, eorumque præsertim, qui nunc in officio sunt, à Nobis meritò requirunt, vt eorum iura, & priuilegia, quibus ex antiqua, & approbata consuetudine potiuntur, & gaudent, nostro patrocinio benignè tueamur.

Recensēt summā pecuniarū a S. R. E. Cardd. solui solitarum Magistr. Cæremoniarū, Secretario, Clerico, & Computistæ in Creatione, & Obitu eorundem.

§. 1. Sanè cum dilecti filij Magistri nostri Cæremoniarum, centum; Secretarius verò, ac Clericus, & Computista eiusdem Collegij Venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, septuagintaquinque ducatos auri de Camera à singulis Cardinalibus in promotionibus eorum ad Cardinalatus honorem; quinquaginta videlicet pro quolibet Magistrorum Cæremoniarum huiusmodi, ac viginti quinque pro quolibet aliorum trium Officialium, seu Ministrorum præfatorum; in obitu autem ipsorum Cardinalium ijdem Magistri Cæremoniarum quinquaginta, Secretarius verò, ac Clericus, & Computista præfati similiter septuagintaquinque ducatos huiusmodi; videlicet viginti quinque pro quolibet Magistrorum Cæremoniarum, ac pariter viginti quinque pro quolibet eorumdem trium Officialium, seu Ministrorum ab ipsorum Cardinalium hæredibus accipere, & exigere consueuerint, dictique centum in promotione, & quinquaginta in obitu præfatis Magistris, ac septuagintaquinque in promotione, & pariter septuagintaquinque ducati similes in obitu eorumdem Cardinalium alijs tribus Officialibus, seu Ministris, vt præfertur, solui debeant.

Causę huius Cōst.

§. 2. Nihilominus Nos, ne ex eo, quòd litteræ Apostolicæ pro omnibus huiusmodi Officialibus hactenus nullæ emanauerint, siue ex eo, quòd ad Cardinalatus honorem promoti post illorum promotionem Romam nondum venerint, siue ex eo, quòd Cardinales ipsi extra Romanam Curiam decesserint, vel aliàs, Magistris, & Officialibus, seu Ministris præfatis dictas summas illis, vt præfertur, debitas soluere recusent, seu longius differant in eorum graue præiudicium: attendentes præfatos Cardinales officio Magistrorum, ac trium Officialium, seu Ministrorum præfatorum egere, & vti; dictamque summam à Romanis Pontificibus tamquam mercedem, seu pro mercede illorum ab immemorabili tempore constitutam esse.

Quę prędictam summam a dd S. R. E. Cardd. & eius hæredibus respectiuè ommnimode solui debere statuit.

§. 3. Et propterea indemnitatibus eorum consulere volentes, Motu proprio, & ex certa scientia nostra, præfatis Cæremoniarum Magistris, centum, ac Secretario, & Clerico, ac Computistæ, septuagintaquinq; in promotione ad Cardinalatus honorem; Necnon eisdem Magistris, quinquaginta, ac Secreta-

rio,

rio, Clerico, & Computistæ similiter septuaginta quinque ducatos auri de Camera præfatos post obitum singulorum Cardinalium huiusmodi, etiamsi ad Cardinalatus honorē promoti Romam nondum venerint, & siue in Romana Curia, vel extra eam, & vbicumque decedere contigerit, in supplementum mercedis ordinariæ eorumdem Officialium, seu Ministrorum deberi, illisque coniunctim per pro tempore existentes Cardinales præfatos, seu eorum agentes, & hæredes respectiuè, & alias, vt præfertur, absque mora solui, & ex eis consignari debere, siue tamen præiudicio quorumcumque iurium Cameræ Apostolicæ quomodolibet debitorum, ac soluendorum auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuò statuimus, & ordinamus.

Executores deputat.

§. 4. Iniungentes propterea dilectis filijs eiusdem S. R. E. Collegij dictorum Cardinalium moderno, & pro tempore existenti Camerario, necnō Curiæ Causarum Cameræ Apostolicæ nostræ generali Auditori, quatenus infra mensem à die promotionis eorumdem Cardinalium computandum, etiamsi ijdem Cardinales nondum, vt præfertur, Romam venerint, per dicti Collegij Depositarium, vel alias, prout melius expedire videbitur, centum, Magistris Cæremoniarum, ac septuagintaquinque Secretario, Clerico, & Computistæ; in obitu autem, seu post obitum præfatorum Cardinalium, siue in dicta Curia, siue extra eam, & vbicumque decedere contigerit, quinquaginta eisdem Magistris, ac pariter septuagintaquinq; ducatos præfatos Secretario, Clerico, & Computistæ præfatis ab hæredibus eorumdem Cardinalium, quibusuis appellationibus, subterfugijs, & cauillationibus remotis, vt præfertur, persolui curent, & etiam cum effectu faciant, ac summarium, & expeditum ius illis administrent, omnibusq; remedijs opportunis sibi benevisis, etiam cum inuocatione auxilij brachij secularis, cogant, & compellant.

Contraria remouet.

§. 5. Non obstañ præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, statutisque, & consuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis præfatis Cardinalibus, & quibusuis alijs, sub quibuscumque verborum formis, & tenoribus, ac cum quibusuis clausulis, & decretis in contrarium quomodolibet concessis. Quibus omnibus, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, & expressa mentio habenda foret, eorumque tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die 31 Ianuarij MDCXIX. Pontificatus Nostri Anno Decimoquarto.

Dat. F. An. 14. die 31 Ianuarij.

Sequitur assignatio dd. Emolumentorum promerendorum ex Creatione, & obitu dd. S. R. E. Cardinalium.

PIVS PAPA IIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Causa huius Constitutionis.

Licèt, sicut Nobis constat, & dum in minoribus essemus sæpè vidimus, & ipsimet experti sumus, dilecti filij Magistri nostri Cæremoniarum à singulis S. R. E. Cardinalibus in promotionibus eorum ad Cardinalatus honorem centum, & in obitu, seu post obitum ipsorum Cardinalium ab hæredibus eorum quinquaginta ducatos auri de Camera habere, & consequi consueuerint, dictique Centum in promotione, & quinquaginta ducati in obitu huiusmodi præfatis Magistris solui debeant: Nihilominus nonnulli ex dictis Cardinalibus, seu eorum agentes, & successores, nescitur quo prætextu, dictam summam per eos vt præfertur, debitam, eisdem Magistris soluere recusant, in eorum graue præiudicium.

Statuit centum in promotione, & ad Card. & quinquaginta ducatos auri de Cam in obitu singulor. Car. Cæremon. Magistris omnino solui debere.

§. 1. Nos igitur attendentes, præfatos Cardinales officio dictorum magistrorum egere, & vti, dictamque summam à Romanis Pontificibus tamquam mercedem, seu pro mercede eorumdem Magistrorum ab immemorabili tempore citra constitutam fuisse, & esse, & propterea indemnitatibus eorum opportunè consulere volentes, Motu proprio & ex certa nostra scientia, centum in promotione ad Cardinalatus honorem, & quinquaginta ducatos auri de Camera prædictos in obitu, seu post obitum singulorum Cardinalium huiusmodi, siue in Romana Curia, siuè extra eam, vbicumq; decesserint, vel decedere contigerit, præfatis Magistris deberi, ac sibi per modernos, qui illos soluere recusant, & pro tempore existentes S. R. E. Cardinales, seu eorum agentes, & hæredes respectiuè solui, & eis consignari debere, auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuò statuimus, volumus, & ordinamus.

Executores illius Constit.

§. 2. Mandantes propterea dilectis filijs Guidoni Ascanio, Sanctæ Mariæ in Via lata Diacono Cardinali de Sancta Flora nuncupato, nostro, & eiusdem Romanæ Ecclesiæ Collegij dictorum Cardinalium moderno, & pro tempore

tempore existentibus Camerarijs, Quatenus eisdem Magistris Cæremoniarum de dictis ducatis sic debitis, & solui recusatis, per Cardinales, seu eorum agentes, & hæredes præfatos respectiuè, plenariè, & integrè respondeti faciant.

Mandat solui omnimode dictis Magistris, infra mensem appel., seq. terfug. cæterisq; cauill. remotis.

§. 3. Et nihilominus de cætero pro potiori cautela, infra mensem à die promotionis eorumdem Cardinalium computandum, per dicti Collegij Depositarium, vel aliàs, prout melius expedire videbitur; centum: quinquaginta verò ducatos huiusmodi in obitu, seu post obitum præfatorum Cardinalium, siuè in dicta Curia, siuè extra eam, & vbicumque decesserint, vel decedere contigerit, vt præfertur, ab hæredibus eorumdem Cardinalium, quibusuis appellationibus, subterfugijs, & cauillationibus remotis, ipsis Magistris Cæremoniarum persolui curent, et cum effectu faciant, & ad id illos omnibus remedijs opportunis sibi benè visis, etiam cum inuocatione auxilij brachij sæcularis cogant, & compellant.

Contrar. derog.

§. 4. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, statutisque & consuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis: priuilegijs quoq; indultis, litteris Apostolicis præfatis Cardinalibus, & quibuscumque verborum formis, & tenoribus, ac cum quibusuis clausulis, & decretis in contrarium quomodolibet concessis, quibus omnibus, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, & expressa mentio habenda foret, eorũtenores præsẽtibus pro sufficiẽter expressis habẽtes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dũtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumq;

Dat. P. A. 4 die x. Maij.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die x. Maij M. D. LXIII. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

XV.

Declaratio Iurisdictionis Ordinariorum in Fratres Congregationis Ioannis Dei, ac specialis ipsius præfinitio.

Istam Congregationem Ordinariorum Iurisdictioni suppositam fuerant Pius V. vt in sua Const. licet, 143. sup. t. 2. p. 354. & Clem. Oct. vt Const. 44. Romani, sup. tom. 3. par. 59.

Institutionem verò huius Congregationis habes sup. in d. Const. 143. Pij V. vbi tibi indicatæ sunt Erectiones in Religionem tàm Congregationis Italiæ, quàm Hispaniæ, nec non de eorumdem Maioris electione, ac Priuilegiorum concessione, vbi vide, ac pariter alia nõnulla ad Const. 64. huius Põt. sup. pag. 261. tom. 3. & in Const. 2. hic sup. pag. 2.

PAVLVS PAPA QVINTVS.
Ad perpetuam rei memoriam.

Edita An D. 1617.

Exordium.

ROMANVS Pontifex ex supremo dispositionis arbitrio ad hoc potissimum sollicitudinis suæ neruà intendit, vt Religionum omnium, præsertim ad curam infirmorum, & miserabilium personarum institutarum, indemnitati consulat, exemptionesque, & alias gratias illis, intuitu Caritatis, & laborum per Sedem Apostolicam concessas, à noxijs, & obstaculis quibuslibet præseruet, aliasque officij sui partes solerter impendat, statuat, & declaret, prout rerum, temporum, & personarum qualitatibus debitè pensatis, conspicit in Domino salubriter expedire.

Congr. Fr. Io. Dei inseruien. infirm. multum profecit, & ideo varijs priuileg. à Sede Apost. donata fuit.

§. 1. Dudum siquidem, cùm Congregatio Ioannis Dei, sub Regula S. Augustini in Republica Christiana introducta, & subinde Apostolica auctoritate recepta, atque admissa fuisset, & gratia cooperante diuina, per varias Mũdi partes multiplicatis illius Fratribus, mirabiliter propagaretur, & quamplurima Hospitalia tàm in Italia, quàm in Hispanijs, alijsque partibus ex congestis Christifidelium eleemosynis construerentur, in eisque innumerabiles Christi pauperes, vtriusque sexus videlicet senes, mentecaptos, membrorum, & virium impotentia, atque debilitate laborantes, aliasq; miserabiles personas pro eorum morbis & infirmitatibus, etiam incurabilibus subleuandis, refouendis, & sanandis continuè reciperet: diuersi Romani Pontifices prædecessores nostri præfatæ Congregationi nonnulla priuilegia, gratias, & indulta benignè concesserunt. Volentes tamen, quòd Hospitalia, & alia loca, ac Fratres in eis pro tempore degẽtes, sub obedientia Ordinariorum locorum, in quibus Hospitalia, & loca huiusmodi consisterent, perpetuò subessent, & subiacerent.

Eamque vniuit ct distinctione Prouinciar.

§. 2. Et cùm plerique Fratrum dictæ Congregationis tria vota substantialia, & quartum de inuando Infirmos emitterent, Generalem tamen, ac Constitutiones, aut certum viuendi modum non haberent; fel. rec. Sixtus Papa Quintus etiam prædecessor noster omnia Hospitalia Ioannis Dei nuncupata, tàm in Italia, quàm in cæteris quibusuis Prouincijs etiam Transalpinis existentia, inuicem vniuit, & ex eis vnam Congregationem Confratrum Ioannis Dei nuncupaſ. erexit, Prouinciasque distinxit.

Subinde

Clem. OA. iussit emittere votum Infirmum. Hosp.

Hec Cōſt. vt sup. t.1.p.51 Rom. §.3.

Hic Pont.d. Congregat. ſuppoſuit Ord. iuriſd. cum aliquibus Ordin.

Illam conſt. habes d.t. p.261. Rom. & aliam Pij V. licet 143.vt ſup. t. 2 pag. 150 §.4.

§. 3. Subinde piæ me. Clemens Papa VIII. etiam prædeceſſor noſter inter alia perpetuò ſtatuit,& ordinauit, quòd de cætero Fratres dictæ Congregationis vnum dumtaxat inſeruien prædictis Hoſpitalibus ſub obedientia Ordinarij votum emitterent.

§. 4. Poſtremò Nos ad ſummi Apoſtolatus apicem diuina fauente clementia aſſumpti, etiam ſtatuimus, & ordinauimus,quòd ex tunc deinceps perpetuis futuris temporibus in Hoſpitalibus, & locis Regnorum Hiſpaniarum,quæ proprium Confratrem Maiorem eorum regimini,& adminiſtrationi,ſub iuriſdictione tamen & viſitatione Ordinarij loci,Præfectum habere conſueuerant,Fratres eiuſdem Congregationis anno eorum probationis elapſo, aut alias iuxta Sacrorum Canonum, & decretorum Concilij Tridentini præſcriptum tria vota antedicta, videlicet Obedientiæ, Caſtitatis, & Paupertatis, & inſuper Quartum Votum ſeruiendi Infirmis in ſuorum Superiorum manibus ſolemniter omninò emittere tenerentur,& ſubinde eos,qui ſic profeſſi forent, propriè Religioſos, ac proprios & veros Regulares eſſe,& fore, ac pro talibus ab vniuerſis Chriſti fidelibus habendos, & recipiendos,ac Congregationem huiuſmodi veram ac propriam ſub Regula S. Auguſtini Religionem, & inter reliquas Eccleſiæ Catholicæ Religiones eſſe connumeran.

Præterea eiſdem Hoſpitalibus dictorum Regnorum, vt deinceps in eorum ſingulis duo Fratres manere, & ali poſſent, qui confeſſiones tàm infirmorum, quàm aliorum Confratrum, & Miniſtrorum eiuſdem Congregationis audire,& iniuncta pœnitentibus pœnitentia ſalutari,eos à peccatis ſuis abſoluere, illiſque Sanctiſſimum Euchariſtię, & Extremæ vnctionis Sacramenta miniſtrare liberè,&licitè valerent, conceſſimus, & indulſimus,ac omnia Hoſpitalia & loca dictorum Regnorum, illorumque perſonas, & ſuperiores,etiam quòd perſonæ Religioſæ eſſent, ac etiam dictum Confratrem Maiorem,& quemcũq.alium pro tempore exiſtentem iuriſdictioni, ſuperioritati, & correctioni Ordinariorum locorum perpetuò ſubeſſe, dictoſq. Ordinarios in loca,& perſonas huiuſmodi quoad cauſas ciuiles, & criminales,ac mixtas, & tàm in viſitatione, quàm extra,plenam facultatem & auctoritatem perpetuis futuris temporibus habere,ac rationem omnium & ſingulorum bonorum, proprietatum, & rerum tàm mobilium, quàm immobilium, decimas, primitias, noualia,& alia onera quomodolibet nuncupata,ſolita, & conſueta quibuſcumque locorum Ordinarijs, Monaſterijs, Domibus, Capitulis, Hoſpitalibus, parochialium Eccleſiarum Rectoribus, alijſque perſonis, & locis, quibus ea colligen ius competit,ſoluere teneri, & ad id per opportuna iuris remedia (niſi priuilegio,vel legitima præſcriptione eatenus obſeruata munirentur) cogi, & compelli, nec deinceps contra iuriſdictionem, & ſuperioritatem Ordinariorum, vel ſolutionem decimarum, primitiarum, noualium, & aliorum onerum præmiſſorum vllo vnquam tempore quantumuis longiſsimo præſcribere, aut præſcripſiſſe dici, vel cenſeri, quinimò ſi quãdo in Hoſpitalibus, & locis ſupradictis hoſpitalitas deficeret,eoſdem Ordinarios illa, eorumque bona per Fratres huiuſmodi, aut alias perſonas etiam ſæculares adminiſtrare, ita quòd Hoſpitalia, & loca præfata, eorumque bona nullatenus vnquam dictæ Congregationi incorporarentur,committere,& mandare poſſe, ac etiam debere,voluimus, & decreuimus. Volentes etiam, quòd dum dictorum Hoſpitalium adminiſtratio ad Fratres dictæ Congregationis pertineret, & ſingulis annis ſuæ adminiſtrationis rationem Ordinario ad præſcriptum Conc.Trid. reddere tenerentur.

Poſtremò pariter ſtatuimus, & ordinauimus, vt quotquot in poſterum dictam Congregationem Italiæ nuncupatam, ingredi vellent,anno probationis expleto, ac aliàs iuxta ſacr. Canonum, & decretorum Conc. Trid. præſcriptum,tria vota ſubſtantialia huiuſmodi,ac præterea Quartum de iuuandis infirmis, in ſuorum Superiorum manibus ſolemniter emittere,vel à Congregatione præfata eijci deberent, eos verò ſic profeſſos proprios,& veros Regulares eſſe,ipſamque Congregationẽ, ac eius tam in Italia, quàm ſub iuriſdictione Fratris Maioris eiuſdem Congregationis in Germania, Gallia, & Polonia erecta, & de cætero erigen Hoſpitalia, quæ ſub eadem Cõgregatione Italiæ comprehenduntur, iuriſdictione Ordinariorum, ſalua tàmen eiuſdem Congregationis apud Nos, & præfatam Sedem Protectoris iuxta illius facultates,ac Fratris Maioris pro tempore exiſtentium auctoritate, & iuriſdictione perpetuò ſubeſſe debere, ac aliàs prout in diuerſis tam noſtris, quàm ſupradictorum Prædeceſſorum Noſtrorum deſuper confectis litteris plenius continetur.

Et quia dicti Ord huiuſmodi iuriſ. nimis extendebat

§. 5. Cùm autem,ſicut accepimus,nonnulli locorum Ordinarij,in quibus dicti Fratres introducti reperiuntur,prætextu obedientiæ, cui ijdem Fratres,ac Hoſpitalia,tàm Italiæ,quàm Hiſpaniæ Prouinciarum huiuſmodi,vt præfertur, ſubiecta exiſtunt, latè nimis ſe extendentes uedum circa regimen, & gubernium Hoſpitalium ipſis Fratribus commiſſorum, ac ſacramentorum Eccleſiaſticorum in eis adminiſtrationem, atque in eiſdem Hoſpitalibus receptorum

ceptorum

ceptorum, & expositorum rationis redditionem, seu receptionem, verùm etiam priuatam dictorum, Fratrum correctionem; & disciplinã Regularem, omnemque in eos iurisdictionem exercere consueuerint, Superioresque dictæ Congregationis, ac Presbyteros, seu Cappellanos, qui dictis Hospitalibus in diuinis inseruiant, eligere, ac Medicos, Chirurgos, & alios Ministros, ac Officiales gubernio, & regimini ipsorum Hospitalium necessarios deputare, nouitiosque recipere; ac generaliter omnia, & singula, quæ ad Regularem disciplinã, ac correctionem dictorum Fratrum spectant, quæque iuxta Regularia instituta dictæ Congregationis à præfata Sede approbata, per Superiores eiusdem Congregationis peragi debent, facere, & exequi intendant, ipsorumq; Fratrum quietem circa præmissa diuersimodè perturbent, ob idque Superiorum dictæ Congregationis auctoritas, ac illius Regularis instituti obseruantia euanescat, dictaque Hospitalia, ac Fratres in illis degentes in spiritualibus, & temporalibus non leuia sustineant incommoda, ob idque operæpretium sit, vt tot, tantisque incommodis aliquo opportuno, & salubri remedio prouideatur.

Illam modo terminat, & declarat.

§. 6. Nos igitur cupientes, vt omnis difficultatis, & ambiguitatis materia, quæ desuper oriri posset, prorsus tollatur, ac Congregationis huiusmodi singulares personas à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti alijsque ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentiũ dumtaxat consequen, harum serie absoluentes, & absolutas fore censentes, necnon singularẽ litterarum Apostolicarum tàm à præfatis, quàm quibusuis alijs Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostris, & Nobis ad fauorem eiusdem Congregationis emanatarum, necnon quorumcumque priuilegiorum, & indultorum illi per Sedem prædictam quomodolibet concessorum veriores, & totos tenores, ac dat. præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes. Motu proprio, non ad ipsius Congregationis, vel eius Superiorum, aut alicuius alterius pro eis Nobis desuper oblatæ petitionis instantiam, sed ex mera deliberatione, ac scientia nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, ex Voto tamen Congregationis S. R. E. Cardinalium negotijs Episcoporum, & Regularium præpositorum, quibus negotium huiusmodi maturè discutien, & referen commisimus, Congregationem Ioannis Dei huiusmodi, ac omnes, & singulos ipsius Congregationis domos, Superiores, etiam Maiorem, ac Fratres, & personas, ac ministrantes, tàm in Italia, quàm Hispanijs, alijsque Mundi partibus consistentia, & tàm hactenus fundata, quàm de cætero fundañ, in his dumtaxat, quæ regularia instituta iuxta Constitutiones d. Congregationis Ioannis Dei à Sede Apostolica approbatas, & confirmatas concernunt, à superioritate, visitatione, correctione, ac etiã obedientia Ordinariorum locorum, ita ut Religiosis Congregationis Ioannis Dei huiusmodi Regularibus institutis suis se conformare debeant, saluis in reliquis, tàm Sacr. Canonum, & Conc. Trid. decretis, quàm Nostris, aliquorumque Romanum Pontificum Prædecessorum Nostrorum litteris in fauorẽ Ordinariorum emanatis, quibus nullatenus derogare, quinimò eas in suo robore, & firmitate permanere intendimus, penitus, & omninò Apostolica auctoritate tenore præsentiũ perpetuò eximimus, absoluimus, & liberamus, ac eos in præmissis dumtaxat ab omnimoda Ordinariorum locorum Iurisdictione perpetuò exemptos fore, & esse declaramus, ipsisque Ordinarijs, & eorum cuilibet, etiam si Cardinalatus honore præfulgeant, ne deinceps in his, quæ obseruantiam, disciplinam, & instituta regularia Congregationis Ioannis Dei huiusmodi, vt præfertur, concernunt, prterquàm in casibus Sacris Canonibus, & Conc. Trid. & litteris Apostolicis præfatis quomodolibet contentis, se immiscere, aut intromittere valeant, seu præsumant, districtè præcipimus, & inhibemus.

Clausulas præservatiuas apponit.

§. 7. Decernentes, præsentes litteras, etiam ex eo, quòd Ordinarij locorum, seu quicumque alij quauis auctoritate, dignitate, officio, ac etiam Cardinalatus honore fungentes, ac in præmissis quomodolibet interesse habentes, seu habere prætendentes, ad hoc vocati, & causæ propter quas præmissa emanarunt quomodolibet examinatæ, iustificatæ, vel approbatæ non fuerint, nec præmissis consenserint, validas, & efficaces fore, sicque, & non aliter censeri, & ita per quoscumque Iudices quauis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac eiusdẽ S. R. E. Cardinales etiã de latere Legatos in quauis causa, & instantia iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter cõtigerit attentari.

Executores huius const. deputat.

§. 8. Quocirca venerabili Fratri nostro Episcopo Hostien, & dilectis filijs nostro, & Sedis Apostolicæ Nuncio in partibus Hispaniarum commorañ, ac Curiæ causarum Cam. Apost. generali Auditori Motu pari per præsentes

sentes committimus, & mandamus quatenus ipsi vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium seu alios præsentes nostras litteras,& in eis cõtenta quæcumque, vbi, quando opus fuerit, ac quoties pro parte Maioris, & Superiorum, ac Fratrum Congregationis Ioannis Dei huiusmodi, seu alicuius eorum fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assisteñ, faciant auctoritate nostra, litteras præfatas,& in eis contenta quæcumque huiusmodi inuiolabiliter obseruari, ac Fratres Congregationis Ioannis Dei huiusmodi illis pacifice frui,& gaudere, non permittentes, eos desuper per Ordinarios locorum, seu quosuis alios contra præsentium teñ quomodolibet molestari, aut inquietari. Contradictores quoslibet & rebelles per censuras ecclesiasticas, & pœnas etiã pecuniarias, aliaque iuris & facti remedia auctoritate nostra prædicta, appellatione postposita, compescendo, ac legitimis super his habendis seruatis processibus, censuras & pœnas ipsas etiam iteratis vicibus aggrauando, auxiliumque brachij secularis ad hoc,si opus fuerit,inuocañ.

Contrariis omnibus derogat.

§. 9. Non obstañ præmissis, ac singulis litteris præfatis, nec non fel. rec. Bonifacij Papæ Octaui prædecessoris nostri de vna, & Concilij generalis de duabus dietis, dummodò non vltra tres dietas aliquis auctoritate præsentium ad iudicium trahatur, alijsque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon Congregationis Ioannis Dei, & Ordinis S. Augustini huiusmodi iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis dictæ Congregationis Ioannis Dei, illiusque superioribus, & personis, ac quibusuis alijs sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cũ quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque & alijs decretis etiam Motu simili, ac aliàs quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter, ac de verbo ad verbum nihil penitus omisso expressis,& insertis habentes,illis alias in suo robore permansuris hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus contrarijs quibuscũq; Aut si dictis Ordinarijs,vel quibusuis alijs cõmuniter aut diuisim ab eadẽ sit Sede indultũ, quòd interdici, suspendi, vel excõicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam,ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

Transumptis fidei dari iubet.

§. 10. Cæterum quia difficile foret, præsentes litteras ad singula quæque loca, in quibus opus fuerit, deferri; volumus,ac etiam præfata Apostolica auctoritate decernimus, quòd earumdem præsentium transumptis etiã impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio & extra adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur,si forẽt exhibitæ vel ostensæ,

Dat. P. An. 14. die 16 Martij.

Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Maiorẽ sub Annulo Piscatoris die xvi. Martij 1619. Pontificatus Nostri Anno Decimoquarto.

XVI.

De ambitu Fratribus Minoribus de Obseruantia Ordinis S. Francisci, eorumque Superioribus interdicto.

Similem prohibitionem fecit hic idem Pont. Fratribus Conuentualibus S. Francisci, vt infra in eius const. 18. Admonemur. Et de tota Religione Franciscana notaui supra ad Const. 5. Honor. 3. tom 1. pag. 46.

Edita An. D. 1619

PAVLVS PAPA QVINTVS Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

ADmonemur Pastoralis officij nostri debito, diligentiùs prospicere, ne Religiosis,qui regularem vitam professi, sæculo renunciarunt, ad dignitates, & officia per emendicata suffragia ambitiosus pateat accessus.

Prohibitio ambitus, de quo in rubr.

§. 1. Quocirca Motu proprio, & ex certa scientia nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine; dilectis filijs Ministro Generali, ac Prouincialibus,& reliquis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Obseruantia nuncupatorum, Prælatis nunc,& pro tempore existentibus in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub excommunicationis pœnã ipso facto incurrẽ præcipimus, mandamus, ne ad instantiam, & requisitionem quarumcumque personarum, tàm laicarum, quàm ecclesiasticarum extra dictum Ordinem constitutarum, etiam Cardinalatus honore, & quacumque sæculari dignitate, & excellentia etiam Ducali, Regali, & Imperiali fulgentium, cuiuis prædicti Ordinis Religioso, vllam gratiam concedere, vel pœnas aliquas remittere, seu gradus, honores, dignitates, officia, & administrationes, functiones, & Prælaturas eiusdem Ordinis, concedere audeant, quinimò dicti Ordinis Fratres, & Religiosos, qui contra decreta, hac via, & his medijs per conquisitos fauores, & suffragia aliquid sibi procurauerint, ad talia, & similia, ac etiam maiora in eodem Ordine consequeñ perpetuò inhabiles declaramus. Insuper dictis Religiosis, & Fratribus eiusdem Ordinis

quibus-

quibuscumque sub eisdem pœnis præcipimus, & expressè interdicimus; vt non solùm in præmissis omnibus fauores huiusmodi minimè procurare, sed nec etiam spontè oblatos, aut ab eis minimè procuratos recipere, & similiter, ne ad hunc effectum munera aliqua prædictis personis exhibere audeant, seu præsumant.

Contrariorum derogatio.

§. 2. Non obstan. constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, dictique Ordinis statutis, & consuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, cæterisque contrarijs quibuscumque. Aut si eidem Ordini, & Fratribus prædictis communiter, aut diuisim ab Apostolica sit Sede indultum, & quòd interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem,

Transumptorum fides.

§. 3. Volumus autem, quòd præsentium litterarũ transumptis etiã impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides vbique adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Dat. Poet. An. 14. die 18. Aprilis.

Dat Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die xviij. Aprilis 1619. Pontific. nostri Anno Decimoquarto.

Iubilæi indictio ad diuinam opem in præsentibus Ecclesiæ necessitatibus implorandam.

XVII.

Non dissimilem habes sup. in huiusmet Pont. Const. 6. Ecc. vbi notaui p.9. aliamque in exordio sui Pont. tom. 3. pag. 173. Quod in omni. vt ab omnibus Pontificibus solet fieri pro diuina ope initio Pontificatus imploranda, quam etiam fecit Greg. XV. vt Const. 2. Spiritus, & S. D. N. Vrb. VIII. sub forma Orationis quadraginta Horarum, vt Const. 7. Alternus, hic inf. vbi pariter alia tibi indicabo.

Edita An. D. 1619.

PAVLVS EPISC. SERV. SERVORVM DEI.

Vniuersis Christifidelibus præsentes litteras inspecturis salutem, & Apostolicam benedictionem.

B. ordium.

Dominus ac Deus noster excelsus, qui in omnibus operibus suis iustus est, & misericors, iusto licèt iudicio visitet in virga iniquitates nostras, & in verberibus peccata nostra, misericordiam tamen suam non amouet à nobis: Temporalia enim immittens flagella, immensa benignitate, & caritate sua reuocat nos ab iniquitatibus nostris, vt ad pœnitentiam adducamur.

Causæ Indictionis huius Iubilæi.

§. 1. Id verò Nos cogitantes, sicut pro nostra pastorali cura maximo cordis dolore afficimur cernentes, tantis, ac tam grauibus procellis interdum, ac præcipuè hoc tempore in Inclita Germania, & vicinis Prouincijs agitari Ecclesiam Dei, ita etiam speramus in Domino, quòd si eum, pressuris nos in vias suas reuocantem, audierimus, dignos fructus agentes pœnitentiæ, de tribulationum procellis populum suum educet, & tranquillitatem Ecclesiæ suæ restituet. Hoc verò vt impetrare valeamus, in corde contrito, & humiliato orationibus ad Deum adeamus; scriptũ est enim: Orabitis me, & ego exaudiam vos, quæretis me, & inuenietis, cum quæsieritis in toto corde vestro: Nec desint orationi ieiunia, eleemosynæ, & alia pia opera, memores Danielis, cuius verba, ex quo die apposuit cor suum, vt se affligeret in conspectu Dei, exaudita fuerunt: Nam quòd attinet ad eleemosynas, eas peccata purgare, ac facere, vt inueniatur misericordia, satis etiã diuinis eloquijs admonemur. Quocirca vt quantum cum Domino possumus, fideles ad hæc alacrius peragenda inuitemus, pro nostro pastoralis officij munere, ex solemni Ecclesiæ Catholicæ more, eiusdem Ecclesiæ thesauros, quorum, licèt nullis nostris meritis, à Domino dispensatores constituti sumus, proferre, & largissimè erogare decreuimus.

Hortatur ad effectionem huius Iubilæi.

§. 2. Itaque ex parte omnipotentis Dei Patris, & Filij, & Spiritus sancti, omnes, & singulos vtriusque sexus Christifideles, tàm in Alma Vrbe nostra, quàm alibi vbique locorum constitutos, Apostolica auctoritate paternè, enixèque requirimus, monemus, & in Domino adhortamur ad infrascripta deuotè peragendum, & adimplendum, ac ad Deum patrem misericordiarum orandum, vt per viscera misericordiæ suę fidem Catholicam protegere, ab hostium conatibus, & insidijs defendere, hæresim extirpare, Principibus Christianis pacem, & veram concordiam donare, ac præcipuè præsentibus Ecclesiæ necessitatibus subuenire dignetur.

Iubilæũ prædictũ concedit ijs qui interfuerint Processionibus hic enumeratis, ac fecerint alia vt his

§. 3. Quamobrem de omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, auctoritate confisi, ex illa ligandi, atque soluendi potestate, quam Nobis Dominus, meritis minimè suffragantibus, contulit, Vniuersis, & singulis Christifidelibus in Alma Vrbe prędicta degentibus, qui solemnibus processionibus, quas ab Ecclesia Sanctæ Mariæ

Mariæ Angelorum nuncupata ad Basilicam Sanctæ Mariæ Maioris, & ab Ecclesiæ Sanctæ Mariæ supra Mineruam ad Ecclesiam Sanctæ Mariæ de Anima, pariter nuncupatam, feria quarta, & sexta Nos sequenti hebdomada vnà cũ Venerabilibus Fratribus nostris S.R.E. Cardinalibus, Christianorumque Regum, & Principum apud Nos, & Apostolicam Sedem Oratoribus, omnibusque Prælatis, & Proceribus, vniuersoque Clero, & Populo agemus, interfuerint, aut qui prædicta, vel illam sequenti hebdomada easdem Ecclesias, vel duas illarum saltem semel visitauerint, ibique deuotè, vt supra, Deum orauerint, ac feria quarta, & sexta, ac sabbato eiusdem, vel sequentis hebdomadæ ieiunauerint, & peccata sua confessi fuerint, atque in primo die Dominico, vel secundo, seu saltem alio dictarum hebdomadarum die Sanctissimum Eucharistię Sacramentum reuerenter susceperint, & eleemosynas ad libitum, prout caritas singulis suggesserit, fecerint.

Absentibus formã consequendi præscribit.

§. 4. Cæteris verò omnibus, & singulis fidelibus extra Vrbem existentibus, in quibusuis Ciuitatibus, Terris, & locis, qui processioni ab Ordinarijs locorum, vel eorum Vicarijs, seu Officialibus, vel de eorum mandato, & ipsis deficientibus, per eos, qui ibi curam animarum exercent, prima, vel secunda hebdomada, postquàm ad eorum notitiam hæ nostræ litteræ deuenerint, indicendæ, & agendæ interfuerint, vel Ecclesiam, seu Ecclesias per eosdem designandas saltem semel visitauerint, ibique, vt supra, Deum orauerint, ac feria quarta, sexta, & sabbato alterius ex duabus hebdomadis ab eisdem deputandis ieiunauerint, pariterque peccata sua confessi, ac Sanctissima Communione refecti fuerint, & eleemosynas similiter pro arbitrio suo fecerint, plenissimam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem, sicut in Anno Iubilæi visitantibus certas Ecclesias intra, & extra Vrbem, concedi consueuit, tenore præsentium concedimus, & elargimur.

Eamque ad Nauigantes extendit.

§. 5. Nauigantes verò, aut iter agentes, vt cum primùm ad sua sese domicilia receperint, suprascriptis omnibus peractis, vt supra, eamdem Indulgentiam consequi possint, & valeãt.

Necnon ad regulares, Infirmos, Carceratos, & similes.

§. 6. Regularibus autem personis vtriusq; sexus, in claustris perpetuò degentibus, nec non alijs quibuscumque tam Laicis, quàm Religiosis sęcularibus, seu regularibus in carcere, aut in captiuitate existentibus, vel aliqua corporis infirmitate, seu alio quocumque impedimento detentis, qui supra expressa, vel eorum aliqua præstare nequiuerint, vt confessarius, quem vt infra elegerint, prædicta omnia, & singula, vel eorum aliqua in alia pietatis opera commutare, vel in aliud proximum tempus prorogare possit, eaque iniungere, quæ ipsi pœnitentes efficere poterunt, pariter concedimus, & indulgemus.

Facultatem eligendi Confessarium approbatum cum potestate absoluendi à Casibus reseruatis, vt hic etiã elargitur. De Cõfess. approb. vide Conc. Tri sess. 23. c. 15. & Cõst. 133. Pij 5. sup. c. 2. p. 345. cum ibi notatis.

§. 7. Cupientes autem, omnes Christifideles participes fieri huius pretiosissimi thesauri, Vniuersis, & singulis vtriusque sexus tàm laicis, quàm Ecclesiasticis sæcularibus, & regularibus cuiusuis Ordinis, Congregationis, & Instituti licentiam concedimus, & facultatem damus, vt sibi ad hunc effectum eligerẽ possint quemcumque Presbyterum Confessarium tàm sæcularem, quàm cuiusuis Ordinis regularem, ex approbatis à locorum Ordinarijs, qui eos ab omnibus excommunicationis, suspensionis, & alijs Ecclesiasticis sententijs, & censuris à iure, vel ab homine quauis causa latis, seu inflictis, necnon ab omnibus peccatis, excessibus, criminibus, & delictis quantumuis grauibus, & enormibus, etiam locorum Ordinarijs, siue Nobis, & Sedi Apostolicæ etiam in litteris die Cœnæ Domini legi solitis contentis, & alias per quascumque Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum Constitutiones, quarum tenores præsentibus haberi volumus pro expressis, quomodocumque reseruatis, in foro conscientiæ, & hac vice rantùm absoluere, & liberare valeãt.

Et commutandi Vota Religionis, & Castitatis exceptis.

§. 8. Et insuper vota quæcumque, Religionis, & Castitatis exceptis) in alia pia, & salutaria opera commutare, iniuncta tamen eis, & eorum cuilibet in supradictis omnibus casibus pœnitentia salutari, alijsque eiusdem Confessarij arbitrio iniungendis.

Iussio hoc Iubil. publicandi.

§. 9. Quapropter tenore præsentium in virtute sanctæ Obedientiæ districtè præcipimus, atque mandamus omnibus, & quibuscumque Venerab. Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & alijs Ecclesiarum Prælatis, ac quibuscumque Ordinarijs locorum, eorumque Vicarijs, & Officialibus, vel ijs deficientibus, illis, qui curam animarum exercent, vt cum præsentium litterarum transumpta, aut exempla acceperint, illa statim absque vlla mora, retardatione, vel impedimento per suas Ecclesias, & Diœceses, Prouincias, Ciuitates, Oppida, Terras, & Loca publicent, & publicari faciant, & Cleris, ac Populis sibi subiectis solemnes processiones, & supplicationes indicant, & celebrent, Ecclesiamque seu Ecclesias visitandas designẽt.

Declarat ã facultatem circa alios casus.

§. 10. Non intendimus autem per præsentes super aliqua irregularitate publica, vel occulta, nota, defectu, incapacitate, seu inhabilitate quoquomodo contracta dispensare, vel aliquam facultatem tribuere dispensandi, seu habi-

habilitandi, & in pristinum statum restituendi etiam in foro conscientiæ.

Denunciatosq. Iubil. prædictu non assequi posse.

§. 11. Neque etiam ijs, qui à Nobis, & Apostolica Sede, vel ab aliquo Prælato, seu Iudice Ecclesiastico excommunicati, suspensi, interdicti, seù aliàs in sententias, & censuras incidisse declarati, vel publicè denúciati fuerint, nisi infra tempus celebrationis huiusmodi Iubilæi satisfecerint, aut cum partibus concordauerint, vllo modo suffragari posse, aut debere.

Clausulas derogatorias oppone.

§. 12. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, præsertim quibus facultas absoluendi in certis tunc expressis casibus ita Romano Pontifici pro tempore existenti reseruatur, vt nec etiam similes, vel dissimiles Iubilæi, Indulgentiarum, ac facultatum huiusmodi concessiones, nisi de illis expressa mentio, aut specialis derogatio fiat, cuiquam suffragari queant, necnon regula nostra de non concedendis Indulgentijs ad instar, ac quorumcumque Ordinum, & Congregationum siue Institutorum regularium iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs, quoque indultis, & litteris Apostolicis eisdem Ordinibus, & Congregationibus, atque Institutis quomodolibet concessis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & indiuidua, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, aut expressio habenda, vel quæuis alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, illorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis, ac formam eorum traditam pro seruata habentes, hac vice specialiter, & nominatim, & expresse ad effectum præsentium derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Et transumptorũ fidem addit.

§. 13. Vt autem præsentes nostræ, quæ ad singula loca deferri non possunt, ad omnium notitiam facilius deueniant, Volumus vt earumdem præsentium transumptis, vel exemplis etiam impressis, manu alicuius publici Notarij subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, munitis, vbique locorum, & gentium eadem prorsus fides habeatur, quæ haberetur ipsis litteris, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. A. 15. die 13. Ianuarij.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem Anno Incarnationis Dominicæ 1619. Idibus Ianuarij, Pontificatus Nostri Anno Quintodecimo.

XVIII.

De Ambitu Fratribus Minoribus Conuentualibus Ordinis Sancti Francisci eorumque Superioribus interdicto.

Similem prohibitionem fecit hic idem Paul. Fratribus de Obseruantia S. Francisci, vt in eius Const. 16. Admonemur, hic sup. pag. 8. Constitutiones Vrbanas horum Conuentualium nouiter in Capitulo generali compilatas approbauit S.D.N. Vrban. VIII. vt inf. Const. 88. Militantis. Et de tota Religione Franciscana habes sup. ad Const. 5. Honor. Tertij tom. 1. pag. 46.

PAVLVS PAPA V.

Ad perpetuam rei memoriam.

Edita A.D. 1619.

ADmonemur Pastoralis officij nostri debito, diligentiùs prospicere, nè Religiosis, qui regularem vitam professi, sæculo renuntiarunt, ad dignitates, & officia per emendicata suffragia ambitiosus pateat accessus.

Exor dium.

Prohibitio ambitus Conuentualibus S. Francisci.

§. 1. Quocirca Motu proprio, & ex certa scientia nostra, deque Apostol. potestatis plenitudine, dilectis filijs Ministro Generali, ac Prouincialibus, & reliquis Ordinis Fratrũ Minorũ Conuentualium S. Francisci Prælatis nunc, & pro tempore existentibus in virtute Sanctæ Obedientiæ, ac sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda præcipimus, & mandamus, ne ad instantiam, & requisitionem quarumcumque personarum tàm laicarum, quàm Ecclesiasticarũ extra d. Ordinem constitutarum, etiam Cardinalatus honore, ac quacumque sæculari dignitate, & excellentia, etiam Ducali, Regali, & Imperiali fulgentium, cuiuluis d. Ordinis Religioso vllam gratiam concedere, vel pœnas aliquas remittere, seu gradus, honores, dignitates, officia, administrationes, & Prælaturas eiusdem Ordinis concedere audeant.

Quinimò d. Ordinis Fratres, & Religiosos, qui contra decreta, hac via, & his medijs per conquisitos fauores, & suffragia, aliquid sibi procurauerint, ad talia, & similia, ac etiam maiora in eodem Ordine consequenda perpetuò inhabiles declaramus.

Insuper dd. Religiosis, & Fratribus eiusdem Ordinis quibuscumque sub eisdem pœnis præcipimus, & expressè interdicimus, vt non solum in præmissis omnibus fauores huiusmodi minimè procurare, sed nec etiam sponte oblatos, aut ab eis minimè procuratos recipere, & similiter ne ad hunc effectum munera aliqua prędictis personis exhibere audeãt, seu præsumant.

Non

Contrariorũ derogatio.

§. 3. Non obstan. Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, dictique Ordinis Statutis, & Consuetudinibus etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, cæterisque contrarijs; Aut si eidem Ordini, & Fratribus prædictis communiter, vel diuisim ab Apostolica sit Sede indultum, quòd interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

Fides trãsũptorũ.

§. 4. Volumus autem, quòd præsentium transumptis etiam impressis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides vbique adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. A. P. 15. die 4. Septembris.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die 4. Septembris MDCXIX. Pontificatus Nostri Anno Decimoquinto.

XIX.

Contra Superiores Ord. Fratrum Minimorum S. Francisci de Paula; qui fauores extra suum Ordinem attendentes, officia, dignitates, ac gratias concedunt, & contra Fratres, dictos fauores conquirentes.

Congregationis istorum Fratrum approbationem fecit Sixt. IV. vt sup. in eius Const. 5. Sedes, tom. 1. pag. 335. Regulam verò ipsorum confirmauit Iul. II. vt Const. 10. Dudum vbi sup. pag. 451. Transitumque ad Capucinos, & è contra prohibuit Pius V. in Const. 45. Sedis, tom. 2. pag. 241. Qui etiam postea d. Ordinem inter Mendicantium Ordines connumerauit in Const. 49. Apostolica, pag. 244. Et postea Capitulum generale quolibet sexennio celebrari, Officialiumque durationis tempus statuit ipsemet Paul. in Const. 6. Cum sicut, tom. 3. pag. 182.

Hunc verò Franciscum de Paula inter Sanctorum numerum sclas fuisse relatum à Leone Decimo, vt sup. in eius Const. 38. Excelsus, tom. 1. pag. 528. Eiusque festum deinde sub duplicis Officij ritu quotannis celebrari iussit Sixtus Quintus, vt in eiusdem Constit. 8. In Cæli, tom. primo, pag. 495.

PAVLVS PAPA QVINTVS
Ad perpetuam rei memoriam.

Datum A. D. 1619.

Proœmium.

A Dmonemur pastoralis officij nostri debito, diligentiùs prospicere, ne Religiosis, qui regularem vitam professi sæculo renunciarunt, ad dignitates, & officia per emendicata suffragia ambitiosus pateat accessus.

Prohibitio ambitus de quo in Rubrica.

§. 1. Quocircà Motuproprio, & ex certa scientia nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, dilectis filijs Correctori Generali, ac Prouincialibus, & reliquis Ordinis Fratrum Sancti Francisci de Paula Minimorum nuncupatorum Prælatis nunc, & pro tempore existentibus in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub excommunicationis pœna ipso facto incurrẽ præcipimus, & mandamus, ne ad instantiam, & requisitionem quarumcumque personarum, tàm laicarum, quàm Ecclesiasticarum extra dictum Ordinem constitutarum, etiam Cardinalatus honore, & quacumque sæculari dignitate, & excellentia etiam Ducali, Regali, & Imperiali fulgentium, cuiuis dicti Ordinis Religioso vllam gratiam concedere, vel pœnas aliquas remittere, seu gradus, honores, dignitates, officia, administrationes, functiones, & Prælaturas eiusdem Ordinis concedere audeant, quinimò dicti Ordinis Fratres, & Religiosos, qui contra decreta, hac via, & his medijs per conquisitos fauores, & suffragia aliquid sibi procurauerint, ad talia, & similia, ac etiam maiora in eodem Ordine consequenda perpetuò inhabiles declaramus. Insuper dictis Religiosis, & Fratribus eiusdem Ordinis quibuscumque sub eisdem pœnis præcipimus, & expressè interdicimus, vt non solùm in præmissis omnibus fauores huiusmodi minimè procurare, sed nec etiam spontè oblatos, aut ab eis minimè procuratos recipere, & similiter ne ad hunc effectum munera aliqua prędictis personis exhibere audeant, seu præsumant.

Abrogatio Contrariorum.

§. 2. Non obstan. constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, dictique Ordinis statutis, & consuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, cæterisque contrariis quibuscumque. Aut si Ordini, & Fratribus prædictis communiter, aut diuisim ab Apostolica sit Sede Indultum, quòd interdici, suspẽdi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

Fides trãsũptorũ.

§. 3. Volumus autem, quòd præsentium litterarum transumptis etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo

alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides vbiq; adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die 6. Septembris 1619. Pontificatus Nostri Anno Decimoquinto.

Dat. 6. An. die 6. Septembris.

XX.

Beatificatio Thomæ à Villanoua, Ordinis Eremitarum S. Augustini Professoris, & Archiepiscopi Valentini, cum Officio, & Missa de communi Confessoris Pontificis.

Huius B. Thomæ festi celebrationem ampliauit Gregorius XV. vt infra in eius constit. 5. Aliás a felic. record.

Edita A. D. 1619.

PAVLVS PAPA QVINTVS *Ad perpetuam rei memoriam.*

Exordium.

IN supremo Apostolatus solio, meritis licèt insufficientibus, diuina dispositione constituti, ad ea, per quæ seruorum Christi honor, & veneratio in terris promoueatur, iuxta creditum Nobis desuper Apostolicæ seruitutis officium, libenter intendimus, & pijs Christifidelium præsertim Catholicorum Regum id exoptaň, vobis libenter annuimus, eaque fauoribus prosequimur opportunis, prout in Domino conspicimus salubriter expedire.

Ad preces Ordinis Eremit. S. August. & Regis Cathol.

§. 1. Alias siquidem nomine dilectorum filiorum Prioris generalis, & aliorum Superiorū, necnon Fratrum Ordinis Eremitarum Sancti Augustini Nobis exposito, quòd bo. me. Thomas a Villanoua, eiusdem Ordinis dum vixit professor, ac Archiepiscopus Valentin. multis & eximijs virtutum, gratiarum, & miraculorum donis à Domino illustratus fuerat, & propterea non solùm vniuersus Ordo prædictus, sed etiam charissimus in Christo filius noster Philippus Hispaniarum Rex Catholicus, ac Venerabilis frater Isidorus Archiepiscopus Valentiñ, necnon dilecti filij Capitulum & Canonici Ecclesiæ Valentiñ, ac Deputati, Electi, & Sindici Regni & Ciuitatis Valentiæ Nobis humiliter supplicari fecerant, vt donec Canonizationis honor dicto Thomæ à Villanoua ab Apostolica Sede haberetur, idem Thomas à Villanoua Beatus vocari, & de eodem Officium, & Missa, vt infra recitari posset.

Hic Pont. concedit Thomam à Villanoua Beatū nuncupari, & 18. Sept. à d. Ordine Officium, & Missam celebrari.

§. 2. Nos, re prius per Venerabiles fratres nostros S. R. E. Cardinales Sacris Ritibus præpositos, quibus eam examinandam mandaueramus, maturè discussa, de eorumdem Cardinalium consilio, huiusmodi supplicationibus inclinati, vt ipse bo. me. Thomas à Villanoua in posterum Beatus nuncupari, atque singulis annis die xviij. Septembris in toto Regno Valentiæ à Religiosis eiusdem Ordinis Sancti Augustini tàm fratribus, quàm monialibus, & in dicta Ciuit. Valētiñ, vbi eius corpus requiescere asserabatur, & diœcesi Valētiñ, cuius per vndecim annos Archiepiscopus fuit, vt præfertur, ab omnibus vtriusque sexus regularibus personis, ac etiam presbyteris, & clericis sæcularibus de eo tāquam de Beato iuxta rubricas Breuiarij, & Missalis Romani de communi Confessoris Pontificis Officium recitari, & Missa celebrari respectiuè posset, Apostolica auctoritate perpetuò concessimus, & indulsimus, prout in alijs nostris in simili forma Breuis desuper expeditis litteris, quarum tenores præsentibus pro sufficientes expressis haberi volumus, plenius continetur.

Et ad instantiam eorumdem preces.

§. 3. CVM autem, sicut pro parte Prioris gen. ac Superiorum, & Fratrum prædictorum denuò Nobis nuper expositum fuit, tàm dictus Philippus Rex, quàm Ordo prædictus, necnon dicti Deputati, Electi, & Sindici concessionem & indultum prædicta ad vniuersum Ordinem Sancti Augustini huiusmodi, ac etiam ad Oppidum Villanouæ de los Infantes nuncupat. Toletañ diœcesis, vnde dictus Thomas oriundus esse asseritur, per Nos auctoritate Apostolica extendi summopere desiderent.

Concessionem ampliat.

§. 4. Nos supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc iterum porrectis inclinati, de eorumdem Fratrum consilio, quòd de cætero perpetuis futuris temporibus ab omnibus vtriusque sexus eiusdē Ordinis S. Augu. religiosis in Hispania, nempè in Regnis Castellæ, Aragoniæ, & Cathaloniæ commorantibus, necnon in Oppido de Villanoua de los Infantes prædicto, vbi dictus Thomas, natus, & educatus esse asseritur, ab omnibus etiam vtriusque sexus regularibus, ac etiam presbyteris, & clericis sæcularibus Officium, & Missa de eodem Thoma à Villanoua, seruata aliàs in omnibus, & per omnia litterarum prædictarum forma, & tenore, recitari, & celebrari respectiuè, liberè, & licitè possit, & valeat, auctoritate prædicta tenore præsentium concedimus, & indulgemus.

Contrarijs derogat.

§. 5. Non obstañ omnibus illis, quæ in eisdem litteris nostris volumus non obstare, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Concessionis transumptis credi mandat.

§. 6. Volumus autem, vt præsentium transumptis etiam impressis, manu alicuius Notarij publici

publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. Pont. An. 15. die 24. Septemb.

Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris, die xxiiij Septembris 1619. Pontificatus Nostri Anno Decimoquinto.

XXI.

Beatificatio Francisci Xauerij, Sacerdotis Societatis Iesu, cum facultate recitandi Officium, ac celebrandi Missam de communi Confessoris non Pontificis, quot annis die 2. Decembris.

Istum Beatum Franciscum una cum BB. Ignatio Loiola, d. Societatis Fundatore, Isidoro Agricola Hispano, Theresia Virgine, fratrum, monalium que Carmelitarum Discalceatorum Fundatrice, ac Philippo Nerio, Congregationis Oratorij similiter Fundatore, in Sanctorum numero fuisse relatos scito, à Greg. XV. die 12. Mensis Martij, Anni 1622. Attamen Bullas huiusmodi Canonizationum non omnes habere potui; eas verò, quæ habui posui, videlicet D. Theresiæ, quam expediuit d. Gregorius XV. ut infra in eius const. 20. Omnipotens. SS. Ignatij Loiolæ, & Philippi Nerij ob mortem d. Greg. expediuit desuper litteras S. D. N. Vrb. VIII. ut in Constit. 2. Rationi, & Constit. 3. Rationi; Alias verò duas S. Isidori, & huius S. Francisci non adhuc habere potui.

De Societate Iesu vide vberrimè notata ad Const. 25. Paul. III. Regimini, supra tom. 1. par. 653.

Editæ A.D. 1619.

PAVLVS PAPA QVINTVS
Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

IN Sede Principis Apostolorum, nullis licèt nostris suffragantibus meritis, à Domino constituti, pijs fidelium votis, quibus virtutum Dominus in seruis suis honorificatur, libenter annuimus, eaque fauoribus prosequimur opportunis.

Clerici Soc. Iesu supplicarunt huic Pont. pro Beatif. Francisci Xauerij d. Soc. professo[r]is.

§. 1. Sanè pro parte dilectorum filiorum Præpositi Generalis, ac Presbyterorum Societatis IESV Nobis nuper expositum fuit, quòd bo. me. Franciscus Xauerius, eiusdem Societatis, dum vixit presbiter, multis, & eximijs virtutum, gratiarum, & miraculorum donis à Domino illustratus fuit. Quapropter Præpositus, & Presbyteri prædicti Nobis humiliter supplicari fecerunt, vt donec Canonizationis honorem, quem dicto Francisco Xauerio, ob eius excellentia merita, aliquando, diuina adspirante gratia, habitum iri spectant, ab Apostolica Sede impetrent, idem Franciscus Xauerius Beatus vocari, ac de eodem Officium, & Missa vt infra recitari, & celebrari respectiuè possit.

Qui d. Franciscum de cætero Beatum nuncupari, ac die 2. Decembris de eo Offic. recitari, & Missa celebrari posse indulget.

§. 2. Quare Nos, re prius per Venerabiles Fratres nostros S. R. E. Cardinales Sacris Ritibus præpositos, quibus eam examinandam mandauimus, maturè discussa, de eorumdem Cardinalium consilio, huiusmodi supplicationibus inclinati, Vt ipse bo. me. Franciscus Xauerius in posterum Beatus nuncupari; atque de eo die secunda Decembris, qua obdormiuit in Domino, ab omnibus Religiosis dictæ Societat. vbique terrarum existentibus, in eorum Ecclesijs, necnon in omnibus Regnis Indiæ Orientalis, in quibus per vndecim continuos annos Christianam Religionem disseminauit, ac longè, latèq; propagauit, Item & in Oppido Xauier nuncupato, Pamphilonen. diœc. vnde ipse Franciscus Xauerius oriũdus esse asseritur, ab omnibus vtriusque sexus regularibus, ac etiam presbyteris, & clericis sæcularibus iuxta rubricas Breuiarij, & Missalis Romani de communi Confess. non Pontif. Officium recitari, & Missa celebrari respectiuè, liberè, & licitè valeat, Apostolica auctoritate, tenore præsentium perpetuò concedimus, & indulgemus.

Contrarijs derog.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Transumptisque d. Const. fidem dari præcipit.

§. 4. Volumus autem, quòd præsentium litterarum transumptis etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. Pont. An. 15. die 25. Octobris

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorè sub Annulo Piscatoris, die vigesimaquinta Octobris, Millesimo sexcentesimo decimo nono. Pontific. Nostri Anno Decimoquinto.

XXII.

Confirmatio Constitutionum Fratrum Eremitarum Ordinis Sancti Augustini Congregationis Discalceatorum Italiæ.

Tenore

Tenorem Constitutionum huiusmodi sedulò non pono, quia meum non est, Religionum Constitutiones, & Statuta compilare, nisi forte esset aliquid peculiare.

Istam Congregationem approbasse Clem. viij. vide sup. tom. 3. const. 63. Decet, habitumque determinasse, transitumque declarasse ad aliam Religionem, vide ibidem Constit. 3. Pastoralis, Et tandem scias, in d. Congregatione Prouincias instituisse S. D. N. Vrbanum Octauum, vt inf. in eius Const. 58. Ad vberes, vbi alia notabo.

Edita A.D. 1620.

PAVLVS PAPA QVINTVS
Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

SAcri Apostolatus ministerio per abundantiam Diuinæ gratiæ, nullo licèt merito nostro, præpositi, ad ea, per quæ Christifidelium, præsertim sub suaui Religionis iugo, & in humilitatis spiritu Altissimo famulantium felici, prosperæque directioni consulitur, libenter intendimus, & ijs, quæ propterea facta fuisse dicuntur, vt ab omnibus, quos illa concernunt, inuiolabiliter obseruentur, Apostolici muniminis adijcimus firmitatem, prout in Domino conspicimus salubriter expedire.

Isti fratres nonnullas constitutiones & ordinationes condiderunt quarum approbationem modo petunt ab isto Pont.

§. 1. Cum itaque pro felici dilectorum filiorum Fratrum Eremitarum Ordinis S. Augustini Congregationis Discalceatorum Italiæ regimine nonnullæ constitutiones editæ, & illæ iussu nostro recognitæ, & examinatæ, ac in vnum volumen compilatæ sint, tenoris sequentis, videlicet.

Omittitur tenor ipsarum Constitutionum, quas in vnoquoque Cœnobio ipsorum Patrum videre poteris.

Qui eas approbat & confirmat supplendo omnes defectus si qui sint.

NOs inuiolabili earumdem constitutionũ obseruationi, quantum cum Domino possumus, consulere volentes, constitutiones præfatas, omniaque, & singula in eis contenta, Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuò approbamus, & confirmamus, ac illis perpetuæ, ac inuiolabilis Apostolicæ firmitatis robur adijcimus, omnesque, & singulos, tàm iuris, quàm facti, & quosuis alios defectus, si qui in præmissis, aut eorum aliquo quomodolibet interuenerint, supplemus.

Illasque omnino seruari decernit.

§. 3. Decernentes, modernos, & pro tempore existentes dictæ Congregationis Fratres ad plenariam earumdem constitutionum obseruationem, prout illæ eos concernunt, teneri, & obligatos esse, & fore, ac ad id etiam sub censuris Ecclesiasticis, & alijs in constitutionibus prædictis contentis, pœnis cogi, & compelli posse.

Et ita & non aliter iudicari mandat.

§. 4. Sicque per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum palatij Apostolici Auditores iudicari, & definiri deberi, ac irritum, & inane quidquid secus super his à quoq. quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contingerit attentari.

Contrarijsque derogat.

§. 5. Non obstante felic. recordat. Iulij Secundi, sub data die 24. Septembris MDVIII. ac Leonis X. Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, sub data x. Iulij MDXXXIII. ac quibusuis alijs constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon dicti Ordinis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & alijs decretis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, approbatis, & innouatis: quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio habenda foret, tenores huiusmodi presentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis, habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dũtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Dat. P. An. 15. die 5. Maij.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris. Die 5. Maij MDCXX. Pontificatus Nostri Anno Decimoquinto.

XXIII.

Institutio Collegij S. Antonij de Padua in Insula Meleuitana, & Domo regulari Fratrum Minorum Conuentualium Ordinis S. Francisci pro Studentibus eiusdem Ordinis.

Aliud pro Studentibus eiusdem Ordinis nuper erexit Greg. XV. in Ciuitate Praga, vt hic infra in sua Const. 21. In supereminenti: Et de tota Religione Franciscana notaui supra ad Const. 5. Honor. 3. tom. 1. pag. 46.

Edita A.D. 1620.

PAVLVS PAPA QVINTVS
Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

IN supereminenti Apostolicæ Sedis specula, meritis licèt imparibus, disponente Domino, constituti, & intra mentis nostræ arcana reuoluentes, quantum ex litterarum studijs Catholica fides augeatur, diuini nominis cultus protendatur, veritas agnoscatur, ac iustitia colatur, ad ea, per quæ litterarum studia huiusmodi vbilibet excitentur, libenter intendimus, & in his sollicitudinis nostræ partes propensiùs impartimur, prout locorum qualitate pensata, conspicimus in Domino salubriter expedire.

Collegium studij Philosophiæ, & Theologiæ ad pe titionem Ordinis FF. Conuentualium & Hospitalis S. Ioannis Hierosolymitani pro d. Ordinis professoribus in domo regulari ipsius in Insula Meleuitana sub inuocatione S. Antonij de Padua eodem Ordinis professionis instituit, ad instar Collegij in Vrbe à Sixt. V in domo regulari eiusdem Ordinis erecti.

§. 1. Cum itaque, sicut dilectus filius Minister generalis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Conuentualium nuncupatorum, Nobis nuper exponi fecit, in domo regulari eiusdem Ordinis in Insula Meleuitana quamplures d. domus Fratres vberes in vinea Domini fructus producere noscantur; ac in eadem domo cum ob Insulæ huiusmodi celebritatem, mansionemque satis perspicuam, tum propter Turcarum, & Infidelium vicinitatem, vnius Collegij studij pro eiusdem Ordinis in prædicta domo professoribus, qui litteris, & præsertim Sacræ Theologiæ operam nauent, erectio, & institutio perutilis futura sit, Nobis propterea tàm Minister prædictus, quàm dilectus filius Alophius de Vvignacourt, Hospitalis Sancti Ioannis Hierosolymitani Magnus Magister humiliter supplicari fecerũt, quatenus Collegium huiusmodi cum facultate aliquot Professores eiusdem Ordinis idoneos, gradus Magisterij in Sacra Theologia decorand., & aliàs vt infra erigere, & instituere, ac desuper opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur.

Hanc sibi institutionem habet h.c supra.

§. 2. Nos piis, & laudabilibus Ministri, ac Alophij Magni Magistri prædictorum votis, quantum cum Domino possumus, annuere volentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, de Venerab. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotijs Regularium præpositorum consilio, ad Omnipotentis Dei laudem, & gloriam, necnon Militantis Ecclesiæ exaltationem, Diuinique cultus, & Orthodoxæ fidei augmentum, ac Religiosorum prædictorum commoditatem, atque profectum in prædicta domo vnum Collegium sub inuocatione Sancti Antonij de Padua, eiusdem Ordinis Minorum Conuentualium professorum, ad instar Collegij Sancti Bonauenturæ per fel. record. Sixtum Papam Quintum Prædecessorem nostrum in domo regulari Sanctorum Duodecim Apostolorum de Vrbe, eiusdem Ordinis, sub Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1587. Kal. Ianuarij, Pontificatus sui Anno Tertio erecti, & instituti, ita tamen, vt sex dumtaxat primo dictæ domus Religiosi à prædicto Ministro generali eligendi, ad Magisterij huiusmodi gradum, nisi postquam per debitum tempus Philosophiæ, & Sacræ Theologiæ in Collegio per præsentes erecto operam dederint, & præuio rigoroso examine ad id idonei reperti fuerint, ac aliquo disputationum publicarum solemni actu, reliquisque munijs solitis, & ex instituto d. Ordinis adimpletis, seruatisque alijs seruandis, & non aliàs, ad Magisterij in eadem Sacra Theologia gradum promoueri valeant; auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuò erigimus, & instituimus.

Clausulas huius institutionis præseruati ans fabricit.

§. 3. Decernentes, præsentes litteras semper, & perpetuò validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, sicque per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, vbique iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Ordinis huiusmodi, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis Statutis, & Consuetudinibus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Dat. P.A. 16. die 2 Iulij.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die decima Iulij M DC X X. Pontificatus Nostri Anno Decimosexto.

GREGORIVS XV.

Creatio Papæ.

Italus, ex Ciuitate Bononiæ in Prouincia Lombardiæ, Alexander antea dictus, Pompei de Ludouisijs filius, S.R.E. Presbyter Card. Tit. S. Mariæ in Transpontina, & Archiepisc. Bonoñ, die 9. Febr. 1621. Romæ Summus Pont. pronunciatus, & die 14. eiusd. Coronatus.



I.

Priuilegia, & Indulta pro Conclauistis, qui interfuerunt Conclaui, in quo iste Pontifex electus fuit.

Similia priuilegia etiam concesserunt Conclauistis illius temporis Clem. VIII. vt in Const. 16. Aequitati, sup. tom. 3. p. 20. Et Paulus V. const. 3. Rom. vbi sup. p. 177. & nouissimè S. D. N. Vrb. VIII. vt in Const. 1. Circumspecta, hic inf.

GREG. EPISC. SERVVS SERVOR. DEI
Ad futuram rei memoriam.

Edita A.D. 1621.

Exordium.

ROMANVS Pontifex ex sua circumspecta prouidentia eas consueuit personas cõdignis precipuè cõplecti fauorib. & gratijs, quas sibi, & Apost. Sedi deuotas, & obsequiosas, ac plurimis cognoscit meritis, adiuuari.

Causa huius Conclauistis.

§. 1. Hinc est, quòd Nos dilectos filios Conclauistas, qui in Conclaui, in quo diuina fauente clementia, ad Summi Apostolatus apicem assumpti fuimus, Nobis, & Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus vti familiares, & continui commensales inseruiendo, interfuerunt, quique ea de causa labores, vigilias, & incommoda plura subierunt, habita ratione obsequiorum, fauoribus, gratijs, & priuilegijs pro cuiusque meritis exornare volentes.

Absolutio a Censuris ac donatio decem millium scutorum aureorum pro Conclauistis.

§. 2. Ipsosque Conclauistas, & quemlibet eorum à quibusuis excommunicationis, suspẽsionis, & Interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis, à iure, vel ab homine, quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, etiam si in illis per annum continuum insorduerint, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes, Motu proprio, non ad ipsorum Conclauistarum, seù alicuius eorum, vel alterius pro eis Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex nostra mera liberalitate Conclauistis prædictis scuta decem millia auri in auro stampatum, per tres ex prædictis Cardinalibus singulatim in quolibet ordine antiquiores inter ipsos Conclauistas, & per capita singulorum Conclauistarum, non autem per singulas cellulas æquis portionibus distribuenda, gratiosè, & irreuocabiliter Apostolica auctoritate tenore præsentium donamus.

Creamus Nobiles Ciues, ac Familiares Papæ.

§. 3. Ipsosque Conclauistas in veros, indubitatos, & non fictos familiares, continuos commensales nostros, ac eos, qui ex illis clerici existunt, seu militiæ clericali adscribi desiderant, quosque tres huiusmodi Cardinales gradu, n obilitate, & alijs meritis dignos tali dignitate iudicauerint, in nostros, & Apostolicæ Sedis Notarios, sine tamen præiudicio dilectorum filiorũ Notariorum de numero participantium, recipimus, ac tàm illos, quàm alios Conclauistas singulos, qui sigillatim ab eisdem tribus Cardinalibus digni tali honore approbati fuerint, sacri Palatij & Aulæ Lateranensi Comites, & Milites, ac tàm illos, quàm omnes, & quoscumque alios Conclauistas indistinctè, qui nobiles non sunt, nobiles quiq; Vrbis, vel alicuius alterius ex Ciuitatibus tẽporali dominio, & dictæ Romanæ Ecclesiæ mediatè, vel immediatè subiectis Ciues esse voluerint, singulos in ea ipsa Ciuitate, quam sigillatim quisque eorum elegerit, & ad quã ab eisdem tribus Cardinalibus se admitti petierit, veros Ciues ad instar, & nulla prorsus differentia inter eos, & singulos alios veros, originarios, & antiquissimos etiam nobiles, & participantes ciues ipsius Vrbis, vel Ciuitatis, ita vt ipsum ius Ciuitatis ad quoscumque illorum hæredes eodem modo transeat, creamus, constituimus, & assignamus, ac nobilitatis, & ciuilitatis titulo, honore, & insignibus decoramus, aliorumque familiarum, continuorum commensalium Nobis actu in Palatio nostro Apostolico inseruientium, ac illius Tinello comedentium, & bibentium, ac nostrorum, & Sedis prædictæ Notariorum, Palatijque, & Aulæ prædictorum Comitum, Militum, & Nobilium, ac Ciuium huiusmodi originariorum numero, & consortio fauorabiliter aggregamus, ac pro veris, indubitatis, & non fictis familiaribus, continuis commensalibus, ac Notarijs nostris, Comitibus, Militibus, & Ciuibus deinceps haberi, & reputari volumus, ac mandamus.

Eorumque Priuilegijs, ac Indultis donantur cum priuilegio, vt litteræ sub his nominibus impetratæ subreptionis vitio careant.

§. 4. Eisque, vt in quibuscumque impetrationibus, concessionibus, & litteris tàm gratiam quàm iustitiam concernentibus, se familiares, continuos Commensales nostros, Comites, Milites, Nobiles, & Ciues etiam originarios nominare, ncc propterea impetrationes, concessiones, & litteræ ipsæ subreptionis vitio subiaceant; sed validæ, & efficaces existant, ac ex nunc deinceps in perpetuum omnibus, & quibuscumque, ac prorsus similibus antelationum antelationibus, prærogatiuis, priuilegijs, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, decretis, declarationibus, derogationibus, mandatis, suspensionibus, fauoribus, gratijs, priuilegijs, indultis, ac iuribus, quibus alij nostri familiares tempore dictæ assumptionis nostræ ad Summi Apostolatus apicem, ac quibus alijs eiusdem Sedis Notarij etiam de numero participantium existentes, etiam si habitum, & Rochettum, Notariorum ipsius Sedis non deferant, Palatijque, & Aulæ præfatorum Comites, Milites, & Nobiles, etiam originarij, ac antiquissimi Ciues eiusdem Vrbis, vel Ciuitatis, quàm, vt præfertur, elegerint, quique ex vtroq; parente verè nobili, & Ciue originario, & antiquissimo procreati de iure, statuto, consuetudine, vel aliàs ex aliquo speciali priuilegio, seu aliàs quomodolibet, etiam quoad assecutionem quorumcumque Beneficiorum, etiam Ecclesiasticorũ, etiam per quascomque litteras, seu Constitutiones Apostolicas pro tempore editas, vtuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, frui, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, vbique locorum in Iudicio, & extra, sine tamen eorumdem Notariorum de numero participantium præiudicio, vti, frui, potiri, & gaudere liberè, & licitè valeant, realiter, & integrè in omnibus, & per

omnia

omnia, etiam si in Vrbe, & Ciuitate huiusmodi non habitauerint, perinde ac si de verè nobili genere ex vtroque parente, nobili originario, & antiquissimo ciue procreati forent, & huiusmodi prærogatiua, priuilegia, exemptiones, gratiæ, fauores, concessiones, indulta, & iura, quæ pro alijs nobilibus, & ciuibus originatijs emanarunt, & quæ ratione nobilitatis, & Ciuilitatis naturalis, & originariæ alijs competunt, pro eisdem Conclauistis in specie emanassent, seu emanarent, & eis naturaliter de iure, statuto, consuetudine, fundatione, vel aliàs competerent, auctoritate, & tenore similibus indulgemus.

Absolutione Decimarum liberat, & eximit.

§. 5. Singulosque Conclauistas prædictos à solutione, & exactione decimatum Ecclesiasticarum vbique locorum, & ex quacumque quantumuis vrgentissima, & inexcogitabili causa, & occasione, etiam ad instantiam Imperatoris, Regum, & Rerumpublicarum, etiam Venetiarum, ac quorumcumque aliorum Principum impositarum, & imponendarum pro tempore liberamus, & eximimus, liberosque, & exemptos fore, & esse decernimus.

Remittit fructus male perceptos ob non recitationem horarum Canonicarum.

§. 6. Ipsisque Conclauistis singulis quoscumque fructus, redditus, & prouentus Ecclesiasticos, etiam occasione pensionum annuatum ipsis, vel eorum alicui reseruatarum, ratione omissionis recitationis Horarum canonicarum indebitè perceptos, cuiuscumque quãtitatis fuerint, gratiosè remittimus, & condonamus.

Dispensatque super inhabilitate ad sacros Ordin.

De ætate, & qualitate promouendorum ad Ordines habes in Cõc. Trid. sess. 23. capp. 11. & 12.

§. 7. Ac cum eis super inhabilitate per eos propterea quomodolibet contracta, vel etiam ex eo, quod censuris huiusmodi ligati Missas, & alia Diuina officia, dummodo tamen non in contemptum clauium, celebrauerint, aut aliàs in diuinis se immiscuerint, vt illa, & alijs præmissis non obstantibus ad omnes, etiam Sacros, & Presbyteratus ordines aliàs ritè promoueri, & in illis, ac in susceptis per eos alios ritè ordinibus, etiam in Altaris ministerio ministrare, etiam liberè, & licitè valeant, dispensamus.

Legitimatio Conclauistaru bastardorum.

§. 8. Ac eosdem Conclauistas, si qui eorũ defectum Natalium ex quocumque damnato, & illicito coitu, etiam si ex nobilissimis parentibus, & vilibus fœminis forsan procreati sint, etiamsi legitimati aliàs existant, legitimamus, omnemque ab illis genituræ huiusmodi maculam, siue notam abstergimus, & abolemus, ac Natalibus restituimus.

Ac habilitatio ad successiones, & hæreditates bonorũ. De successionibus vel testam. ad fauorē illegitimorũ vide in const. 137. Pij V Quæ ordine sup. 2. p. 195.

§. 9. Et cum eorum singulis, vt in quibuscumque bonis paternis, & maternis, & aliorũ consanguineorum, seu cognatorum, vel aliorum quorumcumque, sine tamen præiudicio venientium ab intestato, vel ex fideicommisso, seu aliàs de iure valida dispositione succedere, & alia donationis, vel alio quouis titulo consequi, & habere, ac ad æquales portiones cum legitimis succedere, eos ad omnia iura, legitimas successiones ex testamento, vel ab intestato, hæreditates, legata, libertates testituendo, & reintegrando realiter, & cum effectu.

Nec non ad honores, & dignitates, Vide prohibitionem Greg. xi. vt const. 8. h. s. sup. tom. 1 pag. 226. Quo vero ad qualitates promouendorum ad huiusmodi dignitates, vide Conc. Trid. sess. 24 c. 12. de reformat.

§. 10. Ac ad dignitates, honores, & quæcumque alia officia sæcularia publica, vel priuata, etiam assumi, illaque gerere, & exercere in omnibus, & per omnia, ac si de legitimo matrimonio procreati forent, ac eodem defectu non obstante, si aliud canonicum eis non obsistat, aut clericali charactere, qui illo nondũ insigniti; ac ad omnes etiam sacros, & presbyteratus ordines, si nondum ad illos promori sint, promoueri, ac postmodum charactere, & ordinibus huiusmodi, illorumque priuilegijs vti, ac in eisdem ordinibus, etiam in Altaris ministerio ministrare, ac quæcumque, & qualiacumque cum cura, & sine cura beneficia Ecclesiastica, etiam si personatus, administrationes, & officia, etiam curata, & electiua in Cathedralibus, & Metropolitanis, vel Collegiatis Ecclesijs, seu parochiales Ecclesiæ, vel earum perpetuæ Vicariæ, ac Canonicatus, & Præbendæ, Dignitates, non tamen principales in Collegiatis Ecclesijs huiusmodi fuerint, si sibi aliàs canonicè conferantur, aut ipsi eligantur, præsententur, vel aliàs assumantur ad illa, & instituantur in eisdem, recipere, & retinere, liberè, & licitè valeant.

Expeditio litterarum Apostolicarũ pro dd. Conclauistis gratis fiat.

§. 11. Omnesque, & quæcumque gratiæ, prouisiones, commendæ, & quæuis aliæ litteræ Apostolicæ, etiam in forma Breuis pro illis expediendis, gratis vbique expediantur, tàm de capienda possessione nomine Cameræ Apostolicæ, quàm in forma litterarum Apostolicarum, vbi illis super prouisionibus quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum dari poterunt, prout nostris familiaribus continuis commensalibus, etiam gratis dentur, & concedantur, ac dari, & concedi omninò præcipimus, & mandamus.

Indulta Conclauistaru circa pensiones transferendas vsque ad summã scutorum centum auri de Camera.

§. 12. Ac eisdem Conclauistis, & eorum singulis, vt quicumque loci Ordinarij, vel Canonici Metropolitani, seu aliarum Ecclesiarũ, aut personæ quæcumque Ecclesiasticæ, tàm in Romana Curia, quàm extra eã ad id per eos, & eorum singulos eligendi, seu eligendæ quascumque pensiones annuas, eis, & eorum singulis super quibuscumque fructibus, redditibus, & prouentibus quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum cum cura, & sine cura sæcularium, & quorumuis Ordinum Regularium, seu fructus, redditus, & prouentus huius-

modi beneficiorum reseruatos,seu reseruandos etiam si aliàs semel, vel pluriès translatæ, seu translati fuerint, vsque ad summam centum ducatorum auri de Camera similium in toto, vel in parte, ac etiam in mortis articulo cassare, & extinguere, & postquam cassatæ, & extinctæ fuerint, alias similes pensiones annuas, seu fructus redditus, & prouentus huiusmodi, vsque ad summam prædictam vni, vel pluribus alijs personis ecclesiasticis per eosdem Conclauistas, & eorum singulos nominandis, etiam quæcumque, quotcumque, & qualiacumque beneficia Ecclesiastica obtinentibus,& expectantibus,similiter eis,quoad vixerint, vel eorum procuratoribus legitimis eisdem modo, & forma, quibus eisdem Conclauistis reseruatæ, seù reseruati fuerint,etiam absque beneficia ipsa obtinentium consensu, integrè persoluendas, ac per eos propria auctoritate percipiendas,exigendas,& leuandas, reseruare, constituere,concedere, & assignare valeant,atque in possessiones dictas pensiones exigendi, in qua ipsi Conclauistæ tempore translationis per eos præsentium vigore faciédæ, existebant, in omnibus, & per omnia subrogati esse censeantur, etiam concedimus, & indulgemus, etiam si similem gratiam à Prædecessoribus Nostris aliàs forsan obtinuerint, seu quilibet eorum obtinuerit,illius effectu cumulatiuè eos gaudere, & potiri volumus.

Decernentes,ipsas translationes, & nouas reseruationes, constitutiones, & assignationes pensionum, seu fructuum, redditum, & prouentuum huiusmodi plenam roboris firmitatem obtinere, ipsosq; beneficia, super quorum fructibus, redditibus, & prouentibus reseruatæ fuerint, obtinentes,ad illas persoluendas efficaciter obligatos fore.

§. 13. Ac cum eisdem Conclauistis, quòd ratione quarumcumque pensionum annuarum eis, & eorum cuilibet super quibuscumque beneficijs Ecclesiasticis, vt præfertur,vel alias quomodolibet qualificatis, non tamen vltra summam ducentorum ducatorum parium pro quolibet nunc, & pro tempore reseruatarum, & reseruandarum habitum, & tonsuram clericales gestare, & in illis, dummodo aliàs ipsi habitum decentem, honestum deferant, incedere minimè debeant, nec ad id à quoquam desuper cogi,seu compelli,minusque aliquas sententias,censuras etiam priuationis,seu cessationis ipsarum pensionum pœnas occasione præmissorum incurrere possint, sed easdem pensiones ad prędictam summam ducentorum ducatorum ascendentes, & reseruatas, vt pręfertur, etiam si matrimonium contraxerint, cũ vnica tamé,& virgine,recipere, & retinere.

Habitum Clericalem gestare nõ tenentur ob dd. pensiones summã 200 ducatorum nõ excedentes immò etiam si semel cõ traherent,posse retinere dispensat.

De Habitus gestatione eorum qui pensiones obtinét & beneficia Eccl. vide in constit. Sixt V sup t. 2 p. 451 & seq & Cõc. Trid. sess. 14. c. 6. & sess. 23. cap 6. & 17.

§. 14. Postremò, quòd bona quæcumq; ad dictos Conclauistas,& eorum quemlibet spectantia, & per eos etiam ratione quorumcũq; beneficiorum Ecclesiasticorum, etiam Canonicatuum, & Præbendarum, ac dignitatum, etiam maiorum, & principalium, etiam speciali nota, & expressione dignarum quarumcumque per eos aliàs obtentorum,& obtinendorum, aut aliàs quomodolibet, & quouis quæsito colore, vel ingenio, seu eorum industria, licitè tamen acquisita, & acquirenda, etiam in Vrbe,eiusque districtu,& vbique existentium,spolijs minimè subiaceant:sed Conclauistæ præfati, etiam si Religionis alicuius Militiæ, etiam S. Ioannis Hierosolymitani adscripti fuerint, de illis in fauorem quarumcũq; personarum, etiam si Curiales esse desierint, & in quocumq; loco quantumuis remoto eos decedere contigerit,testari,& aliàs disponere, ijsq;ab intestato decedentibus legitimè eorũ hæredes quicumq; succedere liberè, & licitè valeãt,simili modo cócedimus,& indulgemus.

Spolia de ipsorũ bonis fieri prohibet, sed hæredes succedere in dd. bonis concedit.

Ciuibus,& incolis Vrbis hoc concesserat Paul. V in sua Const. 18. In eminenti, sup. t. 3. p. 199. vbi plene notaui de materia spoliorum.

§. 15. Præcipientes,ac mandantes dilectis filijs nunc,& pro tempore existentibus S.R.E. Camerario,Thesaurario,Præsidentibus Clericis Cameræ nostræ Apostolicæ, & quibusuis alijs spoliorum huiusmodi Collectoribus, & Subcollectoribus,ac Militiarum præfatarum officialibus,aut Prioribus,ne in huiusmodi bonis manus apponant, neque hæredes præfatorum Conclauistarum desuper molestare audeant,seu præsumant, ac etiam decernentes, donationes per viam testamenti, & codicillorũ per ipsos Conclauistas, de eorum bonis huiusmodi faciendas,semper,& perpetuò validas,& efficaces fore.

Executores deputat.

§. 16. Nec eosdem Conclauistas eorumvè aliquem ad præsentes litteras in dicta Camera insinuandum, aut admitti, & registrari petendum teneri, nec illas,etiam si illæ intra tempus legitimum insinuatæ,admissæ, seu registratæ non fuerint,propterea minus validas censeri, sed suos plenarios effectus sortiri debere.

Registrationem in Camera remittit.

§. 17. Ac easdem præsentes litteras, & in eis contenta quæcumque sub quibusuis reuocationibus,suspensionibus,limitationibus,modificationibus,decretis,& constitutionibus Apostolicis similium gratiarum reuocatorijs,vel quæ eas limitarent,seu moderarent,quæ à Nobis, & dicta Sede pro tempore,& ex quibusuis causis, etiam vrgentissimis, etiam in fauorem fidei,ac diuini cultus augumentum,etiam Cõsistorialiter, vel aliàs quauis auctoritate hactenus, vel in posterum emanauerint, minimè comprehensas esse, sed quoties illæ emanabunt, toties easdem præsentes in pristinum statum

Clausulas præseruatiuas apponit.

statum restitutas, repositas, & reintegratas esse, & censeri.

§. 18. Sicque per quoscumque Iudices, & Commissarios quauis auctoritate fungentes in quauis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, vbique iudicari, & diffiniri debere; irritum, & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Bullae quod dd litterę gratis expediantur.

§. 19. Et insuper dilectis filijs Rescribendario, & Computatori litterarum Apostolicarũ, & alijs, ad quos spectat, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœna indignationis nostræ, Motu simili, & ex certa scientia, ac de Apostolice potestatis plenitudine per Apostolica scripta mandamus, vt litteras Apostolicas prædictas super præmissis omnibus, & singulis, tàm coniunctim, quàm separatim, ac pro singulis quibus concessa fuerunt, ac seorsum, & separatim cum omnibus, & quibuscumque derogationibus, decretis, & clausulis in eis contentis gratis; de mandato nostro vbique, in omnibus officijs, etiam Abbreuiatorum, Sollicitatorum; Secretariorum, Plumbique, & Registri, absque aliqua pecuniarum exactione, etiam per viam compositionis facienda, omni contradictione, & dilatione cessantibus, signent, expediant, & expediri faciant.

Clausu. derogator.

§. 20. Non obstantibus præmissis, ac decreto eorumdem Notariorum numero, etiam si ad illum nondum sit deuentum, cui per hoc aliàs non intendimus derogare, ac vna de infordescentibus, & altera nostris de præstando consensu in pensionibus, ac felicis recordationis Pij IV. de similibus, vel dissimilibus gratijs in Camera Apostolica infra tres menses præsentandis, & registrandis, ac Pij V. Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorũ contra illegitimos, necnon Pictauen Concilij, & alijs Apostolicis, ac etiam in Vniuersalibus, Prouincialibusq. Concilijs editis, specialibus, vel generalibus, Constitutionibus, & Ordinationibus, ac Ecclesiarum, Monasteriorum, Ordinum, etiam S. Ioannis Hierosolymitani, ac etiam Vrbis Romanæ, & aliarum Ciuitatũ, Oppidorum, Terrarum, & Cameræ prædictæ, ac quarumuis Vniuersitatum, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis; & consuetudinibus, stabilimentis, vsibus, naturis, decretis, etiam nouis reformationibus, & legibus, tàm Pontificijs, quàm Imperialibus, Regijs, & Ducalibus, & Sacris Canonibus, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis, illis, eorumque Superioribus, & personis, ac locis quibuscumq. in genere, vel in specie sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & alijs decretis, etiam in vim contractus, & statuti perpetui continentibus, ac etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, etiam Consistorialiter, & aliàs in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis, illis præsertim, quibus inter alia caueri dicitur expressè, quòd Beneficia Vrbis non nisi personis sub certis modo, & forma inibi qualificatis, & oriundis ex certis locis, ac trium Ordinum, & Militiarum expressè professis conferri, & commendari possint disponentibus, quibus omnibus, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisità forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita, obseruata, inserti forent, præsentibus pro expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat harum serie specialiter, & expressè derogamus contrarijs quibuscumque. Aut si aliquibus communiter, aut diuisim ab eadem sit Sede indultum, quòd interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam mentionem; ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

Transumptorum fides.

§. 21. Volumus autem, quòd præsentium transumptis etiam impressis, & sigillo, ac manu alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, & subscriptis, eadem fides tàm in iudicio, quàm extra adhibeatur, quæ ipsis originalibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Nomina Conclauistarum, &c.

Decretũ pœnale.

§. 22. Nulli ergo omninò hominũ liceat hãc paginã nostræ absolutionis, donationis, receptionis, creationis, constitutionis, assignationis, decorationis, aggregationis, liberationis, exẽptionis, remissionis, cõdonationis, dispensationis, legitimationis, absterfionis, abolitionis, restitutionis, decretorũ, concessionũ, indultorũ, præceptorum, mandatorũ, derogationis, & voluntatum infringere, vel ei ausu temerario cõtraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotẽtis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum.

Dat. V. A. t. die 15 Martij.

Datum Romę apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ MDCXX. Idibus Martij, Pontificatus Nostri Anno Primo.

II.

Indictio vniuersalis Iubilæi ad diuinum auxilium initio sui Pontificatus pro salutari Catholicæ Ecclesiæ regimine implorandum.

Similem indictionem omnes ferè Pontifices proferre solent, vt dixi sup. in Const. 1. Sixti V. t. 2. p. 486. Eamque etiam postea promulgauit sub Oratione quadraginta Horarum S. D. N. Vrbanus VIII. vt infra in eius Const. 7. Alternus.

Edita A. D. 1621.

GREGORIVS EPISC. SERV. SERVOR. DEI

Vniuersis Christifidelibus, ad quos præsentes litteræ peruenerint, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Causa indict. huius Iubilæi.

SPIRITVS Domini, cuius inenarrabili prouidentia regimur, & gubernamur, se neminem suorum spernere, hoc tempore præcipuè demonstrauit; cum abundantiam misericordiæ suæ in humilitatem nostram deriuare dignatus, in suprema Beati Petri Sede Nos collocando, vniuersi gregis sui curam, nullo meritorũ suffragio Nobis commisit. In quo, vt diuina agnoscimus dona, ita etiam formidamus iudicia. Quoties enim creditum munus mentis oculo circumspicimus, toties oneris grauitas Nos terret, virium nostrarum infirmitatis conscientia conturbat: gregem siquidem innumerabilem, per vniuersum Orbem sparsum, Nobis creditum cernimus, & gregem quidem non auro, aut argento, sed æterni Patris vnigeniti Iesu Christi Domini nostri Sanguinis pretio acquisitum, non paucis in locis non solũ Pastoribus, sed pascuis etiã destitutum. hinc luporum insidiæ non cessantes, illinc prædonum, & hostium violentia mactare, & perdere adnitentium. Quapropter ad Dominum cum Propheta clamare compellimur: Exaltatus humiliatus sum, & conturbatus, terrores tui conturbauerunt me, circumdederunt me, sicut aqua tota die, circumdederunt me simul. ac nisi eius auxilium, qui nostris humeris tantum pondus imposuit, Nobis adfuturum confideremus, animos planè concideremus; Sed quoniam benignus est Dominus, & nõ derelinquit sperãtes in se, infirmitatẽ nostram, licèt tanto oneri longè imparem, gratiæ suæ virtute confortabit, ac tribuet, vt sufficere valeamus. Id verò vt impetrare ab æterno Pastore mereamur, ad vestras orationes, & bona opera confugere ex more Rom. Pont. prædecessorum nostrorum decreuimus. Vos enim, quibus nostra Pastoralis impendenda est sollicitudo, apud Deum pro Nobis intercedendo, non vestram minus, quàm nostram procurabitis spiritualem vtilitatem. Quamobrem, vt maiori cum fructu administrationi nostri officij suffragari ad diuinum auxilium consequendum possitis, de thesauro Ecclesiæ, cuius Nos dispensatores sumus, abũdanter erogãdo ad verã pœnitentiã, & pia opera vos incitãdos duximus. Dignos itaq; fructus pœnitẽtiæ faciamus, animas nostras Domino humiliemus, & in hoc sacro Quadragesimali tempore, vbi eo durante, publicatæ hæ nostræ litteræ fuerint, ad pensum sanctæ institutionis aliquid addamus, corda nostra scindamus, & in oratione, ieiunio, cæterisque pietatis operibus vnanimiter perseueremus.

Indictio Iubil. de quo in rubrica.

§. 1. Quapropter in hac Alma Vrbe nostra à Capella nostra publica Palatij Apost. ad Basil. Principis Apostolorum in Vaticano, necnon ab Ecclesia Sanctæ Mariæ Angelorum nuncupata, ad Basilicam Sanctæ Mariæ Maioris proxima hebdomada, quæ erit post quartam Dominicam Quadragesimæ, quarta, & sexta Feria respectiuè solemnes Processiones de more indicimus, ad quas Basilicas Nos vna cum Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, necnon Patriarchis, Archiepiscopis, atque Episcopis, quos in Romana Curia adesse contigerit; ac Christianorum Regum, & Principum Oratoribus apud Nos existentibus, alijsque Prælatis, atque Officialibus Romanæ Curiæ, vniuersoque Clero, & Populo comitante, accedere, dictasque Processiones celebrare statuimus. Vt autem diuinam opem efficacius imploremus, & simul effusis multorum precibus fructuosiùs exaudiamur, omnes, & singulos vtriusque sexus Christifideles, vbique existentes enixè in Domino hortamur, & paterna caritate monemus, vt qui in hac Alma Vrbe sunt, dicta hebdomada, aut saltem altera sequenti, qui verò extra Vrbem in quibusuis orbis Terrarũ locis existunt, proxima, aut altera sequenti hebdomada post præsentium notitiam, pias ad Deum preces effundant, vt Ecclesiam suam Sanctam tueatur, & protegat, hæreses vndique euellere, & extirpare, Fidem Sanctam Catholicam adaugere, & propagare, pacem, & veram concordiam largiri dignetur; Nobis verò vires tribuat, quibus susceptum onus ad eius nominis gloriam, fideliumque, & animæ nostræ salutem administrare valeamus, & ij quidem, qui in eadem Vrbe hic præsentes sunt, prędictas Principis Apostolorum, ac Sanctæ Mariæ Maioris Basilicas, vel vnam ex eis quam maluerint, qui verò alibi extra Vrbem erunt, Ecclesiam, seu Ecclesias per locorum Ordinarios, seu eorum

Vica-

Vicarios, aut de eorum mandato, aut ijs deficientibus per eos, qui inibi curam exercent animarum, deputandam, seù deputandas, quocumque sibi beneuiso eiusdem hebdomadæ die, vel diebus, saltem semel deuotè visitent, omnes præterea quarta, & sexta Feria, Sabbato eiusdem, vel alterius sequentis hebdomadæ ieiunent, & quantùm, pro suo quisque arbitrio iudicauerit, eleemosynas erogent, atque intra hoc ipsum tempus sacerdotibus ab Ordinario approbatis peccata sua confiteantur, & die Dominico dictum Sabbati diem proximè subsequente, vel alio dictæ sequentis hebdomadæ die arbitrio Confessarij Sanctissimæ Eucharistiæ Sacramentum deuotè percipiant: qui autem in nauigatione, vel itinere fuerint, eo peracto, hæc ipsa faciant, & exequantur; qui verò regulares vtriusque sexus in claustris perpetuò degunt, vel in carcere, aut captiuitate detinentur, vel propter corporis infirmitatem, aut aliud quodcumq; impedimentum, superius expressa, seù eorum aliqua facere, seu adimplere nequiuerint, Sacerdotis Confessarij approbati ab Ordinario, quē elegerint, arbitrio, prædicta omnia, & singula, vel eorum aliqua in alia pietatis opera commutare, vel in aliud, proximum tamen tempus, differre valeant.

Concessio plenariæ Indulgentiæ.

§. 2. Quæ omnia, vt eo libentius præstare studeant, quò vberiùs spiritualibus muneribus, & gratijs a Nobis se refectos cognouerint; De omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, auctoritate confisi, ex illa ligandi, atque soluendi potestate, quam Deus Nobis licèt indignis cōtulit, omnibus, & singulis prædictis, qui prædicta adimpleuerint, plenissimā peccatorū suorum Indulgentiam, & remissionem, sicut in Anno Iubilæi, visitantibus certas Ecclesias intra, & extra Vrbem concedi consueuit, tenore præsentium concedimus, & elargimur. Necnon eisdem fidelibus etiam cuiuscumque Ordinis, Congregationis & Instituti regularibus vtriusque sexus facultatem impartimur, eligendi sibi Presbyterum Confessarium tàm sæcularem, quàm cuiusuis Ordinis, vel Instituti regularem, ex approbatis ab Ordinarijs locorum, qui eos ab omnibus excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, & censuris à iure, vel ab homine, quouis modo, vel causa latis, seù inflictis, necnon ab omnibus peccatis, excessibus, criminibus & delictis quantumuis grauibus, & enormibus, etiam in casibus tàm locorum Ordinarijs, quàm Nobis, & Sedi Apostolicæ, etiam in litteris die Cœnæ Domini legi consuetis, atque aliàs etiam per quascumque Rom. Pont. prædecessorum nostrorum constitutiones, quarum tenores præsentibus haberi volumus pro expressis, quomodolibet reseruatis, in foro tantùm conscientiæ, hac vice dumtaxat absoluere: Et insuper vota quæcumque (religionis, & castitatis tantummodò exceptis) in alia pia & salutaria opera commutare, iniuncta tamen eis, & eorum cuilibet in supradictis casibus pœnitentia salutari, ac alijs iniungendis, possint, & valeant.

Iussit vbiq. publ. dictum Iubilæum.

§. 3. Mandantes insuper Venerabilibus Fratribus nostris Patriarchis, Archiepisc. Episcop. & alijs quibuscumq; Ecclesiarum Prælatis, & locorum Ordinarijs in virtute Sanctæ Obedientiæ, vt cum harum litterarum transumpta, aut exempla acceperint, illa statim per suas Prouincias, Ecclesias, Diœceses publicent, & publicare faciant, Cleroque, & populo sibi subiecto solemnes processiones, sicut Nos in prædicta Vrbe indiximus, indicant, & celebrent. Per præsentes autem, super aliqua Irregularitate publica, vel occulta, nota, defectu, incapacitate, aut inhabilitate quomodolibet contracta non intendimus, nec etiam in foro conscientiæ dispensare, neque vllam facultatem tribuere dispensandi. Ac declaramus has ipsas præsentes, quoad absolutionem in foro conscientiæ, & pœnitentiali tantùm, non autem in foro fori, seù contentioso consequendam, neque etiam quoad dictum forum conscientiæ ijs, qui ab aliquo Iudice excommunicati, suspensi, vel interdicti, seù aliàs in sententias, & censuras incidisse declarati, vel publicè denunciati fuerint, nisi intra tempus celebrationis huiusmodi Iubilæi satisfecerint, aut cum partibus concordauerint, neque pariter hæreticis, aut schismaticis specialiter declaratis, seù condēnatis vllo modo suffragari.

Derogatio contrariorum.

§. 4 Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, præsertim quibus absoluendi facultas in certis tunc expressis casibus, ita specialiter Romano Pontifici pro tempore existenti reseruatur, vt nec etiam similes, vel dissimiles Iubilæi, Indulgentiarum, aut facultatum huiusmodi concessiones, nisi de illis expressa mentio, aut specialis derogatio fiat, cuiquam suffragari valeat, necnon quorumcumque Ordinum, Congregationum, & institutorum regularium iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolcis eisdem Ordinibus, Congregationibus, & Institutis quomodolibet concessis, approbatis, & innouatis: quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & indiuidua, non autem per clau-

suas

sulas generales idem importantes mentio, aut expressio habenda, vel quævis alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, illarum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac formam in illis traditam penitus pro seruata habentes, hac vice specialiter & expressè ad effectum præsentium derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, vt præsentium transumptis, vel exemplis etiam impressis, manu Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica cõstitutæ munitis eadem prorsus fides vbique gentium, & locorum adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Fides Transumpt.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo sexcentesimo vigesimo, 6. Kal. Aprilis, Pontific. Nostri Anno Primo.

Dat. 27. Martij.

III.

Confirmatio Vnionis Congregationis Fratrum Discalceatorum Ordinis Eremitarum S. Augustini in Regno Siciliæ antea erectæ, Congregationi Italiæ eorumdem Fratrum.

Multa hic opportuna tibi posui subsequentia, videlicet Concessionem Ecclesiæ B. Mariæ de Catena Ciuitatis Panormitanæ Fratribus huius Congregationis Siciliæ, nec non quædam viuæ vocis Oracula, ac litteras Card. Protectoris super d. Vnione.

Huius Congregationis Institutionem habes sup. in Clem. VIII. Const. 63. t. 3. p. 89. & transitum ad arctiorem Religionem, & ad quam, in Const. 3. vbi sup. p. 259. Confirmationem autem Constitutionum Ordinis habes in Paul. V. Const. 22. Sacri, hic supra p. 42. Et postea ab istomet Greg. XV. fuit diuisa Prouincia S. Augustini Hispaniarum in quatuor Prouincias cum approbatione multarum Ordinationum pro eisdem conditarum, vt inf. Const. 36. Ad sacram. Et nouissimè S. D. N. Vrb. VIII. erexit in Congregatione Italiæ horum Fratrũ quatuor Prouincias vt inf. in eius Const. 58. Ad vberes, Post quam tibi inserui nonnulla Decreta a Sacra Congregatione Apostolicæ Visitationis eorumdem statum continentia, emanata, De electione Prouincialium quasdam constitutiones, seu ordinationes pro Congregatione Italię istorum Fratrum edidit inf. Const. 81. Aliàs pro parte. Ac postremò statuta pro Congregatione Galliæ approbauit in alia Constitut. 90. Ex iniuncti.

GREGORIVS EPISC. SERV. SERVOR. DEI.
Ad perpetuam rei memoriam.

Edita A. D. 1621

PAstoralis officij Nobis (meritis licèt imparibus) desuper commissi cura postulat, vt ad ea, per quæ fidelium quorumlibet, præsertim Religiosorum, eorum maximè, quos vna religio, & vnum Professionis vinculum inuicem copulauit, quieti consulitur, ad hoc, vt nulla eos dissensio dissecet, nullaue immutatio perturbet, sed ipsi mutua caritate cõiũcti cęteris exemplo proficiant, libenter intendamus, ac ea, quæ propterea prouidè decreta fuisse comperimus, vt firma perpetuò, & illibata persistant, cum à Nobis petitur, Apostolico munimine roboremus.

Proœmium.

§. 1. Cùm itaque, sicut exhibita Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Religiosorum Congregationis Fratrum Discalceatorum Italiæ nuncupatorum, Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Augustini petitio continebat, quòd cum aliàs nonnulli Religiosi Ordinis Fratrum Eremitarum eiusdem Sancti Augustini Reformationem, & obseruationem Regularem ad Regulæ ipsius Sancti Augustini, necnon Decretorum felicis recordationis Clementis Papæ VIII. prædecessoris nostri super reformatione dicti Ordinis editorum præscriptum in Regno Siciliæ introducere intenderent, recolendæ memoriæ Paulus Papa V. etiam prædecessor noster ipsis, & alijs Regularibus huiusmodi sub Reformatione, & obseruantia prædictis vitam acturis, Ecclesiam Sanctæ Mariæ de Catena nuncupatæ Panormitanæ quæ per beneficiatos ad nominationem Communitatis, & hominum Ciuitatis Panormitanæ quolibet anno mutari solitos regi consueuerat cum illius ædibus tectoralibus, ac iuribus, & pertinentijs suis vniuersis ad effectum ædes prædictas ad formam domus Regularis Obseruantium Eremitarum eiusdem Sancti Augustini Reformatorum nuncupandorum reducendi, accedente tamen consensu Ordinarij, & quorumcumque interesse habentium, perpetuò concessit, ipsisque Religiosis, vt iuxta instituta Regularia Ordinis huiusmodi Nouitios absque licentia Ordinariorum ad habitus susceptionem, & professionis emissionem, seruatis in reliquis decretis dicti Clementis prædecessoris desuper editis, admittere, & in quibusuis Regnis, ac Prouincijs Ecclesias, & ædes quascumque eis oblatas, de licentia Ordinariorum locorum pro fabricandis nouis domibus Regularibus Reformatorum iuxta constitutionis, & Decre-

Narrat introductam esse hanc Congr. in Regno Siciliæ a nonnull. Fratribus Ord. quibus Paul. V. concessit Eccl. S. Mariæ de Catena Panormit. Ac nonnulla ordinauit circa.

Const. Concess. huius Eccl. habes hic sequentem.

Nouitios recip.

Domorum Regul. ædificationem, & Aliter iudicandi facultatem tollit.

Decretorum huiusmodi formam, & non aliàs, non autem domos iam fundatas, seu institutas alterius Prouinciæ, vel Congregationis, quàuis eiusdē Ordinis existerent, absq; expressa Prioris generalis dicti Ordinis licentia acceptare possent, & valerent, dicta auctoritate permisit, & etiam concessit, cum declaratione tamen, quòd Religiosi huiusmodi sub obedientia, & correctione Prioris generalis prædicti Ordinis perpetuò remanerent, & calceati incederent, prout in litteris Apostolicis desuper sub die vigesima tertia mēsis Maij Anni Domini Millesimi sexcentesimi octaui confectis pleniùs continentur.

Obedientiam

§. 2. Et successiuè cum in vim dictarū litterarum Sancti Nicolai Tollentinatis, & Sancti Gregorij, ac aliquæ aliæ domus Regulares Ordinis Reformatorum Sancti Augustini huiusmodi in prædicto Regno erectę fuissent, illarū que Religiosi vnam Congregationem sub inuocatione Sanctæ Mariæ de Succursu nuncupatæ, Regni Siciliæ facientes, sub obedientia tamen eiusdem Prioris generalis Deo famulari cœpissent.

Postea in vim Const. d. Pauli plures domus in d. Regno fuerunt erectæ facientes vnam Congr. sub inuocatione S. Mariæ de Succursu Regni Siciliæ.

§. 3. Et deinde quamplures, & ferè omnes Religiosi Congregationis, & Regni Siciliæ huiusmodi, vt perfectiùs Deo inseruient; Procuratores ad effectum præfatam eorum Congregationem dictæ Congregationi Fratrum Discalceatorum Italiæ nuncupatorum, v[illegible]ri petendum deputassent.

Multi verò eiusd. Cong Fr. ad petendum vniri huius. Cong. d. Cong Italiæ plures deputarunt Procurat.

§. 4. Ac Venerabilis Frater noster Antonius Episcopus Ostiensis Cardinalis Saulius nuncupatus, totius Ordinis Sancti Augustini Eremitarum apud Sedem Apostolicam Protector, viuæ vocis Oraculo à prędicto Paulo prædecessore habito, Congregationē Regni Siciliæ de cōsensu dictorum Procuratorū Cōgregationi Italiæ huiusmodi vniuisset, & incorporauisset, Vicariumque generalem Discalceatorum Italiæ huiusmodi ad supradictum effectum ad Regnum Siciliæ misisset, illumque Fratres Siculi cum honore, & obedientia, tamquam suum Superiorem recepissent, & quamplures eorum in Capitulis generalibus dictæ Congregationis Italiæ suffragia tulissent, ac in Priores, Diffinitores, Visitatores generales, & alios officiales tàm intra, quàm extra Prouinciam Siciliæ electi fuissent, ac etiam habitum, Professiones, Constitutiones, Cæremonias, Visitationes, Correctiones, & omnia alia, tamquam verè incorporati, & vniti dictæ Congregationi Italiæ circa octo annos recepissent, & obseruauissent.

Quorum opera à Card. Prot. habito viuę vocis Oraculo à d. Paul fuit vnita, & incorporata d. Cōg Italiæ. & illius Vicar. gener. ad Reg. Sicil. transmissus vti Superior fuit ab illis Fr. receptus; atq; ita fuit obseruatū octo An. spatio.

Hoc viuę vocis Oraculum habes hic seq.

§. 5. Tandem nonnulli memoratæ Congregationis Siciliæ Religiosi, Procuratores fines eorum mandati excessisse, maioremque partem Religiosorum Congregationis Siciliæ deputationi, & Constitutioni præfatorum Procuratorum non interuenisse, nonnullaque alia necessaria ad id adhibita non fuisse, prætendentes, vnionemque præfatam nullam esse asserentes, se ei opposuerunt.

Tandem à nonnullis Fr. Congr. Sicil. fuit obiectū de nullitate ipsius vnionis.

§. 6. Quare negotio huiusmodi ab eodem Paulo prædecessore ad Congregationem Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotijs Episcoporum, & Regularium Præpositorum remisso, in eaque diu, maturèque discusso, partibus ipsis videlicet dilectis filijs Fratribus præfatarum Congregationum Italiæ, & Siciliæ, ac etiam dilecto filio Priore generali totius Ordinis Sancti Augustini, eorumque Procuratoribus, & Aduocatis semel, & pluries auditis, bonæ memoriæ Ioanne tituli Sancti Clementis Præsbytero Cardinale Bonsio nuncupato referente.

Quare d. Paul. huiusmodi negotium examinandū remisit Congreg. Card. d. negocijs Regular. præpositorum.

§. 7. Eadem Sacra Congregatio Vnionem Congregationis Siciliæ Congregationi Religiosorum Sancti Augustini Discalceatorum Italiæ, vt præfertur factam, validam esse censuit, eamque confirmauit, atque declarauit, supradictas litteras fundationis, & erectionis Congregationis Siciliæ eiusdem Pauli prædecessoris sub eadem die vigesima tertia Maij millesimi sexcentesimi octaui huiusmodi per dictam vnionem expirasse, nullius que roboris esse, & fore, & Fratres Siciliæ, ac Italiæ huiusmodi Congregationis Discalceatorum Sancti Augustini vnam, eamdemque Congregationem facere sub eadem Obedientia, Legibus, Constitutionibus, Statutis, Iuribus, Priuilegijs, & quibuscumque alijs sine aliqua differentia, neque particularitate in perpetuum esse, & forè quibuscumque non obstantibus. Ita tamen, vt omnes, & singuli Congregationis Siciliæ huiusmodi Religiosi, qui in ea ante vnionem præfatam professionem emiserunt, ad sex menses dumtaxat à notificatione facta, vel facienda iuxta Decretum dictæ Congregationis sub vltima Nouembris Millesimi sexcentesimi noni, & eius litteris sub decimanona Decembris Mensium diebus millesimi sexcentesimi vigesimi Annorum eiusdem Domini, ad alias eiusdem Ordinis Congregationes sub obedientia eiusdem Prioris generalis transire, in eisque de cætero viuere, & illorum Regularia instituta obseruare teneantur. Illi verò huiusmodi professi ante vnionem, qui talem transitum facere noluerint, & alijs qui post vnionem præfatam in Congregatione Discalceatorum Italiæ sub eodem Vicario generali professionem emiserunt, in ea perpetuò similiter remanerē debeant, ac etiam teneantur, ac superioritati, iurisdictioni, & obedientiæ Superiorum

Qui d. vnionem validam esse censuit eamq; confirmauit, & alia declarauit vt hic.

Hoc Decr. & has litteras habes infertus positas.

Congre-

Congregationis Discalceatorum Sancti Augustini Italiæ huiusmodi subiacere cogantur, ac aliàs, prout in Decreto dictæ Congregationis, cuius tenores præsentibus haberi volumus pro expressis etiam pleniùs continentur.

Nunc verò Cong. Italiæ supplicat Pont. vt Decret. Cong. Card. approbare velit.

§. 8. Cum autem, sicut eadem petitio subiungebat, ea, quæ à Nobis, & Sede præfata confirmantur, & approbantur firmius subsistant, & ab omnibus inuiolabiliùs obseruentur, pro parte Religiosorum primo dictæ Congregationis Nobis fuit humiliter supplicatū, quatenus Decretum prædictum approbare, & confirmare, alijsque in præmissis opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur.

Qui modo illud approbat, & confirmat cum omnibus inde sequutis, necnon supplet defectus si qui desuper interuenerint.

§. 9. Nos igitur, qui Christifidelium quorumlibet Altissimo præsertim sub suaui Religionis iugo famulantium vota inuiolabiliter obseruari, ac in eis cum animi tranquillitate perseuerari sinceris desideramus affectibus; primo dictam Congregationem, ac omnes, & singulos illius Religiosos, & Professores specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, eosdemque Religiosos, & Professores, ac eorum quemlibet, necnon primo dictæ Congregationis singulares personas à quibusuis excōmunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsq; Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harū serie absoluentes, & absolutos fore cēsētes eiusdēq; Decreti, ac quarūcūq; aliarū scripturarū desuper quomodolibet cōfectarū veriores, & totos tenores, ac Dat. cum inde legitimis secutis quibuscumque, necnon litis, & causæ, ratione oppositionis vnioni huiusmodi, status, & merita præsentibus pro expressis habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, ex voto eiusdem sacræ Congregationis omnia, & quęcumque in eodem Decreto contenta, & inserta, Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuò approbamus, & confirmamus, omnesque, & singulos, tàm iuris, quam facti, ac solemnitatum tàm de Iure vsu, consuetudine, aut aliàs quomodolibet requisitarum, in præmissis forsan omissarum, defectus, si qui desuper quomodolibet interuenerint, supplemus.

Ac etiam domos Regulares in d. Regno iam erectas Cong. Italiæ annectit, & de nouo incorporat.

§. 10. Et nihilominus ad tollendas omnes lites, dictas domos regulares Sancti Nicolai, & Sancti Gregorij Congregationi Discalceatorum Italiæ huiusmodi, non obstantibus prætentionibus, & reclamationibus Prioris generalis totius Ordinis prædicti, auctoritate, & tenore præfatis, quatenus opus sit, de nouo vnimus, annectimus, & incorporamus.

Clausulas præsentes litteras appone.

§. 11. Decernentes, confirmationem, approbationem, defectuum suppletionem, nouam vnionem, annexionem, & incorporationem huiusmodi, ac præsentes litteras semper, & perpetuò validas, & efficaces existere, suosq; plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, aut ab omnibus inuiolabiliter obseruari, nec sub quibusuis similiū, vel dissimiliū gratiarū reuocationibus, limitationibus, derogationibus, Cancellariæ Apostolicæ regulis, aut alijs contrarijs dispositionibus à Nobis, vel alijs Romanis Pontificibus successoribus nostris sub quibusuis instissimis causis, etiam ad Prioris Generalis dicti Ordinis, aut quorumcumque aliorum instantiam, intuitum, vel contemplationem, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, etiam Consistorialiter, ac aliàs quomodolibet emanatis, & emanandis nullatenus comprehensas, sed semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinū, & validissimū statū restitutas, repositas, & plenarie reintegratas, ac de nouo etiā sub posteriori data per Religiosos Cōgregationis Italiæ huiusmodi eligenda, cōcessas esse, & censeri.

Aliter in dicendi & decernendi facultatem tollit.

§. 12. Sicque, & non aliter in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac eiusdem sanctæ Romanæ Ecclesię Cardinales iudicari, & definiri debere, irritumque, & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate sciēter, vel ignoranter contigerit attentari.

Cōtrarijs derogat.

§. 13. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Ordinis, & Congregationis huiusmodi, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis, præsertim felicis recordationis Sixti Quarti, & Iulij Secundi, ac Leonis Decimi, necnon Iulij Tertij Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorū, quorum tenores præsentibus haberi volumus pro expressis, eidē Ordini, ac illius Priori Generali, necnon quibusuis illius Fratribus, & Religiosis, seu alijs personis in genere, vel in specie sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis, etiam derogatoriarū derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis irritantibusque, & alijs Decretis in contrarium forsan quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis, quibus omnibus etiāsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales, idem importantes, mentio, seu quauis alia expressio habenda foret, illis aliàs in suo

suo robore permansuris hac vice dumtaxat harum serie specialiter,& expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Sanctionem, pœnam adiungit.

§. 14. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, approbationis, confirmationis, defectuum suppletionis, vnionis, annexionis, incorporationis, decreti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotẽtis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Dat. P. A. 3. die 12 Februarij.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo sexcẽtesimo vigesimoprimo, Pridie Idus Februarij, Pontificatus Nostri Anno Primo.

Sequitur Concessio Ecclesiæ B. Mariæ de Catena in Ciuitate Panormitana existentis, istis Fratribus Congregationis Siciliæ nuper in eo Regno institutæ.

Edita A. D. 1608.

PAVLVS PAPA QVINTVS
Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Collapsæ Regularis Disciplinæ restitutioni pro Pastoralis officij Nostri debito assiduè inuigilantes, omnem adhibemus operam, vt Religioni primæuus Sanctitatis ordo restituatur.

Dionysius de Neapoli, & alij Fratres huius Ordinis Obseruantiam, ac Reformationem iuxta B. Aug. Regulam in Regnis Siciliæ introducere intendunt.

§. 1. Cum itaque (sicut accepimus) dilectus filius Dionysius de Neapoli in Sacra Theologia Magister, & nonnulli eius Socij Ordinis Sancti Augustini Fratrum Eremitarũ expresse Professi reformationem, & obseruantiam Regularem ad præscriptum Regulæ Beati Augustini, & Decretorum fel. rec. Clementis Papæ Octaui Prædecessoris Nostri super reformationem dicti Ordinis Eremitarum Sãcti Augustini editorum, in Siciliæ Regnum introducere intendant.

Pro cuius rei effectu Pont. cõcedit Eccl. S. Mariæ de Catena Ciuitatis Panormitanæ vna cum domibus Rectoralibus, alijsq. pertinentijs, &c. de consensu tamẽ Ordinarij, & aliorum interesse habentium.

§. 2. Et Nos d. Ordinis decus, integritatem, suique pristini candoris restitutionem sincero considerantes affectu, Dionysio, & alijs Fratribus sub reformatione, & obseruantia prædictis vitam acturis Ecclesiam Sanctæ Mariæ de Catena nuncupatam Panormitanã, quæ (vt accepimus) per Beneficiatos ad nominationem Communitatis, & huiusmodi Ciuitatis Panormitanã quolibet anno mutari solitos regi consueuit cum illius ædibus Rectoralibus, ac Iuribus, & pertinentijs suis vniuersis, ad effectum ædes prædictas ad formam domus Regularis Obseruantium Eremitarum Ordinis Sancti Augustini nuncupan̄, reducen̄, accedente tamen consensu Ordinarij, & quorumcumque interesse habentiũ, perpetuò concedimus.

§. 3. Ac Dionysio, & Fratribus prædictis, vt iuxta regularia Instituta Ordinis huiusmodi, Nouitios absque licentia Ordinariorum ad habitus susceptionem, & Professionis emissionem, seruatis in reliquis Decretis d. Clementis prædecessoris desuper editis, admittere.

Et permittit, vt Nouitios ad habitum, & professionem sine Ordinariorum licentia possint admittere seruata in reliq. Const. 63. Clem. 8 sup. t. 3. p. 89.

§. 4. Et in quibusuis Regnis, & Prouincijs, ecclesias, & ædes quascumque, eis oblatas de licentia Ordinariorum pro fabrican̄ nouis domibus Reformatorum iuxta formam similiter Constitutionis d. Clementis Prædecessoris, & non aliàs, non autem domos iam fundatas, seù constructas alterius Prouinciæ, vel Cõgregationis absque expressa d. Prioris generalis licentia accipere possint, & valeant auctoritate Apostolica tenore præsentium permittimus, & licentiam damus.

Ac nouas domos non autem iã fundatas de Ordinariorum licentia accipere pro fabricandis eorum monasterijs.

Declarat eos remanere subiectos Priori Generali nec posse aliquẽ gradum suscipere, sed nudè habeant officia exponen legen & similia.

§. 5. Cum declaratione tamen, quòd Priori Generali prædicto subiecti remaneant, & aliquem gradum quouis nomine nuncupatum suscipere non possint, sed iuxta tenorem Constitutionum Apostolicarum habeant gradus absolutè ad Ius exponen̄, legen̄, interpertan̄, & concionan̄, & nomen Regentis, Respondentis, Magistri, Audientium, & Lectoris solus ipse actus legen̄, disputan̄, responden̄, & argumentan̄, Fratribus tribuat, & eo in actu tantùm huiusmodi nominibus frui, & gaudere possint, sed omnes communi nomine Fratrum Reformatorum nuncupatorum, & si Magisterij, aut alio gradu insigniti dictam Reformationem, seù Obseruantiam ingredi petierint, aut voluerint nomine, tantum Fratris appellentur.

Statuit Superiores Refor. ab ipsis Reformatorib. seù obseruan. eligi debere, & à Gen. cõfirmari, & si numerus domorum excreuerit Vicar. eligendum.

§. 6. Insuper perpetuò statuimus, & ordinamus, quòd Superiores ipsorum Reformatorum, seù Obseruantium ab ipsismet Reformatoribus, seù Obseruan̄ tantùm, seruata tamen forma Constitutionũ Ordinis prędicti) eligãtur à Priore Generali totius Ordinis pro tempore existen̄ confirmentur, quodque si numerus domorũ Reformatorum seu Obseruantium huiusmodi excreuerit, Vicarius huius Reformationis iuxta Cõstitutiones prædictas eligãtur, & in quibusuis Capitulis eorũ Prior primæ domus, in quâ primũ Reformatio, seù Obseruãtia regularis introducetur, vel primus Definitor, eorũ quilibet pro suo biẽnio, quò à Priore Generali confirmatur, Præsidens existat, liberum autem sit Priori generali in certis casibus Præsidentem nominare, & mittere non solùm ex prædicta Reformatione, sed quæmcumque alium non tamen Regni Siciliæ, cum pro quiete Fratrum Reformationis huiusmodi ita expedire in Domino visum fuerit.

Aliaque statuit de habitu, & calceamentis in reliquo seruan. Const. 3 d. Clem. sup. t. 3. p. 159.

§. 7. Omnes autem calceati incedant, ac panno grosso, & vilis pretij, seù ferendina vt vocant etiam Crassa, iuxta formam Constitutionum

tutionum Ordinis prædicti, non antè alio panno subtiliori vtantur, & in reliquis Constitutiones, Decreta, & Ordinationes à d. Clemente prædecessore edita, præsertim quæ Fratres dicti Ordinis nominatim concernunt, obseruent.

In die qua accipi. possess. d. Eccl. ipsis Fr. vt inuicem se possint absoluere ab omnibus casibus etiam Sedi Apost. reseruatis (hæresi excepta) facultatē tribuit.

§. 8. Denique vt reformatio huiusmodi cum puritate cordis introducatur, Fratribus Reformatis prædictis, vt ea die, qua possessionem dictæ Ecclesiæ accipient, se se inuicem à quibusuis peccatis, erroribus, & excessibus etiam Sedi Apostolicæ reseruatis, non tamen hæresi, iniuncta pro modo culpæ pœnitentia salutari, absoluere possint, & valeant, auctoritatem, & facultatem concedimus.

Et Visitantibus ipsam Eccl. dicta die confessis, ac sacra Com. refectis plen. Indulg. elargitur.

§. 9. Ac tàm ipsis, quàm alijs vtriusque sexus Christifidelibus verè pœnitentibus, & confessis, ac sacra Communione refectis, qui eodem die eamdem Ecclesiam visitauerint, ac ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione preces ad Deum pias effunderint, plenariã omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus.

Cōtraria tollit.

§. 10. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis, etiam Iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alias roboratis Statutis, & Constitutionibus, Priuilegijs quoq; indultis, & litteris Apostolicis eidem Ordini, illiusque Superioribus, & quibusuis alijs personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibsuis etiam derogatoriarũ derrogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritañ, & alijs Decretis in genere, vel in specie, ac etiam Motù proprio, vel Consistorialiter, ac aliàs quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, & innouatis. quibus omnibus, & singulis etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressaque ac indiuidua, & de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importañ mentio, seu quæuis alia expressio habeñ, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruañ foret, tenoris huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & formam in illis traditã obseruatã, inserti forent præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habeñ, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Dat. P.A 3. die 23 Maij.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris Die 23. Maij 1608. Pontificatus autem Nostri Anno Tertio.

Sequitur viuæ vocis Oraculum factum Cardinali Protectori ab istomet Paulo super vnione atque incorporatione Congregationum Italiæ, & Siciliæ istorum Fratrum.

Antonius Cardinalis Saulius Congregationis Reformatorum Ordinis Eremitarum Sancti Augustini Discalceatorum Italiæ nuncupatorum Protector.

CVm Reuerendus Pater Fr. Ioseph à Messana, vnus ex Congregatione Discalceatorum illius Regni, qui Fratres Reformati Discalceati Ordinis Eremitarum Sancti Augustini Sanctę Mariæ de Succursu nuncupantur, Romam ex Panormo venerit, mandatum Procuræ secum afferens, vt Fratrum illorum omnium nomine vnionem, & incorporationem cum Reformatorum eiusdem Ordinis Eremitarum Sancti Augustini Discalceatorum Italiæ nuncupatorum Congregatione, vt sic vniti, ac incorporati Deo humiliùs, & feruentiùs possent inseruire, peteret, Nos nostræ Protectionis munere fungentes, eorumque huiusmodi piæ petitioni fauere volentes, verbum hac de re cum S. D. N. Papa Paulo V. fecimus, sua verò Sanctitas cum annuerit, Nos auctoritate ob Nostram eãdem Protectionem nobis à sanctitate Sua concessa supra dictos Siciliæ Fratres Reformatos Discalceatos cum Fratrum Italiæ Discalceatorum Reformatorum Congregatione omnibus cum Claululis necessarijs atque opportunis vnimus, atque incorporamus. Deum Optimum Maximum præcantes, vt hoc fideliũ bono, & sui ipsius nominis fieri cum gloria velit. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti Amen.

Romæ in Aedibus Nostris Die 7. Mensis Maij. 1611.

Antonius Cardinalis Saulius Ordinis Protector.

Sequitur aliud viuæ vocis Oraculum super dictæ vnione confirmatoriũ primi cum supplemento quorumcumque defectuum, si qui desuper interuenerint.

Antonius Cardinalis Saulius totius Ordinis Sancti Augustini Protector.

NOuem iam propè abierunt anni, cum sic volentibus, atque poscentibus Reuerendis Nobis dilectis Fratribus in Sicilia Reformatis Discalceatis Eremitis Sancti Augustini Sanctæ Mariæ de Succursu nũcupatis, eos Nos cum Reformatorum eiusdem Ordinis Eremi-

Eremitarum Sancti Augustini Discalceatorum Italiæ nuncupatorum Congregatione,facto hac de re verbo cum Ss. D. N. Papa Paulo Quinto ,qui annuit,vniuimus,atque incorporauimus. Nuper extitere tamen ex Siculis Fratres nonnulli, qui istam Congregationum coniunctionem dirimere, atque etiam tollere cogitarint, inualidam illam, ac nullam esse iactantes. Aiunt namque Procurationis mandatum ad ipsam hanc Congregationum vnionem, atque incorporationem obtineñ, & Siciliæ allatum,non ritè, neque eo quod debuit modo, hoc est,non omnibus conuocatis Fratribus, neque per campanæ (vt dicitur) sonum fuisse confectum: Propterea nullas etiam esse habitus susceptiones, & professiones ab incorporatis ante lapsum probationis annum emissas.Nos omnia hæc Ss.D. N. narrauimus: Sua verò Sanctitas dissentiones,& lites tollens omnes tàm præsentes, quàm futuras, & defectus (si qui fuerunt)tàm iuris,quàm facti super præmisso Procurationis mandato,super etiam habitus susceptionibus, ac professionibus prædictis ab incorporatis emissas, alijsque omnibus nobis satis cognitis, iustis de causis hic non expressis supplens,ipsarumque Congregationum vnionem, atque incorporationem manere voluit: Itaque Nos ex auctoritate nobis, qui totius Ordinis Eremitarum Sancti Augustini Protectoris munus gerimus, a Sanctitate sua viuæ vocis Oraculo concessa, eam confirmamus (& quatenus opus sit) denuo facimus perpetuisque futuris temporibus in omnibus iuxta voluntatem, ac iussum Sanctitatis suæ obseruari mandamus. In Nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti Amen.

Romæ die 5. Martij. 1619.

Antonius Cardinalis Saulius Protector.

Subsequuntur Decretum, ac Litteræ,quibus conceditur facultas dd. Fratribus in domibus Sancti Nicolai, ac S. Gregorij Panormit. ante d. Vnionem professis, transeundi ad alias domos Conuentuales extra d. Regnum per Priorem Generalem assignandas, infra sex menses à notitia præsentium decurrendas.

Ex Audientia Sanctissimi Die Vltima Nouembris 1619.

SAnctissimus Dominus Noster Confirmationem huiusmodi Vnionis ab Illustrissimo Cardinali Saulio factam probauit, ac (quatenus opus sit) denuo vniri mandauit, cum Decreto, quòd Religiosi, qui in Sancti Nicolai de Tolentino, ac Sancti Gregorij Panormitañ domibus ante supradictam Vnionem professionem emiserunt, si Congregationem Italiæ ingredi, illiusque Reformationem, ac Regularia Instituta accipere noluerint,ad alias domos Conuentuales, etiam extra dictum Regnum Siciliæ,eis per Priorem Generalem eiusdem Ordinis designandas, ad sex menses dumtaxat à die notificationis præsentium inchoandos,transire possint, & valeant,litterasq; sub Annulo Piscatoris desuper expediri mandauit.

Ex Audientia Sanctissimi die 19. Decembris 1621.

Santo Agostino Scalzi d'Italia. Al Generale Napoli.

HAuendo fatto supplicare alla Santità di N. S. li Scalzi di cotesta Religione che sono in Sicilia, e che si trouano Professi prima che da Noi col viuo oracolo della Santità Sua fossero vniti alla Congregatione delli Scalzi d'Italia del medesimo Ordine di passare ad alcune di quelle Congregationi dell'istess'Ordine, che più piacerà loro. M'hà la Santità Sua ordinato di scriuere à V. P. che à tutti quelli Scalzi sudetti, che dentro à sei mesi da cominciarsi dalla notitia della presente vorranno passare a qualsiuoglia delle Congregationi di cotesta Religione, dia loro licentia di poterlo fare, con pigliare l'habito della medesima Congregatione, alla quale passaranno, e restando ferma nel resto l'Vnione sudetta conforme al Decreto della S. Congregatione per quelli,che non si curano di fare simile transito, e per quelli, ch'hanno professato doppo la suddetta Vnione, à quali restaranno anco li Conuenti di Palermo, E Dio &c.

VI.

Priuilegia, Indulta, Gratiæ, Facultates, Exemptiones concessæ Cubicularijs, qui Sanctitati suæ inseruiebant.

Horum Cubiculorum Collegium vnà cum alio Collegio Scutiferorum Apostolicorum erexit Leo X. in sua Const. 14. Romanus, sup in Bullar. Antiq. tom. 1. pag. 119. vbi nota sufficienter habes de ea materia. Sed postea in Bullario nouo sedulò prætermissa est.

GREGORIVS EPISC. SER. SERVOR. DEI.
Ad perpetuam rei memoriam.

VEnerabili Fratri Galeatio Archiepiscopo Bareñ, Domus,& Palatij Nostri Præfecto

fecto, ac dilectis filijs Petro Pauonio Ariminen̄, Cubiculi Nostri Præfecto; Clementi Leoni Bononien̄, Pincernæ; Francisco Volparæ Bononien̄, Dapifero; Marco Antonio Gozzadino Bononien̄, Mario Bouio Bononien̄, Eleemosynario Secreto; Attilio Ariosto Bononien̄, Fratri Hospitalis Sancti Ioannis Hierosolymitani, Forerio Maiori; Carolo Lilio Romano; Iosepho Simoni Lucan̄; Bernardino Castellano Albcn̄ Medico, Francisco Cecchino Romano, Paulo Alaleoni Romano, Ioanni Antonio Pauonio Ariminen̄, Ernesto Adalberto ab Harrach Viennen̄, Raphaeli Pinchiaro Bononien̄, Caudatario; Stephano Pinchiaro Bononien̄, Hippolyto Boncompagno Romano, Michaeliangelo Castello Bononien̄, Capellanis Secretis; Liuio Sonantio Reatin̄, Thomæ Scribanario Bononien̄, Iacobo Domenichino Bononien̄, coniugato; Augustino Mirono Tiburtin̄ diœcesf. etiam coniugato, necnon Gaspari Polonio Romano, Secretario Nostro domestico; ac respectiuè Cubicularijs, & familiaribus, continuis commensalibus nostris Clericis salutem, & Apostolicam benedictionem.

Proœmium.

Circumspecta Romani Pontificis gratiarum dispensatoris prouidentia deuotos, & fideles suos, illos præsertim, qui grata familiaritatis obsequia iugiter ei impendunt, ac quos ad id alias propria virtutum merita commendant, honoris, & famæ amplioribus præconijs, ac præclaris dignitatum titulis decorare, & ornare, necnon specialis beneuolentiæ fauoribus amplecti solet, prout personarum qualitatibus conspicit conuenire.

Pontifex istis Cubiculariis concedit priuilegia subsequentia, scilicet eos creat Notarios Sedis Apost. hoc prius dicto participantium.

§. 1. Hinc est, quòd Nos ad grata familiaritatis obsequia, quæ vos, qui etiam continui commensales Nostri existitis, & quilibet vestrum Nobis hactenus impendistis, & adhuc solicitis studijs impendere non desistitis, necnon vitæ, ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, quibus personas vestras etiam familiari experientia iuuari percepimus, condignam rationem habentes, ac propterea easdem personas vestras peculiaris fauoris gratia, ac specialis honoris, & excellentiæ dignitatis titulo sublimare volentes, Vos, & quemlibet vestrum à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existitis, ad effectum præsentium dumtaxat consequen̄, harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes; Motu proprio, non ad vestram, vel alterius pro vobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de mera liberalitate, & certa scientia nostris, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine.

Vos, & quemlibet vestrum respectiuè in nostros, & Sedis Apostolicæ Notarios (sine tamen præiudicio dilectorum filiorum nostrorū Notariorum de numero participantium) Apostolica auctoritate, tenore præsentium recipimus.

Comites, Nobiles, & Equites.

§. 2. Ac Sacri Palatij, & Aulæ Lateranen̄ Comites, necnon Auratæ Militiæ Equites, ac Nobiles Romanos, & Vrbis Romæ, omniumq; & singularum aliarum Ciuitatum, Terrarum, & Locorum Romanæ Ecclesiæ mediatè subiectorum Ciues, cum omnibus iuribus, iurisdictionibus, prærogatiuis, & insignibus debitis, & consuetis creamus, ac constituimus, ac in numerum, & consortium aliorum nostrorum, & eiusdem Sedis Notariorum, necnon Palatij, & Aulæ huiusmodi Comitum, Equitum, & Nobilium Romanorum, aliorumq; Ciuium Ciuitatum, & Terrarum prædictorum referimus, & conscribimus.

Eorumque priuilegia præter hic descripta etiam si habitum nō deferant.

§. 3. Vobisque, etiam si habitum, & Rocchettum Notariorum dictæ Sedis iuxta decreta Lateranen̄ Concilij nouissimè celebrati, nō deferatis, aut Ciuitates huiusmodi non incolueritis, nec vnquam in eisdem Ciuitatibus domicilium habueritis, vt omnibus, & quibuscumque priuilegijs, facultatibus, exemptionibus, immunitatibus, libertatibus, fauoribus, gratijs, & indultis, quibus cæteri omnes Notarij nostri etiam de numero participantium, ac Comites, Equites, & Nobiles (citra tamen exemptionem a Concilio Tridentino sublatam, ac facultates legitimandi, ad gradus promouendi, Notarios, seù Tabelliones creandi, aliaque huiusmodi priuilegia à Notarijs, & Comitibus præfatis prætensa, itaut illis vti nullibi valeatis, ac irritum, & inane existat quicquid secus per vos, aut quemlibet vestrum respectiuè attentari contigerit.)

Etiam in assecutione Benefi. mob Ecclesiasticorum.

§. 4. Necnon Ciues originarij, etiam in dignitatum, beneficiorum, & officiorum Ecclesiasticorum, ac sæcularium, etiam ex personis Romanorum Ciuium originariorum vacantium assecutione, & exercitio, tàm in Vrbe, quàm in Ciuitatibus prædictis, & aliàs vbique locorum, & gentium, necnō Sessionum, & Conuentuum vtuntur, potiuntur, & gaudēt, ac vti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum; non solùm ad eorum instar, sed pariformiter, & æque principaliter, ac si priuilegia, facultates, exemptiones, gratiæ, & indulta huiusmodi pro vobis emanassent, vti, potiri, & gaudere, ac in omnibus, & singulis Apostolicis, alijsque litteris, instrumentis, & scripturis publicis, & priuatis deinceps nomine

nomine vestro conficiendis, vos Notarios, Comites, Equites, & Nobiles, ac de nobili genere ex vtroque parente procreatos, necnon Romanã, & aliarum Ciuitatum, & Terrarum prædictarum Ciues, prout libuerit, inscribere, & vos illis subscribere valeatis, ac pro veris, & non fictis Notarijs, Comitibus, Equitibus, & Nobilibus, ac Ciuibus habeamini, nihilque, qualecumque illud fuerit, cum ijs expressionibus subreptitium, aut obreptitium, vel inualidum, sed illud idem efficax in omnibus censeatur, necnon honoris causa insignia gentia nostræ, siuè integrè, siuè cum vestris respectiuè composita, gestare possitis, prout vobis placuerit, concedimus.

Exemptio à decimis, & alijs impositionibus.

§. 5. Et insuper vos, vestraque beneficia, & officia Ecclesiastica quæcumque, quorcumque, & qualiacumque illorum fructus, res, & iura, vbicumque locorum, Regnorum, & Prouinciarum, necnon in Vrbe, Ciuitatibus, Terris, & locis eidem Romanæ Ecclesiæ mediatè, vel immediatè subiectis consistentia, prædia, domos, possessiones, & bona patrimonialia, aliaque temporalia mobilia, & immobilia, ac se mouentia, necnon actiones, & iura præsentia, & futura cuiuscumque qualitatis, quantitatis, & naturæ, & cuiusuis etiam annui valoris fructus, redditus, & prouentus huiusmodi sint, vel fuerint, ac etiam quæcumq, à vobis vendenda, ac pro vestris, & familiarum vestrarum vsibus emenda ab omnibus, & quibuscumque decimis, quartis, & dimidijs partibus subsidijs etiam caritatiuis, necnon vectigalibus, portorijs, tributis, datijs, pedagijs, collectis, & quocumque alio modo nuncupatis, angarijs, perangarijs, cæterisque oneribus, & contributionibus, tam Vrbanis, quàm rusticis, ordinarijs, & extraordinarijs, realibus, personalibus, & mixtis, etiam ratione munitionum Mœniorum, & Pontium, Portarum, Moliturarum, & mercium cuiuscumque generis, transitus, seu passus, & vecturæ, etiam in aliud territorium, seu Prouinciam, Terra, Mari, & Flumine, necnon equorum mortuorum, stabulationum Militum, institutionis seminarij Ecclesiastici, aut quacumque alia quantumuis graui, etiam grauissima causa (pro subuentione contra infideles dumtaxat excepta) nunc & pro tempore impositis; ita, quòd vos, & quemlibet vestrum nihil omnino horum, aut aliorum similium subire teneamini; nec per Cameræ Apostolicæ, aut aliós Commissarios, seu vectigalium, & tributorum huiusmodi redemptores, conductores, & exactores, quocumque priuilegio, exemptione, & facultate suffultos, alias quàm, vt præfertur, valeatis coarctari, (quamdiu seruitijs nostris

insteteritis dumtaxat) eximimus, & liberamus.

Dispensatio ad duo dissimilia, vel simplicia similia sub singulis tribus tectis.

§. 6. Ad hæc vobiscum, & cum quolibet vestrum respectiuè, vt quæcumque duo dissimilia, vel simplicia similia, sub singulis tribus tectis quarumcumque trium Cardinalium, etiam Metropolitanarum, aut aliarum Ecclesiarum consistentia, etiam si vnum ex illis omnibus cum cura, aut dignitas etiam maior, & principalis, Canonicatus, & præbend, personatus, administratio, vel officium fuerit, & ad dignitatem, personatum, administrationem, vel officium huiusmodi consueuerit, quis per electionem assumi, eique cura etiam iurisdictionalis immineat animarum, si alicui vestrũ aliàs canonicè conferantur, aut quisque vestrum eligatur, præsentetur, aut aliàs assumatur ad illa, & instituatur in eis recipere, & dummodo illa omnia (vno excepto, personalem residentiam non requirant, insimul quoad vixeritis retinere.

Nec non à residentia durante seruitio Pont. cum perceptione omnium fructuum distributionibus quotidianis exceptis.

§. 7. Necnon etiam quandiù nobis inseruieritis tantum in beneficijs Ecclesiasticis, etiam curatis, non tamen parochialibus, nec curatis cura animarum Parochianorum) per vos pro tempore respectiuè obtentis, etiam de iure, statuto, fundatione, vel priuilegio personalem residentiam requirentibus, etiam si dignitates in Cathedralibus etiam Metropolitanis maiores, ac Collegiatis Ecclesijs huiusmodi principales fuerint, personaliter residere non teneamini, nec ad id per locorum Ordinarios, aut Ecclesiarum earumdem Capitula, seu quosuis alios ad residen interim in illis inuiti compelli possitis, omnesque, & singulos vestrorum beneficiorum obtentorum fructus, redditus, & prouentus, durante seruitio prædicto, cum ea integritate (distributionibus quotidianis dumtaxat exceptis) cum qua illos perciperetis, si in eisdem Ecclesijs siue locis personaliter resideretis, percipere, exigere, & leuare.

Facultas recipiendi Ordines, etiam Sacros à quocumque catholico Antistite, etiam extra tempora, & sine licentia Ordinarij.

§. 8. Ac interim, vel postmodum, si volueritis, hic in Romana Curia, vel extra eam à quocumque malueritis Catholico Antistite gratiam, & communionem eiusdem Sedis habente, quem duxeritis eligendum, ad omnes etiam sacros, & Presbyteratus ordines aliquibus tribus Dominicis, vel alijs Festiuis diebus, etiam extra tempora à iure statuta, proprij Ordinarij, aut cuiusuis alterius licentia desuper minimè requisita, si aliàs idonei ad id reperti fueritis, super quo Antistitis conscientiam oneramus, promoueri, & in illis promori etiam in Altaris ministerio ministrare.

Indultum audiendi leges, & eas docendi, nec non Iudicis, Aduocati, & Procuratoris officium in causis Ecclesiast. Ciuilibus tantũ exercendis.

§. 9. Necnon etiam si Presbyteri fueritis, ac dignitates, & officia obtinueritis, leges, & iura ciuilia etiam publicè in scholis, & Vniuersitatibus

uersitatibus studiorum generalium ad quinquennium dumtaxat, dummodo trigesimum ætatis annum non excesseritis, audire, & si habiles, & sufficientes reperti fueritis, etiam ad Doctoratus gradum in huiusmodi facultate vos promoueri facere, ipsaque iura etiam publicè docere, atque Iudicis, Aduocati, & Procuratoris officium in causis Ecclesiasticis ciuilibus tantùm exercere liberè, & licitè possitis, & valeatis, auctoritate, & tenore prædictis de specialis dono gratiæ dispensamus.

Licentia eligendi sibi Confessarium cũ facultate eos ab omni ut hic expressis absoluendi.

§. 10. Liceat quoque vobis, & cuilibet vestrum aliquem idoneum, & ab Ordinario approbatum Presbyterum sæcularem, vel cuiusuis Ordinis regularem in vestrum eligere Confessorem, qui vita eius eomite vos, & quemlibet vestrum à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis, à iure, vel ab homine, quauis occasione, vel causa latis, & per vos incursis, & quibus vos etiam Apostolica auctoritate illaqueari contigerit, etiam si absolutio Nobis, & successoribus nostris Romanis Pontificibus pro tempore existentibus specialiter, vel generaliter reseruata existat, & quorumcumque votorum, & Ecclesiæ præceptorum transgressionibus, homicidij casualis, manuum violentarum in quasuis personas etiam Ecclesiasticas (non tamen Episcopos, vel alios Superiores Prælatos) de præterito iniectionibus, seù consilij, vel fauoris ad id præstationibus, ieiuniorum omissionibus (non tamen recitationis Horarum Canonicarum, aliorumque diuinorum Officiorum) & denique ab omnibus, & quibuscumq; alijs vestris peccatis, criminibus, & excessibus, ac delictis quantumcumque grauibus, & enormibus, etiam talibus, propter quæ Sedes prædicta meritò consulendum foret, videlicet a contentis in litteris die Cœnæ Domini publicari consuetis, semel tantùm in vita, & mortis articulo; in reliquis verò dictæ Sedi quomodocumque reseruatis, alijsque quibusuis casibus semel in anno, confessionibus vestris diligenter auditis (sine tamen alicuius præiudicio) prædicta auctoritate Apostolica absoluere, & vobis pro commissis pœnitentiam iniungere salutarem.

Ac vota commutandi.

§. 11. Necnon vota quæcumque (visitationis liminum vltramarinorum, & beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, Castitatisque, ac Religionis votis dumtaxat exceptis) in alia pictatis opera commutare.

Indultũ transferẽdi pensiones et in mortis articulo vsque ad summam 100 duc. aur. de Cam.

§. 12. Vobisque vlteriùs, & cuicumque vestrum respectiuè, vt quicumque loci Ordinarij, vel Canonici Metropolitani, seù aliarum Ecclesiarum, aut personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, tam in dicta Curia, quàm extra eam ad id per vos respectiuè coram Notario, & testibus fide dignis eligendi, seù eligendæ quascumque pensiones annuas vobis super Mensarum Abbatialium, seù Capitularium, ac Episcopalium, & Archiepiscopalium, ac quorumcumque aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum cum cura, & sine cura sæcularium, & quorumuis Ordinum, & Militiarum Regularium, etiam Hospitalis Sancti Ioannis Hierosolymitani quomodocumque, & qualitercumq; qualificatorum fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, obuentionibus, & distributionibus etiam quotidianis, seù illarum loco fructus, redditus, prouentus, iura, obuentiones, distributiones, & emolumenta vobis nunc, & pro tempore assignata, & reseruata, ac reseruanda, pro summa videlicet trecentorum ducatorum auri de Camera, quoad singulos vestrum quandocumque alicui vestrum respectiuè placuerit, simul vel successiue, in toto, vel in parte, etiam in cuiuslibet vestrum mortis articulo cassare, & extinguere, ac postquam cassatæ, & extinctæ fuerint, alias similes pensiones annuas super eisdem fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, obuentionibus, & distributionibus, seù illarum loco fructus, redditus, prouentus, iura, obuentiones, distributiones, & emolumenta huiusmodi vsque ad summam, & quantitatem præfatam vni, vel pluribus alijs personis, etiam per vos nominandis, etiam quæcumque, quotcumque, & qualiacumque beneficia Ecclesiastica obtinentibus, & expectantibus, seù Clericali charactere insigniri volentibus, etiam eis quoad vixerint, vel eorum Procuratoribus ad id ab eis speciale mandatum habentibus, iisdem modo, & forma quibus vobis assignatæ, aut reseruati, seù assignati concessæ, seù concessi fuerint, etiam absque consensu easdem pensiones soluere debentium, etiamsi illas, vel illa aliàs cassari, & reseruari de nouo faciendi facultatem non habueritis, ac pensiones, & fructus, redditus, prouentus, iura, obuentiones, ac distributiones, & emolumenta huiusmodi eisdem pluries cassare, & de nouo assignare fuerint, vsque ad summam, & quantitatem prædictam, etiam litteris Apostolicis super reseruationibus, & assignationibus huiusmodi non confectis, ac aliàs cum omnibus, & quibuscumque exemptionibus, priuilegijs, decretis, clausulis, cautionibus, vinculis, obligationibus, & cautelis, ac etiam censuris, & pœnis, in prioribus reseruationibus huiusmodi concessis, & contentis integrè persoluendas reseruare, constituere, & assignare valeat,

aucto-

auctoritate, & tenore prædictis, de speciali gratia indulgemus.

Facultas testandi ad summã etiã cõ argẽ. necnõ vel a liorum etiam per privatam scripturã vsque ad summam sex millium ducatorum auri de Camera.

§. 13. Necnon etiam vobis, vt de omnibus, & singulis domibus, prædijs, possessionibus, terris, & locis, ac iurisdictionibus, cæterisque bonis mobilibus, & immobilibus, quæ tamen non sint Altaris, vel Altarium Ecclesiarum vobis commissarum ministerio, seu alicui speciali earumdem Ecclesiarum diuino cultui, seu vsui deputatã; seq; mouentibus, cuiuscumque qualitatis, quantitatis, valoris, speciei, pretij, & conditionibus existentibus, ac iuribus, & actionibus ad vos ratione Ecclesiarum, etiam Cathedralium, etiam Metropolitanã, quibus vos præesse forsan contigerit, necnon Monasteriorum, Prioratuum, Præpositurarum, dignitatum, & aliorum quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum, cum cura, & sine cura sæcularium, & quorumuis Ordinũ regularium, quæ etiam ex quibusuis concessionibus, & dispensationibus Apostolicis in titulum, Commendam, administrationem, ac aliàs quomodolibet obtinueritis, obtinetis, & obtinebitis, ac fructuum, reddituũ, & prouentuum Ecclesiarum loco pensionum annuarum super similibus fructibus, redditibus, & prouentibus vobis reseruatorum, & assignatarum, ac reseruandorum, & assignandarum, quos, & quas percepetitis, percipitis, & percipietis in futurum, necnon emolumentorum quorumcumque Romanæ Curiæ officiorum, & aliàs quomodolibet spectantibus, & pertinentibus, ac etiam de dictis prouentibus, fructibus, redditibus, & pensionibus annuis, necnon vestra, & cuiuslibet vestrum industria, & labore quomodolibet, & vndecumque, licitè tamen acquisitis, & acquirendis, ac aliàs etiam de muneribus, & officijs, quæ exercueritis, & vos exercere contigerit, & alia quauis occasione, vel causa, seu contemplatione ad vos peruenturis, etiam si in pecunia numerata, & iocalibus, gemmis, alijsque pretiosioribus rebus consistant, tam in dicta Curia, quàm extra eam vbique locorum, & penes beneficia ipsa existentibus, quorum omnium qualitates, & veros etiam annuos valores, etiam si talia forent, quæ in generali appellatione bonorum, et supellectilium non venirent, sed specialibus indigerent vocabulis præsentibus, ac si specificè, & sigillatim exprimerentur, & denominarentur, pro sufficienter expressis, & declaratis haberi volumus, vsque ad summam sex millium ducatorum auri de Camera, ac etiam de ipsis fructibus, redditibus, & prouentibus, & pensionibus debitis, & debendis, ac nondum perceptis, & exactis; etiam si illo tum solutionis, aut perceptionis terminus nondum aduenerit, pro ista rata, quæ vobis debita erit, Constitutione, & declaratione super fructibus, & pecunijs nõ exactis, quæ forsan ad successores in ipsis beneficijs spectare, & pertinere debeant, non obstantibus, etiam cumulatiuè cum quibusuis alijs similibus, vel dissimilibus facultatibus habitis & habendis, vsque ad summam quadriogentorum ducatorum similium dumtaxat, tã pro decentibus, & honestis impensis funebribus, quam etiam pro remuneratione illorum, qui vobis viuentibus seruierint, etiam vltra seruitij meritum, ac in vestrorum consanguineorum, & affinium, ac quorumcumque piorum locorum fauorem, & vsum aliàs pro arbitrio, & voluntate vestris, & cuiuslibet vestrum absolutis testari, & testamento, codicillis, fideicommissis, legatis, donationibus tàm inter viuos, quàm causa mortis, & alijs quibuscumque modis, & titulis scriptura etiam minus solemni, coram duobus, vel tribus testibus, aut etiam cedula sola manu vestra scripta, vel subscripta, & aliàs in omnibus & per omnia, prout, & quomodolibet vobis videbitur, etiam in ipsa Curia, & in mortis articulo, etiam nulla facta mentione præsentis, vel aliarum vobis pro tempore concessarum similium facultatum, aut quòd in vim illarum testari, seu disponere velitis, & intendatis semel atque iterum, aut pluries disponere, statuere, & ordinare; itaut quicquid testatum, gestum, aut ordinatum, seu aliàs dispositum à vobis fuerit, etiam in vim simplicis distributionis, ac aliàs omni meliori modo valeat, & seruari debeat, ipsaque testamenta, codicillos, dispositiones, ordinationes, donationes, legata, & statuta pluries, ac toties quoties vobis videbitur, moderari, limitare, ac etiam in totum reuocare, & alia de nouo edere liberè; & licitè valeatis, auctoritate Apostolica, & tenore præmissis plenam, & liberam concedimus facultatem.

Supplementũ omnium defectuum super his sequutorum, vel sequendorum.

§. 14. Et insuper statuimus, ordinamus, vobisque indulgemus, quòd si contigerit vos ab intestato, & sine vlla, vel minus valida bonorum, & rerum, ac fructuum, reddituum, & prouentuum præfatorum dispositione in dicta Curia, vel extra eam, ac etiam extra vestra beneficia, vel alia loca debitæ à vobis residentiæ personalis, etiam nulla subsistente causa, ab humanis decedere, omnia, & singula bona, res, & iura, etiam vt præfertur qualificata, necnon spolia cuiuscumque quantitatis, & valoris existentia, etiam ex præfatis, & aliàs vndecumque prouenientia ad Cameram Apostolicam, seu in dictis beneficijs successores non pertineant, sed ad hæredes vestri sanguinis

ſanguinis integrè deueniant, & illis deficientibus inter familiares veſtros, arbitrio perſonæ, ſeù perſonarum, quas ad id ſcripto nominaueritis, diſtribuantur, niſi de alia diſpoſitione, vel intentione veſtra ſcriptura etiam minus ſolemni ſecus appareret, quam tunc velut efficacem ipſæ perſonæ, vel alij Iudices, ſeù executores omnino exequi, & adimplere, illique ſeſe conformare in omnibus,& per omnia debeant; Et nihilominus quæcumque huiuſmodi teſtamenta, legata, donationes, diſpoſitiones, & alia forſan aliàs à vobis, etiam nulla, aut minus ſufficienti facultate ſuffultis, de huiuſmodi bonis, iuribus, ac actionibus, fructibus, pecunijs, iocalibus, alijſque rebus ſupradictis, etiam in fauorem conſanguineorum, & affinium prædictorum,& aliàs quomodolibet facta, cum omnibus inde ſecutis, ac etiam ea quæ per vos in futurum quomodolibet fient, ex nunc,prout ex tunc, & è contra, approbamus, & confirmamus, omneſque, & ſingulos iuris, & facti,ac ſolemnitatum omiſſarum, & omittendarum, necnon ſubſtantiales, alioſque defectus quoſcumque, ſi qui interuenerint, aut interuenerunt in eiſdem, etiamſi tales ſint,vel fuerint,quòd ſpecialis, & ſpecifica de illis mentio præſentibus habenda eſſet, ſupplemus.

Inhibitio contra moleſtantes.

§.15. Diſtrictiùs inhibentes quibuſuis Archiepiſcopis, Epiſcopis, aut alijs Eccleſiarum Prælatis, necnon Cameræ præfatæ Præſidentibus, & Clericis, ac eorum, necnon fabricæ Baſilicæ Principis Apoſtolurum de Vrbe, & Cruciatæ ſanctæ, & alijs Collectoribus, & Subcollectoribus, cæteriſque cuiuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, & conditionis exiſtentibus, etiam quauis auctoritate, & poteſtate fungentibus, ſub excommunicationis maioris, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, ne Vniuerſitates,Collegia, ac Loca, & Legatarios; hæredes, & perſonas, necnon teſtamentorum,voluntatum,& ordinationum huiuſmodi Executores præfatos directè, vel indirectè quouis quæſito colore,vel ingenio moleſtare audeant quoquo modo, vel perturbare.

Clauſulæ præſeruatiuæ.

Ac decernentes prædicta omnia, & ſingula, præſenteſque litteras, & teſtamenta, donationes, codicillos,fideicommiſſa, legata, ordinationes, derogationes, diſpoſitiones, & alia quæcumque, necnon quæ in præmiſſis facta ſunt, aut fieri contigerit, tam vigore præſentis,quàm etiam aliarum conceſſionum vobis factarum, ac deinceps in genere,& in ſpecie faciendarum, cum inde ſecutis, & ſecuturis, etiam ſi vos intra Curiam, aut quacumque alia Mundi parte extra Eccleſias, & beneficia perſonalem reſidentiam requirentia qualitercumque qualificata,per vos nunc & pro tempore obtenta, etiam pro veſtra ſola voluntate,& nulla ſubſiſtente cauſa reſiden. ab humanis decedere contigerit, ſub litteris fel. rec. Pij Papæ IIII. Prædeceſſoris noſtri contra quoſcumque Epiſcopos, Archiepiſcopos, & alios Prælatos, necnon parochialium Eccleſiarum Rectores, cæteroſque reſidentiæ perſonali prædictæ adſtrictos, extra illam quomodocumque decedentes, ſeptimo Kal. Decembris, Pontificatus ſui Anno Quinto, aut alio veriori tempore, emanatis, & ſub quibuſcumque alijs conſtitutionibus; aut reuocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, modificationibus, decretis, declarationibus Apoſtolicis, Cancellariæ Apoſtolicæ regulis,ex quibuſuis cauſis quantumcumque maximis, vrgentibus, & incogitabilibus, etiam in fauorem fidei, & diuini cultus augmentum, ac Conſiſtorialiter, etiam à Nobis, & Sede præfata hactenus, vel nunc, & pro tempore factis, & editis minime comprehendi, ſed ſemper ab illis excepta, & quoties emanata fuerint, toties in priſtinum, & validiſſimum ſtatum, & etiam ſub data poſteriori, etiam cum derogationibus, & regulis, etiam derogatoriarum derogatorijs, irritantibuſque, & alijs decretis per vos eligenda apponendis, & latiſſimè ſpecificandis, repoſita, reſtituta, & plenariè reintegrata, ac de nouo conceſſa, validaque, & efficacia fore, necnon perpetua firmitate ſubſiſtere, ſuoſque plenarios, & omnes effectus, qui de iure, ſtylo, conſuetudine, aut aliàs quomodocumque ſortiri poterunt, aut vim, veri, legitimi, iurati, ſtipulati, validi, & efficacis Contractus inter vos,ex vna,ac Nos, & Cameram prædictos ex altera partibus habere, nec etiam per promotionem ad Eccleſiam Cathedralem, etiam Metropolitanam, aut translationem, vel aliam ſtatus, & perſonæ veſtræ mutationem, nec per ſimiles, vel diſſimiles gratias vobis conceſſas, & concedendas confundi, ſed ipſis cumulatiuè in omnibus, & per omnia vti, & ſi quid in vna ex facultatibus huiuſmodi defecerit, per aliam ſuppleri debere, nec hæredes, legatarios, ac loca ad quos, ſeù quæ bona, iura, & actiones deuenient, vel quibus relinquentur,aut Executores prædictos ad tertiam,ſeù aliam eorum partem, quam etiam ex nunc vobis, ac locis, hæredibus, legatarijs, ac donatarijs præfatis liberaliter concedimus, & donamus,Cameræ, vel fabricæ,aut beneficijs præfatis, etiam pro expeditione contra infideles, & quibuſuis alijs quantumlibet pijs vſibus ſoluendum, ac cum ijs deſuper componendum, vel vos ad

aliam

aliam particularem licentiam, siue indultum, aut informationem præsentium à Nobis, vel Successoribus nostris Romanis Pontificibus petendum, aut impetrandum, vel etiam in alia simili gratia, siue eius confirmatione vobis quomodocumque concedenda de præsenti mentionem aliquam faciendam minimè teneri, nec ad id vlla vnquam necessitate cogi posse.

Clausula sublata.

§. 17. Et sic in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam Palatij Apostolici causarum Auditores, & eiusdem S. R. E. Cardinales, necnon pro tempore existeñ eiusdem Cameræ Camerarium, Præsidentes, & Clericos, in quauis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere, necnon irritum, & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Executorum huius Const. deputatio.

§. 18. Quocirca Venerabilibus Fratribus nostris Archiepiscopo Bononieñ, & Episcopo Arimineñ, & dilecto filio Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ generali Auditori per Apostolica scripta mandamus Motu simili, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios præsentes litteras, & in eis contenta quæcumque, vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte vestra desuper fuerint requisiti, solemniter publicantes, vobisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra easdem præsentes litteras, & in eis contenta huiusmodi firmiter obseruari, ac vos illis omnibus pacificè frui, & gaudere, non permittentes vos per quoscumque quauis auctoritate fungentes contra præsentium earumdem tenorem quomodolibet indebitè molestari, inquietari, vel perturbari, cōtradictores quoslibet, & rebelles per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, ac alia opportuna iuris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, ac legitima super his habendis, seruatis processibus, censuras, & pœnas ipsas, etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis.

Contrariorum abrogatio.

§. 19. Non obstantibus præmissis, ac piæ memoriæ Bonifacij Papæ VIII. Prædecessoris nostri de vna, & in Concilio generali de duabus dietis, dummodo vltra tres dietas aliquis vigore præsentium ad iudicium non trahatur, necnon Lateraneñ Concilij, etiam nouissime celebrati, & de certo Notariorum numero, etiamsi ad illum nondum deuentum fuerit, cui per hoc aliàs derogatum non intendimus, ac de consensu præstando in pensionibus, & quibuscumque alijs, etiam per Nos, & Sedem prædictam editis, & in posterum edendis Cancellariæ Apostolicæ regulis, ac stylo in similibus hactenus obseruato, ac recolendæ memoriæ Alexandri VI. tertiam partem bonorum Ecclesiasticorum Cameræ præfatæ deberi inter alia disponente, necnon eiusdem Bonifacij VIII. per quam concessiones, & fructus in absentia percipiendi sine præfinitione temporis fieri prohibentur, necnon piæ etiam mem. Pij Papæ IV. etiam Prædecessoris nostri de gratijs qualecumque interesse Cameræ Apostolicæ concernentibus in dicta Camera infra certum tunc expressum tempus præsentandis, & registrandis, ita quòd præsentes in eadem Camera nullo vnquam tempore registrare teneamini, ac quorumuis aliorum Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, & quibusuis alijs Apostolicis, ac in Prouincialibus, & Synodalibus Concilijs editis specialibus, vel generalibus constitutionibus, & ordinationibus, necnon legibus, etiam Imperialibus, & alijs municipalibus, tam Vrbis, quàm aliarum Ciuitatum, & Locorum in quibus Ciues originarij creati existitis, & quorumuis Ecclesiarum, Monasteriorum, Ordinum, & Hospitalium prædictorum, necnon quorumuis Collegiorum, & Officiorum dictæ Curiæ, & Regnorum, Prouinciarum, & Vrbis, ac aliarum Ciuitatum, & Locorum, ac Cameræ præfatorum, iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, stabilimentis, vsibus, & naturis, etiam si de illis seruandis, & non impetrandis litteris Apostolicis contra ea, nec etiam ab alio, vel alijs impetratis, aut aliàs quomodolibet concessis vtendo vos per vos vel Procuratores vestros præstiteritis forsan hactenus, vel vos in posterum præstare contigerit iuramentum, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis dictis Ecclesijs, Monasterijs, Ordinibus, & Hospitali, illorumque Præsulibus, seu Oratoribus, & Superioribus, ac Magistris, Præceptoribus, Prioribus, Militibus, etiam Antianis, Capitulis, Conuentibus, Ciuitatibus, & Locis, alijsque prædictis, illorum Communitatibus, & Vniuersitatibus, alijsque personis, & particularibus, ac etiam decimarum, pedagiorum, gabellarum, & onerum exactoribus, & appaltatoribus, & aliorum onerum redemptoribus, necnon Archiepiscopis, Episcopis, & aliorum Ordinarijs, etiam eisdem Cardinalibus, ac dictæ Curiæ Officialibus, illorumque Collegijs sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum de-

derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & alijs decretis per quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores nostros, ac etiam Nos, & Sedem prædictam, etiam Consistorialiter, ac de eorumdem Cardinalium consilio, etiam per modum Statuti, & Constitutionis perpetuorum, ac Motu, & scientia similibus, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, vel ad Imperatoris, Regum, Reginarum, Ducum, Marchionum, & aliorum Principum instantiam, seu illorum contemplatione in genere, vel in specie, ac aliàs quomodolibet etiam iteratis vicibus concessis, etiam si in eis, ac statutis, & stabilimentis præfatis caueatur expresse, vel tacitè, quòd Vrbis nisi originarijs Ciuibus Romanis, ac Ciuium eorumdem filijs conferantur, quodque nonnullarum Ecclesiarum beneficia, nisi per personas illustres seù nobiles, ac etiam originarios Ciues, aut aliàs certo modo in illis expressè qualificatos obtineri non possint, & nulli in Ciues Vrbis, ac Ciuitatum, Oppidorum, Terrarum, & Locorum huiusmodi admitti, seu illarum Priuilegijs vti possint, nisi priùs in dictis Ciuitatibus, Oppidis, Terris, & Locis per certum tempus habitauerint, seù etiam in illis bona etiam stabilia forsan ad certum valorem ascendentia possederint, ipsique Exactores, & Appaltatores decimas, pedagia, & onera huiusmodi, etiam ab exemptis exigere, & illos ad solutionem, seù contributionem cogere, & compellere possint, seù debeāt; Quodque Præceptoriæ, & alia beneficia quęcumque dicti Hospitalis, tàm ex eius institutione, quàm ex stabilimentorum prædictorum dispositione pensionibus Clericis sæcularibus, & alijs personis, etiam Apostolica auctoritate reseruandis grauari non possint; quòdque stabilimentis, & priuilegijs præfatis, etiam vigore implicitæ derogationis latissimè extēdendæ, etiamsi per quascumque Litteras Apostolicas, & quasuis etiam derogatoriarum derogatorias, efficaciores, & insolitas clausulas derogari non possit, nec derogatum censeatur, nisi derogatio huiusmodi de consilio Cardinalium eorumdem fiat, & tum demum ad id Magistri, & Conuentus Prædictorum ad id accedat assensus; sintque Litteræ derogationis huiusmodi etiam per dictum Magistrum subscriptæ, ac illi, & prædictis Conuentui per diuersas in forma Breuis, aut aliàs litteras diuersis temporibus, cum certis interuallis præsentatas intimatæ, & non aliàs, nec alio modo, & semper in omnibus, quæ sic fiēt, etiam de simili consilio derogationes, seù apposita clausula, quòd illorum effectum sortiantur de consensu Magistri, & Conuentus prædictorum, & non aliàs, nec alio modo. Quibus omnibus, illorum omnium tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur, pręsentibus pro expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, in genere, & in specie, ad effectum præsentium sufficienter, & expressè derogamus, & derogatum esse decernimus: Quòdque vos primam non feceritis in Ecclesijs huiusmodi personalem residentiam consuetam, cæterisque contrarijs quibuscumque.

§. 20. Volumus autem, vt præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Transumptorum fides.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die xxij. Martij MDCXXI. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Dat. P.A. 1. die 22 Martij.

V.

Extensio solemnizationis festi cum officio, & Missa Beati Thomæ à Villanoua, Ordinis Eremitarum S. Augustini Professoris, & Archiepiscopi Valentini, pro vniuerso Ordine prædicto vtriusque sexus vbique Terrarum.

Hunc Thomam beatificauit Paul. V. supra in eius Const. 20. In supremo, pag. 40.

Edita A. D. 1621.

GREGORIVS PAPA XV.
Ad perpetuam rei memoriam.

Aliàs à fel. rec. Paulo Papa Quinto Prædecessore nostro emanarunt litteræ tenoris subsequentis, videlicet; In supremo, &c.

Omittitur residuum, quia ipsa const. Paul. est sup. pag. 40.

§. 1. Cum autem sicut pro parte Cla. me. dicti Philippi Regis tunc in humanis agentis, ac Prioris Generalis, necnon Superiorum, & Fratrum, ac Deputatorum, Electorum, & Sindicorum prędictorum Nobis nuper fuit expositum, ipsi pro eo, quem erga dictum Beatum Thomam gerunt respectiuè deuotionis affectu, plurimum cupiant concessiones, & indulta prædicta ad omnes vtriusque sexus Religiosos eiusdem Ordinis vbique terrarum existentes per Nos, vt infra extendi.

Paul V. edidi const. quæ est sup. pag.

Hic fit. eā ampl.

§. 2. Nos pijs eorum votis in præmissis annuere, illosque amplioribus fauoribus, & gratijs

tijs prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de eorumdem Cardinalium consilio, Quòd ab omnibus vtriusque sexus Religiosis eiusdem Ordinis vbique terrarum existentibus, Officium, & Missa de eodem Beato Thoma à Villanoua, seruata aliàs in omnibus, & per omnia litterarum prædictarum forma, & tenore recitari, & celebrari respectiuè liberè similiter, & licitè possit, & valeat, eadem auctoritate Apostolica tenore præsentium, etiam concedimus, & indulgemus.

Cōtrarijs derogat

§. 3. Non obstantibus omnibus illis, quæ dictus Paulus prædecessor in suis litteris prædictis voluit non obstare, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Transumptis credi iubet.

§. 4. Volumus similiter, quòd præsentium transumptis etiam impressis, manu Notarij publici subscriptis, & sigilli alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P.A. c. die 14 Maij.

Dat. Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die xiv. Maij MDCXXI. Pontificatus Nostri, Anno Primo.

VI.

Erectio Hospitij, & Collegij Gregoriani in Vrbe pro vniuersis Monachis sub Regula S. Benedicti militantibus, vnà cum priuilegiorum concessione.

De materia Monachorum diuersarum Congregationum Ordinis Sancti Benedicti, perquire multas Pontificias Constitutiones indicatas supra in Repertorio Tertij Tomi Bullarij, in V. Monachi, pag. 80. Et de Confraternitate Laicorum sub inuocatione Sanctorum Benedicti, & Scholasticæ instituta, habes sup. in Paul. V. Const. 87. Pastoris, tom. 3. pag. 328. & inf. in huius Pont. Const. 44. Pias Christifidelium.

GREG. EPISC. SERV. SERVORVM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Edita A.D. 162.

Proœmium.

SAluatoris Nostri Iesv Christi, Dei Patris Vnigeniti, qui, vt Nos Religione claris vitæ probatæ exemplis comprobata, cælestis patriæ cultores efficeret, de summis Cælorum ad huius Mundi infima descendere, & in ara venerandissimæ Crucis in pretium immolari non abnuit, vices licèt immeriti gerentes in terris, inter multiplices curas, quæ Nobis ex Apostolatus officio incumbere dignoscuntur, illam, per quam Religio ipsa, præsertim Sancti Benedicti, quæ longa, & continuata multorum sæculorum serie effloruit, multiplicatis illius cultoribus, quorum assiduis precibus, & fructuosis operibus Deus ipse propitiatur, nostris temporibus amplificetur, eiusque Religiosi ad Almam Vrbem nostram pro negotijs confluentes, ab inopia, & indecenti quæstu reuocentur, quantum cum Deo possumus, libenter amplectimur: & vt feliciter id subsequi valeat, eiusdem officij partes, vt pijssimi Pastoris est, fauorabiliter impartimur: prout etiam Nobis, & Apostolicæ Sedi deuotarum personarum eiusdem Religionis pia vota ad hoc tendere, & in Deo conspicimus salubriter expedire.

Causa erectionis huius Hospitij, & Collegij.

§. 1. Exhibita siquidem Nobis nuper pro parte dilecti filij Constantini Caietani, Abbatis Monasterij Sancti Barontii, Ordinis Sancti Benedicti, Pistorien. diœcesis, Congregationis Casinen. familiaris continui commensalis Nostri, petitio continebat: quòd licèt inter omnes disciplinæ regularis Ordines is maximè conspicuus esse dignoscatur, qui à Sancto Benedicto Abbate fundatus, saluberrimisque Institutis excultus est: & quem olim tot Imperatores, tot Reges, tot Duces, tot Principes, Regalibus sceptris, Regnorumque, & Prouinciarum gubernaculis depositis, ingressos fuisse, vitamque monasticam in eo duxisse: ac ex quo tot Religiosos in Sanctæ R.E. Cardinales, & Prælatos assumptos: totque ad Summi Apostolatus apicem euectos fuisse constat, vt longa, & continuata multorum sæculorum serie Ecclesia ipsa, nullos alios, quàm Familiæ Benedictinæ Alumnos, Summos Pontifices habuerit: ex eoque iam ab antiquissimis temporibus admirabili doctrina, & sanctitate præditi Viri propè innumerabiles prodierunt; nihilominus omnes Monachi sub vexillo dicti Ordinis Sancti Benedicti militantes, non vni, & eidem Superiori subsunt, sed in aliquibus Regionibus, particularium Monasteriorum Abbatibus, & Prioribus, in alijs verò Casinen. etiam, in alijs aliarum Congregationum Superioribus subsunt, Et hinc fit, vt cum in Alma Vrbe nostra nullum præfati Ordinis, nisi præfatæ Congregationis Casinen. Cœnobium, seu Regularis locus existat, eiusdem Ordinis Monachi, qui ad illam deuotionis,

uotionis, seu peregrinationis, ac liminum Apostolorum visitandorum, seu etiam negotiorum, vel studiorum causa, ex omnibus Christiani orbis partibus incessanter confluunt, si præfatæ Congregationis Casinen. non modò sæcularium personarum more, eisque promiscui, in publicis Hospitijs, atque etiam priuatorum ædibus viuant, quin etiam plerique consumptis in longinquis itineribus, & peregrinationibus, siue negotijs, quas asportauerant, pecunijs, ad inopiam redacti, seu morbo aliquo correpti, ostiatim, & ad singula priuatarum ædium vestibula cum maxima monachalis habitus, atque status indecentia, Sacerdotalisque dignitatis vilipendio mendicare cogantur. Alij etiam, quod peius est, ex rubore, & verecundia proprij status, & mendicitatis religiosum habitum non sine graui laicorum scandalo deponant. Quorum infelicem statum dictus Constantinus Abbas sic in Alma Vrbe nostra residens, fraterna, atque Christiana caritate miseratus, tandem animi cogitationem ad operosiorem, & diuturniorem, immò verò perpetuam extraneorum illorum Monachorum, Confratrum suorum subuentionem attollens, his incommodis opportuna ratione remedium afferri posse cogitauit: si in dicta Vrbe aliquod Hospitium, seu Collegium, in quo omnes Monachi dicti Ordinis quarumcumque exterarum Regionum Romam deuotionis, seu negotiorum, vel studiorum causa aduenantes recipiantur, & continuant, instituatur.

Facultas ampla data ad effectum construendi quorumcumque. Benedictinum Hospitia in Vrbe D. Constantino Abbati Caietano a Card. Montalto, vti Congregationis Casinen. Protectore per suas Patentes litteras.

§. 2. Hocque suo consilio Venerabilibus Fratribus Nostris, Alexandro Episcopo Albanen. Montalto, præfatæ Congregationis Casinen. necnon Octauio Episcopo Prænestin. Bandino, nuncupatis, S. R. E. Cardinalibus, Congregationis Bursfeldensis in Germania eiusdem Ordinis, respectiue Protectoribus, communicato, cum eos non approbatores modò, sed pij huiusce sui propositi laudatores habuisset, in eam rem alacriori studio sibi incumbendum ratus, ab eodem Alexandro Episcopo Cardinale, Litteras Patentes obtinuit: quibus idem Alexander Episcopus Cardinalis, ei, reseruato tamen Sedis Apostolicæ beneplacito, vt in quocumque dictæ Vrbis loco, & situ commodo, & decenti sibi benè viso, Hospitium, seu Collegium ad effectum recipiendi quoscumque Monachos ex omnibus Mundi partibus ad eamdem Vrbem deuotionis, & negotiorum causa accedentes, construere posset, facultatem concessit: ac omnia, & quæcumque Instrumenta super acquisitione situs ad id necessarij celebrata, & celebranda approbauit: ac Collegio, seu Hospitio sic construendo omnia bona, res, proprietates, & eleemosynas ei relicta, & relinquenda applicauit, & appropriauit: ipsumque Constantinum Abbatem Collegij, seu Hospitij huiusmodi sic erigendi, illiusque fabricæ Ministrum, & Curatorem, cum facultate illius redditus tunc præsentes, si qui essent, & futuros exigendi, citra tamen illius bonorum alienationem: illiusque lites, & causas defendendi, & ad illas vnum, vel plures Procuratores substituendi, constituit, & deputauit.

Qui Abbas diuersas domos, situs, & ædificia emit, suasque supellectilem, & libros aliaq. supra dicto Hospitio, & Collegio donat.

§. 3. Atqui dictus Constantinus Abbas, hac licentia fultus, sanctum hoc opus pia meditatione conceptum, re ipsa aggredi statuit, dataque sibi certa spe, & fiducia, quòd si opus institutionis dicti Hospitij, seu Collegij inchoaretur, quamplurimi Italiæ, Galliæ, Hispaniæ, Germaniæ, Portugalliæ, atque Poloniæ, necnon Lotharingiæ, Flandriæ, aliarumque Regionum, & Prouinciarum Abbates, ad quorum notitiam dicti Constantini Abbatis intentio, nonnullorum Monachorum in Vrbe degentium relatione, deuenerat, fabricæ opus promouere, & pro stabiliēda illius dote adiutrices manus porrigere intendebant, diuersas domos, & ædificia, necnon situs acquisiuit à dilectis in Christo filiabus, Victoria, Laura, & Lucretia quondam Laurentij de Castellanis, ac dilecto filio Tiberio quondam Pauli Arberini, iàm per viam emptionis, quàm perpetuæ conductionis emphiteoticæ de pecunijs ex parsimonia, atque industria sua licitè acquisitis ad opus dicti Hospitij, seu Collegij. Ad quod, si instituatur, omnem suam supellectilem, omnesque libros, quos magna in quantitate, magnique valoris habet; vt Monachi pro tempore in eo degentes studere, rudioresque ab eruditioribus, iuxta cuiusque captum, seu capacitatem, tam publicè, quàm priuatim doceri possint: aliaque omnia sua transportare, illaque ei donare, & relinquere intendit: & ex nunc, prout postquam dictum Collegium, seu Hospitium institutum fuerit, donat, & relinquit.

Quidam Christifideles cesserunt iuribus sibi competentibus in quadam domo.

§. 4. Et dilecti filij, Ioannes Baptista, & Paulus fratres, quondam Marsilij de Mancinis, sola pij huiusce operis, licèt nondum inchoati fama ad caritatem excitati, iura sibi competentia supra vna eorum domo contigua, in eumdem Constantinum Abbatem, nomine dicti Ordinis, cessionis titulo, gratis, & tam laudabilis operis intuitu transtulerunt; prout in diuersis publicis Instrumentis, seu alijs scripturis dicitur contineri.

Hic Pontifex approbat contractus emptionis domus &c. & de defectus supplet.

§. 5. Quarè pro parte dicti Constantini Abbatis, asserentis, se dictum Ordinem in Monasterio S. Nicolai de Arena, Catanien. expressè

expressè professum, & ex Ciuitate Syracusanã oriundum existere, ac primo dicto Monasterio præesse, Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus Hospitium, seu Collegium huiusmodi instituere, ac alias in præmissis opportunè prouidere, de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, quibus nihil vmquam accidere potest optatius, nihil iucundius, quàm dum intelligimus hisce nostris temporibus Religiosos aliquos emergere, qui de ea, quam professi sunt, Religione non propaganda modò, sed & exornanda solliciti sunt, tantum in primis, & laudabile dicti Constantini Abbatis propositum plurimùm in Domino, gratiarum omnium auctore, commendantes; ipsumque Constantinum Abbatem à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectũ præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutum fore censentes, eumque paterna beneuolentia complectentes, ac sperantes, quòd si dictum Hospitium, seu Collegium instituatur, illius institutio non solùm in diuini cultus augmentum, præfatique Ordinis ornamentum, ac illius Monachorum subuentionem, sed etiã in dictæ Vrbis nostræ ornatum, ac Christifidelium spiritualem consolationem cessura sit. Necnon situum, ædificiorum, & locorum emptorum, conductorum, donatorum, & cessorum respectiuè, situationes, confines, vocabula, & denominationes, præsentibus pro expressis habentes; necnon Contractus emptionum, & conductionum, atque donationes, seu cessiones, vt præfertur, factas: ac etiam emptiones, et acquisitiones aliorum situum, & bonorum ad vsum fabricæ dicti Hospitij, seu Collegij pro tempore faciendas, ex nunc, prout postquam factæ fuerint, ea approbantes, & confirmantes; omnesque tam iuris, quàm facti, ac solemnitatum quantumuis substantialium, & circa præmissa requisitarum, seu requirendarum defectus, si qui iam interuenerint, aut pro tempore interuenisse apparuerint, harum serie supplentes, huiusmodi supplicationibus inclinati.

Facultatem D. Constantino Abbati concedit, vt possit construere Hospitium, & Collegium Gregorianũ nuncupandũ pro monachis totius Ord. S. Bened. ad Vrbẽ accedentibus.

§. 6. Eidem Constantino Abbati, vt in dicta Vrbe, ac sitibus, ædificijs, & domibus à dilecto filio nostro in dicta Vrbe, eiusque districtu Vicario in spiritualibus generali, & dicto Alexandro Episcopo Cardinale, prius approbandis, & visitandis, vnum Hospitium, seu Collegium pro receptione Monachorum extraneorum totius Ordinis Sancti Benedicti, & sub eius Regula militantium, ad Vrbem deuotionis, seu negotiorum, vel studiorum causa pro tempore accedentium, vnà cum refectorio, dormitorio, cellis, & partibus necessarijs, construere, seu construi facere, liberè, & licitè possit, & valeat, licentiam, & facultatem Apostolica auctoritate concedimus, & impartimur.

Collegij Superiorem erigit in Abbatem præsidẽtem, eiusq; Vicegerẽ. nuncupari præpositum iubet.

§. 7. Illudque ex nunc prout ex tunc & è contra, postquam constructum, & ad conuenientem formam, ita vt in eo Monachi recipi, & habitare possint, reductum fuerit in Hospitium, seu Collegium Monachorum extraneorum dicti Ordinis, Gregorianum nuncupandũ: in quo adsit vnus Superior, qui Abbas Præsidens, vnusque Vicepræsidens, qui Præpositus, vocentur: & in quo Monachi dicti Ordinis ad eamdem Vrbem deuotionis, seu studiorum, vel negotiorum causa accedẽtes, recipi, ibique (durante eorum in dicta Vrbe mansione) habitare, pernoctare, & quoad illius redditus ferre poterunt, caritatiuè tractari, eorum necessitates subleuari, et in casu infirmitatis curari possint, et debeant. Et quamdiu inibi fuerint, Theologiæ, et Iuris Canonici, alijsq; Liberalium Artium Studijs, sub aliquibus eiusdem Hospitij, seu Collegij Professoribus, tam publicè, quàm priuatim vacare possint. Et sub cura, gubernio, et obedientia dicti Abbatis Præsidentis, qui in eos, aliasq; dicti Hospitij, seu Collegij personas, et seruientes Superioritatem exerceat: illiusque bona gubernet, ac de redditibus in illius vsum disponat, viuant: illique vti Superiori obedientiam præstent, et aliàs ad instar quorumcumque aliorum Hospitiorum, seu Collegiorum quorumuis Ordinum tam in dicta Vrbe, quàm in quacumque alia Mundi parte, et regione institutorum, perpetuò sine alicuius præiudicio erigimus, et instituimus.

Quædã bona per d. D. Cõstãt. Abb. relicta, & per alios Christifideles relinquenda pro onerum supportatione applicat.

§. 8. Illique sic erecto, et instituto pro onerum illi incumbentium supportatione, omnia, et singula, res, proprietates, et bona, in quibusuis rebus consistentia, illi tam per dictum Constantinum Abbatem iam relicta ad valorem annuum centum scutorum monetæ circiter ascendentia, quàm deinceps per quoscumque alios dicti Ordinis Abbates, et Conuentus, ac alios Christifideles quocumque intuitu, etiam per viam testamenti, codicillorum, donationis, etiam inter viuos, et causa mortis, seu cuiuscumque alterius dispositionis, ac etiam in eleemosynam, vel aliàs quandocumque, et qualitercumque relinquenda, elargienda, donanda, et eroganda, ex nunc, prout ex tunc, et è contra postquam relicta, elargita, donata, et erogata fuerint ita quòd liceat pro tempore existenti dicti Hospitij, seu

Collegij

Collegij Abbati-Præsidenti, & ab eo deputatis, illorum omnium corporalem possessionem per se, vel alium, seu alios, nomine dicti Hospitij, seu Collegij, propria auctoritate liberè apprehendere, & perpetuò retinere: fructusque, iura, obuentiones, & emolumenta exinde prouenientia, necnon oblationes, & eleemosynas eidem Collegio, seu Hospitio elargiendas percipere, colligere, leuare, arrendare, & locare: ac in dicti Hospitij, seu Collegij, & Monachorum in eo pro tempore degentium vsus, & vtilitatem, ac necessitates conuertere (Vicarij Vrbis huiusmodi, vel cuiusuis alterius licentia desuper minimè requisita) dicta auctoritate etiam perpetuò applicamus, & appropriamus.

Collegium, Abbatē-præsidentē, Monachos, & alias personas a iurisdictione, correctione, &c. Vicarij Vrbis, & Superiorū Congregationis Casinen. eximit.

§. 9. Necnon Hospitium, seu Collegium, ac eius Abbatem-Præsidentem, Præpositum, & Monachos, aliasque personas, & bona tam mobilia, quàm immobilia cuiuscumque qualitatis, & quantitatis existentia, ac vbilibet consistentia ab omni iurisdictione, correctione, visitatione, dominio, superioritate, & potestate præfati nostri, & pro tempore existentis in eadem Vrbe Vicarij, ad instar aliorum locorum Regularium in dicta Vrbe existentiū, ac Ordinis, seu Congregationis Casinen. huiusmodi Superiorum: Ita tamen quòd singulis annis ab vno, seu duobus ex Procuratoribus generalibus Congregationum dicti Ordinis in Vrbe præfata degentibus (qui, si quid correctione, aut reformatione dignum inuenerint, eiusdem Hospitij, seu Collegij Protectori pro tempore existenti quàmprimùm referant) per turnum visitari debeat.

Collegium liberat a contributione, & solutione decimarum, aliorūque onerum.

§. 10. Necnon à præstatione, contributione, & solutione decimarum, & quorumcumque aliorum onerum ordinariorum, & extraordinariorum ex quacumque causa impositorum, & imponendorum, penitus, & omninò eximimus, & liberamus.

Sub Sedis Apost. protectione suscipit, ac correctioni & omnimodæ iurisdictioni in spiritualibus, & temporalibus Card. Montalti, & pro tempore existen. protectoris submittit.

§. 10. Et sub Beati Petri Apostoli, ac Nostra, & Sedis Apostolicæ protectione inuiolabili conseruatione suscipimus: ac correctioni, & omnimodæ iurisdictioni in spiritualibus, & temporalibus dicti Alexandri Episcopi Cardinalis, & Protectoris pro tempore existentis: Qui etiam illius Defensor, Conseruator, ac Iudex Ordinarius existat: & coram quo, seu Prælato ab eo in Viceprotectorem deputando dumtaxat, omnes, & singulæ lites, quæstiones, & molestiæ ciuiles, & criminales, ac mixtæ super Hospitij, seu Collegij huiusmodi bonis, rebus, iuribus, actionibus, & personis mouendæ cum omnibus earum incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis, totoq. negotio principali, priuatiuè quo ad omnes alios dictæ Vrbis Iudices ordinarios, eorumque tribunalia cognosci, & decidi debeant, submittimus, & subijcimus.

Statuit Abbatem-præsidentē eligendū vnū ex Monachis eiusdem Collegij, vel ex locis alijs Ord. S. Bene. ad quinquēnium, hac prima vice tantū excepta, q̄ d. ū D. Constant. Abb. ad vitā deputat. illiq. priuil. &c. abbatū omnium Ord. S. Benedicti fruatur.

§. 12. Statuentes, & ordinantes, quòd dicti Hospitij, seu Collegij Abbas-Præsidens à Monachis in eo pro tempore degentibus, ex eorum gremio, seu ex quocumque alio eiusdem Ordinis Monasterio, in perpetuum, seruatis de iure seruandis, eligi: eiusque officium ad quinquennium tantum durare: ac perpetuis futuris temporibus, omnibus, & singulis priuilegijs, gratijs, & indultis, quibus præfati Ordinis, & Congregationum, ac præsertim Casinen. Abbates vtuntur, fruuntur, & gaudent, similiter, & æque principaliter, & absque vlla prorsus differentia, vti, frui, & gaudere debeat; hac prima vice dumtaxat excepta, qua eumdem Constantinum Abbatem vti Fundatorem, & pij huius operis Auctorem, in gratiam fundationis huiusmodi, & laborum, quos illius causa suscepit, vt peculiari quadam prærogatiua se è Nobis cohonestatum fuisse lætetur, tenore præsentium in perpetuum Præsidentem, & Superiorem dicti Hospitij, seu Collegij ad eius vitam, etiam cum facultatibus, priuilegijs, atque honoribus, quibuscumque alijs similium locorum, & Hospitiorum, seu Collegiorum Superioribus concessis, & competentibus, eadem auctoritate constituimus, & deputamus.

Dat facultatem Protectori, quod possit cogere cōuicinos ad venditionem domorum & situum, soluto illorum pretio ēstimato.

§. 13. Ipsique, ac pro tempore existenti dicti Hospitij, seu Collegij Protectori, vt attento quòd illius constructio non solùm in diuini cultus augmentum, sed etiam in ornatum Vrbis cedit, si pro perfectione, & ampliatione illius fabricæ alijs sitibus, & ædificijs, seu fundis contiguis opus fuerit, ipsorum situum, fundorum, & ædificiorum dominos ad illorum venditionem, sibi ad effectum illa dictæ fabricæ incorporandi, faciendam mediante solutione pretij à peritis æstimandi, & non vltra, cogere possint, facultatem impartimur.

Collegium, illius quæsitis, & ædificiis a fideicōm. hypothecis, &c. eximit, illisq. derog.

§. 14. Et ne contingat tempore procedente, Hospitium, seu Collegium præfatum, vel ipsum Constantinum Abbatem, & pro tempore existentes illius Abbates-Præsidentes, & Monachos, occasione situum, & bonorum pro dicta fabrica acquisitorum, & acquirendorum aliqua damna, seu molestias pati, omnia, & singula, situs, domos, fundos, ædificia, & loca in dictam causam empta, & emenda, ab omnibus, & quibuscumque fideicommissis, substitutionibus, deuolutionibus, hipothecis, & vinculis, tam notis, quàm non notis, purificatis, & purificandis, si quibus quomodolibet subiecta sint, aut esse, dici, censeri,

fieri, vel apparere possint, penitus, & omninò eximimus, & liberamus. Ipsisque fideicommissis ad effectum præmissum, cum hoc, quòd pretia bonorum emendorum in emptionem... tot bonorum stabilium, seu locorum Montiū non vacabilium de Vrbe conuertantur, & loco bonorum fideicommissariorum ad fauorem institutorum, substitutorum, & aliàs quomodolibet locatorum succedant; & fideicommissum, seu hipothecam, aut alia iura super dictis bonis pro dicta fabrica emptis, & emendis habentes, aut prætendentes, non ad illa, sed ad bona, aut loca Montium ex illorum pretijs emenda, agere, & actiones suas dirigere possint, specialiter, & expressè derogamus.

Card. Montaltum Collegij deputat Protectorē cū facultate decidēdi causas, absoluēdi a censuris, cōdēdi statuta quæ. &c.

§. 15. Cæterùm eumdem Alexandrum Episcopum Cardinalem, ac pro tempore existentem Protectorem dicti Ordinis, in eorum, & dicti Hospitij, seu Collegij Protectorem: qui omnes illorum causas antedictas audiat, & decidat, cum facultate quos, quibus, vbi, quando, & quoties opus fuerit, citandi, & inhibendi, sub censuris Ecclesiasticis, ac pecuniarijs pœnis, aliaque necessaria, & opportuna faciendi. Necnon quæcumque statura, & ordinationes, capitula, & decreta ipsius Hospitij, seu Collegij, illiusque bonorum, & personarum directionem, administrationem, gubernium, & receptionem Monachorum extraneorum, eorumque viuendi normam concernentia, ac alias vtilia, & necessaria, licita tamen, & honesta, ac sacris Canonibus, Decretisque Concilij Tridentini, & Institutis ipsius Ordinis minimè contraria, faciendi, & condendi: ac quoties pro rerum, temporum, & personarum qualitate, seu aliàs expediens videbitur, immutandi, corrigendi, alterandi, moderandi, reformandi, & alia etiam ex integro condendi: quæ postquam correcta, & condita fuerint, eo ipso Apostolica auctoritate approbata, & confirmata esse censeantur, pari auctoritate deputamus.

Indulget d. Hospitio, & Collegio, vt possit gaudere priuilegijs vniuersi Ord. S. Ben. eiusq. Cōgregationib. & præcipuè Casinēs. concessis ad eorū instar.

§. 16. Denique eidem Collegio, seu Hospitio, eiusque Abbati-Præsidenti, & personis, vt omnibus, & singulis priuilegijs, facultatibus, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, prærogatiuis, præeminentijs, antelationibus, concessionibus, indultis, indulgentijs, peccatorum remissionibus, cæterisque gratijs, tàm spiritualibus, quàm temporalibus, quibusuis alijs Ordinis præfati, & Congregationum, præsertim Casinēs. huiusmodi Hospitijs, Collegijs, & Monasterijs tam in prædicta Vrbe, quam in quibuscumque alijs Mundi partibus, Ciuitatibus, & locis existentibus: eorumq; personis in genere, vel specie, etiam per viam simplicis communicationis, ac aliàs quomodolibet nunc, & pro tempore concessis: & quibus illa, & illæ de iure, vsu, statuto, consuetudine, priuilegio, aut aliàs quomodolibet vtuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, frui, potiri, & gaudere possint; non solùm ad eorum instar, sed pariter, & pariformiter, ac æque principaliter, & absque vlla prorsus differentia in omnibus, & per omnia, perinde ac si illa dicto Hospitio, seu Collegio, illiusque personis specialiter, & expressè, ac in indiuiduo concessa essent, æque perpetuò indulgemus.

Dat facultatē aggregādi quæcumq. Benedictinorū loca, ijsq. ea ipsa omnia Priuilegia cōmunicandi.

§. 17. Illisque vt quæcumque alia dicti Ordinis Hospitia, seu Collegia, Monasteria, & Regularia loca, Hospitio, seu Collegio per præsentes erecto, de licentia illius Protectoris pro tempore existentis, aggregare: illiusque omnia, & singula, gratias, indulta, & priuilegia eis per præsentes concessa, & deinceps tàm principaliter, quàm extensiuè, & communicatiuè concedenda, communicare possint, dicta auctoritate concedimus.

Inhibet. ne libri amoueantur a Collegij Bibliotheca.

§. 18. Postremò autem tam præfato Constantino Abbati, quàm pro tempore existenti dicti Hospitij, seu Collegij Abbati-Præsidenti, cæterisque personis tàm Regularibus, quàm sæcularibus sub excommunicationis maioris pœna, ne vllo vmquam tempore, libros aliquos, qui tam ab ipso Constantino Abbate, quam quibusuis alijs eidem Hospitio, seu Collegio pro illius Monachorum vsu donati, & assignati, seu empti, & in particulari Inuentario, quod desuper fieri debeat, descripti, & annotati fuerint, ex illius bibliotheca, Aniciana nuncupanda, mutare, vendere, aut quoquomodo distrahere audeant, seu præsumant, districtius inhibemus.

Decernens præsēs. ...

§. 19. Decernentes præsentes Litteras sub quibusuis similium, vel dissimilium gratiarum reuocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut alijs contrarijs dispositionibus, per Nos, vel alios Romanos Pontifices, successores nostros, sub quibuscumque verborum expressionibus, & formis, etiam Motu proprio, seu ad quorumuis Imperatorum, Regum, aut aliorum Principum instantiam pro tempore factis, minimè comprehendi, sed tamquam pro loci pij ad diuini cultus, & piorum operum augmentum erectione concessas, ab illis exceptas; & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, & eum, in quo antea quomodolibet erant statum, restitutas, repositas, & plenariè reintegratas, ac de nouo, etiam sub Dat. per Cardinalem pro tempore Protectorem, necnon Collegij, seu Hospitij huiusmodi Abbatem-Præsidentem, & Monachos quandocumque eligenda, de nouo concessas esse,

& fore,

& fore, suumque plenarium effectum sortiri debere; sicque ab omnibus censeri, atque ita & non aliàs per quoscumque Iudices, etiam Palatij Apostolici Causarum Auditores, ac eiusdem S.R.E. Cardinales iudicari, & diffiniri debere.

Derogatio contrariorum.

§. 20. Non obstantibus præmissis, ac nostris de Indulgentijs, & gratijs ad instar non concedendis: & si opus sit, de vnionibus committendis ad partes vocatis, quorum interest, exprimendoque vero valore, ac Lateranensi Concilij nouissimè celebrati vniones perpetuas, nisi in casibus à Iure permissis, fieri prohibentis: ac felicis recordat. Gregorij Papæ XIII. de soluendo Augmento ex causa Retractus, vel Iuris congrui, alijsque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Vrbis, & Ordinis præfatorum, illiusque Monasteriorum, & Regularium Locorum, ac Vrbis præfatæ, & quorumuis illius Tribunalium, iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, reformationibus, vsibus, & naturis, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis, dilectis filij dicti Ordinis, illiusque Monasteriorum, Regulariumque locorum huiusmodi Superioribus, ac etiam Vrbi, & Senatori, Populoque Romanõ, necnon Vicario, Gubernatori, Senatori, Conseruatoribus, Auditori Cameræ eiusdem nostræ Vrbis, eorumque Locatenentibus, Vicegerenti, Vicarijs, Officialibus, & quibusuis alijs Iudicibus, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis, etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacissimis, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & alijs decretis in genere, vel in specie per quoscumque Romanos Pontifices, etiam Prædecessores nostros, ac Nos, & Sedem præfatam, Motu simili, ac etiam Consistorialiter, etiam iteratis vicibus in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, harum serie specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Fides transumptorum.

§. 21. Volumus autem, quòd præsentium litterarum transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarij subscriptis, & sigillo Protectoris pro tempore existentis eiusdem Hospitij, seu Collegij munitis, eadem prorsus fides adhibeatur in iudicio, & extra illud, ac vbique locorum, quæ ipsis originalibus adhiberetur, si ostensæ, vel exhibitæ forent.

Decretum irritans.

§. 22. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ absolutionis, confirmationis, approbationis, defectuum suppletionis, concessionum, impartitionis, erectionis, institutionis, applicationis, appropriationis, exemptionis, liberationis, susceptionis, constitutionis, deputationis, derogationum, indulti, inhibitionis, decreti, & voluntatis, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli, Apostolorum eius, se nouerit incursurum.

Dat. P. A. die 18. Maij.

Dat. Romæ, apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo sexcentesimo vigesimoprimo, Quintodecimo Kal. Iunij, Pontificatus Nostri Anno Primo.

VII.

Erectio Officij perpetui ad instar aliorum officiorum Romanæ Curiæ vacabilis pro vno Notario specialiter deputato ad formandum, priuatiuè quoad alios quoscumque Notarios, processus coram S. R. E. Cardinalibus super qualitatibus promouendorum à summo Pontifice ad Cathedrales Ecclesias, & Monasteria Consistorialia, eorumque statu. Ac dicti Officij concessio in personam Odoardi Tibaldeschi cum priuilegiorum, & gratiarum elargitione.

Conseruationem huiusmodi processuum in partibus formatorum, & ad Romanam Curiam transmissorum addixit huic Officio postea idem met Pont. vt in Const. seq. Pridem. pag. 77.

De forma autem promouendi ad huiusmodi Ecclesias, & dignitates, & qualitatibus promouendorum vltra disposita per sacros Canones in c. cum in cunctis, de Electione. Et Conc. Trid. Decreta, sess. 7. cap. 1. & sess. 25. cap. 1. de Reform. vide etiam in Const. 6. Greg. xiv. Onus, sup. tom. 2. pag. 691. vbi alias Const. indicatas habes.

GREGORIVS PAPA XV. *Ad perpetuam rei memoriam.*

Edita A.D. 1621.

Exordium.

CONsueuit Romanus Pontif. in supremo Apostolicæ potestatis solio ex præpotentis Dei, cuius vices in Inferiore Orbe hoc gerit prouidentia, constitutus, qui suos actus prouida moderatione dirigit, si quid in publicum, vel priuatum præiudicium aliquando processisse;

processisse; ac etiam ex defectu debitæ prouisionis, & animaduersionis inueterasse competit, id de medio tollere, ac in litteris etiam nonnunquam per nouorum officiorum, viris fide, ingenio, industria, solertia, & diligentia pollentibus, qui officia ipsa fideliter, vt conuenit, exercere, & suo muneri respondere sciant, velint, & valeant, committendorum, ex debito sui Pastoralis officij prouidere, & in his quoque eiusdē officij sui partes interponere, prout, rerum, temporum, & personarum qualitatibus debitè pensatis, conspicit, in Domino salubriter expedire.

Causa huius erectionis.

§. 1. Cum itaque, sicut Nobis innotuit, antea in formandis, & instruendis processibus, qui super qualitatibus promouendorum per Rom. Pontificem pro tempore existeñ ad quarumcumque Cathedralium Ecclesiarum Pastorum solatio destitutarum, ac Monasteriorum Consistorialium pro tempore vacantium regimina, ac Ecclesiarum, & Monasteriorum huiusmodi statu hic in Curia coram S. R. E. Cardinalibus etiam pro tempore existētibus, formari, & instrui consueuerunt, quod tamen maximè necessarium videtur, nullus certus hactenus deputatus, seu destinatus fuerit Notarius; sed ad hoc munus Notarij plerumque in eo parum experti; qui promouendorum ad Ecclesiarum, & Monasteriorum huiusmodi regimina debitò adhibiti fuerint.

Erectio officij de quo in Rubrica.

§. 2. Nos, cui ab ipso nostri Pontificatus initio cordi fuit, abusus quoscumque, ab ipsa præsertim Rom. Curia, quātum in Nobis esset, extirpare, atque euellere; & circa ea prouida animaduersione, etiam per nouorum officiorum, viris fide, ingenio, industria, solertia, & diligentia, vt præfertur, pollentibus, committendorum, vbi id opportunum, & conueniens fore censeremus prospicere. Motu proprio non ad alicuius Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam; sed ex certa scientia, & mera deliberatione nostris, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine vnum, perpetuum, Notariatus Officium ad instar aliorum Rom. Cur. officiorum vacabile, cuius concessio, & omnimoda alia dispositio, quoties illud per obitum, resignationem, priuationem, aut alias quouis modo vacare contigerit, ad Nos, & Roman. Pontif. pro tempore existeñ spectet, & pertineat, pro vno Notario, qui, priuatiuè quoad alios quoscumque Notarios, in formādis, & instruendis processibus, quos super qualitatibus promouendorum per Nos, & Rom. Pontificem pro tempore existeñ ad quarumcumque Cathedralium Ecclesiarum Pastorum solatio; etiam pro tempore destitutarum, necnon Monasteriorum quorumcumque Cōsistorialium similiter pro tempore vacantium regimina, ac Ecclesiarum, & Monasteriorum huiusmodi statu hic in Curia coram S. R. E. Cardinalibus, aut eorum Auditoribus formari, & instrui deinceps perpetuis futuris temporibus contigerit, ipsis Cardinalibus, seù eorum Auditoribus assistere, & testium dicta, & depositiones in scriptis, per se, vel substitutum idoneum redigere teneatur, ac debeat, Apostolica auctoritate tenore præsentium erigimus, & instituimus.

Dotis assignatio.

§. 3. Illique sic erecto, & instituto, pro eius congrua dote omnia, & singula emolumenta, regalia, & iura per alios Notarios, qui antea in formandis huiusmodi processibus eisdem Cardinalibus, seu eorum Auditoribus, vt præfertur, astiterunt, ac dicta, & depositiones testium in scriptis redegerunt, percipi solita, & consueta, eisque propterea debita, perpetuò applicamus, & appropriamus.

Priuilegiorum, & gratiarū cōcessio.

§. 4. Et insuper Officium Notariatus huiusmodi pro tempore obtinenti, vt in quibuscumque sessionibus, processionibus, necnon equitationibus, etiam solemnibus Rom. Pontif. & alijs quibuscumque, vnà cum cæteris Roman. Curiæ Notarijs, cuiuscumque gradus, & conditionis existentibus, interesse, ac omnibus, & singulis priuilegijs, libertatibus, immunitatibus, antelationibus, alijsque prærogatiuis, & gratijs, tàm spiritualibus, quàm temporalibus, quibus Cameræ nostræ Apostolicæ Notarij de iure, vsu, consuetudine, seu priuilegio, aut alias etiam quoad exemptionem vectigalium, gabellarum, & pedagiorum quomodolibet vtuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti frui, potiri, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum similiter, & pariformiter non solum ad eorum instar, sed æqualiter, & principaliter, ac sine vlla prorsus differentia, vti, frui, & gaudere liberè, & licitè possit, & valeat, perinde ac si illa sibi per præsentes specialiter concessa fuissent, auctoritate, & tenore præmissis perpetuò concedimus, & indulgemus.

Electio Odoardi Tibaldeschi ad d. Officium.

§. 5. Et insuper cupientes Officium prædictum, sic per Nos erectum personæ idoneæ cū primum concedere de fide, industria, solertia, & diligentia, & non vulgari in arte Notariatus huiusmodi peritia dilecti filij Odoardi Tibaldeschi Clerici Spoletañ diœc. fide dignis testimonijs certiorati, Motu simili, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, Officium prædictum à primæua illius erectione huiusmodi vacans, cum omnibus, & singulis illius honoribus, oneribus, salarijs, & emolumentis vniuersis, ordinarijs, & extraordinarijs, vndecumque ex illius exercitio prouenientibus,

tibus,&illi propterea debitis,prædicto Odoardo, qui ob vrgentes, quibus præmimur necessitates, in nostram,&Sedis Apostolicæ subuentionē summam scutorum mille persoluit, Apostolica auctoritate tenore præsentium concedimus,& assignamus,ipsumque ad Officium huiusmodi, illiusque liberum exercitium,honores, & onera per eos, ad quos spectat, & pertinet, spectareque, & pertinere poterit,recipiendum, & admittendum fore,& esse,eique de eiusdem Officij iuribus,regalijs,salarijs, & emolumentis solitis, & consuetis integrè responderi debere decernimus.

Clausula præservativa.

§. 6. Præsentesque ad probañ plenè,quòd eadem summa in nostram, & Sedis Apostolicæ subuentionem conuersa fuerit, aliaque præmissa vbique tàm in iudicio, quàm extra sufficere, nec ad id probationis alterius adminiculum requiri, neque ipsum Odoardum, eiusque in dicto Officio successores ad easdem præsentes in Camera nostra Apostolica iuxta Constitutionem piæ mem. Pij Papæ iv. Prædecessoris nostri sub datum octauo Idus Augusti,Pontificatus sui Anno vj. editam, inter alia disponentem, quòd impetrantes gratias interesse dictæ Cameræ quomodolibet concernentes, illas in eadem Camera infra certum inibi expressum tempus præsentare, seu registrari facere debeant, teneri, neque ad id vlla vmquam necessitate cogi,nec propterea ipsas litteras viribus carere; sed eidem Odoardo,eiusque successoribus prædictis in omnibus, & per omnia perinde, ac si iuxta constitutionem prædictam præsentatæ,seù registratæ,ac insinuatæ, ac òmnia ad id necessaria adimpleta fuissent,suffragari, necnon easdem præsentes litteras sub ea, per quam in principio Pontificatus cuiusuis Roman. Pont. cassantur facultates percipiendo pretium quorumuis Roman. Cur. officiorum in toto, vel parte, ac quæuis dispositiones per quemcumque Roman Pontificem prædecessorem de officijs vacantibus, etiam in vim contractus, & ex titulo oneroso, ac sub quacumque verborum forma pro tempore factæ, & omnino sub alijs quibusuis constitutionibus, reuocationibus, suspeñ, limitatioñ, derogatioñ, modificatioñ, decretis,& declarationibus generalibus,& specialibus,etiam per Nos,& successores nostros Roman. Pontifices, ac Sedem prædictam,etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, ac etiam consistorialiter, & aliàs quandocumque, & ex quibusuis causis,etiam pro tempore factis,minimè comprehendi; sed ab illis semper exceptas,& quoties illæ emanabunt,toties in pristinum statum restitutas, repositas, & plenariè reintegratas, ac de nouo concessas esse,ac Odoardo, & successoribus prædictis suffragari, necnon quemcumque de non tollendo iure quæsito, alijsq. Constitutionibus, & Cancellariæ Apostolicæ regulis editis, & edendis, cæterisque beneficijs, quorum possessores longi tempus aliàs gaudere possunt, ac debent, & solent, plenissimè gaudere, præsentesque vim validi, & efficac s contractus solemni stipulatione interueniente, inter eos, & dictam Sedem,successoresque nostros, & Cameram prædictam ex vna, necnon prædictum Odoardum ex altera partibus, etiam ex causa onerosa initi habere, nec illas,etiam ex eo, quòd dictus Odoardus, aut alij quicumque in præmissis interesse habentes, seù habere prætendentes,ad hoc vocati, & auditi non fuerint, aut aliàs quouis etiam enormis, vel enormissimæ læsionis prætextu, occasione, vel causa,etiam grauissima, & vrgentissima, ac de necessitate exprimenda reuocari, nec etiam pro eo, quòd dicti Officij pretium iuxta currentem illius valorem præstitum, vel solutum, aut ex alia quacumque causa de subreptionis,vel obreptionis,seù nullitatis vitio, vel intentionis nostræ, aut alio quocumque defectu notari,neque propterea, seu aliàs ad viam iuris reduci posse.

Decretum irritãs

§. 7. Sicque, & non aliter per quoscumq. Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores,ac S.R.E. Card nales, etiam Camerarium, & eiusdem Cameræ Præsidentes, & Clericos,sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate,vbique iudicari,& diffiniri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari,decernimus.

Contrariorum derogatio.

§. 8. Non obstañ,quatenus opus sit,nostra de non tolleñ iure quæsito, alijsque quibusuis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon Vrbis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis Statutis, & Consuetudinibus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Dat.P.A.s.die 16 Iulij.

Datum Romæ, apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die 16. Iulij MDCXXI.Pontificatus Nostri Anno Primo.

Sequitur Deputatio huius Notarij ad conseruandum dd. processus in partibus formatos, & ad Romanam Curiam transmissos, cum emolumentorum assignatione.

De hoc vide S. D. N. Vrbani VIII. Const. 53. Admonet quam omnino super hoc attendere debes.

GRE-

GREGORIVS PAPA DECIMVSQVINTVS
Ad perpetuam rei memoriam.

Edita A. D. 1621.

Proemium & enarratio Erectionis Officij Notariat. de quo in Rub.

PRidem cum in formandis, & instruendis processibus qui super qualitatibus promouendorum per Rom. Pont. pro tempore existentem ad Ecclesiarum Cathedralium Pastorum solatio destitutarum, ac Monasteriorum Consistorialium pro tempore vacantium regimina, ac Ecclesiarum, & Monasteriorum huiusmodi statu hic in Curia coram S.R.E. Cardinalibus formari, & instituit consueuerunt, nullus certus eatenus deputatus, seu destinatus fuisset Notarius, sed ad hoc munus Notarij plerumque parum experti adhibebentur, Nos huic incommodo opportuna ratione prouidere volentes. Motu proprio non ad alicuius super hoc Nobis oblatæ petitionis instatiam, sed ex certa scientia, & mera deliberatione Nostria, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine vnum perpetuum Notariatus Officium ad instar aliorum Rom. Curiæ Officiorum vacabile, cuius concessio, & omnimoda alia dispositio, quoties illud per obitum, resignationem, priuationem, aut aliàs quouismodo vacare contingeret, ad Nos, & Rom. Pont. pro tempore existen spectare pro vno Notario, qui priuatiuè quoad alios quoscumque in formandis, instruendisq; processibus, quos super qualitatibus promouendorum ad Ecclesiarum Cathedralium, & Monasteriorum Consistorialium regimina, ac Ecclesiarum, & Monasteriorum huiusmodi statu hic in Curia coram S. R. E. Cardinalibus, aut eorum Auditoribus formari, & instituì deinceps perpetuis futuris temporibus contingeret, ipsis Cardinalibus, seu eorum Auditoribus assistere, & testium dicta & depositiones in scriptis per se, vel substitutum idoneum redigere teneretur, ac deberet, Apostolica autoritate ereximus, ac instituimus.

Et dotis ei assignatio.

§. 1. Illique sic erecto, & instituto pro eius congrua dote omnia, & singula emolumenta, regalia, & iura per alios Notarios, qui antea in formandis huiusmodi processibus eisdem Cardinalibus, seu eorum Auditoribus, vt præfertur astiterunt, ac dicta, & depositiones testium in scriptis redegerunt, percipi solita, & consueta, eisque propterea debita, perpetuò applicauimus, & appropriauimus.

Priuilegiorumq; illi concessorum.

§. 2. Et insuper Officium Notariatus huiusmodi pro tempore obtinenti, vt quibuscumq; sessionibus, necnō processionib, equitationib. & solemnibus Rom. Pont. & alijs quibuscumq; vna cùm cæteris Rom. Curiæ Notarijs cuiuscumq; gradus, & conditionis existentibus interesse, ac omnibus, & singulis priuilegijs, libertatibus, immunitatibus, antelationibus, alijsque prærogatiuis, & gratijs tàm spiritualibus, quàm temporalibus, quibus Cameræ Nostræ Apostolicæ Notarij de Iure, vsu, consuetudine, priuilegio, aut aliàs etiam quoad exemptionem vestigalium, gabellarum, & pedagiorum quomodolibet vtebantur, fruebantur, potiebantur, & gaudebant, ac vti, frui, potiri, & gaudere poterant quomodolibet infuturum similiter, & pariformiter non solùm ad eorum instar, sed æqualiter, & principaliter, ac fine vlla prorsus differentia, vti, frui, & gaudere, liberè, & licitè posset, & valeret perinde, ac si illa sibi per præsentes concessa fuissent, specialiter concessimus, & indulsimus.

Concessiones quæ que de dicto Officio facta Odoar. Tibaldeico.

§. 3. Et insuper cupientes Officium prædictū sic per Nos erectum, personæ idoneæ cùm primum concedere, fide, & industria solertia, & diligentia, & non vulgari in arte Notariatus huiusmodi peritia dilecti filij Odoardi Tibaldeschi clerici Spoletan. Diœc. fidedignis testimonijs certiorati, Motu simili, & ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris Officium prædictum à primæua illius erectione huiusmodi vacans cùm omnibus, & singulis illius honoribus, honer. bus, salarijs, & emolumentis vniuersis ordinarija, & extraodinarijs vndecumque exillius exercitio prouenientibus, & illi propterea debitis prædicto Odoardo, qui ob vrgentes, quibus premebamur necessitates, in Nostram, & Sedis Apostolicæ subuentionem summā scutorum mille persoluerat, simili auctoritate cōcessimus, & assignauimus, ipsumque ad officium huiusmodi, illiusque liberum exercitium, honores, & onera per eos ad quos spectabat, & pertinebat, spectareque & pertinere poterat, recipiendum, & admittendum fore, & esse, eique de eiusdem Officij regalijs, salarijs, iuribus, & emolumentis solitis, & consuetis integrè responderi debere decreuimus, prout in Nostris in forma Breuis sub Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die decimasexta Iulij 1621. Pontificatus Nostri Anno Primo, confectis litteris plenius continetur.

Modo eid. officio annectit curam conseruandi process. de partibus de quibus in rubr.

§. 4. Cumque à tempore erectionis, & institutionis Officij huiusmodi experientia docuerit, Nobisque constet ex illius exercitio nonsolum meliori processuum huiusmodi instructioni, sed etiam illorum conseruationi, cuius in tanta Notariorum varietate, nulla antea ratio habebatur, consultum esse, Nobis verò, & quidem non sine animi nostri displicentia innotuerit, processus, qui extra dictam Curiam in Germania, Gallia, Hispania, alijsque Christiani orbis Prouincijs, & Regionibus super qualitatibus promouendorum ad illarum partium Ecclesiarum Cathedralium, & Mo-

Ad hoc vide S.D N. Vrb viij. Const. 15. admonet.

nasteriorū Cōsistorialiū regimina, ipsarūq; Ecclesiarū, & Monasteriorū statu in partibus ipsis formātur, & ad eādē Curiā pro litterarū Apostolicarum expeditione transmittuntur, expeditione facta, nullam prorsus rationem haberi, sed illos vti nullius vsus, aut considerationis, cartulas, vilipendi, distrahi, & deperdi solere. Nos considerantes, maximè expedire dictorum processuum conseruationi prouidere, vt successiuis temporibus semper de illis, eorumque continentia apparere, & ad illos iuxta casuū occurrentiam recursus, & relatio haberi possit: id autem nulla conuenientiori ratione fieri posse videatur, quàm si hæc cura prædictum Officium obtinenti demandetur, hocque processuum conseruandorum onus, & munus eidem Officio annectatur, vt penes vnum, & eumdem omnes omnium partium huiusmodi processus, quandocumque opus fuerit, reperiri possint. Motu simili, non ad ipsius Odoardi, aut alterius Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus volumus, & similiter Apostolica auctoritate statuimus, quòd de cætero perpetuis futuris temporibus, omnes, & singuli processus, quos extra dictā Curiam, tàm in Germania, Gallia, Hispania, cæterique Christiani orbis Regnis, Prouincijs, & Regionibus super qualitatibus promouendorum ad quarūcumque Cathedralium Ecclesiarum nunc, & pro tempore Pastoris solatio destitutarum, & Monasteriorum Cōsistorialium, vbi vis consistentium, & quouis modo vacantium, & vacaturorum regimina, ac Ecclesiarum, & Monasteriorum huiusmodi statu formari, & ad dictam Curiam transmitti contigerit, postquam ab eiusdem S. R. E. Cardinalibus ipsarum Nationum Protectoribus, Comprotectoribus, seu Viceprotectoribus, seu qui Ecclesias, & Monasteria huiusmodi in nostro, & Roman. Pont: pro tempore existentis Consistorio, vt moris est, & fuerit, proposuerint, & ab ordinum Capitibus visi, recogniti, approbati, & subscripti fuerint, ab ipsis Cardinalibus, seù coram Auditoribus, & ijs ad quos spectauerit, ante cedulæ Consistorialis subscriptionem, seù saltem illius partibus consignationem prædicto Odoardo, quamdiu prædictum Officium obtinuerit, eiusque in illo successoribus ad effectum illos conseruandi, tradi, & consignari; ipsi verò Odoardus, & successores illos sic ipsis consignatos, tamquam prædicti Officij processus, & scripturas benè, & fideliter conseruare, & illorum durabilitati, & quoad fieri potest, & humana patitur conditio, perpetuitati prouidere, bonamque, fidelem, & diligentem illorum curam gerere, & ad effectum illorum, dum opus fuerit, facilioris perquisitionis, & reperitionis notam, seù vt vocant rubricellam in libro ad hunc particularem effectum retinendo, facere debeant, & ad id obligati existāt, & hoc cōseruationis processuū onus, curam, & munus prædicto Officio Notariatus per Nos vt præfertur erecto, imponimus, & annectimus.

§. 5. Et quia sua labori merces debetur, eidem Odoardo, eiusque in dicto Officio successoribus, ratione laboris eis ex dicto conseruationis processuum accrescentis, & pro illius salario, & mercede, iuribus, & regalibus Officij prædicti duos ducatos auri de Camera, pro singulo processu ad dictam Curiam pro expeditione transmittendo, & eis in conseruationem tradendo, & consignādo ipsis à quolibet ex promouendis ad Ecclesias, & Monasteria huiusmodi, seù Sollicitatoribus in dicta Curia tales expeditiones prosequentibus, realiter, & cum effectu, & absque mora, seù dilatione aliqua soluendos assignamus, ipsisq; vt mercedem, seu salarium, ac iura, vel regalia duorum ducatorum pro quolibet processu huiusmodi ab ipsis promouendis, seù eorum agentibus, vel eorum nomine expeditiones in prædicta Curia prosequentibus, qui ad illorum solutionem omnibus iuris, & facti remedijs opportunis cogi, & compelli possint, petere, exigere, & consequi valeant, atque etiam debeant, licentiam, facultatem, & auctoritatem concedimus.

Mercedē duorū ducatorū pro singulis processibus huiusmodi per promouēdos eidē Odoardo præstari decernit.

§. 6. Cæterùm pro maiori Officij prædicti decore, & vt illud obtinentes peculiari aliqua prærogatiua gaudeant, eidem Odoardo, eiusque successoribus, vt quamdiu Officium prædictum obtinuerint, vestem seu togam violaceam deferre, ac violaceo colore indui quandocumque, & in quibuscumque, tàm publicis, quàm priuatis actibus incedere possint, simili auctoritate indulgemus.

Togā violaceā ipsi deferre indulget.

§. 7. Præsentes verò, etiam ex eo quòd interesse forsan habentes, seù habere prætendentes ad hoc vocati non fuerint, seù quibusuis ex causis subreptionis, vel obreptionis vitio notari, impugnari, aut inualidari, seu ad viam, & terminos iuris reduci, aut aduersus illas, quodcumque iuris, facti, gratiæ, vel iustitiæ remedium impetrari, vel sub quibusuis similium, vel dissimilium gratiarum reuocationibus, limitationibus, suspensionibus, aut alijs contrarijs dispositionibus editis, & edendis comprehendi non posse, sed semper vti ex titulo oneroso concessas ab illis excipi, & quoties illas reuocari, seu annullari, aut alias cōtrarias dispositiones emanare cōtigerit,

Clausulas præseruatiuas apponit.

tories

roties in pristinum, & validissimum statum restitutas, repositas, & plenariè reintegratas, ac de nouo etiam sub quacumque posteriori data per Odoardum, & successores prædictos quandocumque eligenda, concessas esse, & fore.

Decretum irritãs adiungit.

§. 8. Sicque per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, & causarum Palatij Apostoli Auditores, & S. R. E. Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere, irritumque, & inane quicquid secus super his, à quoquã quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, pari Apostolica auctoritate decernimus.

Cõtraria tollit.

§. 9. Non obstantibus præmissis, ac quibusuis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non consuetudinibus, vsibus etiam naturis, ac omnibus illis, quæ in dictis litteris volumus non obstare, quæ etiam hic præsentibus pro repetitis, ac de verbo ad verbum insertis habemus, & haberi volumus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Dat. P. A. 1. die 7 Decembris.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die septima Decembris MDCXXI. Pontificatus Nostri Anno Primo.

VIII.

Præfinitio nonnullarum Ordinationum pro feliciori gubernio Fratrum Minorum S. Francisci de Obseruantia Reformatorum in Italia.

Gregorij Decimitertij hic enunciatam Constit. habes sup. tom. 2. pag. 429. & Clem. VIII. habes tom. 3. pag. 60. vbi vide, & alia tibi indicabo ad Const. 13. S. D. N. Vrbani VIII. Romanus.

Edita A. D. 1622.

GREGORIVS PAPA XV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

ONerosa Pastoralis officij sollicitudo, meritis licèt insufficientibus, Nobis ex alto commissa, crebrò Nos admonet, ac inducit, vt ad statum Christifidelium quorumlibet, præsertim Regularem vitam profitentium, salubriter dirigẽ, operosis studijs intendentes, ea, quæ felici eorum gubernio, prosperæque directioni profutura noscuntur, prouidè statuamus, & ordinemus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire.

Solus Custos Reformatorum accedat ad Capitulũ prouinciale & vnũ habeat actiuã.

§. 1. Vt igitur Ordo Fratrum Minorum Sancti Francisci de Obseruantia Reformatorum nuncupatorum, per totam Italiam felicioribus in dies augeatur progressibus, Motu proprio, non ad ipsorum Fratrum Reformatorum instantiam: sed de mera nostra matura deliberatione volumus, & mandamus, vt vltra ea, quæ disponuntur in Constitutionibus fel. record. Gregorij XIII. & Clementis VIII. Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum circa modum viuendi Reformatorum, Fratres Obseruantes Reformati amplius ad Capitulum Prouinciale non accedant, nisi solum ipsorum Custos, qui etiam solus vocem actiuam tantùm habeat.

Transitus Reformatorum ad obseruantes, & cõtra quomodo, & quando detur.

§. 2. Non habeant in futurum præfati Reformati inter Obseruantes, seu de familia aliquam dignitatem, seu officium; & si aliqui de familia ob aliquam causam, & ob quodcumque priuilegium, seu facultatem transierint ad Reformationem, nullum officium, & dignitatem habere possint, nisi per sex annos inter eos permanserint, & laudabiliter cum eis vixerint; Et illi, qui transire voluerint à familia ad Reformatos, debeant hoc obtinere in Congregatione, seu Capitulo, prout modo obseruatur; Et illi, qui talem licentiam obtinebunt, debeant facere annum nouitiatus integrum, prout alij Reformati faciunt. Intimetur omnibus Reformatis in Congregatione, seu Capitulo Prouinciali ad deducendas causas, propter quas velint ad familiam transire, quibus assignetur annus ad deliberandũ, quo elapso, nullus postea Reformatus ob quamcumque causam a Reformatis ad familiam transire possit.

Iurisdictio Ministri Gen. in Refor. præseruatur.

§. 3. Quoad iurisdictionem Ministri Generalis in Reformatos, seruetur Const. eiusdem Greg. Prædecessoris.

Procurator, & Visitatores Reformatorũ à Card. Protectore eligãt, regularẽ obseruantiam curent.

§. 4. Procurator Reformatorum eligatur à Cardinale Protectore, pro tempore existente, qui debeat etiam deputare quatuor Visitatores per totam Italiam de triennio in triennium, qui curent obseruari litteras piæ mem. Nicolai Tertij, & Clementis V. Romanorum Põtificum, etiam Prædecessorum Nostrorum, concernentes obseruantiam Regularem, & delinquentes corrigant, & puniant, prout eis magis expedire videbitur, certioresque faciãt Cardinalem Protectorem, & Procuratorem Generalem Reformatorum, vt & ipsi, quod necessarium fuerit ad animarum salutem, procurent obseruari.

Ministri prouinciales Obseruantium superioritatem non habeãt in Reformatos.

§. 5. Ministri Prouinciales Fratrum de familia nullam habeant iurisdictionem, potestatem, & superioritatem in Reformatos.

Premissa inuiolabiliter obseruentur.

§. 6. Decernentes præmissa omnia, & singula, perpetua, valida, firma, & efficacia esse, & fore, & per præfatos Fratres Reformatos perpetuò obseruari debere.

Præsentes

Clausula Præseruatiua.

Præsentes quoq; litteras nullo vnquam tempore de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ defectu notari, argui, seù impugnari, aut sub quibusuis reuocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut alijs contrarijs dispositionibus comprehendi posse; sed semper ab illis exceptas esse, & fore; & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum statum restitutas, repositas, & plenariè reintregratas censeri. Sicque per quoscumq. Iudices, & Commissarios, quauis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpetrandi facultate, & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Executorum deputatio.

§. 8. Quo circa Ven. Fratribus Archiepiscopis, & Episcopis, alijsque locorum Ordinarijs per præsentes committimus, & mandamus, quatenus quicumque illorum per se, vel per alium, seù alios præsentes litteras, & in eis contenta quæcumque, vbi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte dictorum Fratrum Reformatorum fuerint requisiti, solemniter publicantes, ipsique Fratribus Reformatis in præmissis efficacis defensionis præsidio assisten. faciant auctoritate nostra illos eorumdem præmissorum effectu pacificè frui, & gaudere, non permittentes eos desuper à quoquam quauis auctoritate quomodolibet indebitè molestari. Contradictores quoslibet, & rebelles per sententias, censuras, & pœnas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis.

Derogatio Contrariorum.

§. 9. Non obstan. quibusuis Const. & Ordin. Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Fides transumptis.

§. 10. Volumus autem, vt præsentium transumptis etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem fides prorsus adhibeatur, quæ ipsis originalibus litteris adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. p. An. 1. die 1 Septembris.

Datum Romæ apud Santam Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris Die prima Septembris 1621. Pontific. Nostri Anno Primo.

IX.

Reuocatio quarumcumque electionum de Iudicibus Conseruatoribus hactenus factarum, & noua de eis, eorumque electionibus in posterum fiendis dispositio.

De hac materia vide dispositionem Bonif. VIII. in cap. 11. de rescript. in 6. & etiam cap. 1. & 15. de Offic. Deleg. in 6. necnon Conc. Trid. sess. 24. c. 5. de ref. &, Leo. X. Const. 22. sup. t. 1. pag. 509. §. 13. & Clem. VIII. Const. 3. sup. tom. 3. pag. 3.

Scias super nonnullis verbis huius Const. exortum fuisse dubium, quod declaratum fuit per Congr. Conc. Trid. Interpret. in quodam Decreto, quod hic subsequitur.

Edita An. D. 1621

Sanctissimus in Christo Pater, & Dominus Noster D. GREGOR. diuina prouidentia Papa XV. ex certis rationabilibus causis animum suum mouen. & de voto Venerabilium Fratrum suorum S. R. E. Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum, partim fel. rec. Clementis Papæ VIII. Prædecessoris sui Vestigijs inhærendo.

Huius Clem. Const. est sup. t. 3. p. 3.

Hic Pont. reuocat omnes, & quascumq. electiones Conseruatorum hactenus factas.

§. 1. Reuocauit, ac nullas, & inualidas decreuit omnes, & quascùq. Iudicù Conseruatorù electiones, nominationes, seu deputationes; tam in vim litterarum Conseruatoriarum, iuxtà formam in quinterno Cancellariæ descriptam, quàm in vim quotumcumque priuilegiorum perpetuò, vel ad tempus nondum elapsum, Apostolica auctoritate concessorum, seù alias quocumque Iure, vel titulo hactenùs factas pro quibuscumque Conuentibus, Capitulis, Militijs, etiam Sancti Ioannis Hierosolymitani Congregationibus, Collegijs, Ordinibus, Monasterijs, Hospitalibus, aut alijs quibusuis pijs, tàm sæcularibus, quam cuiusuis Ordinis, etiam Mendicantium, seù Instituti, vel Societatis Regularibus, locis quantumuis exemptis, etiam de necessitate exprimendis, seu illorum personis, cuiusuis qualitatis, seù conditionis existant.

Statuit huiusmodi electiones de cætero fieri vt hic.

§. 2. In futurum verò Sanctitas sua hac generali, & perpetuò valitura Constitutione statuit, & decreuit, vt Iudices Conseruatores huiusmodi, siuè principales, siuè subrogati, eligi, nominari, aut deputari non possint, nisi nò solùm habeant qualitates requisitas, & descriptas in Constitutione similis rec. Bonifacij Papæ VIII. etiã Prædecessoris sui, quæ incipit Statutum; ita vt vel dignitate Ecclesiastica præditi, vel personatum obtinentes, vel Ecclesiarum Cathedralium Canonici existant; sed etiam in Concilij Prouincialibus, aut diœcesanis, iuxta Decretum Concilij prædicti, Iudices electi, seù designati sint.

Deinde Bonif. VIII. cap. Statutum est in 6. Decr. Trid. relcrip.

Ac Conseruatores aliter eligendos irritat.

§. 3. Quòdq; deinceps litteræ Conseruatoriæ per Sedem Apostolicam concedendæ supràscriptis tantùm dirigantur, & si quæ litteræ aliter expedientur, illæ, ac deputationes huius-

huiusmodi, omniaque exindè sequenda nullius sint roboris, vel momenti.

Eligentibusque pœnas infligit.

§. 4. Et nihilominus qui secùs, quàm iuxtà formam superiùs præscriptam, Conseruatores huiusmodi cum effectu eligere, nominare, seù deputare, aut electis, nominatis, seù deputatis vti ausi fuerint, Regulares quidem voce actiua, & passiua sint ipso iure priuati, adeò vt habilitationem à nemine, præterquàm à Romano Pontifice consequi valeant, reliqui verò alijs pœnis arbitrio Sanctitatis suæ côerceantur, & prædictorum omnium Conuentus, Monasteria, ac loca huiusmodi, eorumque personæ, ac bona careant Conseruatore ad annum, itaut illorum causæ interea coram locorum Ordinarijs dumtaxat cognosci, ac diffiniri debeant.

Confer. in Synodis Prouincialibus ab Ordinarijs certo modo eligi decernit

§. 5. Cæterùm vt latiùs pateat Conseruatorum huiusmodi deligendorum facultas, Sanctitas sua admonitos voluit omnes locorum Ordinarios, vt in Synodis Prouincialibus, aut Diœcesanis quamplures personas ex habentibus qualitates in prædicta Constitutione eiusdem Bonifacij Prædecessoris contentas, & alioquin ad id aptas designari procurent; & si aliquem interim ex designatis mori contigerit, substituat Ordinarius loci cum consilio Capituli alium in eius locum vsque ad futuram Prouinciale, aut Diœcesanam Synodum.

Tempus ad elig. huiusmodi Conf. præfinit.

§. 6. Insuper Sāctitas sua, inhærendo hac in parte Decreto similis recordationis Gregorij Papæ xiij, etiam Prædecessoris sui, statuit, & ordinauit, vt Regulares, ac personæ huiusmodi in Italia infra duos, extra Italiam verò infrà sex menses à die publicationis in Vrbe præsentis Constitutionis inchoandos, debeant sibi eligere, seù assumere Conseruatores iuxta formam superiùs propositam.

Electionesque factas in Curijs Ordinarior. in actis exhiberi mandat.

§. 7. Eiusque electionis, seù assumptionis documentum infra tempus huiusmodi penès Acta Curiæ Ordinariorum exhibere, & dimittere teneantur; alioquin eo termino elapso, quamdiù Conseruatores secundum formam præsentis Constitutionis non elegerint, coram eisdem Ordinarijs conueniantur.

Necnon electos infra quinquennium mutari præcipit.

§. 8. Quòdq; Conseruatores huiusmodi semel legitimè deputati, nisi ex legitima causa à Sede Apostolica, aut locorum Ordinarijs, prout ijsdem Regularibus, & alijs supradictis libuerit, approbanda, durante quinquennio à die deputationis, amoueri, aut mutari nullatenùs possint, aut valeant.

Conseruatorũ iurisdict. declarat.

§. 9. Ad hæc statuit Sanctitas sua, vt coram ipsis Conseruatoribus Regulares, ac personæ suprascriptæ conueniri quidem, aut trahi debeant, sed alios conuenire, aut trahere non possint, itaut memorati Conseruatores in causis, in quibus Regulares, & alij actores fuerint, nullam prorsus iurisdictionem habeant, sed in ijs tantùm, in quibus rei extiterint, neque extrà Ciuitates, seù Diœceses, in quibus fuerint deputati, contra quoscumque procedere præsumant.

Confer. huiusmodi à manifestis iniurijs deferri de iure posse regul. declarauit Cong. Concil. Trid. in quodam Decr. sub Anno 1624 & hic subsequitur.

§. 10. Si qua verò inter Iudices Conseruatores huiusmodi, & locorum Ordinarios controuersia super competentia iurisdictionis orta fuerit, nequaquam in causa procedatur, donec per arbitros in forma Iuris electos super iurisdictionis competentia fuerit iudicatum.

Controuersias inter Confer. & Ordinar. per Arbitr. decidi iubet.

§. 11. Quòd si qui Conseruatores, siuè in hac parte, siuè aliàs quomodolibet suos limites excesserint, per annum ab Officio Conseruatoris huiusmodi suspensi sint, & pars, quæ hoc fieri procurauerit, sententiam excōmunicationis incurrat iuxta formam alterius Constitutionis eiusdem Bonifacij Prædecessoris, quæ incipit: Hac Constitutione; quam Sanctitas sua in omnibus, quæ præsenti Constitutioni non aduersantur, innouauit, & innouat.

Confer. & litigantium suos limites excedent. iuxta Bonif. viij. Cōst. pœnas declarat.

Hæc Bonif. Const. est c. 15 de Offic. Deleg. in 6.

§. 12. Per hoc tamen non intendit Sanctitas sua prohibere, quominùs Regulares, & alij supradicti in casibus à iure permissis petant Iudicem non suspectum à Principibus, seù Magistratibus Sæcularibus; dum tamen hæc tria copulatiuè concurrant; videlicet, vt Regulares, & alij prædicti sint actores, non autem rei; vtque agant contra laicum, non autem contra Ecclesiasticum, vel aliàs à iurisdictione sæculari exemptum; atque vt causa, in qua Iudex deputatur, fuerit prophana, non autem Ecclesiastica, & in ea iuxta Sacrorum Canonum dispositionem laicus, vt præfertur, eligendus, Iudex competens existat.

Iudices non suspectos vt quando à Princip. peti possint explicat.

§. 12. Quæ omnia & singula in præsenti Constitutione contenta Sāctitas sua voluit inuiolabiliter obseruari; decernentes sic in ijs, exercisque omnibus præmissis per quoscumq. &c. etiam Sacri Palatij Apostolici Auditores, necnon Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublata &c. iudicari &c. necnon irritum, & inanè &c.

Obseruantiā præmissorū præcipit cum Decr. irritan.

§. 13. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac litteris conseruatorijs, quas omnes ad formam præsentis Constitutionis reduxit, in fauorem quorumcumque Ordinum, tàm Mendicantium, quàm non mendicantium, Militiarum, etiam Sancti Ioānis Hierosolymitani, Congregationum, Societatum, aut cuiusuis alterius Instituti etiam necessariò exprimendi, Collegiorum, Capitulorum, Ecclesiarum, Monasteriorum, ac piorum quorumcumque, tàm sæcularium, quàm

Contrarijs quibuscumq. plenissi. derogat.

quàm Regularium locorum, necnon illorum, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, etiàm immemorabilibus, priuilegijs quoque, etiam ex causa, & titulo oneroso, indultis, & litteris Apostolicis, etiam Marimagno, seù Bulla aurea, aut aliàs nuncupatis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis, etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, aut aliàs quomodolibet, etiam per viam communicationis, seu extensionis concessis, & iteratis vicibus approbatis, & innouatis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque tenoribus, & formis specialis, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma seruanda esset, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitùs omisso, & forma in illis tradita obseruata, inserti forent, præsentibus pro expressis habens, quibus quoad ea, quæ præsentibus aduersantur, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogauit, cæterisque contrarijs quibuscumq.

§. 14. Cæterum, vt præsens Constitutio faciliùs omnibus innotescat, Sanctitas Sua voluit, & mandauit, vt non solùm in Cancellaria Apostolica, sed etiam ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & in Acie Campi Floræ publicetur, illiusque exempla in ijsdem locis affixa dimittantur, ac in Quinterno Cancellariæ interConstitutiones perpetuas describatur, & annotetur.

Hanc legem in locis solitis, & in Cancellaria publicari, & in illius quinterno describi mandat.

Placet publicetur & describatur A.

Papæ subscriptio.

Lecta, & publicata fuit supradictaConstitutio in Cancellaria Apostolica ab altero ex Reu. P. D. Maioris Præsidentia Abbreuiatoribus, die vigesima mensis Septembris, Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo sexcentesimo vigesimoprimo, Pontificatus verò prælibati Sanctissimi Domini Nostri D. Gregorij Papæ Decimiquinti, Anno Primo.

Publicatio in Cancellaria die 20. Septemb 1621.

Et postmodum die, & anno supradictis in Quinterno eiusdem Cancellariæ inter alias Constitutiones Apostolicas descripta, & annotata fuit.

Descriptio in illius Quinterno.

Nicolaus Vrsinus Procustos.

In Dei nomine. Amen. Anno à Natiuitate Domini Nostri Iesu Christi, Millesimo sexcentesimo vigesimoprimo, Indictione quarta, die verò vigesimo Septembris, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri Domini Gregorij Diuina Prouidentia Papæ Decimiquinti, Pontificatus sui Anno Primo, retroscripta Constitutio Apostolica affixa, ac publicata fuit in valuis Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & in Acie Campi Floræ per me Augustinum Braecherium Apostolicum Cursorem.

Publicatio in Vrbe die 20. Sept. 1621. P. A. 1.

Octauius Spada Magister Cursorum.

Sequitur aliquod Dubium super ista Constitutione exortum, cum sua declaratione.

In Constitutione de Conseruatoribus, edita à sanct. mem. Gregorio Decimoquinto, ex sententia Sacræ Congregationis Concilij inter cætera statutum est, vt coram Conseruatoribus Regulares conueniri quidem, aut trahi debeant, sed alios conuenire, aut trahere non possint, itaut memorati Conseruatores in causis, in quibus Regulares, & alij actores fuerint, nullam prorsus iurisdictionem habeant, sed in ijs tantùm, in quibus rei extiterint.

Dubium.

Dubitatur nunc, An per hæc verba sublata sit facultas, quam habent Conseruatores defendendi Regulares, & alios à manifestis iniurijs, & violentijs, quæ illis de facto inferuntur, dum à suis possessionibus deijciuntur, & proprijs bonis vti, ac frui impediuntur.

Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum censuit, eiusmodi verbis minimè sublatam fuisse facultatem, quam habent Conseruatores defendendi Regulares à manifestis iniurijs, ac violentijs; dummodò obseruent formam præscriptam Constitutionibus Innocentij Quarti, & Bonifacij Octaui relatis in cap. 1. & fin. de offic. deleg. in 6.

Responsio ad Dubium.

C. Card. de Torres.

Prosper Fagnanus S. Congr. Secr.

X.

Indultum pro Religiosis Societatis Iesu Officium recitandi, ac Missam celebrandi de Communi Confessoris non Pontificis die 21. Iunij de B. Aloysio Gonzaga d. Societatis Professore

GRE-

Edita A. D. 1621.

GREGORIVS PAPA DECIMVSQVINTVS
Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

IN Sede Principis Apostolorum, nullis licet nostris suffragantibus meritis, à Domino constituti, pijs fidelium votis, quibus virtutum Dominus in seruis suis honorificatur, libenter annuimus, eaque fauoribus prosequimur opportunis.

Ad preces Societatis Iesu.

§. 1. Sanè pro parte dilectorum filiorum Præpositi Generalis, ac Presbyterorum Societatis Iesu Nobis nuper expositum fuit, quòd ipsi pro eo, quem erga Beatum Aloysium Gonzagam eiusdem Societatis, dum vixit, religiosum, gerunt, deuotionis affectu, Officium, & Missam de eo, vt infra recitari posse summoperè desiderant. Quare Nobis humiliter supplicari fecerunt, vt eorum votis huiusmodi annuere de benignitate Apostolica dignaremur.

Hic Pont. concedit Religiosis d. Societ. officium, & Missam B. Aloysij Gonzagæ.

§. 2. Nos igitur Præpositum Generalem, ac Presbyteros prædictos specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutas fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus præpositorum consilio, vt de dicto B. Aloysio Gonzaga die 21. Iunij, quo ex hac vita migrauit ad Cælum, ab omnibus eiusdem Societatis Religiosis vbique terrarum existentibus iuxta Rubricas Breuiarij, & Missalis Romani de communi Confessoris non Pontificis Officium recitari, & Missa celebrari respectiuè liberè, & licitè valeat, necnon etiam confluentibus eo die ad eorumdem Religiosorum Ecclesias Missam in illis de eodem B. Aloysio Gonzaga, vt supra, celebrare liceat, Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuò concedimus, & indulgemus.

Contrarijs derog.

§. 3. Non obstan. constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Transumptis credi mandat.

§. 4. Volumus autem, vt præsentium transumptis, etiam impressis, Secretarij ipsius Societatis, vel Notarij publici manu subscriptis, & personæ alicuius in dignitate Ecclesiastica constitutæ, vel pro tempore existentis Præpositi, aut Vicarij Generalis eiusdem Societatis sigillo munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud vbique locorum adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ,

Darum Tusculi sub Annulo Piscatoris, die 2. Octobris MDCXXI. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Dat. P. A. 1. die 2. Octobris.

XI.

Suppressio, & extinctio Parochialis Ecclesiæ Sanctæ Cęciliæ de Vrbe in Monte Iordano, cum animarum curæ translatione ad Ecclesias circumuicinas, & ex eius prouentibus duorum Canonicatuum in Ecclesia Sancti Laurentij in Damaso erectione, ac eiusdem reductio ad profanos vsus; Necnon eiusdem concessio facta Congregationi Clericorum de Oratorio Vrbis pro ampliori Sacristiæ, ac Oratorij ædificatione, & propriæ Domus dilatatione.

His duobus Canonicatibus, & duabus Praebendis ex fructibus huius Ecclesiæ erectis hic idem Pont. postea applicauit, etiam fructus ex altera Parochiali Ecclesia S. Nicolai in Agone suppressa prouenientes, vt videre potes inf. const. 30. Dum ad Sacram.

Istorum Clericorum Congregationem à Sancto Philippo Nerio institutam approbauerat antea Greg. XIII. eique concesserat Parochialem Ecclesiam B. Mariæ in Vallicella de Vrbe, vt sup. in eius Const. Copiosus 2. in Append. 3. tom. p. 33. Et huius Sancti Bullam Canonizationis ab isto Pont. factæ expeditam habes à S. D. N. Vrb. VIII. vt inf. Const. 2. Rationi.

GREGORIVS EPISCOPVS
Seruus Seruorum Dei.

Edita An. D. 1621.

Dilecto filio Nostro in Vrbe, eiusque Districtu Vicario in spiritualibus Generali salutem, & Apostolicam benedictionem.

Exordium.

CVm ad vberes fructus, quos Presbyteri Cõgregationis Oratorij in agro militãti Ecclesiæ producere nõ desistũt, nostræ considerationis dirigimus intuitum, dignum ducimus, vt ea, quæ prodictæ Congregationis, illiusque domorum, & Oratoriorum ornatu, & vsibus necessaria esse noscuntur, fauorabiliter concedamus, & alias desuper nostri officij partes, etiam per concessionem Ecclesiarũ interponamus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire.

Supplicatio huiũ Clericorũ facta Põt. pro obtinẽda licẽtia de qua in Rubr. ex causis hic enunciatis.

§. 1. Exhibita siquidem Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Præpositi, & Presbyterorum Congregationis Oratorij in Ecclesia

clesia Beatæ Mariæ Virginis, & Sancti Gregorij in Vallicella de Vrbe dudum à Beato Philippo Nerio fundatæ petitio continebat, Quòd ipse Præpositus, & Presbyteri amplioris loci spatio pro eorum Oratorij, Sacristiæ, & etiam propriæ domus dilatatione, aut noua constructione indigentes, in vim facultatis à fel. record. Paulo Papa Quinto Prædecessore Nostro eis concessæ, omnes ferè domos in vtraque insula, maiori videlicet, & minori Montis Iordani intus plateam dicti Montis, & Ecclesiam prædictam sitas, magna eorum impensa emerunt, & alias in ipsis insulis per eos nõdum emptas domos vigore eiusdem facultatis emere, ibique amplam ædificationem eorum vsibus, & necessitatibus congruentem, quamprimum facere proposuerunt. Cùm autem, sicut eadem petitio subiungebat, In dicto situ parochialis Ecclesia Sanctæ Cæciliæ posita, & à tribus partibus, seu lateribus ab eisdem domibus hinc inde circumspecta reperiatur, & ea propter dictæ ædificationis operi, & ornatui haud parum incommodum, & impedimentum allatum sit, huicque incommodo, & impedimento aliàs quàm per dictæ Ecclesiæ Sanctæ Cæciliæ demolitionem prouideri non possit: Ipsa autem fonte baptismali careat, & in suis strictiuris satis angusta, & cura animarum illi imminens non valdè numerosa existat: curaque huiusmodi ad alias parochiales Ecclesias circumuicinas transferri, & ab earum Rectoribus commodè exerceri possit: pro parte Præpositi, & Presbyterorum huiusmodi Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus in præmissis opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur.

Quibus permotus Sār. mandat Card. Vicario, vt ab Ecclesia S. Cæciliæ animarum curam proprietates, fructus, & similia (exceptis aris Parochialibus tarechio modo obtinentis d. Eccl. reseruanda) cum ea seu ul Diaconi Card. S. Laurētij in Damaso abdicet, separet, ac dismembret.

§. 2. Nos igitur, qui dudum inter alia voluimus, quòd petentes beneficia Ecclesiastica alijs vniri, tenerentur exprimere verum annuum valorem etiam beneficij, cui aliud vniri peteretur, alioquin vnio non valeret; idemque seruaretur in quibusuis dismembrationibus, concessionibus, & applicationibus de quibuscumque fructibus, & bonis Ecclesiasticis prædictis. Præpositum, eiusque, ac Presbyterorũ huiusmodi singulares personas a quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes, necnon aliarum concessionum, & assignationum præfatæ Congregationi hactenus quomodolibet factarum, tenores præsentibus pro expressis habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, circumspectioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus vocatis, qui fuerint euocandi, te de præmissis diligenter informes, & si per informationem eamdem ita esse repereris, à dicta Ecclesia Sanctæ Cæciliæ, quæ ab Ecclesia Sancti Laurentij in Damaso de dicta Vrbe, tamquam eius Matrice dependit, & quam dilectus filius Angelus Baldus ipsius Ecclesiæ Sanctæ Cæciliæ Rector ad præsens obtinet; cuiusque fructus, redditus, & prouentus centum & viginti ducatorum auri de Camera, secundum communem æstimationem, valorem annuum non excedunt, vt asseritur, ex nunc, prout ex tunc, & è contra postquam illa per cessum, etiam permutationis causa, etiam in manibus Romani Pontificis pro tempore existentis, vel decessum, seu priuationem, vel amissionem aliam quamcumque, aut Religionis ingressum dicti Angeli, seu aliàs quouis modo, etiam apud Sedem Apostolicam, etiam in aliquo ex mensibus Nobis, & eidem Romani Pontifici pro tempore existenti, Sedique præfatæ, per quascumque constitutiones Apostolicas, aut Cancellariæ Apostolicæ regulas editas, & edendas nunc, & pro tempore reseruatis, aut collatoribus Ordinarijs, etiam per easdem, vel quasuis alias constitutiones, aut regulas, seu litteras alternatiuarum, vel alia priuilegia, & indulta hactenus concessis, & imposterum concedendis, aut iure ordinario, vel aliàs competentibus, vacare contigerit, seu si in aliquo ex præmissis, vel alio quouis modo, & ex alterius cuiuscumque persona, seu per liberam resignationem dicti Angeli, vel cuiuscuis alterius de illa in Romana Curia, vel extra eam, etiam coram notario publico, & testibus sponte factam, aut Constitutionem piæ mem. Ioannis Papæ XXII. etiam Prædecessoris nostri, quæ incipit Execrabilis, vel assecutionem alterius beneficij Ecclesiastici, quauis auctoritate collatiua, & etiã si tanto tẽpore vacauerit, quod eius collatio iuxta Lateranẽ statuta Concilij ad Sedem prædictam legitimè deuoluta, ipsaque Ecclesia Sanctæ Cæciliæ dispositioni Apostolicæ specialiter, vel generaliter reseruata existat, & super ea inter aliquos lis, cuius statum etiam præsentibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa, omnimodam animarum dilectorum filiorum illius parochianorum curam, aliaque iura, officia, & onera parochialia vniuersa, & illorum exercitium, necnon etiam omnia, & singula illius proprietates, fructus, redditus, & prouentus, iura, obuentiones, & emolumenta quæcumque, in quibusuis rebus consistentia, & vndecumque prouenientia, de consensu dilecti

dilecti filij nostri Alexandri Sancti Laurentij in Damaso Diaconi Cardinalis de Montealto nuncupati, sine tamen aliquo dicti Angeli præiudicio, præsertim quoad vniuersa iura Parochialia ipsius Ecclesiæ Sanctæ Cęciliæ, liberamque, & omnimodam, tàm illius, quam bonorum eiusdem Administrationem, quæ præfato Angelo, quoad vixerit, eamdem Ecclesiam Sanctæ Cæciliæ obtinuerit, plenè cedere, & competere valeant, auctoritate Nostra perpetuò abdices, ac respectiuè separes, ac dismembres.

Distributionemque onerũ Parochialiũ Ecclesiis circũuicinis arbitrio d. Card. S. Laurẽtij faciendam curet.

§. 3. Necnon curam, iura, officia, & onera Parochialia, illorumque exercitium huiusmodi cum vtriusque sexus Parochianis prædictis, pro ea parte videlicet, quæ ambas Insulas prædictas complectitur, ad dictam Ecclesiam Beatæ Mariæ, & S. Gregorij; pro residuo verò ad alias Parochiales Ecclesias circumuicinas iuxta distributionem à dicto Alexandro Cardinali, seù pro tempore existente ipsius Sancti Laurentij in Damaso Diacono Cardinale, desuper pro libero, & absoluto eius voluntatis arbitrio faciendam.

Ac præcipiat his Clericis, vt d. Ecclesiã S. Laurẽtij tãquã Matricẽ singulis annis recognoscerent modo hic descripto.

§. 4. Itaquòd ipsa Ecclesia B. Mariæ, & Sancti Gregorij, & prædicti moderni, ac pro tempore existentes Præpositus, & Presbyteri dictæ Congregationis Ecclesiam Sancti Laurentij prædictam ratione Parochianorum dictas duas Insulas pro tempore incolentium dumtaxat in Matricem adinstar aliarum similium Ecclesiarum recognoscere, & ad illam perpetuis futuris temporibus in signum recognitionis huiusmodi singulis annis die Sabbatri Hebdomadæ Sanctæ Parochum, seù alium Presbyterum, qui ibi ad Olei Sancti benedictionem, vt moris est, assistat, mittere teneantur, dicta auctoritate etiam perpetuò transferas.

Nec nõ duos Canonicatus ad instar aliorũ Canonicatuũ in d. Eccl. S. Laurentij cum consensu apitul: ac duas præbẽdas sacerdotales erigat, & instituat.

§. 5. Ac in dicta Ecclesia Sancti Laurentij duos Canonicatus, & duas Præbendas Sacerdotales pro totidem Canonicis, qui apud eamdem Ecclesiam Sancti Laurentij personaliter residere, ac stallum in Choro, locumque, & vocem in Capitulo habere, ac omnibus, & singulis priuilegijs, quibus alij eiusdem Ecclesiæ Sancti Laurentij Canonici vtuntur, similiter vti possint, & valeant de consensu dictorum filiorum Capituli prædictæ Ecclesiæ S. Laurentij dicta auctoritate erigas, & instituas.

Cum dote assignatione hic descripta.

§. 6. Illisque sic erectis, & institutis, pro illorum dote, ac illos pro tempore obtinentium sustentatione omnia, & singula dictæ Parochialis Ecclesiæ Sanctæ Cæciliæ proprietates, fructus, redditus, & prouentus, bona, canones, census, & alia quæcumque, non tamen emolumenta ex exercitio curę animarum prouenientia, & exceptis tot bonis stabilibus, seù legatis pro celebratione infrascriptarum Missarum, & Anniuersariorum eidem Ecclesiæ Sanctæ Cæciliæ, seu ipsius Rectori factis, seù relictis; ex quibus centum scuta monetæ annuatim percipi possint, quæ Ecclesijs, ad quas Missas, & Anniuersaria infrascripta transferri contigerit, applicari debeant, auctoritate prædicta applices, & appropries.

Facultatẽ quoq. cõcedat d. S. Laurentij Diacono Card. vt omnes Missas, preces, orationes, & alia suffragia quęcumq. in d. Eccl. S. Caciliæ quomodolibet fundata, ad alias Ecclesias sibi beneuisas transferat.

§. 7. Cæterum quia, vt asseritur, in dicta Ecclesia Sanctæ Cæciliæ septingentæ Missæ, vel forsan plures celebrandæ à diuersis fidelibus fundatæ reperiuntur; eidem Alexandro, seù pro tempore existenti Sancti Laurentij in Damaso Diacono Cardinali, tam Missas huiusmodi, cuiuscumque numeri illę existant, & etiamsi aliquæ earum in cantu celebrari debeant, quàm omnia, & quæcumque Anniuersaria, orationes, preces, & alia suffragia in eadem Ecclesia Sanctæ Cæciliæ hactenus quomodolibet fundata, ad quaslibet alias Ecclesias sibi beneuisas transferendi, & illis pro arbitrio suo applicandi, dummodo tamen piæ ipsorum fundatorum dispositiones inde in aliquo non lędantur, licentiam, & facultatem impartiaris.

Ipsamq; Eccl. S. Cæciliæ ab omnibus oneribus liberã, ac sine bonis d. Cõgregationi, ac Clericis cõcedat, & assignet.

§. 8. Porrò ipsam Ecclesiam Sanctæ Cæcilię, sic ab huiusmodi cura, officijs, oneribus, & exercitijs Parochialibus, Missarumque, Anniuersariorum, precum, orationum, & aliorum suffragiorum huiusmodi celebrationibus, & recitationibus liberam, & exemptam, ac sine bonis, & fructibus remanentem, dictæ Congregationi, ita quòd liceat illius Præposito, & Presbyteris prædictis nunc, & pro tempore existentibus, corporalem, realem, & actualem possessionem ipsius Ecclesiæ Sanctæ Cæciliæ apprehendere, & apprehensam perpetuò retinere, cuiusuis licentia desuper minimè requisita, de consensu eiusdem Alexandri Cardinalis, itidem eadẽ auctoritate similiter perpetuò concedas, & assignes.

Modo Card. Vicario licẽat attribute d. Eccl. S. Cæciliæ (sublatis prius defunctorũ ossibus, ac in Eccl. S. Mariæ, & S. Gregorij collocatis) profanandi.

§. 9. Postremò autem tibi pro tempore existenti dictæ Vrbis Vicario, quotiescumque, & quandocumq. post factum abdicationi, dismembrationi, concessioni, & assignationi, alijsque præmissis locum à Præposito, & Presbyteris dictæ Congregationis desuper requisiti fueritis, ipsam Ecclesiam Sanctæ Cæciliæ, extractis tamen prius ex ea omnibus defunctorum ibi sepultorum ossibus, & corporibus, ijsdemque ad dictam Ecclesiam B. Mariæ, & Sancti Gregorij translatis, & in ea decenter reconditis, seruatis de Iure seruandis, profanãdi, & ad profanos non tamen sordidos vsus reducendi.

Et Clericis prædictã eã demoliẽdi ac de nouo ædificandi.

§. 10. Præposito verò, & Presbyteris eisdem illam sic profanatam demoliendi, & ligna, lapides, aliaque rudera, & materialia inde prouenientia in nouas ædificationes prædictas, aut alios quoscumque eorum vsus conuertendi, & in, & super solo, seù situ ipsius Ecclesiæ Sanctæ Cæciliæ sic profanatæ, & demolitæ, fabricari faciendi.

Cum obligatione tamen, vt in Oratorio de nouo cõstruẽdo Altare maius sub inuocatione S. Cæciliæ & S. Philippi Nerij, & illius icong. d. Sanctæ Imago collocari debeat.

§. 11. Cum hoc tamen, quòd in signum profanatæ, & demolitæ Ecclesiæ huiusmodi, in Oratorio per dictam Congregationem de nouo construendo Altare maius in honorem, & sub inuocatione Sanctæ Cæciliæ, ac B. Philippi Nerij fieri, illius iconæ Imago eiusdem Sanctæ Cæciliæ à parte dextera collocari debeat, licentiam pariter, & facultatem eadem auctoritate tenore præsentium tribuimus, & impartimur.

Clausulæ præseruatiuæ huius Cõst.

§. 12. Decernentes, præsentes litteras sub quibusuis similium, vel dissimilium gratiarum reuocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut alijs contrarijs dispositionibus etiam per Nos, seu alios Romanos Pontifices successores nostros sub quibuscumque verborum expressionibus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, decretis, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine pro tempore quomodolibet factis, minimè comprehendi, sed semper ab illis excipi, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, & eum, in quo antea quomodolibet erant statum, restitutas, repositas, & plenariè reintegratas, ac de nouo, etiam sub quacumque posteriori data, per Præpositum, & Presbyteros eiusdem Congregationis quãdocumque eligenda, concessas, ac semper, & perpetuò validas, & efficaces esse, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, ad quos nunc quomodolibet spectat, & spectare poterit in futurum perpetuò firmiter, & inuiolabiliter obseruari, & adimpleri.

Decretũ irritans.

§. 13. Sicque per quoscumque Iudices Ordinarios, vel Delegatos, etiam causarũ Palatij Apostolici Auditores, ac eiusdem S. R. E. Cardinales, & de Latere Legatos, & Vicelegatos, dictæque Sedis Nuncios iudicari, & definiri debere, necnon irritum, & inane quicquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariorum abrogatio.

§. 14. Non obstantibus priori voluntate nostra, & singulis præmissis, ac Lateranen. Concilij nouissimè celebrati vniones perpetuas nisi in casibus à iure permissis fieri prohibentes, alijsque Apostolicis, ac in Prouincialibus, synodalibus, & vniuersalibus Concilijs editis, specialibus, vel generalibus Cõstitutionibus, & ordinationibus, dictæque Ecclesiæ Sanctæ Cæciliæ, ac Missarum, orationum, precum, & suffragiorum huiusmodi fundationibus, eiusdemque Vrbis, quatenus opus sit iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & constitutionibus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Dat. P. A. 1. die 1 Octobris.

Datum Romæ, apud Sanctam Mariam Maiorem Anno Incarnationis Dominicæ MDCXXI. septimo Kal. Nouembris, Pontificatus Nostri Anno Primo.

XII.

Quod votum, ac iuramentum, quæ Clerici Congregationis Doctrinæ Christianæ de Vrbe in ea perpetuò manendi emittunt, Romano Pontifici reseruata de cetero sint.

Istam Congregationem vnà cum Confraternitate Laicorum sub inuocatione Doctrinæ Christianæ erexit Paul. V. in Const. 36. Ex credito, sup. tom. 3. pag. 225. vbi vide.

Edita A. D. 1621.

GREGORIVS PAPA XV.
Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

EX incumbenti Nobis desuper pastoralis officij debito, ad ea libenter intendimus, per quæ piorum Christifidelium Congregationes ad diuini nominis laudem, & gloriam, animarumque salutem piè, & rectè institutæ, sub salubribus eorum Regulis, & Institutis perseuerent, & maioribus in dies proficiant incrementis.

Clerici Cõgr. Doctrinæ Christ. elapso nouitiatus anno spõte emittũt votũ ac iuramentũ perpetuò manendi in d. Cõgr.

§. 1. Cum itaque, sicut dilecti filij Præpositus, & Clerici Congregationis Doctrinæ Christianæ in Ecclesia Sanctæ Agathæ Transtyberim de Vrbe institutæ, Nobis nuper exponi fecerunt, Clerici eiusdem Congregationis elapso Nouitiatus anno, votum cum iuramẽto in eadem Congregatione perpetuò manendi libera, & spontanea voluntate emittant.

Et tamen cũ nulli potẽt super his licitũ dispẽsare, & cõmutare.

§. 2. Nonnulli verò super voto, ac iuramento præfatis, inuita etiam Congregatione huiusmodi, dispensare, & illa commutare licitum putent, & de facto in eiusdem Congregationis præiudicium dispensent, & commutent.

Idem Pont. cõgregatione, & dispensatione super Voto, ac Iuramento hb. & Rom. Pontifici de cætero reseruat.

§. 3. Nos præmissis, quantum cum Domino possumus, obuiare, dictosque Præpositum, & Clericos specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs,

sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendũ, harum serie absoluentes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati; Quòd de cætero cum Clericis eiusdem Congregationis super voto, & iuramento præfatis, nisi per Nos, aut Romanum Pontificem pro tempore existentem, dispensari, aut votum, & iuramentum præfata commutari nullatenus possint, Apostolica auctoritate tenore præsentium decernimus, & ordinamus, & facultatem super voto, & iuramento præfatis dispensandi, seu eadem vota cõmutandi Nobis, & Romano Pontifici pro tempore existenti reseruamus.

Priuilegia ipsius Congr. nõ reuocata approbat, & confirmat.

§. 4. Insuper omnia, & singula dictæ Congregationis priuilegia, quatenus sint in vsu, & non sint reuocata, neque sub aliquibus reuocationibus comprehensa, neque Sacris Canonibus, & Concilij Tridentini Decretis, ac Constitutionibus Apostolicis aduersentur, auctoritate, & tenore præfatis approbamus, & confirmamus, illisque inuiolabilis Apostolicę firmitatis robur adijcimus, ac omnes, & singulos tàm iuris, quàm facti defectus, si qui desuper quomodolibet interuenerint, supplemus.

Dispensationes, vel cõmutationes prædictas contra horũ tenorẽ faciẽdas irritat.

§. 5. Decernentes, quascumque voti, seù iuramenti præfatorum dispensationes, seù voti, & iuramenti eorumdem commutationes, contra præsentium tenorem quandocumque faciendas, nullas, irritas, & inanes, nulliusq; roboris, vel momenti.

Clausulas præseruatiuas adiũgit.

§. 6. Præsentes verò litteras validas, firmas, & efficaces existere, & fore, ac ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, inuiolabiliter obseruari debere, irritumque, & inane quidquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contraria tollit.

§. 7. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Dat. V. A. V. die 12 Nouembris.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die duodecima Nouembris M DC X X I. Pontificatus Nostri Anno Primo.

XIII.

De electione Summi Romani Pontificis.

Aliæ de hac materia electionis Papæ à diuersis Pontificibus hactenus editæ erãt Constitutiones, quarum nonnullæ sunt in Corpore Iuris vt videre poteris dispositionem Simmachi relatam in cap. 2. dist. 79. Nicol. II. c. 1. dist. 23. & Alexand. III. in cap. 6. de electione. Necnon Greg. X. in cap. 3. eod. tit. lib. 6. ac Clement. V. in Clem. 2. Ne Romani, eod. tit. Aliæ verò, quæ sunt extra Iuris Corpus, omnes sunt tibi indicatæ in Const. 63. Pij IV. sup. tom. 2. pag. 91. Quoniam verò circa vsum, obseruantiam, & executionem huius Gregorianæ sanctionis, multæ excitari poterant difficultates; Ideo hic idem Pontifex ad eas præcidendas, ac pro faciliori eiusdem Const. obseruantia edidit Cæremoniale, ritus huiusmodi electionis continens, serio obseruandum, & nequaquam immutandum, vt hic inf. Constit. 19. Decet. Quæ omnia nouissimè approbauit, & confirmauit Sanctiss. D. N. Vrban. VIII. vt in eius Const. 45. Ad Romani.

GREG. EPISC. SERVVS SERVOR. DEI. *Edita A.D. 1621.*

Ad perpetuam rei memoriam.

Exactissima cura, & diligentia adhibenda est in electione summi Rõ. Pontificis, & ideo aliquot Rom. Pontificum, & sanctorũ Patrum decreta, pro ritè, & rectè peragẽda electione edita fuerunt. Sed salubriori remedio Pontifex iste locũ esse cognouit, propterea plenius de super infra disponit.

Aeterni Patris Filius, Magister, & Legislator noster Christus Dominus, cuius omnis actio, nostra est instructio, licèt portaret omnia verbo virtutis suæ, nec esset quicquam absconditum ab oculis eius, tamen priusquàm ad Apostolatus munus duodecim Apostolos eligeret, & nominaret, quod aliàs vnquam fecisse in scripturis non legimus, pernoctare voluit in oratione Dei: & antequam B. Petro ouium suarum curam committeret, tertiùm repetita interrogatione, trinam extare æterni amoris eius professionem: Nos scilicet erudiens quanta diligentia, cautione, & cura in omnium Pastorum electione adniti debeamus, vt boni eligantur, & fideles, præsertim verò in Beati Petri Successoris, qui Orbis est lumen, Doctor gentium, & Pastor Pastorum. Quapropter satis etiam admonemur, nihil eorum, quæ ad electionis Romani Pontificis negotium cautiùs, & meliùs transigendum conducunt, omitti debere: salus enim non vnius membri, sed totius corporis agitur, cum de capite consulitur. Igitur & si diuersis fel. rec. Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum, & Sanctorum Patrum decretis salubriter prouisum est, vt eius electio ritè, & rectè peragatur, & in ea non caro, & sanguis, aut humana sapientia, quæ stultitia est apud Deum, dominetur, sed Spiritus Sancti gratiâ omnia dirigantur, & gubernentur: nihilominus, vt dies diei eructat

 verbum,

verbum, & nox nocti indicat scientiam; experientia compertum est, salubriori remedio locum non deesse. Nos igitur, quos posuit Dominus, licèt nullis suffragantibus meritis, regere Ecclesiam suam, ne in extremo die prætermissi officij in re tanti momenti à Nobis ratio à districto Iudice exigatur; quod multorũ etiam votis, & postulationibus multum expetitum est, Sancti Spiritus adspirante gratia, faciendum decreuimus.

Tres tantum eligendi Papæ formas fieri posse decernit, scilicet per scrutinium, per compromissũ & per quasi inspirationem.

§. 1. Matura itaque cum Venerabilibus Fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus deliberatione habita, de eorumdem Fratrum consilio pariter, & assensu, hac nostra perpetuò valitura Constitutione, statuimus, decernimus, & declaramus, in posterum electionem Romani Pontificis fieri aliter non posse, quàm in Conclaui, & eo clauso, ac post celebratum in eo prima die Sacrosanctum Missæ solitum Sacrificium, cui Cardinales interesse, & in eo communicare consueuerunt, ac per secreta Schedularum suffragia duarum ex tribus partibus Cardinalium in Conclaui præsentium; præterquam si omnes, & singuli Cardinales similiter in Conclaui præsentes, nemine dissentiente, aliquibus ex eorumdem Collegio Cardinalium committerent eligendi potestatẽ, vt vice omnium Ecclesiæ Catholicæ prouiderent de Pastore: aut nisi communiter ab omnibus, & singulis Cardinalibus, qui itidem in Conclaui præsentes erunt, nemine pariter dissentiente, quasi per inspirationem, nullo præcedente de persona speciali tractatu, per verbum, ELIGO, intelligibili voce prolatum, aut scripto, si voce fieri non potuerit, expressum, fuerit celebrata.

Et nominem per via scrutinij, vel scrutinij & accessus, & per via cõpromissi se ipsum eligere posse.

§. 2. Numerum autem Suffragiorum duarum ex tribus partibus Cardinalium in Conclaui præsentium, vt electio per viam Scrutinij, siuè Scrutinij & accessus valida sit, decernimus, & declaramus ita esse censendum, vt in duabus tertijs partibus Suffragium electi non numeretur, nec quisquam, siue Scrutinij, siue Scrutinij & accessus, siue compromissi via procedatur, se ipsum eligere, seu suffragium sibi dare vllatenus possit: Electi tamen persona, si in Conclaui sit, debeat in numerum Cardinalium computari.

In scrutinio, vel scrutinio, & accessu necessitas esse suffragiorum publicationem.

§. 3. Rursus nemo per viam Scrutinij, seu Scrutinij & accessus habeatur pro electo, nisi publicatis omnibus suffragijs, & electi, si numerum tantummodo duarum ex tribus partibus habuisse compertum sit, etiam schedulis apertis.

In suffragiorum paritate neminem electum esse, & in imparitate electum dici, qui vltra duas partes in vno suffragio superior erit.

§. 4. Ac si contingat plures in schedulis nominatos, duas tertias partes suffragiorum tulisse, in suffragiorum paritate neuter sit electus, in imparitate verò, qui numero suffragiorum superior erit, dummodo duas tertias partes, etiam in vno suffragio excedat, electus censeatur.

Iuramenti à quolibet Cardinali intelligendo suffragio praestandi forma praescribitur.

§. 5. Insuper in vno quoque Scrutinio antequam Schedula in calicem mittatur, a quolibet Cardinale iuramentum alta, & intelligibili voce fiat his verbis. TESTOR CHRISTUM DOMINVM, QVI ME IVDICATVRVS EST, ME ELIGERE QVEM SECVNDVM DEVM IVDICO ELIGI DEBERE, ET QVOD IDEM IN ACCESSV PRAESTABO. Et hoc iuramentum a nullo omittatur.

Qualitatẽ quoque scriptionem, & schedularum signo praefixagij.

§. 6. Suffragiorum autem Schedulæ huiusmodi tàm Scrutinij, quam accessus, vbi fieri potuerit, impressæ omnino esse debeant, vbi non potuerit, vnius tantùm manu scriptæ sint; ita videlicet, vt tàm impressæ, quàm ita scriptæ, ea omnia, quæ in Schedulis huiusmodi exprimi solent, contineant, præter sola nomina, seu denominationes eligentis, & electi, & infrascripta signa; quæ omnia manu eiusdem eligentis scribantur: & nomen quidem eligentis in prima parte Schedulæ, electi verò in sequenti; & rursus electi, quantum fieri poterit charactere alterato, ita vt cognosci non possit: eaque Schedulæ pars, in qua erit eligentis nomen, claudatur, ac sigillo ad hoc parato, ac secretè habito, non autem eo quo quisque vti solet, obsignetur. Vt autem videri possit, ne qui alicui accessit, eidẽ in Scrutinio suffragium dederit, Schedulæ omnes duobus alijs signis in vltima parte signentur, numero nempe aliquo, & breui dicto sacræ Scripturæ, vel alio huiusmodi; quæ signa in vtraq. Schedula tam Scrutinij, quam accessus eadem sint.

Cõplicationemq. [illegible] & [illegible] schedularum.

§. 7. Postea verò pars illa Schedulæ, vbi hæc signa erunt, etiam complicetur, & obsignetur, ne a Scrutatoribus videri possit, nisi postquam fuerit per Scrutinium & accessum electio perfecta; quo casu Schedulæ accessus à Scrutatoribus ea in parte, vbi duo prædicta sunt signa, aperiantur, vsque inspectis, & earum sigillis, aliæ Schedulæ cum ijsdem signis notatæ, & in Scrutinio datæ reperiantur, vt videlicet an duo hæc signa, & sigillum eadem sint cognoscatur, & inde duo suffragia ab eodem Cardinali vni data non fuisse appareat.

Quãdo suffragiũ accessus nullũ sit declarat. Et quando schedulæ aperiantur in ea etiã parte, vbi est nomen eligentis.

§. 8. At si inter Schedulas Scrutinij nulla reperiretur ijsdem signis notata, quibus schedula accessus signata erit, aut si quis eidem accesserit, quem in Scrutinio nominauerit, vtroque casu suffragium accessus nullum sit. Subscriptio autem, seu nomen eligentis resignari non possit, nisi contingat, vt sigillum, & alia

& alia duo prædicta signa sint eadem cum signis, & sigillo alicuius alterius Cardinalis, aut alia difficultate cogente.

Nomē electi quomodo in schedulis scribendū, & vbi debeat fieri schedularū inscriptio declarat.

§. 9. Quod autem attinet ad nomen electi, illud eo modo à Cardinalibus scribatur, quomodo in folio impresso, vbi in Conclaui notari suffragia solent. Præterea, vt secreto cautius consulatur, Schedulæ suffragiorum conficiantur, vna seu pluribus in mensis, in media Capella constitutis, ita è Cardinalibus remotis, & circumspectis, vt quid scribatur ab alijs videri non possit. Si quis verò ad mensam accedere, impeditus valetudine nun poterit, is suffragium suum in loco suo secrete conficere debeat, & ad illud accipiendum vltimus Scrutatorum accedat.

Ac quando fit locus accessui, & quādo, & quomodo fieri debeat.

§. 10. Et vt accessus secretè etiam peragatur, Scrutinio publicato, si electio per consensum duarum partium in eo non fuerit celebrata, statim antequam ad alios actus deueniatur, Cardinales Schedulam pro accessu formatam prædictis in mensis conficere, sicut in Scrutinio teneantur. Porrò vsus Schedularum pro accessu talis erit. Qui accedere alicui ex nominatis in Scrutinio voluerit, eius nomen scribet, qui noluerit, ne cognosci possit eum nulli accedere, in loco nominis scribat NEMINI.

Tam in Scrutinio quam in accessu plures nominare posse vetat & de accessu cui fieri posse subiungit.

§. 11. Nulli autem tàm in Schedula Scrutinij, quàm accessus plures nominare liceat, alioquin suffragium in quo plures fuerint nominati, nullum sit; accedere tamen vni ex nominatis à se in dicta Schedula, vel alij, dummodo aliquod aliud suffragium in eodem Scrutinio tulerit, non prohibeatur, & in numerum Cardinalium in Conclaui præsentium numeretur.

Semel accedere in vno scrutinio, & per accessum non recedi à nominato decernit.

§. 12. Neque in quolibet Scrutinio, nisi semel accedere liceat; neque per accessum ab alterius nominatione, in Scrutinij Schedula facta, recedi, decernimus, & declaramus.

Numeratio schedularū quomodo fiat, & quid si numero Cardinaliū illæ nō respōdeāt declarat.

§. 13. Insuper antequam Schedulæ, siue Scrutinij, siue accessus à Scrutatoribus aperiantur, omnes ab ijs diligentissimè palam numerentur: & si plures repertæ fuerint, quā sint Cardinales in Conclaui præsentes, omnes comburantur, & iterum ad suffragia statim deueniatur.

Aliquid de prædictis ab obseruātibus, excōmunicatio ac pœnā infligit.

§. 14. Si quis autem aliquid ex supra expressis non seruauerit, aut quomodocumque directè, vel indirectè in aliquo contrauenerit, sententiam excommunicationis ipso facto incurrat.

Suffragia a Cardd. infirmis in scrutinio, & accessu quomodo ferantur decidit.

§. 15. Præterea statuimus, & ordinamus, quòd si aliquem infirmitas impediuerit ad Scrutinium venire, ad eum adire debeant tres Cardinales, sorte ante Scrutinium, vt infra ad hanc rem ex omnibus Cardinalibus per vltimum Diaconorum extracti, cum capsula perforata, sed inani, & palàm à Scrutatoribus clausa, cuius clauis super altare remaneat, & Schedulam impressam illi deferre, ipseque illam, sicut alij Cardinales, præuio iuramento suprascripto, secretè conficere teneatur, deinde in capsulam conijciat, eaque per eosdem Cardinales relata, & aperta, in calicem Schedula mittatur. Publicato deinde Scrutinio, si accessus faciēdus erit, vt etiam infirmi accedere possint, vnum ex folijs in quibus nomina Cardinalium, & suffragiorum numerus notantur, à tribus Cardinalibus prædictis sumatur, & palàm recognito numero suffragiorum, quæ quisque in Scrutinio tulerit, ad infirmum vna cum alia impressa Schedula, pro accessu parata, & cum eadem capsula ab ijs deferatur. Infirmus verò alicui accedere, vel nemini accedere debeat, omniaque, & singula seruentur, quæ de Scrutinij Schedula supra ordinata sunt, sub eadem excommunicationis latæ sententiæ pœna. At si quis scribere valetudine impeditus, per alium præuio iuramento, ab eo qui scribet præstando, de seruando secreto, quod sub eadem excommunicationis pœna seruari mandamus, subscribere liberè possit.

Et quomodo scrutatores, & deputati pro suscipiendis votis infirmorū, Recognitores qui extrahantur, & quam pœnam incurrant si quid secreti reuelent, & de officio Recognitorum, & combustione schedularum.

§. 16. Ad hæc Scrutatores tres, sicut & tres alij Cardinales, qui ad infirmorum suffragia deferenda proficiscentur, ex omnibus Cardinalibus præsentibus in Conclaui, nulla ordinis seruata distinctione, forte, immediatè ante quodlibet Scrutinium per vltimum Diaconorum extrahantur, & qui semel extracti fuerint in vas iterum conijciantur; alioquin si quis contrafecerit, sicut si Scrutatores, vel recognitores aliquid secreti in exercendo suo officio cognouerint, & illud reuelauerint, eamdem latæ sententiæ excommunicationem incurrant. Finito Scrutinio, & accessu, siue electio sequuta sit, siue non sit, tres alij Cardinales, sorte pariter vt supra extrahendi, Schedulas omnes recognoscere debeant, sigillo tamen, & duobus alijs signis, si aperta non fuerint, intactis remanentibus. Quæ omnes, & singulæ Schedulæ, siue sequuta, siue non sequuta electione, postmodum statim palàm comburantur.

Formā quotiesin die, & quando fieri debeat scrutin. vel cōpromissū. Necnō quā pœnā incurrant non obseruantes.

§. 17. Similiter ne electio protrahatur, statuimus, & ordinamus, vt sub simili excommunicationis pœna, eo ipso incurrenda, Scrutinium bis singulis diebus peragatur, Ita vt etiam perficiatur, mane scilicet post solitam Missam, & prima quidem die tantùm post Cardinalium sacram peractam communionē, & pomeridiano tempore hora opportuna, post

 Hymnum

Hymnum Veni Creator Spiritus,&orationem de Spiritu sancto ; idemque si compromissi via eligatur, obseruari debeat: atque ad Scrutinium,cum tertiùm pulsata per loca solita Conclauis campanula de more fuerit, omnes, & singuli Cardinales conuenire debeant, valetudine non impediti, sub eadem excommunicationis latæ sententiæ pœna.

Pactiones promissiones, signa, & alia cum respectu inclusionis, quam exclusionis, &c. sub pœna excommunic. prohibet.

§. 18. Cardinales prætera omninò abstineant ab omnibus pactionibus, conuentionibus, promissionibus, intendimentis, condictis, fœderibus, alijsque quibuscumque obligationibus, minis, signis, contrasignis suffragiorum, seu Schedularum, aut alijs tàm verbo, quàm scripto, aut quomodocumque dandis, aut petendis, tàm respectu inclusionis, quàm exclusionis, tàm vnius personæ, quàm plurium, aut certi generis, veluti creaturarum, aut huiusmodi, seu de suffragio dando, vel non dando; quæ omnia, & singula, si de facto interuenerint, etiam iuramento adiecto, nulla, & irrita, neque ad eorum obseruantiam quemquam teneri, aut ex transgressione notam incurrere fidei non seruatæ decernimus, & declaramus; & contrafacientes ex nunc excommunicationis pœna innodamus: tractatus tamen pro electione habendos vetare non intelligimus.

Quæ electionem Rom. Pont. nullã reddant, pœnasq. eligentium, & electorum contra huius const. formam impedit.

§. 19. Quòd si electio huiusmodi alibi celebrata fuerit, quam in Conclaui clauso, vel aliter quàm per secreta Schedularũ suffragia duarum ex tribus partibus Cardinalium in Conclaui præsentium in Scrutinio, seù Scrutinio & accessu, electi suffragio non computato, vel per viam compromissi, ab omnibus Cardinalibus simulter in Conclaui præsentibus, nemine dissentiente, initi, & ita vt nemo seipsum elegerit: vel quasi per inspirationem nullo præcedente de persona speciali tractatu, omnium pariter Cardinalium, præsentium in Conclaui, communiter, nemine itidem dissentiente, per verbum, ELIGO, intelligibili voce prolatum, aut scripto, si voce non potuerit, expressum, nulla sit, & inualida eo ipso, absque vlla declaratione, & ita electo nullum ius tribuat: quin immo is non Apostolicus, sed Apostaticus sit, & habeatur, & tàm ipse, quàm eligentes, eiusque fautores, & complices sententiam excommunicationis, & anathema, aliasque censuras, & pœnas inuasoribus Sedis Apostolicæ à sacris Canonibus, & Constitutionibus Apostolicis impositas, pariter ipso facto incurrant, a qua, sicut ab alia quacumque, in hac Constitutione imposita, & irrogata, seù infra imponenda, & irroganda pœna excommunicationis tàm ipsi, quàm quilibet alius, siue S. R. E. Card. siue alia persona cuiuscumque gradus, conditionis, dignitatis, & præeminentiæ, à nullo neque etiam à Maiori Pœnitentiario, cuiuscumque facultatis vigore, præterquam à Rom. Pont. nisi in mortis articulo absolui possit, & tàm ipse eiusque complices, & fautores, quàm alij quicumque, etiam S. R. E. Cardinales huius Constitutionis in aliquo transgressores alijs grauissimis pœnis teneantur, futuri Pontificis canonicè intrantis arbitrio irrogandis,

Secretum in electione Papæ obseruari præcipit; & mutationē, aut alterationem huius const. Cardd. prohibet.

§. 20. Postremò statuimus, & districtè præcipiendo mandamus, vt S. R. E. Cardinales, quæcumque secretum violare quomodolibet poterunt, omnia euitare, & cauere omninò teneantur, cum intentio, & mens nostra sit electionis huiusmodi tam sanctum negotium, si fiat per Scrutinium, seu Scrutinium & accessum, vt præfertur, secretissimè transigatur: ac proinde, iisdem omnibus, & singulis S. R. E. Card, & eorum sacro Collegio inhibemus, ne contra hæc, vel horum aliquod statuere, disponere, vel ordinare, seu in aliquo corrigere, alterare, mutare, seù aliquo modo facere, tractare, moliri, vel attentare præsumant quouis prætextu, causa, vel exquisito colore sub eadem excommunicationis pœna ipso facto incurrenda.

Huius const. executores Cardd. deputat.

§. 21. Vt autem huiusmodi nostra Constitutio inuiolabiliùs obseruetur, tres Cardinales, qui singulis diebus Congregationibus agendis præpositi sunt, & cum ijs S. R. E. Camerarius illam in omnibus, & per omnia obseruari procurent, & faciant.

Cardinales censuris irretitos ab electione Papæ non excludi decernit

§. 22. Volumus etiam, & decernimus, censurarum, & excommunicationum prædictarũ, & aliarum quarumcumque prætextu, vel causa Cardinales à summi Pont. electione actiua, & passiua excludi nullo modo posse, quas quidem censuras, & excommunicationes ad effectum huiusmodi electionis tantùm, illis aliàs in suo robore permansuris, suspendimus: decernentes, easdem excommunicationes, & censuras eos solùm afficere qui deliquerint, non autem alios, Conclaui durante, qui cum ijs conuersati fuerint.

Quæ in huiusmodi electione aduertere debent Cardinales admonet.

§. 23. Cæterum, & si opus non esse in Domino confidimus, tamen pro officij nostri debito, & rei de qua agitur grauitate, admonemus, hortamur, & in Domino obsecramus S. R. E. Cardinales, vt attentè considerent personæ, quam sustinent, officium, & dignitatem, quàm Sacrum præterea, & quanti momenti sit opus, quod tractant; & nihil quod se non deceat, nihil à re alienum committant, sed cogitent, quàm perniciosum futurum sit vniuersæ Ecclesiæ, Christi sanguine acquisitæ

tæ, si malè administretur; ac proindè exuant omnes mundanas curas, & induant solum Dominum Nostrum IESVM Christum: memores, nihil prodesse homini, si vniuersum Mundum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur. Denique animum aduertant, se in Conclaui clausos editissima in specula constitutos esse, & factos spectaculum Deo, & hominibus, a Domino, cuius negotium gerunt, supplicij, vel gloriæ sempiternæ retributionem citissimè laturos.

Const. & alijs huic Const. contrarijs expressè derogat.

§. 24. Non obstant quatenus opus sit, fel. rec. Alexandri Papæ III. præd. nostri in Concilio Lateranen. edita, quæ incipit: Licet de vitanda; & aliorum Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, etiam in Concilijs generalibus promulgatis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, etiam in corpore Iuris clausis, quibus omnibus, & singulis, quatenus pariter opus sit, eorum omnium, & singulorum tenores, perinde ac si ad verbum exprimerentur, pro expressis, & insertis habentes, pro hac vice dumtaxat, illis aliàs in suo robore mansuris, specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Vide restrictionem hic infra §. 26.

quomodo, & quando legenda sit per Card. ista Const. statuit.

§. 25. Volumus quoque, præsentes nostras coram omnibus in prima Congregatione post obitum Pontificis fieri solita, & deinde post Conclauis ingressum, & cum quis ad Cardinalatus honorem promotus fuerit, cum alijs similibus Constitutionibus legi, & iuramentum super illius obseruatione præstari: & ita præcipimus, & mandamus.

Derogat. de qua in §. 24. restringit, obseruationq. huius Const. succes. Pont. indicat.

§. 26. Quibus Constitutionibus, & pœnis in eis contentis, nisi in superius expressis per hanc nostram derogare non intendimus, sed eas in sui roboris firmitate relinquere. Sperantes etiam, Roman. Pontif. qui pro tempore canonicè eligentur, omni studio curaturos, vt quæ nostris huiusmodi, & in eis salubriter statuta sunt, inuiolabiliter, ac etiam si opus fuerit, per pœnarum ipsarum contra transgressores executionem, obseruentur.

Public. huius Const. in Vrbe fieri, & factam quorumq. Card. etiam absen. & futuros, & alios quoscumq. ligare precipit.

§. 27. Denique volumus, easdem præsentes in Valuis Basilicarum Sancti Ioannis Lateranen., ac Principis Apostolorum de Vrbe, ac Cancellariæ Apostolicæ, nec non in Acie Campi Floræ per Cursores nostros affigi, & publicari, ac eorum exempla ibidem affixa dimitti, & deindè omnes, & singulos Cardinales tàm absentes, quàm præsentes, modernos, & qui pro tempore erunt, & alios quoscumque quorum interest, vel interesse poterit quomodolibet in futurum, afficere, & ligare, nullamq; harum ignorantiam prætendere posse, ac si eis personaliter intimatæ forent; præmissis cæterisque contrarijs quibuscumq. non obstantibus.

Sanctionemq; pœnalem adiungit.

§. 28. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostrorum Statutorum, Decretorum, Declarationum, Mandatorum, Innodationis, Voluntatis, Admonitionis, Hortationis, Obsecrationis, Inhibitionis, Derogationis, Præcepti, & Suspensionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum.

Dat. R. A. 1. die 15. Nouēbris.

Dat. Romæ, apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo sexcentesimo vigesimoprimo, decimoseptimo Kalen. Decembris, Pontificatus Nostri Anno Primo.

Papę subscriptio.

✠ Ego Gregorius Catholicæ Ecclesię Episcopus.

Card. subscriptiones.

✠ Antonius Card. Saulius Episc. Ostien. promitto, voueo, & iuro.

✠ Franciscus Maria Cardinales à Monte, Episcop. Portuen. promitto, voueo, & iuro.

✠ Franciscus Cardinalis Sfortia, Episcopus Tusculanus, promitto, voueo, & iuro.

✠ A. Cardinalis Montaltus, Episcopus Albanen. S. R. E. Vicecancellarius, promitto, voueo, & iuro.

✠ Odoardus Cardinalis Farnesius, Episcopus Sabinen., promitto, voueo, & iuro.

✠ Octauius Cardinalis Bandinus, Episcopus Prænestinus, promitto, voueo, & iuro.

✠

✠ Andreas Cardinalis Perettus, promitto, voueo, & iuro.

✠ B. Cardinalis Beuilacqua, promitto, voueo, & iuro.

✠

✠ F. tit. S. Praxedis, presb. Card. de Sourdis promitto voueo, & iuro.

✠ Ego Io. Baptista tit. ss. Marcellini, & Petri, Card. Detus, promitto, voueo, & iuro.

✠ Ego Dominicus ss. Apostolorum, presb. Card. Gymnasius, promitto, voueo, & iuro.

✠

✠ Ego Carolus tit. s. Cæsarei presb. Card. Madrutius, promitto, voueo, & iuro.

✠

✠ Ego S. tit. s. Chrysogoni presb. Card. Burghesius, Maior Pœnitentiarius, promitto, voueo, & iuro.

✠ Ego M.

✠ Ego M. tit. s. Onuphrij presb. Card. Barberinus promitto, voueo, & iuro.

✠ Ego Io. Garsia tit. ss. Quatuor Coronatorum presb. Card. Millinus, promitto, voueo, & iuro.

✠ Ego M. tit. ss. Quirici, & Iulitæ presb. Card. Lantes, promitto, voueo, & iuro.

✠ Ego M. Angelus Tontus tit. s. Petri ad Vincula, presb. Cardinalis Nazarenus, promitto, voueo, & iuro.

Ego F. tit. s. Augustini presb. Verallus, promitto, voueo, & iuro.

✠ Ego Io. Bapt. tit. s. Cæciliæ presb. Card. Lenus, promitto, voueo, & iuro.

✠ Ego Dominicus tit. s. Martini in Montibus, presb. Card. Riuarola, promitto, voueo, & iuro.

✠ Ego P. tit. s. Mariæ de Populo, presb. Card. Philonardus, promitto, voueo, & iuro.

✠ Ego P. Paulus tit. ss. Nerei, & Achillei, presb. Card. Crescentius, promitto, voueo, & iuro.

✠

✠

✠ Ego Gaspar tit. s. Crucis in Hierusalem presb. Card. Borgia, promitto, voueo, & iuro.

✠ Ego Robertus tit. s. Alexij, presb. Card. Vbaldinus, promitto, voueo, & iuro.

✠ Ego Tiberius tit. s. Priscæ, presb. Card. Mutus, promitto, voueo, & iuro.

✠ Ego Gabriel tit. S. Pancratij, presb. Card. de Treio, promitto, voueo, & iuro.

✠

✠

✠

✠ Ego Petrus tit. s. Thomæ in Parione, presb. Card. Camporeus, promitto, voueo, & iuro.

✠ Ego Mattheus tit. S. Marci, presb. Card. Priolus, promitto, voueo, & iuro.

✠ Ego S. presb. Cardinalis S. Susannæ. S.R.E. Biblioth. promitto, voueo, & iuro.

✠

✠

✠

✠ Ego Guido tit. s. Ioannis ante portam Latinam, presb. Card. Bentiuolus, promitto, voueo, & iuro.

✠ Ego Petrus tit. s. Saluatoris in Lauro, presb. Card. promitto, voueo, & iuro.

✠ Ego It. Federicus presb. Card. de Zollern, promitto, voueo, & iuro.

✠ Ego Cæsar. tit. s. Petri in Monte Aureo, presb. Card. Gherardus, promitto, voueo, & iuro.

✠ Ego Fr. Desiderius tit. s. Clementis, presb. Card. de Cremona, promitto, voueo, & iuro.

✠ Ego Stephanus tit. s. Mariæ in Via, presb. Card. Pignattellus, promitto, voueo, & iuro.

✠ Ego L. Card. Ludouisius, tit. S. Mariæ de Transpontina S. R. E. Cam. promitto, voueo, & iuro.

✠ Ego Franciscus tit. s. Matthæi in Merulana, presb. Card. Sacratus, promitto, voueo, & iuro.

✠ Ego M. Ant. tit. s. Eusebij, presb. Card. Gozadinus, promitto, voueo, & iuro.

✠ Ego Alexander s. Mariæ in via lata Diaconus Cardinalis Esteñ, promitto, voueo, & iuro.

✠

✠

✠

✠

✠

✠

✠

✠ Ego Franciscus s. Angeli in Foro piscium, Diaconus Card. Boncompagnus, promitto, voueo, & iuro.

✠ Ego Hippolytus s. Mariæ Nouæ, Diac. Card. Aldobrandinus, promitto, voueo, & iuro.

✠

Publicatio huius in Vrbe.

Anno à Natiuitate D. N. Iesu Christi Millesimo sexcentesimo vigesimo primo, Indictione quarta, die verò vigesima sexta Mensis Nouembris, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri D. Gregorij diuina prouidentia Papæ XV. Pontificatus sui primo. Introscriptæ litteræ Apostolicæ publicatæ, & affixę fuerunt ad valuas Basilicarum s. Ioannis Lateranensis, Principis Apostolorum de Vrbe, ac Cancellariæ Apostolicæ, & in Acie Campi Floræ, dimissis ibidem earumdem litterarum originalibus appensis per aliquod temporis spatium, & exinde amotis, deinde dimissis earumdem litterarum copijs affixis, vt moris est, per nos Augustinum Bracherium, & Brandimartem Latinum prælibati S. D. N. Papæ Cursores.

Octauius Spada Magister Cursorum.

Ere-

XIV.

Erectio Congregationis Clericorum sæcularium Scholarum Piarum in Religionem Clericorum Regularium cum emissione trium Votorum solemnium.

Hanc Congregationem ad pauperes scholares piè, & sine vlla mercede erudiendos, erexisse Paul. V. videas in sua Const. 3. Ad ea hic sup. p. vbi notaui. Et postea iste Pont. confirmauit Constitutiones ab ipsa Congregatione editas, vt Const. 17. Sacrr. inf. Elegitque Ioseph um à Matre Dei in Ministrum Generalem, vt Const. 35. Apostolici, inf.

Ac demum eidem communicauit omnia Priuilegia, & quoscumque gratias Religiosis Mendicantibus concessa, & concedenda in Const. seq. Ad vberes. Necnon postea cōcessit Ecclesiam S. Pantaleonis de Vrbe, sublata prius animarum cura, vt Const. 45. Regimini: nouissimè verò eos Processionibus, & alijs actibus publicis exemit: S.D.N. Vrb. VIII. inf. Const. 100. Debitum.

Edita A.D. 1621.

GREGORIVS PAPA XV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

IN supremo Apostolatus solio, meritis licèt imparibus, diuina dispositione constituti, & ad ea vigilantiæ nostræ partes libenter interponimus, per quæ piæ Clericorum Congregationes in Ecclesia Dei ad illius laudem, & gloriam prouidè, sanctèque institutæ, in perseuerantia laudabilium operum incitentur, ac maioribus in dies proficiant incrementis.

Ioseph à Matre Dei Præfectus Cong. Cleric. Pauperum Matris Dei Scolar. Piarũ supplicat approbari votis solemnibus.

§. 1. Cum itaque, sicut dilectus filius Iosephus de Matre Dei, Præfectus Generalis Congregationis Clericorum Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum de Vrbe, Nobis nuper exponi fecit, Clerici eiusdem Congregationis tria simplicia, Paupertatis scilicet, Castitatis, & Obedientiæ vota emittant. Cumq; perfectionis vitæ studio ducti, simplicia vota prædicta per Nos solemnia declarari, Nobis humiliter supplicassent.

Et ille id Cardd. negotijs Episcop. & Regular. Præp. commisit, ipsique d. Cong. in Relig. triũ votorũ sol. approbari censuerunt in quodam Decreto.

§. 2. Venerabiles Fratres nostri S. R. E. Cardinales negotijs Episcoporum, & Regularium præpositi, quibus negotium huiusmodi maturè examinañ, & Nobis refereñ commisimus, prædictam Congregationem nuncupatam Pauperum Matris Dei, olim Romæ fel. rec. Clementis Papæ VIII. Prædecessoris nostri auctoritate erectam, per sanctæ memoriæ Paulum Papam V. Prædecessorem nostrum confirmatam, & propè Ecclesiam sancti Pantaleonis de Vrbe modò degentem, in Religionem trium votorum solemnium approbari posse censuerint, prout in decreto desuper sub die xxxj. Augusti proximè præteriti facto dicitur contineri.

Quod Decr. hic Pont. approbat, suppletq; omnes defectus, si qui essent.

§. 3. Nos pijs Iosephi & Clericorum prædictorum votis huiusmodi, quantum cum Domino possumus, benignè annuere, eosq; specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volẽtes, & eorum singulares personas à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, ceñ, & pœnis à iure vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequeñ, harum serie absoluentes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum prædictum Apostolica auctoritate teñ præsentium approbamus, & confirmamus, illique perpetuæ & inuiolabilis Apostolicæ firmitatis robur adijcimus, ac omnes, & singulos tàm iuris, quàm facti defectus, si qui desuper quomodolibet interuenerint, supplemus.

Clausulæ præseruatiuas.

§. 4. Decernentes, præsentes litteras validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac Iosepho, & Clericis prædictis in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari.

Irritansq; Decret. apponit.

§. 5. Atque ita per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate sciẽter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrarijs quoq; derogat.

§. 6. Non obstañ Apostolicis, ac vniuersalibus, Prouincialibusque, & Synodalibus Concilijs editis, generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon quatenus opus sit, dictæ Congregationis, etiã iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Dat. P.A. die 18 Nouembris.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die xviij Nouembris MDCXXI. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Sequitur Elargitio, & communicatio Congregationi Clericorum Regularium Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum, omnium exemptionum, indultorum, & priuilegiorum quibuscumque Ordinibus Mendicantium, eorumque locis, & personis quomodolibet concessorum, & concedendorum.

GRE-

Edita A.D. 1622.

GREGORIVS PAPA XV.
Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

AD vberes fructus, quos dilecti filij Minister Generalis, & Clerici Congregationis Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum in Militanti Ecclesia, cuius regimini diuina disponente clementia præsidemus, indies afferunt, mentis nostræ aciem conuertentes, ac vberiores ex ipsa Congregatione fructus in dies prouenturos esse sperantes, ad ea meritò libenter intendimus, per quæ Congregatio ipsa felicioribus in dies proficiat incrementis.

Elargitio, & communic. priuileg. & gratiarum de qua in rubrica.

§. 1. Vt igitur Minister, & Clerici prædicti eo feruentius in suo laudabili instituto perseuerent, quo maioribus se viderint fauoribus, & gratijs munitos, prouidere volentes, ac singulares Ministri, & Clericorum prædictorũ personas à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectũ præsentiũ dũtaxat cõsequẽdũ harũ serie absoluẽtes, & absolutas fore cẽsentes, supplicationibus eorũ nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Congregationi prædictæ, illiusq. Ministro, & Clericis, alijsq. personis vt omnibus, & singulis priuilegijs, immunitatibus, libertatibus, facultatibus, exemptionibus, alijsque gratijs, & indultis tàm spiritualibus, quam temporalibus Ordinibus Mendicantium, illorumque Superioribus, Professoribus, necnon Ecclesijs, Monasterijs, Regularibus locis, etiam per viam communicationis, vel extensionis, aut alias quomodolibet per quoscumque Rom. Pontifices Prædecessores Nostros, ac etiam Nos quomodolibet concessis, & quibus ipsi, necnon Ecclesiæ, Monasteria, & Regularia loca huiusmodi de iure, vsu, consuetudine, priuilegio, aut concessione Apostolica in genere, vel in specie, ac tàm coniunctim, quam diuisim, seù aliàs quomodolibet vtuntur, fruuntur, & gaudent, ac vti, frui, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum, dummodo tamen sint in vsu, & non sint reuocata, aut sub aliquibus reuocationibus comprehensa, nec sacris Canonibus, & Concilij Tridentini Decretis, aut Constitutionibus Apostolicis repugnent, pari modo non solùm ad eorum instar, sed pariformiter, & æquè principaliter, perinde ac si illis nominatim, & in specie concessa fuissent, vti, frui, & gaudere liberè, & licitè valeant, Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuò concedimus, & indulgemus, dictaque priuilegia, immunitates, libertates, facultates, exemptiones, gratias, & indulta eis communicamus, illaq; ad eos extendimus.

Clausulæ præseruatiuæ apponit.

§. 2. Decernentes, præsentes litteras validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac Præposito, & Clericis prædictis in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari.

Et Decretum irritans.

§. 3. Sicque per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatij Apostolici Auditores iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrarijsque derog. &c.

§. 4. Non obstan. nostra de gratijs ad instar non conceden. ac quibusuis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, Ordinum prædictorum, etiã iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis; Quibus omnibus, & singulis, eorum teñ præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Dat. Pont. An. II. die [illegible]

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die xv. Octobris M.DCXXII. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

XV.

Confirmatio, & Innouatio Constitutionum Greg. XIII., & Greg. XIV. super prohibitione delationis habitus Fratrum Capuccinorũ, vel consimilis habitus per alios Regulares. Nec non commissio, & demandatio Ordinarijs locorum Regnorum Hispaniæ, Franciæ, aliorumq. Regnorum, & Prouinciarum Italiæ, ne alijs quibusuis Religiosis cuiuscumque Ordinis, Societatis, & Instituti Regularibus sub quouis prætextu in posterum, Nomen, vel Habitum ipsorum Fratrum Capuccinorum sibi vendicare, vel vsurpare permittant, sed ipsas editas Constitutiones per Ecclesiasticas censuras, & pœnas obseruari faciant.

Horum Fratrum Regulæ approbationem cum habitus præfinitione habes in Clem. VII. Cõst. 21. Religionis, sup. t. 1. p. 588. vbi videas quæ notauit Genitor meus.

GRE-

Edita A. D. 1623.

GREGORIVS PAPA DECIMVSQVINTVS
Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

EX iniuncto Nobis Apostolicæ seruitutis Officio, ad ea, per quæ Christi fidelium quorumlibet, præsertim sub suaui Religionis iugo Altissimo famulantium quieti, paci opportunè consulitur, libenter intendimus, ac in his Officij Nostri partes interponimus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

Greg. xiij. & Gregor. xiv. inferius citat. prohibuerunt delationem habitus similis vel Caputii Frat. Capuccinorum.

§. 1. Aliàs siquidem à fel. rec. Gregorio xiiI. & Gregorio xiiiI. Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostris emanarunt Litteræ tenoris subsequentis, videlicet.

Gregorius Papa xiiI. Ad perpetuam rei memoriam. Regularium personarum, præsertim exemplarem vitam in humilitatis, & paupertatis spiritu ducentium, quieti, ac indemnitati pro commisso Nobis Pastoralis Officij debito consulere cupientes, ad ea remouenda, quæ ipsis præiudicium adferre, & scandali materiam præstare dignoscuntur, curam nostram libenter intendimus. Accipimus siquidem, quòd licèt aliàs fel. rec. Paulus Papa xiiI. Prædecessor Noster, per suas litteras inter alia districtiùs inhibuerit quibusuis personis cuiuscumque conditionis existerent, sub excommunicationis latæ sententiæ pœna eo ipso incurrenda, ne Habitum per Fratres Ordinis Minorum Capuccinorum nuncupatorum, gestari solitum, nisi sub pro tempore existentis Vicarij Generalis eiusdem Ordinis obedientia, & cura permanerent, gestare quoquo modo præsumerent, & piæ mem. Pius Papa iiiI. etiam Prædecessor Noster litteras Pauli Prædecessoris huiusmodi, ita quòd nullus, cuiuscumque conditionis existeret, non solùm habitum præfatum iuxta litterarum Pauli prædecessoris huiusmodi tenorem, verùm etiam nec ita consimilem, quòd propter eum credi Frater eorum Congregationis, nisi sub præfati Vicarij Generalis pro tēpore existentis obedientia, & cura permaneret, sub simili pœna excommunicationis latæ sententiæ quoquo modo gestare præsumeret, per aliàs suas litteras confirmauerit, & approbauerit, & ac etiam ad id extenderit: nihilominus multi Fratres Tertiarij nuncupati, Ordinis Minorum Conuentualium Sancti Francisci nuncupatorū, in Regno Siciliæ degentes, Habitum eiusdem panni, & coloris, quo ipsi Fratres Capuccini vtuntur, gestare, & saluo quòd Capuccium rotundum more Fratrum Conuentualium huiusmodi deferunt, in reliquis ita consimiles eisdem Fratribus Capuccinis incedere præsumunt, vt passim à populo pro Capuccinis habeantur, & reperiuntur, ac illis tanquam talibus eleemosynæ, & oblationes elargiantur, non sine eorumdem Capuccinorū, qui ea ratione eleemosynis huiusmodi ab alijs suo nomine interceptis frustrati remanent, præiudicio, & incommodo, sed etiam graui dictæ plebis offensione, & scandalo, dum quos disciplinæ regulari ipsorum Fratrum Capuccinorum mancipatos credit, eis pecuniarum vsum, ac rerum commercium permitti intuetur. Quocirca Nos rationi consonum esse rati, vt qui in obseruantia vitæ regularis vniformes non sunt, ijdem etiam habitus delatione distinguantur, in præmissis ad euitandas confusiones, & contentiones, quæ, nisi habitus vtrinque distinguantur, oriri possent, prouidere volentes, ac singulas litteras Prædecessorum huiusmodi, & in eis contenta quæcumque pro expressis habentes, & harum serie approbantes, & confirmantes, atque etiam innouantes, Motu proprio, & ex certa scientia nostra statuimus, & ordinamus, quòd ex nunc de cætero perpetuis futuris tēporibus huiusmodi Fratres Tertiarij nuncupati dicti Ordinis Fratrum Minorum Conuentualium in Regno Siciliæ existentes, & sub obedientia, & cura dicti Vicarij Generalis Capuccinorum pro tempore existentis non permanentes, ad instar aliorum Fratrum eiusdem Ordinis Minorum Conuentualium ibidem degentium, non solùm Capuccium rotundum, vt præfertur, sed etiam habitum eiusdem coloris, cuius est habitus dictorum Fratrum Conuentualium, videlicet berrettini nuncupati, vt propterea à Capuccinis Fratribus facilè discernantur, deferre debeant, & teneantur, alioquin si secus fecerint, post sex menses ab intimatione præsentium, pœnas Constitutionum Pauli, & Pij prædictorum incurrant eo ipso. Decernentes, præsentes litteras de subreptionis vitio, aut intentionis nostræ, vel alio quopiam defectu, etiam ex eo quòd interesse habentes vocati nō fuerint, seu quocumque alio prætextu notari, impugnari, retractari, aut in ius, vel controuersiam reuocari, seù aduersus eas quodcumq; iuris, gratiæ, vel facti remedium impetrari nullo vnquam tempore posse; Sicque per quoscumque Iudices ordinarios, vel delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & definiri debere, irritum quoque & inane si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Et nihilominus vniuersis, & singulis

Ista Paul. Const. est sup. t. 1. p. 642. num. 10.

Const. huius Pij habes not. ad cōst. Greg. xiv. signati in Rubr.

gulis dicti Regni locorum Ordinarijs, in quorum diœcesibus Fratres Tertiarij Ordinis Minorum Conuentualium huiusmodi pro tēpore degent, per præsentes committimus, & mandamus, vt per se, vel alium, seu alios, præsentes litteras,& in eis contenta quæcumque, vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Capuccinorū prædictorū, vel aliorū quorum intererit, fuerint requisiti, solemniter publicātes,faciant auctoritate Nostra litteras, & in eis contenta huiusmodi ab omnibus ad quos spectat,&spectabit quomodolibet in futurum, sublato quocumque exemptionis priuilegio, inuiolabiliter obseruari; contradictores quoslibet, & rebelles per prædictas, aliasque sententias, censuras, pœnas, aliaq; iuris, & facti remedia, appellatione postpōsita compescendo, ac legitimis super his habendis seruatis processibus, ipsas sententias, censuras, & pœnas, etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit,auxilio brachij sæcularis. Non obstantibus præmissis, ac Apostolicis, necnon in Prouincialibus,& Synodalibus Concilijs editis, specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & ordinationibus, necnon statutis,& indultis, & litteris Apostolicis, etiam sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & alijs decretis, etiam Motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, in genere, vel in specie, ac aliàs quomodolibet concessis, approbatis, & innouatis; quæ omnia aduersus præmissa nullatenus suffragari volumus, contrarijs quibuscumque; aut si Fratribus Tertiarijs prædictis, vel quibusuis alijs communiter, vel diuisim ab Apostolica sit Sede indultum, quòd interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Volumus autem, quòd præsentium transumptis, etiam impressis, manu publici Notarij subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem fides vbique in iudicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur,si essent exhibitæ, vel ostensæ. Dat. Tusculi sub Annulo Piscatoris, die 4. Oct. MDLXXXI. Pontificatus Nostri Anno Decimo. Gregorius Papa XIII. Ad perpetuam rei memoriam. Beati Francisci Confessoris Sodalitas.

Omittitur residuum, quia illud habes in t.2. pag. 699. num. 2.

§. 2. Cum itaque, sicut dilectus filius Procurator Generalis eorumdem Fratrum Capuccinorum totius Ordinis huiusmodi nomine Nobis nuper exponi fecit, nonnulli in Hispaniarum, Galliæ, & aliorum fortasse Regnorum, & Prouinciarum, necnon in aliquibus Italiæ partibus nomen, habitum eorumdem Fratrum Capuccinorum sibi vendicent.

Fr. illi supplicar. Pont. vt dd. cō. f. obseruari mandaret.

§. 3. Nos præmissis, quantum cum Domino possumus, obuiare volentes; supplicationibus eiusdem Procuratoris nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, De Venerabilium Fratrum Nostrorum S.R.E. Cardinalium negotijs Regularium Præpositorum consilio,locorum Ordinarijs in eisdem Regnis, & Prouincijs existentibus per præsentes committimus, & mandamus, ne Nomen, vel Habitum præfatorum Fratrum Capuccinorum ab alijs quibusuis Religiosis, seu cuiuscumque Ordinis, Societatis, vel Instituti Regularibus, sub quouis prætextu in posterum sibi vendicare, aut vsurpare permittant, sed Constitutiones Apostolicas dictorum Gregorij xiij. & Gregorij xiiij. Prædecessorum huiusmodi per Ecclesiasticas censuras,& pœnas obseruari faciant.

Qui modò iubet locorum Ord. vt. ipsas obseruari faciant.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Contraria remouendo.

§. 5. Volumus autem quòd præsentium transumptis etiam impressis, manu publici Notarij subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem fides vbique in iudicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ.

Transumptis fidē præstari mand.

Dat. Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die 9. Decembris MDCXXI. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Dat. P.A., die 9. Decembris.

XVI.

Ampliatio, & extensio facultatis concessæ Fratribus Minoribus Ordinis sancti Francisci de Obseruantia Discalceatorum in Regnis Hispaniarum commorantium, noua loca erigendi, seruata forma Sacrorum Canonum, & Concilij Tridentini,cæteris non obstantibus,ad Fratres eiusdem Ordinis citra montes degentes.

Huiusmodi facultatis concessionem habes sup. in Pauli V. Const.27. ad Vberes, t.3.p.21 r. vbi notaui alia, sed pleniùs cernas tibi assignata ad Const. Approbationis Religionis dd. Fratrum per Clem. VII. Const. 21. Religionis, t. 1. p. 588. factam. Sed reuocationem huiusmodi licentiarum, earum tamen quæ effectum suum non sunt fortitæ, vides habitā per

per S. D. N. Vrb. VIII. inf. in sua Const. 25. Romanus; vbi notaui Canones præscribentes formam erectionis nouorum locorum Regularium.

Edita A.D. 1621.

GREGORIVS PAPA DECIMVSQVINTVS
Ad perpetuam rei memoriam.

Paul. v. concessit hn. Fr. in Regno Hisp. facult. recipiendi noua loca seruata forma sacror. Can. & Conc. Trid. sess. 25. cap. 3. de Regular.

Hæc Const. est sup. c. 3. num. 27. Ad Vberes pag. 20.

ALiàs fel. rec. Paulus Papa V. prædecessor noster per suas in simili forma Breuis sub die 5. Septembris 1606. expeditas litteras, Motu proprio, & ex certa scientia, ac mera deliberatione suis, deq; Apostolicæ potestatis plenitudine, Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Obseruantia Discalciatorum, seu Recollectorum nuncupatorum superioribus, vt vbique locorum domos, & monasteria, seruata forma sacrorum Canonum, & Conc. Trid. de sola licentia Ordinariorum, nullo aliarum personarum cuiusuis Ordinis Regularium requisito consensu, concedere, fundare, & erigere valerent, licentiam, & facultatem concessit, & indulsit; prout in dictis litteris, quarum tenor presentibus pro expressis haberi volumus pleniùs continetur.

Hic. Pont. præd. facultatē dictis Fr. in Hispaniis commorantibus concessam ad Fr. citra montes degentes extendit cum omnibus gratijs, & priuilegijs eidē à dicto Paulo concessis.

§. 2. Nunc Nos ad vberes, & suaues fructus, quos citra montes commorantes in militanti Ecclesia, cuius regimini diuina disponente elementia præsidemus, in dies afferunt, mentis nostræ aciem conuertentes, ad ea, quæ eorumdem Fratrum citra montes commorantium, domorum, & locorum Regularium augumento conducere possunt, libenter intendimus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire. Itaque vltimo dictos Fratres Reformatos citra montes huiusmodi specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodo libet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes. Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deq; Apostolicæ potestatis plenitudine, Litteras Pauli prædecessoris huiusmodi cùm omnibus in eis cōtentis clausulis, decretis, ac derogationibus ad prædictos Fratres Reformatos citra montes commorantes, vt præfertur, tenore præsentium, extendimus, eorumdemque Fratrum citra montes commorantium Superioribus, & vbique locorum citra montes domos, & monasteria, seruata forma sacrorum Canonum, & Conc. Trid. de sola Ordinariorum licentia, nullo aliarum personarum cuiusuis Ordinis Regularium requisito consensu, concedere, fundare, & erigere liberè, & licitè valeant, auctoritate Apostolica earumdem tenore præsentium licentiam, & facultatem concedimus, & impartimur.

§. 3. Non obstantibus omnibus illis, quæ idem Paulus Prædecessor in suis litteris prædictis voluit non obstare, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Contrarijsque derogat.

Dat. Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die 23. Decembris 1621. Pontificatus Nostri Anno primo.

Dat. P. A. I. die 23 Decembris.

XVII.

Confirmatio Constitutionum, & Ordinationum à Congregatione Clericorum Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum pro felici eius regimine editarum.

Istius Congregationis materiam vide indicatam hic sup. const. 14. In supremo, pag. 93.

GREGORIVS PAPA XV. Edita A.D. 1621
Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

SAcri Apostolatus ministerio per abundantiam diuinæ gratiæ, nullo licèt merito nostro præpositi, ad ea, per quæ Christifidelium, præsertim sub suaui Religionis iugo, & in humilitatis spiritu altissimo famulātium, felici, prosperæque directioni consulitur, libenter intendimus, & his, quæ propterea facta esse dicuntur, vt ad omnibus quos illa cōcernunt, inuiolabiliter obseruentur, Apostolici muniminis firmitatem adijcimus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire.

§. 1. Cum itaque, sicut dilecti filij Præpositus, & Clerici Congregationis Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi pro felici, & prospero eiusdem Congregationis statu, atque regimine diuersas constitutiones fecerint, illasque in vnum volumen redegerint, tenoris subsequentis, videlicet.

Omittitur tenor earum Constitutionum, quia illæ sunt impressæ in libro particulari, qui asseruatur in Archiuio huius Congregationis, & in quolibet illius Monasterio habetur.

Demum Capitulum generale supradictas Constitutiones immutare, aut infringere, nisi ex sex Capituli partibus quinque cōcurrant, non posse, volumus, atque statuimus, ad

 Omnipo-

Omnipotentis Dei gloriam, & proximorum vtilitatem.

Confirmat cōstitutiones, & regulares Congregat. Clericorum regul. pauperum matris Dei Scholarũ piarum edictas.

§. 2. Nos inuiolabili dictarum Constitutionum obseruationi, quantum cum Domino possumus, consulere, dictosque Præpositum, & Clericos specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati. De Venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotijs Episcoporum, & Regularium præpositorum consilio, Constitutiones prædictas, omniaque, & singula in eis contenta Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuò approbamus, & confirmamus, ac illis perpetuæ, & inuiolabilis Apostolicæ firmitatis robur adijcimus, omnesque, & singulos tàm iuris, quàm facti, & quosuis alios defectus, si qui in præmissis, aut eorum aliquo quomodolibet interuenerint, supplemus.

Omnesq. huiusmodi personas prædictas cōstitutiones obseruare debere decernit.

§. 3. Decernentes, modernos, & pro tempore existentes dictæ Congregationis Præpositum, & Clericos, aliasque personas ad plenariam earumdem Constitutionum obseruationem, prout illæ eos concernunt, teneri, & obligatos existere, & fore, & ad id sub censuris Ecclesiasticis, & alijs in Constitutionibus prædictis contentis pœnis cogi, & compelli posse, sicque per quoscumque iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Quibuscũq. nō obstantibus.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisq. contrarijs quibuscumque.

Trāsumptis huius Bullæ credi iubet.

§. 5. Volumus autem, quòd præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

D. P. A. 1. die 31. Ianuarij.

Datum Romæ apud sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die 31. Ianuarij, Pontificatus Nostri Anno Primo.

XVIII.

De Exemptorum priuilegijs circa animarum curam, & Sacramentorum administrationem, Sanctimonialium monasteria, & prædicationem Verbi Dei.

Tu scias nonnulla dubia super ista Constitutione exorta fuisse, super quibus emanatæ sunt declarationes Sacræ Congregationis Cardd. Concilij Tridentini Interpretum, ab istomet Greg. & S. D. N. Vrban. VIII. eius successore respectiuè approbata, quæ hic subsequentur.

GREG. EPISC. SERV. SERVORVM DEI.

Sedis A. D. 1621

Ad perpetuam rei memoriam.

INscrutabili Dei prouidentia vniuersalis Ecclesiæ regimini, meritis licèt imparibus, præsidentes, pastoralis nostræ sollicitudinis partes esse dignoscimus, in eam curam præcipuè incumbere, vt à dignis, & probatis tantùm sacerdotibus sanctè administrentur Ecclesiastica Sacramenta; atque vt virginum Deo sacratarum Monasteria diligentissimè custodiantur; & viri assumantur idonei ad prædicationis officium salubriter exequendum.

Causa huius edit.

§. 1. Sanè Tridentinæ Synodi decretis prouidè cautum est, nullum Presbyterum, etiam regularem, posse Confessiones sæcularium, etiam Sacerdotum, audire, nec ad id idoneum reputari, nisi aut parochiale beneficium habeat, aut ab Episcopis per examen, si illis videbitur esse necessarium, aut aliàs idoneus iudicetur, & approbationem, quæ gratis detur, obtineat.

Cōc. Trid. sess. 23 c. 15 circa Cōfess. idoneitatē & approbationē disponit.

Necnon vt in monasterijs, seu domibus virorum, seu mulierum, quibus imminet animarum cura personarum sæcularium, præter eas, quæ sunt de illorum monasteriorum, seu locorum familia personæ, tàm regulares, quàm sæculares eiusmodi curam exercentes, subsint immediatè in ijs, quæ ad dictam curam, & Sacramentorum administrationem pertinent, iurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopi, in cuius diœcesi sunt sita. Itemque vt Episcopi vniuersi sub obtestatione Diuini iudicij, & interminatione maledictionis æternæ in omnibus monasterijs sibi subiectis Ordinaria, in alijs verò Sedis Apostolicæ authoritate clausuram sanctimonialium, vbi violata fuerit, diligenter restitui, & vbi inuiolata est, conseruari maximè procurent; inobedientes, atque contradictores per censuras Ecclesiasticas, aliasque pœnas, quacumque appellatione postposita, compescentes.

Et sess. 25. c. 11 & c. 5. circa sanctimoniales statuit.

Et sess. 24. c. 4. circa prædicatores Verbi Dei.

§. 3. Atque vt regulares in Ecclesijs suorum

rum Ordinum prædicare volentes, se coram Episcopis præsentare, & ab eis benedictionem petere teneantur; in Ecclesijs verò, quæ suorum Ordinum non sunt, nullo modo prædicare possint sine Episcopi licentia: contradicente autem Episcopo, nulli, etiàm in suorum Ordinum Ecclesijs, prædicare præsumant.

Hic autem Pont. super huiusmodi Decr. multas adiungit quoad Exempt. priuil. circa animar. curam, & Sacram. administr.

§. 4. Verùm quia experientia compertum est, Ecclesiastici regiminis rationes postulare, vt decretis eiusmodi aliquid adiungatur: matura deliberatione nostra, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, hac generali, ac perpetuò valitura Constitutione decernimus, statuimus, & declaramus, vt deinceps tam regulares, quàm sæculares, quomodolibet exēpti, siue animarū curā personarum sæcularium monasterijs, seù domibus regularibus, aut quibusuis alijs Ecclesijs, vel beneficijs siue regularibus, siuè sæcularibus incumbentem exerceant; siuè aliàs Ecclesiastica Sacramenta, aut vnum ex illis ministrent præuia Episcopi licentia, & approbatione; siuè quoquomodo in dictæ curæ exercitio, aut in eorumdem Sacramentorum, vel alicuius ex illis administratione de facto absquè vlla auctoritate se ingerant: in his, quæ eiusmodi curam, seù administrationem concernunt, omnimodæ iurisdictioni, visitationi, & correctioni dioecesani Episcopi, tamquàm Sedis Apostolicæ delegati, plenè in omnibus subijciantur. Ad hęc tam regulares, quàm sæculares huiusmodi nullis priuilegijs, aut exemptionibus tueri se possint, quominus, si deliquerint circa personas intrà septa degentes, aut circa clausuram, vel circa bonorum administrationem monasteriorum monialium, etiam regularibus subiectarum, ab Episcopo loci similiter tamquam ad hoc Sedis Apostolicæ delegato, quoties, & quādo opus fuerit, puniri, & corrigi valeāt.

Et quoad Confessores.

§. 5. Cōfessores verò, siuè sæculares quomodocūq. exēpti, tàm ordinarij, quàm extraordinarij, ad Confessiones monialium, etiam regularibus subiectarum, audiendas nullatenus deputari valeant, nisi prius ab Episcopo dioecesano idonei iudicentur, & approbationem, quæ gratis concedatur, obtineant. Sed & Administrantes bona ad eiusdem Monasteria Sanctimonialium, vt præfertur, etiam regularibus subiectarum, pertinentia, siuè regulares extiterint, siuè sæculares, quomodolibet exempti, Episcopo loci, adhibitis etiam Superioribus regularibus, singulis annis rationes administrationis, gratis tamen exigendas, reddere teneantur, ad idque iuris remedijs cogi, & compelli queant. Liceatq; Episcopo, ex rationabili causa Superiores regulares admonere, vt eiusmodi Confessores, atque Administratores amoueant; ijsque Superioribus id facere detrectantibus, aut negligentibus, habeat Episcopus facultatem prædictos Confessores, & Administratores amouendi quoties, & quando opus esse iudicauerit. Ac similiter possit Episcopus, vnà cū superioribus regularibus, quarumcumque Abbatissarum, Priorissarum, Præfectarum, vel Præpositarum eorumdem monasteriorum, quocumque nomine appellentur, electionibus per se, vel per alium interesse, ac præsidere; absque vlla tamen ipsorum monasteriorum impensa.

Et etiam quoad Prædicatores.

§. 6. Ac demum habeat Episcopus, tamquàm dictæ Sedis delegatus, auctoritatem coercendi, ac puniendi quoscumque exemptos tàm sæculares, quàm regulares, qui in alienis Ecclesijs, aut quæ suorum Ordinum non sunt, absquè Episcopi licentia, & in Ecclesijs suis, aut suorum Ordinum, non petita illius benedictione, aut ipso contradicente, prædicare præsumpserint. Ità vt Episcopi in suprascriptis casibus, in prænominatas personas, in præmissis omnibus, & singulis, aut circa ea quoquo modo delinquentes, quoties, & quando opus fuerit, etiam extrà visitationem, per censuras Ecclesiasticas, aliasque poenas, vti eiusdem Sedis delegati, procedere, omnemque iurisdictionem exercere liberè, & licitè valeant.

Ad hæc omnia vide declarat. quæ hic subijciuntur.

Et ita non aliter iudicari posse decernit.

§. 7. Decernentes, sic per quoscumque Iudices quauis auctoritate fungentes, etiam Sacri Palatij Auditores, necnon Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere; Irritum quoque & inane si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, & vel ignoranter contigerit attentari.

Contrarijs omnibus plenè derogat.

Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis in fauorem quarūcumque personarum, atque Ordinum tàm Mendicantium, quàm non Mendicantium, Militiarum, etiam Sancti Ioannis Hierosolymitani, Congregationum, Societatum, ac cuiusuis alterius instituti, etiam necessariò, & in indiuiduo exprimendi, Monasteriorum, Conuentuum, Capitulorum, Ecclesiarum, & aliorum quorumcumque tàm sæcularium, quàm regularium locorum, necnon illorum, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis Statutis, vel Consuetudinibus, etiam immemorabilibus; exemptionibus quoque, indultis, & pri-

priuilegijs, etiam in corpore Iuris clausis, aut ex causa, & titulo oneroso, vel in limine fundationis concessis, etiam Mari Magno, seù Bulla aurea, aut aliàs nuncupatis; Conseruatorum deputationibus, eorumque, atque alijs inhibitionibus, quibus Episcopi deferre minimè teneantur; & quibusuis, alijs, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cũ quibusuis etiã derogatoriarũ derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus decretis, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, aut aliàs quomodolibet, etiam per viam communicationis, seù extensionis concessis, & iteratis vicibus approbatis, & innouatis; etiàm si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, & formis specialis & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seù quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma seruanda esset; tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitùs omisso, & forma in illis tradita obseruata, inserti forent, præsentibus pro expressis habentes, quibus quoad ea, quæ eisdem præsentibus aduersantur, illis aliàs in suo robore permansuris, specialiter, & expresse derogamus; cæterisque contrarijs quibuscumque,

Publicationem Romæ factam, omnes ligare statuit.

§. 9. Cæterùm quia difficile foret præsentes litteras ad singula quæque loca deferri, vt eæ tamen omnibus innotescant, mandamus illas ad valuas Lateranensi, & Principis Apostolorum de Vrbe Basilicarum, atque Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ publicari, & inibi affigi, & per aliquòd temporis spatium dimitti, eisque detractis, earum exempla eo in loco relinqui.

Transumpt. credi mandat.

§. 10. Ac volumus, vt earumdem præsentium litterarum transumptis etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo Prælati, seù personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, in iudicio, & extra illud, vbi opus fuerit, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis originalibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Sanctionem pœnalem subijcit.

§. 11. Nulli ergò omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum Statuti, declarationis, decretorum, derogationis, mandati, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum.

Vter. V. A. 2. die 5. Februarij.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ M. DC. XXII. Nonis Februarij, Pontificatus Nostri Anno II.

In nomine Domini Amen. Anno à Natiuitate Domini nostri Iesu Christi 1623. indictione sexta, die verò octaua Mensis Februarij; Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri D. Gregorij Diuina prouidentia Papæ XV. anno secundo, retroscriptæ litteræ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Basilicarum sancti Ioannis Lateranesi, Principis Apostolorum de Vrbe, ac Cancellariæ Apostolicæ, & in Acie Campi Floræ, dimissis ibidem earumdẽ litterarum originalibus appensis per aliquod temporis spatium, & exinde remotis, deinde dimissis earumdem litterarum copijs affixis, vt moris est, per nos Cosmum Modium, & Alexandrum de Rocchis Sanctissimi Domini Nostri Papæ Cursores.

Octauius Spada Magister Cursorum.

Subsequuntur hic aliquot dubia super ista Constitutione exorta; Quorum resolutiones mox subijcientur.

Posita Constitutione fel. rec. Gregorij XV. de exemptorum priuilegijs, &c. Dubitatur,

i. An liceat Episcopis visitare Altaria regularium Ecclesiarum, quibus cura animarum personarum sæcularium non incumbit, aut loca, vbi in ijsdem Ecclesijs asseruatur sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, vel vbi audiuntur Confessiones personarum sæcularium?

ij. An Episcopi possint Regularibus præscribere, vt certis tantùm in locis, ac temporibus, aut certarum personarum Confessiones audiant, vel aliàs illorum priuilegia restringere, ac moderari in sacramentis administrandis?

iij. An facultas Episcopis per Constitutionem attributa in exemptos tam sæculares, quàm regulares, intelligatur etiam tributa in personas nullius diœcesis?

iiij. An eadem facultas competat inferioribus Prælatis proprium territorium, ac iurisdictionem quasi Episcopalem habentibus.

v. An per eamdem Constitutionem in illis verbis, possit Episcopus vnà cum superioribus regularibus quarumcumque Abbatissarum, &c. electionibus per se, vel per alium interesse, ac præsidere; ius Abbatissas confirmandi Episcopis attributum censeatur.

vj. An Confessores Monialium ante editam Constitutionem deputati, debeant ab Episcopo examinari, & approbari?

vij An.

vij. An superiores Regulares similiter ante ipsius Constitutionis publicationem electi, seu deputati, alia indigeant Episcopi approbatione pro Confessionibus sanctimonialium sibi subiectarum audiendis?

viij. An Confessiones, quas audiunt superiores Regulares electi, seu deputati, vel confirmati post publicationem, & scientiam tenoris dictæ Bullæ, non obtenta Episcopi approbatione, sint nullæ, atque irritæ, necne?

ix. An Regulares generaliter ab Episcopo approbati ad Confessiones personarum sæcularium audiendas, censeantur etiam approbati ad audiendas Confessiones Monialium sibi subiectarum.

x. An Regularis ad audiendas Confessiones Monialium vnius Monasterij ab Episcopo approbatus, Confessiones Monialium alterius Monasterij audire possit?

xj. An Confessores Regulares extraordinarij semel ab Episcopo deputati, & approbati ad audiendas Monialium Confessiones pro vna vice infra annum ad præscriptum sacri Concilij Tridentini, possint, virtute dictæ approbationis, pluriès tamquàm Confessores extraordinarij, earumdem Cõfessiones audire absque noua Episcopi licentia?

xij. Cum in eadem Constitutione statutum sit, vt liceat Episcopo ex rationabili causa superiores Regulares admonere, vt amoueant Confessores Monialium, atque Administratores bonorum ad earumdem Monialium Monasteria pertinentium; iisque superioribus id facere detrectantibus, habeat Episcopus facultatem prædictos Confessores, & Administratores, amouendi quoties, & quando opus esse iudicauerit: An eiusmodi causam Episcopus superioribus Regularibus significare teneatur?

xiij. An eadem Constitutio qua parte supponit Episcopi iurisdictioni Regulares delinquentes circa personas degentes intra septa Monasteriorum Monialium, aut circa clausuram, vel bonorum administrationem eorumdem Monasteriorum, habeat locum in omnibus delictis, an verò solùm in notorijs, & cum scandalo populi?

Subsequuntur declarationes ad supradicta dubia à Congregatione Cardd. S. Concilij Tridentini Interpretum data, & ab isto, & Vrb. VIII. eius successore respectiuè approbata.

Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum censuit, Constitutionem san. mem. Gregorij XV. de exemptorum priuilegijs, nequaquam subijcere Regulares exemptos, quibus cura animarum personarum sęcularium non incumbit, Episcoporum iurisdictioni in his, quæ Sacramentorum administrationem concernunt, nisi cum in Sacramentis personis sæcularibus administrandis ijdem Regulares delinquunt: ac propterea.

AD primum dubium respondit, Episcopis non licere in vim eiusdem Constitutionis visitare Altaria Ecclesiarũ Regularium, quibus non incumbit animarum cura personarum sæcularium, nec loca, vbi in ijsdem Ecclesijs asseruatur Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, vel vbi Confessiones personarum sæcularium audiuntur.

Ad ij. Hac in parte Constitutionem nihil noui iuris induxisse, nec vllam nouam auctoritatem Episcopis in Regulares attribuisse: Ideoque in vim ipsius Constitutionis non posse Episcopos Regularibus præscribere, vt certis tantùm in locis, ac temporibus, aut certarum personarum Confessiones audiant, vel aliàs illorum priuilegia in Sacramentis administrandis restringere, aut moderari. Quòd si aliunde Episcopis huiusmodi facultas comperat, illam non fuisse ab eadem Constitutione sublatam.

Ad iij. Censuit eiusmodi facultatem non intelligi tributam Episcopis in personas nullius diœcesis.

Ad iiij. Non competere.

Ad v. Ius confirmandi Abbatissas minimè fuisse Episcopis per Constitutionem attributum.

Ad vj. Confessores quidem extraordinarios Monialium nullatenus, posse post Cõstitutionem illarum Confessiones audire, nisi priùs ab Episcopo diœcesano idonei iudicentur, & approbentur. Ordinarios verò Confessores ante Constitutionis publicationem deputatos posse, durante triennio ab eorum deputatione inchoando, pergere in Confessionibus Sanctimonialiũ audiendis absque alio examine, & approbatione Episcopi. Quòd si contingat, vt illorum facultas à Sede Apostolica vltra triennium prorogetur, tunc debere eos ab Episcopo examinari, & approbari.

Ad vij. Superiores Regulares electos, seù deputatos ante ipsius Constitutionis publi-

cationem, quibus alioquin facultas competat audiendi Confeſsiones Monialium ſibi ſubiectarum, poſſe, durante eorum officio, pergere ſine alia Epiſcopi approbatione in Confeſsionibus audiendis illarum tantùm, quæ ſpontè, ac proprio motu id ab eis petierint. At verò eos, qui poſt Constitutionem eligentur, aut quoquo modo deputabuntur, vel qui in eorum officijs, ſeu dignitatibus, expleto iam tempore à Conſtitutionibus cuiuſque Ordinis, vel aliàs legitimè præfinito, ad aliud tempus confirmabuntur, nequaquam poſſe Sanctimonialium Confeſsiones audire, niſi prius à diœceſano Epiſcopo idonei iudicati, atque approbati fuerint.

Ad viij. Confeſsiones huiuſmodi nullas, atque irritas eſſe.

Ad ix. Regulares generaliter ab Epiſcopo approbatos ad Confeſsiones perſonarum ſæcularium audiendas, nequaquàm cenſeri approbatos ad audiendas Confeſsiones Monialium ſibi ſubiectarum; ſed egere quòad hoc ſpeciali Epiſcopi approbatione.

Ad x. Regularem ad audiendas Confeſsiones Monialium vnius Monaſterij ab Epiſcopo approbatum, minimè poſſe audire Confeſsiones Monialium alterius Monaſterij.

Ad xj. Confeſſores extraordinarios ſemèl deputatos, atque approbatos ab Epiſcopo ad Monialium Confeſsiones pro vna vice audiendas, haùd poſſe plurièṡ in vim approbationis eiuſmodi illarum Confeſsiones audire: ſed ab Epiſcopo totiès eſſe approbandos, quotiès caſus deputationis contigerit.

Ad xij. Non teneri eiuſmodi cauſam ſignificare Superioribus Regularibus; ſed hoc relinqui arbitrio, & prudentiæ Epiſcoporum, quorum conſcientiam Sacra Congregatio seriò onerauit, nè facultate ſibi hac in parte attributa quoquo modo abutantur, eius rei in diſtricto Dei iudicio rationem reddituri.

Ad xiij. Conſtitutionem habere locum in omnibus delictis, non autem in notorijs tantùm, & cum populi ſcandalo.

Quæ Sacræ Congregationis reſponſa ad ſe relata ſel. rec. Greg. XV. & S.D.N. Vrbanus VIII. in omnibus approbarunt.

A. Card. Caetanus.

Proſper Fagnanus S. Congr. Secr.

Subſequuntur alia duo Dubia, ab eadem Congregatione declarata, & à Sanctiſs. D. N. approbata.

Dub. AN Regularis abſque legitima licentia accedens ad Monaſterium Monialium Regularibus ſubiectarum, ibique in loco colloquijs deſtinato cum Moniali colloquens, à diœceſano Epiſcopo, tamquàm Sedis Apoſtolicæ delegato, coërceri, & puniri poſsit?

Reſolutio d. Dub. SAcra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum cenſuit, Poſſe. Quam Congregationis ſententiam Sanctiſsimus Dominus Noſter VRBANVS VIII. ad ſe relatam approbauit.

Dub. AN liceat Epiſcopo in vim Conſtitutionis ſanct. mem. Greg. XV. de exemptorum priuilegijs, punire Regulares, qui ad Abbatiſſæ electionem procedunt ante tempus ipſi Epiſcopo ſignificatum, aut die electionis eidem nullatenus prænunciata?

Declaratio d. Du. SAcra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum reſpondit. Regulares ex eadem Conſtitutione ità demùm teneri Epiſcopo ſignificare diem electionis Abbatiſsæ, eumque vſque ad præfinitum tempus expectare, ſi anteà ipſe expreſsè declarauerit, ſe vti velle facultate ſibi hac in parte attributa, Abbatiſsarumque electionibus per ſe, vel per alium intereſſe, ac præſidere. Poſt eam verò declarationem licere Epiſcopo animaduertere in Regulares, qui ante tempus ſignificatum, aut die electionis eidem non prænunciata, ad Abbatiſſæ electionem procedunt.

Coſ. Card. de Torres.

Proſper Fagnanus S. Congreg. Sec.

XIX.

Approbatio Cæremonialis continentis vſus electionis ſummi Romani Pontificis ſeriò obſeruandi, & nullo pacto immutandi.

Ple-

Plenissimam dispositionem fecisse hunc met. Pont. de huiusmodi electione viae sup. in sua const. 13. Aeterni p. 87. pro cuius obseruantia postea editum fuit Caeremoniale cuius tenorem habes hic insertum.

Nouissimè autem tàm Constitutionem de Electione quàm huiusmodi Caeremoniale approbauit, & confirmauit S. D. N. Vrbanus VIII. vt inf. in Const. 45. Ad Romani.

Edita A. D. 1621.

GREGORIVS EPISC. SER. SERVOR. DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Causa huius Constitutionis.

DEcet Romanum Pontificem, quae ad Ecclesiae Catholicae felix regimen, salubriter à se statuuntur, vt quàm facillimè obseruentur, Pastorali sollicitudine prouidere, & ea, per quae à se decreta debitum sortiuntur effectum, stabilire. Si quidem postquàm nonam Constitutionem de Romani Pontificis electione, ob causas in ea expressas, diuina aspirante gratia edidimus; ne eius vsus, & obseruantia, veteri Rituali Ecclesiae Romanae ferè inutili ob eamdem Constitutionem reddito, proprij Caeremonialis directione destitueretur; nouum, prout sequitur, confici mandauimus. Quòd cùm post nonnullorum S. R. E. Cardinalium, quibus negotium commisimus, diligens, vt res postulabat, adhibitum examen, confectum fuerit, & à Nobis approbatum; vt illud cum omnibus, & singulis in eo contentis, inuiolabiliter obseruetur, ex Nostri Pastoralis Officij debito, prouidendum censuimus. Tenor autem illius est, qui sequitur.

CEREMONIALE.

In exequijs Romani Pontificis.

ROmano Pontifice vita functo, Cardinales, praestito in prima Congregatione iuramento de obseruanda Constitutione Gregorij Papae XV. de reformatione conclauis, vnà cum alijs Constitutionibus, quae legi, & iurari in ea hactenus consueuerunt, exequias pro eius anima, iuxta ritum hucusque obseruatum, per nouem continuos dies facere debent, nisi fortè in illis nouem diebus aliquod festum ex praecipuis, & magnis incideret, propter cuius obseruantiam, exequias intermitti debere Cardinalibus videretur; hoc enim casu in numero quidem nouem dierum exequiarum intermissarum dies computantur: verùm impensa quae in omissis exequijs facienda esset, in pauperes Christi iuxta Pij IV. Constitutionem distribuenda est;

Impensa exequiarum.

Qua etiam Constitutione, vt exequiarum impensis, quae iam in immensum excreuerant, modus, & finis aliquis esset, cautum est, ne impensae illorum nouem dierum, decem ducatorum millium summam, computatis omnibus, praeter regalia Populo Romano praestari solita, excederent, & vt earum impensarum distributio iustè fieret, tribus ex antiquioribus Cardinalibus, vni scilicet ex quolibet Ordine, ac S. R. E. Camerario, committitur.

Missa Spiritus Sancti in Basilica S. Petri.

Exequijs defuncti Pontificis completis, & interim conclaui opportuno praeparato, Cardinales in Basilica S. Petri, vel alibi pro temporis, & loci opportunitate conuenient, vbi per Decanum Sacri Collegij, vel eo impedito, per alium ex antiquioribus Cardinalibus, Missa de Spiritu sancto celebratur, & in fine per aliquem Praelatum, aut alium virum doctum habetur oratio, in qua monentur, vt sepositis omnibus priuatis affectibus, solum Deum prae oculis habentes, Sanctae Romanae, & vniuersali Ecclesiae de Pastore sufficienti, & idoneo prouidere, omni qua possunt breuitate, & diligentia curent, ad Apostolicarum Constitutionum, & sacrorum Conciliorum praescriptum.

Ingressus Concl.

Re diuina peracta, clericus caeremoniarum capit Crucem Papalem, & procedit, quem Cardinales sequuntur, Episcopi primùm, deinde Presbyteri, postremò Diaconi cum suis cappis violaceis: Crucem praecedunt familiares Cardinalium, & immediatè Cantores (Hymnum, Veni Creator Spiritus, cantantes) post Cardinales sequuntur Praelati, atque ita processionaliter procedentes, conclaue ingrediuntur, & cùm ad cappellam peruenerint, Cardinalium Decanus apud Altare dicit orationem (Deus qui corda fidelium) quia finita leguntur, & iurantur per Cardinales Constitutiones de Romani Pontificis electione, & vna cum eis Constitutio nouissima Gregorij XV. Deinde Cardinales post sermonem habitum per Decanum, quos eos conuenientibus verbis ad electionis negotiū ritè, & rectè peragendum hortatur, ad cellas sorte inter eos iuxta Constit. Pij IV. distributas, diuertunt; & post prandium omnes rursus simul congregantur, officiales conclauis, & alij praestant Sacro Collegio iuramenta consueta.

Hora claud. &c.

Cardinales autem ingressi conclaue non exeant, vespere reuersuri, sed in ipso omninò permaneant. Ipsumque conclaue, post ter iussu Cardinalis Decani personatam campanulam, videlicet prima vice circa primam horam noctis, secunda circa secundam, & tertis circa tertiam, exclusis omnibus, qui in conclaui remanere non debent, intus, & extra

tra claudatur, & claues S. R. E. Camerario, ac Magistro cæremoniarum, & Prælatis custodibus conclauis iuxta solitum assignentur.

Conclauistæ.

Deinde accensis funalibus, tres Cardinales capita ordinum, & Camerarius vna cum Magistro cæremoniarum latebras, & angulos omnes conclauis diligenter perquirunt, ne quis ea ijs, qui esse in conclaui prohibentur, intus remanserit. In conclaui autem esse possunt familiares Cardinalium, & alij officiales, & ministri conclauis, qui in Constitutione Pij IV. recensentur, quibus adduntur duo alij, vnus famulus pro Magistris cæremoniarum, & alius pro Secretario sacri Collegij, hac tamen conditione adiecta, vt famulus Magistrorum cæremoniarum, actu, vni ex illis inseruiat, & per sex menses ante fuerit eius continuus commensalis, quæ conditio in famulo secretarij similiter exigitur: omnium autem istorum conclauistarum, post prandium diei sequentis fit recognitio, ne quis inter illos fortè esset ex ijs, qui, in conclaui esse non possunt, quæ recognitio vt certiùs fiat, iubentur conclauistæ omnes intrare capellam, & postea sigillatim recensentur.

Colloquijs, litteris, cibis, & vestibus.

Clauso conclaui, seruari debent omnia, quæ de colloquijs, litteris, & cibis, & quæ, de non ingredientibus Cardinalibus, aut ijsdē aut eorum familiaribus postquā ingressi sunt, exeuntibus, in Constitutione Pij IV. sancita sunt. Quod verò attinet ad vestes, non solùm cum ad electionem Cardinales procedunt, croceis vti debent, sed iuxta vetus Cæremoniale, cùm aliquid collegialiter agendū est.

Capit. ante elect. & de voce actiua Cardinalium.

Porrò capitula, quæ ante electionem fieri solent à singulis Cardinalibus subscribenda, etiam ad fauorem conclauistarum fieri poterunt, vel ante ingressum conclauis, vel post ingressum, dummodo per ea non retardetur, aut differatur ingressus, vel electio. Quoniam autem iuxta Costitutionem Pij IV. Cardinales, qui saltem in ordine Diaconatus constituti non sunt, ad electionem Romani Pontificis non admittuntur, inspiciendum erit antequàm ad electionis negotium procedatur, an aliqui ex Cardinalibus præsentibus ordine prædicto careant, nam si careant, à suffragio ferendo excludendi erunt, nisi priuilegio Pontificio muniti sint. De Cardinali autem, cui ante mortem Pontificis, os fuit clausum, aliquando dubitatum est, verùm à Pio V. fuit hæc dubitatio sopita per eius decretum editum 26. Ianuarij 1571. quo declarauit huiusmodi oris clausuram cæremoniam quamdam esse ea de causa introductam, vt Cardinales, antequam in Consistorijs, & Congregationibus suffragium ferant, de modestia, quæ ab ipsis in his, & alijs actibus adhiberi debet, quodammodo admoneamur, non autem pertinere ad præcipuam Cardinalium facultatem, quæ circa summi Pontificis electionem versatur. quæ declaratio Pij V. semper hucusque obseruata fuit.

Vt de præcauendis nullitates electionis ab executoribus Constit. Gregorianæ.

Quoniam autem ex Gregoriana Constitutione, ad actum electionis sub pœna nullitatis deuenire non possunt Patres, nisi clauso conlaui: tres Cardinales, & Camerarius eiusdem Constitutionis executores deputati prouidebunt, vt statim post clausum conclaue, diligens per aliquos fiat inquisitio super ipsa clausura, eaque in effectu reperta, curabunt, vt de ea publicum fiat documentum per Magistrum cæremonisrum rogandum, & post huiusmodi documentum, etiam si conclaue in totum, vel pro parte de facto apertum fuisse reperiatur, semper tamen clausum, & pro clauso censeri, & haberi debet ad effectum validitatis electionis, donec de consensu duarum partium Cardinalium præsentium, per secreta suffragia apertum esse declaretur. Hæc tamen declaratio, electioni, quæ ante ipsam facta fuerit, nullatenus præiudicare debet, neque ob ipsam declarationem, præcedens electio impugnari potest.

Formis electionis

Manè sequenti post clausum præcedenti nocte conclaue, post solitum campanulæ sonum conueniunt Cardinales in eo præsentes, qui infirmitate non sunt impediti, ad Capellā Paulinā, & ibi celebrata consueta Missa, & facta Cardinalium communione, statim ad negotiū electionis procedere debent, quòd quidem hodie ex Greg. Constitutione, vno tantùm ex tribus modis, siuè formis peragendum est, alioquin electio, nullitatis vitio subiacet.

Prima forma eligēdi Papam per inspirationem.

Primus modus est, qui quàsi per inspirationem vocatur, quando scilicet omnes Cardinales, quasi afflati Spiritu Sancto, aliquem vnanimiter, & viua voce Summum Pontificem proclamant; circa quem modum, ex Constitutione Gregoriana, infrascripta notari possunt.

Primùm, hæc forma electionis practicari potest solùm in conlaui, & eo clauso. Secundò, debet fieri electio secundum hanc formam ab omnibus, & singulis Cardinalibus in conclaui præsentibus. Tertiò, communiter, & nemine eorum dissentiente. Quartò, nullo præcedente de persona speciali tractatu, & per verbum (eligo) intelligibili voce prolatum, aut scripto expressum, si voce non possit proferri, exemplum autem huius potest esse huiusmodi. Si aliquis Patrum, clauso conclaui, nullo, vt præfertur præcedenti speciali tractatu, diceret, Reuerendissimi Domini: perspecta

specta singulari virtute, & probitate Reuerendissimi D. N. indicarem illum eligendum esse in summum Pontificem, & ex nunc ego ipsum eligo in Papam. Deinde hoc audito, si cęteri Patres, nemine excepto, sequentes primi sentententiam, eodem verbo (eligo) intelligibili voce prolato, aut si non potest, in scriptis expresso, eumdem N. de quo nullus specialis tractatus præcessit, communiter eligerent, ipse N. esset canonicè electus, & verus Papa secundum hanc electionis formam, quæ dicitur per inspirationem.

Secunda forma eligen per compromissum.

Secundus modus est per compromissum, quando scilicet Cardinales ad electionem per hanc formam, seù viam procedere volentes, committerent aliquibus ex Patribus eligendi potestatem, vt vice omnium, Ecclesiæ Catholicæ prouideant de Pastore, cuius formæ praxis potest esse huiusmodi. Primò omnes, & singuli Cardinales in conclaui præsentes, nemine eorum dissentiente, in aliquos ex Patribus compromissum faciunt, exempli gratia in hanc formam. In nomine Domini Amen. Anno ab eiusdem &c. Mense &c. Die &c. Nos Episcopi, Presbyteri, & Diaconi S.R.E. Cardinales omnes, & singuli in conclaui existentes, videlicet N. N. (& sigillatim omnes nominentur Cardinales) elegimus, & eligimus per viam procedere compromissi, & vnanimiter, & concorditer, nemine discrepante, elegimus compromissarios N. N. & N. Cardinales &c. quibus damus plenariam facultatem, & potestatem prouidendi S.R.E. de Pastore, sub hac foma videlicet (Hic optimum erit, vt Cardinales compromittentes exprimant modum, & formam, secundum quam cōpromissarij debebunt eligere, & secūdū quā electus debet censeri verus, & ligitimus Papa, vt puta, si electi sint tres compromissarij, declarandum est, an ad hoc, vt electio si valida, priùs proponere debeant sacro Collegio personam, vel personas ab ipsis nominandam, vel nominandas ad Pontificatum, an verò absolutè debeant electionem peragere; an omnes tres debeant cōuenire in vnam personam, an verò sufficiat, quòd duo in vnam concordent, & an debeant nominare aliquem de Collegio, vel etiam aliquem extra Collegium, & alia his similia.) His autem, vel alijs similibus expressis, addi compromissio solet tempus, ad quod vsque volunt Cardinales, potestatem compromissarios habere eligendi, & postea subiunguntur hæc verba. Et promittimus Nos illum pro Romano Pontifice habituros, quem D.D. compromissarij secundùm formā prædictā duxerint eligendū, vel alia ad formā cōpromissarijs præscriptā accōmodata.

Secundò, completo huiusmodi mandato, compromissarij ad partem in aliquo loco separato se conferunt, & de electione facienda tractant, & solet inter eos præmitti protestatio, quòd per quamcumque prolationem verborum, suum dare consensum non intelligunt, nisi in scriptis illum expresè ponant. Et hæc protestatio videtur necessaria inter compromissarios, vt verbis humanis, & reuerentialibus inter se sine præiudicio vti possint.

Tertiò, facta per compromissarios electione secundùm formam eis præscriptam, & seruatis ijs, quæ Gregorius XV. in sua Constitutione iussit, electus per huiusmodi viam compromissi, est canonicus, & verus Papa.

Tertia forma eligen. per simplex Scrutinium, vel cum accessu.

Tertius modus, seù forma electionis Romani Pontificis est, quæ vocatur per Scrutinium, vel per Scrutinium, & Accessum, cuius formæ ritus secundum Gregorianam Cōstitutionem, quæ vult non solùm Scrutinium fieri secretum, sed etiam Accessum, continet tres actiones, alteram, quæ ante Scrutinium, alteram, quæ scrutinium, & tertiam, quæ Post scrutinium appellati potest.

Ante Scrutinij actus sunt quinque, videlicet Præparatio Schedularum Scrutinij, & Accessus; Extractio Scrutatorum, & deputatorum pro votis infirmorum per sortem; scriptio schedularum Scrutinij; Earum complicatio, & obsignatio.

Schedularum præparatio ad Magistros cæremoniarum pertinet, qui eas impressas, vbi fieri poterit, alioquin vnius manu scriptas secundum formam inferiùs describendam accipient, tàm pro Scrutinio, quàm pro Accessu, & ponent in duobus discis vulgò (bacili) nuncupatis, quos in mensa ante Altare collocabunt, vt inde possint Cardinales, cùm opus fuerit, schedulas sumere.

Forma schedularum Scrutinij.

Forma autem schedulæ Scrutinij quoad eius figuram attinet, erit altera parte longior, hoc est plus longa, quàm lata; longitudo eius erit ferè palmi, latitudo autem dimidij palmi. Quo verò ad contenta in ea, in anteriori eius parte, quæ breuitatis gratia facies nominari potest, tria continere debet; Primò in superiori parte secundum eius latitudinem, duo hæc verba (Ego Card.) cum tanta ab inuicem distantia, vt inter ipsa, nomen proprium Cardinalis eligentis scribi possit, & paulò inferius duos circulos paruos, ad loca sigillorum indicanda.

Secundò, in medio continere debet hæc verba.

Eligo in summum Pontificem Reuerendiss. D.


me

meum D. Cardinalem.

Forma schedulæ Accessus.

Tertiò, in parte inferiori alios duos paruos circulos, ad loca sigillorum similiter demonstranda. Forma verò schedulæ Accessus, eadem prorsus est, quæ Scrutinij, nisi quòd in medio eius, loco verborum (Eligo in summum Pontificem Reuerendiss. D. meum Card.) ponuntur hæc verba (Accedo Reuerendiss. D. meo D. Cardinali.) Verùm faciliùs, quæ dicta sunt, percipientur ex infrascriptis figuris, & exemplis.


EXEMPLVM FACIEI SCHEDVLÆ SCRVTINII.



Exem-

Forma schedulæ Accessus.

EXEMPLVM FACIEI SCHEDVLÆ ACCESSV.



In exteriori autem parte schedularum tam Scrutinij, quàm Accessus, quæ tergum nominari potest, duo sunt imprimendi limbi ex illis, quos ad ornatum librorum impressores adhibent, & vulgari vocabulo, *fregi*, nuncupant, quorum primum circa sui medium continet hoc verbum, *Nomen*, impressum secundùm longitudinem ipsius limbi; alterum verò continet hoc verbum, *Signa*, similiter impressum, vt præcedens. Hi autem limbi excogitati sunt ad obscurandum diaphanum paginarum, ne scilicet ad lumen, nomina, & signa eligentium conspici possint; vbi verò impressoris copia non fuerit, limborum defectus, lineis suppleri poterit; Sed hæc fient clariora per infrapositam figuram tergi schedularum Scrutinij, & Accessus.

EXEMPLVM TERGI SCHEDVLARVM Scrutinij, & Accessus.



De Scrutatoribus & Infirmarijs.

Secundus actus Antescrutinij est extractio Scrutatorum, & Deputatorum pro votis infirmorum; quæ extractio antequàm ad Scrutinium procedatur, sorte facienda est, hoc modo. In vno sacculo, aut vase, publicè ponantur tot schedulæ, vel si magis placet, spherulæ ligneæ palàm numeratæ, quot sunt Cardinales præsentes in Conclaui, cum eorum nominibus: deinde per vltimum Diaconum extrahantur primò Scrutatores tres, & postea tres Deputati pro votis infirmorum, qui breuitatis gratia Infirmarij appellari possunt, de quorum omnium officio inferiùs suo loco scribetur, quòd si in extractione Scrutatorum, & Infirmariorum, ac etiam Recognitorum, de quibus suo loco dicetur, extracti fuerint Cardinales, qui ob infirmitatem, aliudue impedimentum muneribus prædictis satisfacere non possint, alij non impediti, loco illorum extrahantur; Peracta verò extractione, schedulæ, seu spherulæ eorum, qui extracti fuerunt, in sacculum, seu in vas iterum conijciantur.

De modo scribendi in Schedula nomen eligentis, & electi.

Tertius actus Antescrutinij, est schedularum Scrutinij scriptio, quæ fiet hoc modo. Ad duas, vel plures paruas mensas, quæ eruntur eum atramento, & calamis paratæ in loco capellæ apto, vt qui scribunt conspici possint, quid verò scribitur, non possit, accedent Cardinales per ordinem, incipiendo à De-

cano, &

eano, & ibi ſedentes in ſcabellis paratis, ſchedulam quiſque ſuam acceptam priùs ex diſco, ſcribet hoc modo. Primò in prima parte in ſpatio inter verba (Ego Card.) ſcribet proprium nomen; deinde in ſecunda parte, nomen illius, quem eligit, charactere tamen, quantùm fieri poteſt, alterato, vt manus ſcribentis cognoſci non poſſit; & caueat, ne plures in ſchedula ſcribat, quia ſuffragium iuxta Gregorianam conſtitutionem eſſet nullum. In tertia verò parte ſigna, hoc eſt numerum aliquem, & dictum aliquod Scripturæ, ſeu verbum, aut aliquid huiuſmodi; vt in exemplo, pro faciliori intelligentia oculis ſubiecto, videre eſt.

EXEMPLVM SCHEDVLÆ SCRVTINII SCRIPTÆ.

Ego Bonifacius Card. Caetanus.


Eligo in Summum Pontificem R. D.
meum D. *Cardin. Baronium.*

18. *Gloria in excelſis.*

Ego Robertus Card Bellarminus.

Eligo in Summum Pontificem R. D.
meum D.Cardin. Baronium.

1 8: *Gloria in excelsis.*



De plicatione schedulæ.

Quartus actus Antescrutinij, est schedularum cōplicatio, quæ, vt espeditiùs peragi à Cardd. valeat, poterit à Cæremoniatijs Magistris, cùm eas præparant, fieri in hunc, qui sequitur modnm. Binæ fient plicaturæ ex vtraque parte cuiusque schedulæ, ita vt nomen eligentis, & signa cùm fuerit scripta, maneant tecta ex vtraque parte à limbis; deindè quod reliqunm est, ira complicetur, vt schedula ferè ad latitudinem pollicis redigatur, prout ex complicata schedula, quæ hic exempli gratia ponitur, conspici potest.

Hic poni debet exempli schedulæ complicatæ.

: Cæterùm Magistri Cæremoniatum schedulas, non complicatas vt suprà, sed explicatas, & cùm cera rubra in paruis circulis, ponent in discis; & Cardinales postquam eas vt supra scripserint, eo vsque solùm plicabunt, quò nomen, & signa eligentis tegantur, reliquas autem plicaturas tunc facient, cum schedulas, vt infra dicetur, obsignauerint.

Obsignatione schedulæ.

Quintus, & postremus actus Antescrutinij est schedularum obsignatio, quæ ab vno quoque Cardinali facienda erit in tergo schedularum cum sigillo ad hoc parato in loco paruorum circulorum, vbi cera fuerit posita. Porrò sigillum non debet esse solitum Cardinalis, sed aliud, & secretè habitnm, & ita simplex, vt facilè notari possit, veluti, si in sigillo sculpantur aut tres numeri, aut tres literæ, vel literæ, numeri, vel vna tantùm imago, &

hæc de Antescrutinio sufficiant; Cæterum, quod attinet ad Cardinales infirmos, aut aliter impeditos, Inferiùs suo loco dicetur,

Scrutinio, & suis actibus.

Sequitur secunda actio, quę nomine Scrutinij appellata fuit. Octo sunt huius actionis actus, videlicet, Delatio schedulæ, Iuramenti præstatio, Positio Schedulæ in calicem, Schedularum mixtio, Earum numeratio, Scrutinij publicatio, Schedularum in filum insertio, Earumque depositio seorsum.

Delatione schedulæ in calicem, & iuramento.

Delatio schedulæ, & duo sequentes actus, qui meliùs simul describuntur ob eorum connexitatem; hoc modo fient. Quilibet Cardinalis propriam schedulam, postquàm illam scripserit, obsignauerit, & complicauerit; duobus primis digitis sumet, ac eleuata manu palàm deferet ad altare, penes quod stant Scrutatores, in quo est calix magnus ad recipiendas schedulas paratus, & patena coopertus, ibique genuflectens, aliquantulum orabit; deinde surgens, alta, & intelligibili voce, iurabit in hanc formam, quæ in tabella super Altari posita descripta habetur. TESTOR CHRISTVM DOMINVM, QVI ME IVDICATVRVS EST, ME ELIGERE, QVEM SECVNDVM DEVM IVDICO ELIGI DEBERE, ET QVOD IDEM IN ACCESSV PRAESTABO. Post hæc, schedulam in patenam ponet, & per patenam mittet in calicem; quo facto, inclinabit se ad altare, & ad suum locum reuertetur. Et hæc seruanda erunt, si Cardinalis ad altare pergere possit, nam si ob infirmam valetudinem non possit, & præsens in capella sit, vltimus Scrutator discum cum schedulis ad eum deferet, ex quo Cardinalis infirmus, vnam accipiens, eam in loco suo secretè, vt supra dictum est, conficiet; deindè præuio iuramento prædicto, schedulam obsignatam, & complicatam, eidem Scrutatori tradet, qui eam palàm deferet ad altare, & sine oratione, & iuramento in patenam ponet, & per eam in calicem mittet; quæ omnia obseruanda erunt per vltimum Scrutatorem erga eos Cardinales, qui in Capella præsentes, ob valetudinem ad altare pergere non poterunt:

Impeditis valetudine.

Infirmis.

Si verò aliqui Cardinales infirmi sint in suis cellis, tres Cardd. Infirmarij, vt supra extracti, ad eos accedent cum capsula altitudine vnius palmi, in cuius superiori parte sit rima, seu foramen, eius magnitudinis, vt per illud schedula complicata possit per suam latitudinem intus capsulam transmitti; quam capsulam, antequam Scrutatores Infirmarijs tradant, palàm aperient, vt cæteri Cardinales possint eam inanem, & vacuam conspicere, deinde claudent, & clauem ponent super altare: deinde Infirmarij cum capsula clausa, & cum paruo disco tot schedulas continente, quot sunt infirmi Cardinales, ad vnumquemque eorum accedent; & infirmi acceptas ex disco schedulas, secretè scribent, obsignabunt, & complicabunt, & præuio iam dicto iuramento, in capsulam per rimam mittent; quòd si infirmi scribere non possint, alij eorum arbitrio deligendi, præstito de secreto seruando in manibus Infirmariorum iuramento, prædicta facient; atque hi aduertere debent, quòd non solùm iuramenti vinculo tenentur seruare secretum, sed etiam in excommunicationem latæ sententiæ, si contrafecerint, incurrent. His peractis, Infirmarij ad capellam reuertentur cum capsula, quam Scrutatores aperient, & schedulas in ea contentas, palam numerabunt, & tot repertas, quot sunt infirmi, ponent singillatim in patenam, & per patenam simul omnes in calicem. Ne autem nimis in longum protrahatur Scrutinij actio, Infirmarij poterunt proprias schedulas post Decanum conficere, & in calicem ponere, deinde dum cæteri Cardd. Scrutiniũ agunt, ad infirmos pergere ad accipiẽda eorũ suffragia, eo modo, quo proximè ante dictũ est.

Monitiones.

Mixtione schedularum.

Quartus actus Scrutinij, est schedularum permixtio, quæ fiet per primum Scrutatorem, calice, in quo ipsæ schedulæ positæ fuerunt, patena cooperto, pluries agitato.

Numeratione schedularum.

Quintus actus, est numeratio schedularum, quæ palàm fiet per vltimum Scrutatorem, capiendo singillatim vnamquamq. schedulam ex calice, eamque ponendo in alium, qui adhoc paratus sit, calicem vacuum. Quòd si numerus schedularum non respondeat numero Cardd. omnes comburendæ sunt, & iterum, id est secunda vice, ad suffragia statim est deueniendum; Si verò numerus schedularum, numero Cardd. respondeat, prosequẽdi sunt alij actus Scrutinij.

Publicatione Scrutinij.

Sextus actus, est publicatio Scrutinij, quæ per Scrutatores, qui sedent ad mensam ante altare positam, fiet hoc modo: Primus Scrutator accipiet vnam schedulam, eamque intactis sigillis explicabit, & viso in ea schedula, electi nomine, eam tradet secundo Scrutatori, qui pariter, eodem electi nomine perspecto, eamdem tradet tertio, qui illam alta, & intelligibili voce perleget, vt omnes Cardinales præsentes notare possint suffragium in folio impresso, quod penes se habebunt cum nominibus omnium Cardd. notabit autẽ iuxta nomen Cardd. ex schedula recitati: Idẽ faciendum erit de cæteris schedulis in calice positis, vsque ad vltimam; Quòd si in Scrutinij publicatione, inueniant Scrutatores duas

schedulas

schedulas ita complicatas, vt ab vno tantùm datas fuisse appareat, si quidem vnus & idem in vtraque electus fuerit, schedulæ prædictæ habebuntur, & notabuntur pro vno suffragio; si verò diuersi fuerint nominati, neutrum suffragium validum erit, prout in Bulla Gregoriana statuitur de illa schedula, in qua plures nominati sunt; Scrutinium tamen neutro casu vitiatur. Cæterùm suffragia prædicta, finita scrutinij publicatione, poterunt à Patribus iuxta nomina Cardinalium, qui ea obtinuerunt, in vnam summam redigi, vel in separato folio notari, hoc modo. Reuerendissimus D. Cardinalis A. habet suffragia 20. & Reuerendissimus D. Cardinalis B. habet suffragia 15. & sic de alijs; quod fit, ne Cardinales, cùm opus est, cogantur semper numerare suffragia, quæ iuxta nomina Cardinalium notarunt.

Schedularum in filum insertione.

Septimus actus Scrutinij, est schedularum in filum insertio, quæ, vt schedulæ ipsæ cantiùs conseruari possint, excogitata fuit. Hæc autem insertio fiet per vltimum Scrutatorem; inserendo schedulam vnamquamque, postquam eam perlegerit, acu cum filo ad hunc effectum parato, in loco vbi est verbum, ELIGO.

Postscrutinio, & eius actibus.

Octauus, & postremus Scrutinij actus, est depositio schedularum seorsum, quæ similiter fiet per vltimum Scrutatorem, qui, finita insertione omnium schedularum in filum, capita fili nodo iunget, & schedulas omnes ita colligatas, in alium calicem vacuum, vel in mensa seorsum ponet.

Accessu.

Sequitur tertia, & postrema actio, quæ Postscrutinium appellata fuit, cuius actus, si secuta fit electio per scrutinium, tres tantùm sunt, videlicet, Numeratio schedularum, Recognitio suffragiorum, Et schedularum combustio; de quibus inferius suis locis dicetur. Si verò per Scrutinium non sit secuta electio, actus sunt septem, videlicet; Accessus; Sigillorum & signorum apertio; Eorum annotatio; Suffragiorum examen; Suffragiorum scrutinij, vel scrutinij & accessus numeratio; Eorum recognitio; Et schedularum combustio.

Differentijs schedularum Accessus, & Scrutinij.

Primus itaque actus, est Accessus, qui immediatè post scrutinium, hoc est, post depositas seorsum scrutinij schedulas fiet, nisi fortè in scrutinio fuerit creatus Papa; tunc enim nullus fieri debet accessus; In quo quidem accessu eadem omnia seruanda sunt à Cardinalibus, quæ dicta sunt seruari debere in scrutinio peragendo tàm in schedularum scriptione, obsignatione, complicatione, delatione, & positione in calicem, quàm in earum numeratione, publicatione, notatione suffragiorum, & insertione in filum, ac depositione seorsum; exceptis tamen infrascriptis. Primò quòd Cardinales, schedulas pro accessu, sumere debent ex disco schedularum accessus; Secundò in schedularum accessus scriptione si Cardinalis nemini velit accedere, debet in media schedulæ parte, loco nominis Cardinalis, qui scribendus esset, si ad eum fieret accessus, scribere, NEMINI, Schedula autem accessus scribi, & obsignari debet cum eisdem sigillis, & signis schedulæ scrutinij, sub pœna nullitatis suffragij ipsius accessus; Tertiò, quòd non potest accessus fieri ad eum Cardinalem, qui in scrutinio saltem vnum suffragium non obtinuerit, neque ad eum, qui ab ipsomet Cardinali fuit in scrutinio nominatus; Quartò, quamuis in accessu non liceat plures nominare, sicut non licet in scrutinio plures eligere, sub pœna nullitatis suffragij, tàm in accessu, quàm in scrutinio; nihilominus licebit accedere vni ex pluribus nulliter à se nominatis in scrutinio, dummodo ei ab alio aliquod suffragium, non tamen nulliter, vt præfertur, in ipso scrutinio datum fuerit; Quintò, quòd in accessu non præstatur iuramentum, de quo supra, quia in scrutinio fuit iam præstitum per illa verba: (Et quod idem in accessu præstabo.) Sextò, denique Infirmarij deferre debent ad infirmos schedulas accessus, & simul etiam vnum folium impressum, in quo sit notatus suffragiorum numerus palam recognitus, quæ quisq. Card. in scrutinio nominatus, obtinuerit.

Secundus, tertius, & quartus actus Postscrutinij sunt Sigillorum, & Signorum apertio, Eorum annotatio, Suffragiorum examen, qui tunc solùm locum habere possunt, quando secuta est electio per scrutinium & accessum: fieri autem debent hoc modo.

Inspectione, apertione, & annotatione seu annotatione schedularum.

Primus Scrutator schedulas accessuum, quos obtinuit electus, in ea parte solùm, quæ signa continet, aperiet, & inspectis diligenter earum sigillis, & signis, apertas, ac in filo, vt erant, insertas, tradet secundo Scrutatori, & secundus, eadem inspectione facta, porriget tertio, qui alta, & intelligibili voce, sigilla, & signa prædictarum schedularum enunciabit, & annotabit in latere sinistro folij impressi, ad hunc effectum parati, sub verbis (Sigilla, & signa Accessuum) quam etiam annotationem facient cæteri Cardinales, si voluerint, in simili folio impresso.

Examine suffragiorum.

Deinde primus Scrutator, reliquis Scrutatoribus inspicientibus, pro accessuum prædictorum examine capiet schedulas scrutinij, & incipiens ab vno capite fili, in quo insertæ

 sunt,

sunt, sigillum primæ eius schedulæ quæret in sigillis accessuum notatis, vt supra in folio impresso, & si illud in eo non inuenerit, omissa prima scrutinij schedula, capiet secundam, eiusque sigillum similiter quæret; quòd si etiam non inuenerit, capiet tertiam, & deinde sequentes singillatim, donec sigillum alicuius earum inueniat; eoque inuento, scrutinij schedulam in ea parte, vbi signa sunt, aperiet, & si non inuenerit, signa huius schedulę concordare cum signis accessus, schedulam illā omittet, & aliam capiet, sicut paulò ante de schedulis non concordantibus in sigillo dictum est; si verò inuenerit signa concordare, ostendet illa secundo & tertio Scrutatoribus, qui vnà cum ipsis, post diligens examen super identitate sigillorum, & signorum ambarum schedularum, scrutinij scilicet, & accessus, inspiciet, an idem, vel diuersi in vtraque schedula sint nominati; & si idem nominatus sit, suffragium accessus, nullum censebitur; si verò diuersi nominati sint, suffragium accessus, pro valido habebitur, & hoc casu, tertius Scrutator sigillum, & signa schedulæ scrutinij, ac etiam nomen electi, qui in ea continetur, alta, & intelligibili voce enunciabit, & annotabit in latere dextero prædicti folij impressi, sub verbis (Sigilla. & Signa scrutinij respondentia accessibus) notabit autem ea, ex aduerso accessus concordantis in sigillo, & signis; quam annotationem cæteri quoque Cardinales, si voluerint, in simili folio impresso facient.

Sed huiusmodi actus, qui explicatione difficiliores sunt, quàm operatione, exemplo melius percipientur.

E X E M P L V M

Folij impressi, in quo Accessus, & Scrutinij, Sigilla ac Signa concordantia annotantur.

Litteræ Alphabeti indicant Sigillum.

Sigilla, & Signa Accessuum.	*Sigilla, & Signa Scrutinij, Accessibus respondentia.*	*Cardinales nominati in Scrutinio.*
ACD. 41. Deus.	BRF. 32. Bonitas.	Car. S. Euseb.
BRF. 32. Bonitas.	RGI. 50. Beatitudo.	Card. S. Sixti
RGI. 50. Beatitudo.		
NSP. 26. Gloria.		

Monitio ad Scrutatores.

Quòd si fortasse in ista inquisitione contingat, duas, vel plures schedulas Scrutinij, reperiri cum eisdem sigillis, & signis alicuius schedulę accessus, tunc si in earum aliqua, electus nominatus fuerit, in alia verò alius, primus Scrutator, reliquis Scrutatoribus similiter inspicientibus, Scrutinij schedulas huiusmodi, & schedulam accessus, in ea etiam parte, in qua est nomen eligentis, & accedētis, aperiet, vt constare possit secundū Gregorianā Constitutionem, de validitate, vel inualiditate accessus; si verò in aliqua huiusmodi schedularum Scrutinij cōcordantium cū accessu, non sit nominatus electus, debēt eę schedulæ omitti, & ad subsequens procedendum erit.

De Numeratione suffragiorum.

Quintus actus Postscrutinij, est numeratio suffragiorum, vel Scrutinij solius, vel Scrutinij & accessus, quæ fiet per Scrutatores semper, siue sit electio, siue non, & si quidem secuta non sit electio; vt sciatur, quòd in eo Scrutinio, vel Scrutinio & accessu, non habetur Papa: si verò secuta sit; vt constet de canonica Pontificis electione; fiet autem hæc numeratio suffragiorum hoc modo. Scrutatores in vnam summam redigent suffragia, quæ quilibet nominatus in Pontificem obtinuit, siue in Scrutinio solo, siuè in Scrutinio & accessu simul; & si inuenerint, nullum ex nominatis ad duas tertias partes suffragiorum peruenisse, non habetur Papa in illo Scrutinio, siuè Scrutinio & accessu; Si verò inuenerint aliquem ex nominatis, duas tantùm partes suffragiorum obtinuisse, aperirent electi schedulam, etiam in parte, in qua est nomen eligentis; & si quidem ex ea apparuerit, electum alij suffragatum fuisse, electio eius erit canonica; si verò constiterit, sibi suffragium dedisse, eius electio ex dispositione Gregorianæ Constitutionis nulla erit, ob defectum vnius suffragij. Si denique plures inuenerint, duas tertias partes suffragiorum obtinuisse, vel etiam vltra duas tertias, tunc in suffragiorum paritate, nullus erit electus; in imparitate verò, ille est canonicus Papa, qui superat alium, etiam in vno suffragio.

Recognitione, & Recognitorū extractione.

Sextus actus Postscrutinij, est Recognitio, quæ per Recognitores, siue secuta sit electio, siue non, fiet inspiciendo tam schedulas scrutinij & accessus, quàm suffragiorum annotationes factas per Scrutatores, vt per huiusmodi recognitionem constare possit, an Scrutatores syncerè, & fideliter muneri suo satisfecerint: Recognitores autem extrahentur sorte, vt Scrutatores, & Infirmarij, statim quidem post scrutinium, si secuta sit in eo electio; si verò non sit secuta, post scrutinium & accessum, cùm scilicet Scrutatores suum impleuerint munus per numerationem suffragiorum, & hæc extractio fiet, siue secuta sit electio in scrutinio & accessu, siue non.

Combustione schedularum.

Septimus, & postremus actus Postscrutinij, est combustio omnium schedularum, quæ semper, & palam per Scrutatores fiet, àc statim post recognitionem, siue electio sit secuta, siue

ta, siue non. Et hæc omnia, quæ de scrutinij ritibus sunt exposita, seruanda erunt diligenter à Cardinalibus in omnibus scrutinijs, siue fiant manè post Missam, siue vespere post Hymnum (Veni Creator Spiritus) Atque hi sunt Ritus ex præscripto Constitutionis Gregorij Papæ XV. in electione Romani Pontificis obseruandi.

Approbatio inserti Cæremonialis.

Motu itaque proprio, & ex certa scientia nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, omnia, & singula in prædicto Cæremoniali ordinata, & quomodolibet contenta, tenore præsentium perpetuò approbamus, & confirmamus; illisque omnibus, & singulis, perpetuæ, & inuiolabilis Apostolicæ firmitatis robur adijcimus.

Iussio illud omnino obseruandi, & in nihilo immutandi.

§. 2. Eaque à Ven. Fratribus nostris S.R.E. Cardinalibus, omnibusque, & singulis alijs, ad quos spectat, & spectare quomodolibet poterit in futurum, omnino obseruari præcipimus, & mandamus; ac Cæremoniale huiusmodi, in totum, vel in parte mutari, vel ei aliquid addi prohibemus.

...endi aliter iudicandi, aut interpretandi.

§. 3. Decernentes, sic, & non aliter per quoscumque, ac eosdem S.R.E. Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, vbique iudicari, & diffiniri debere.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus omnibus illis, quæ in primodicta Constitutione voluimus non obstare, cæterisque contrarijs quibuscumq.

Sanctio pœnalis.

§. 5. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, confirmationis, adiectionis, præcepti, mandati, prohibitionis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum.

D. P. A. 2. die 12. Martij.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicę Millesimo sexcentesimo vigesimoprimo, quarto Idus Martij, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Publicatio.

Anno à Natiuitate Domini Nostri Iesu Christi Millesimo sexcentesimo vigesimo secundo, Indictione quinta, die vero secunda mensis Aprilis, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Gregorij diuina prouidentia Papæ XV. Anno eius secundo, introscriptæ litteræ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Basilicarum S. Ioannis Lateran. Principis Apostolorum de Vrbe, ac Cancellariæ Apostolicæ, & in Acie Campi Floræ, dimissis ibidem earũdem litterarum originalibus appensis per aliquod temporis spatium, & exinde amotis, deinde dimissis earumdem litterarum copijs affixis, vt moris est, per nos Augustinum Bracherium, & Brandimartem Latinum, Sanctiss. D. N. Papæ Cursores.

Octauius Spada Magister Cursorum.

XX.

Canonizatio S. Teresiæ Virginis, tàm Fratrum, quàm Monialium Carmelitarum Discalceatorum Fundatricis: Eiusque relatio in numerum Sanctarum Virginum, & suæ festiuitatis institutio die quinta Mensis Octobris quotannis cælebrandæ.

De primaua Institutione Carmelitarum, & successiua illius Regularum mitigatione, ac postremo Discalceatorum reformatione, attende quæ notauit supra ad Honor. III. const. 8. tom. 1. pag. 50. & Greg. XIII. const. 64. tom. 2. pag. 444. Genitor meus.

GREGORIVS EPISC. SER. SERVOR. DEI.
Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

Omnipotens sermo Dei, cùm de sinu Patris ad hæc inferiora descendisset, vt erueret nos de potestate tenebrarum, completo dispensationis suæ, tempore, transiturus de hoc Mundo ad Patrem, ad propagandam per totum terrarum orbem electorum suorũ Ecclesiam, quam sanguine suo acquisiuerat, eamque verbo vitæ erudiendam, ad confundendam sapientiam sapientium, & destruendam omnem altitudinẽ, quæ aduersus Deum extollebatur, non multos nobiles elegit, nec multos sapientes, sed contemptibiles mundi; qui non in sublimitate sermonis, nec in humanæ sapientiæ verbo, sed in simplicitate, & veritate ministerium suum, ad quod à diebus æternitatis prædestinati erant, adimplerent.

Teresia Virgo in diebus nostris à Deo suscitata, sanctitatis gratia & miraculorum gloria illustrata est.

§. 1. In sequentibus verò generationibus, cum iuxta præordinata tempora, plebem suam per seruos suos fideles visitare dignatus est, plerumque paruulos, & humiles assumpsit; per quos Catholicæ Ecclesiæ ingẽtia præstaret beneficia: quibus ipse, iuxta verbum suum, abscondita à sapientibus, & prudentibus regni cælestis mysteria reuelaret; eosque supernorum charismatum donis adeo illustraret, vt omnium virtutum, ac bonorum operum exemplis Ecclesiam fouerent, ac signorum gloria clarificarent. In diebus verò nostris fecit salutem magnam in manu feminæ: suscitauit enim

enim in Ecclesia sua, veluti nouam *Debboram*, Teresiam Virginem; quæ postquam mirabili victoria carnem suam perpetua virginitate, mundũ admirabili humilitate, & cũctas adinuentiones diaboli multis, maximisque virtutibus superasset, excelsiora moliens, & virtutem sexus animi magnitudine supergressa, accinxit fortitudine lumbos suos, & roborauit brachium suum, & instruxit exercitus fortium; qui pro domo Dei Sabahot, & pro lege eius, & pro mandatis eius armis spiritualibus decertarent. quam Dominus ad tantum opus peragendum abundanter impleuit Spiritu sapientiæ, & intellectus; & thesauris gratię suæ adeò illustrauit, vt splendor eius, tamquam stella in Firmamento, fulgeat in domo Dei in perpetuas æternitates.

Et ideo vti Sāctā venerari debet, vt cognoscat omnes Deum etiam his temporibus amicos suos, qui eius Eccles. protegant multiplicare.

§. 2. Dignum igitur, & congruum existimauimus, vt quam Deus, & vnigenitus Filius eius dominus noster Iesus Christus, quasi sponsam ornatam corona, & decoratam monilibus suis, in gloria miraculorum plebi suę manifestare dignatus est, Nos quoque pro Pastorali solicitudine nostra in vniuersali Ecclesia; cui, licèt meritis minimè suffragantibus, præsidemus; tamquam sanctam, & electam Dei, colendam, & venerandam Apostolica auctoritate decreuerimus, vt omnes populi confiteantur Domino in omnibus mirabilibus eius, & cognoscat omnis caro, quoniam non defecerũt in diebus nostris miserationes eius: qui, quamuis peccatis nostris exigẽtibus, visitet nos in virga indignationis suæ, non tamen continet in ira sua misericordias suas; dum in afflictionibus nostris nouis nos præsidijs munit, & amicos suos multiplicat, qui Ecclesiam suam meritorum, & intercessionum suffragijs protegant, ac defendant.

Teres. anno 1515 parentibus, & genere præclaris orta, vitæ integritate enituit, & suæ sanctitatis specimen dedit.

§. 3. Atque vt vniuersi Christi fideles intelligant, quàm abundè in ancillam suam effuderit Deus de Spiritu suo, ac propterea erga ipsã deuotio in dies augeatur, insigniores quasdã eius virtutes, & aliqua ex magnalibus, quæ in manu eius operatus est Dñs, his litteris duximus inserẽda. Nata est Teresia Abulæ in Regno Castellæ, anno salutis humanæ millesimo quingẽtesimo quintodecimo, parẽtibus vt genere præclaris, ita etiã vitæ integritate cõspicuis; à quibus in timore Domini educata, admirandum futuræ sanctitatis in tenerrima adhuc ætate specimen dedit: nam cum Martyrum Acta perlegeret, adeo Sancti Spiritus igne cor eius intra eam concaluit, vt cùm fratre germano etiam puero domo aufugerit, vt in Africam traijceret, vbi sanguinem, ac vitam pro testimonio Iesu Christi profunderet. Sed occursu patrui reuocata, cum optimam sortem sibi ereptam esse, iugibus lacrymis deploraret, ardens martyrij desideriũ eleemosynis, alijsque operibus cõpensauit.

Ad 20. annum peruenta sponsam se Christo dicauit, inter moniales S. Mariæ de Monte Carmelo professa est, & grauissimis morbis, multisque vexata tentationibus, omnia sustinuit.

§. 4. Sed cùm ad vigesimum ætatis annum peruenisset, Christo se totam despondit, & vocationem, qua ab eo vocata erat, aggressa, ad moniales Sanctæ Mariæ de monte Carmelo Ordinis Mitigati se contulit, vt plantata in domo Domini, in atrijs domus Dei nostri floreret: professione itaque in eo monasterio emissa, cùm per duo de viginti annos grauissimis morbis, ac varijs præterea tentationibus vexata esset, nullisque supernis consolationibus reficeretur, adeò inuictè, adiuuante Domino, omnia pertulit, vt probatio fidei illius omni pretiosior auro, quod per ignem probatur, inuenta fuerit, in laudem, & gloriam, & honorem, in reuelationem Iesu Christi.

Christi Corpus in Eucharistia mentis oculis intuita, gratię gaudia recalens, mente excessit.

§. 5. Et quoniam ad erigendum sublime Christianarum virtutum ædificium, fidei fundamentum ponendum fuit, illud adeò stabile, ac inconcussum Teresia collocauit; vt iuxta verbum Domini, comparanda sit viro sapienti, qui ædificauit domum suam supra petram. ea etenim firmitate Sacrosancta Ecclesiæ Sacramenta, cæteraque Catholicæ religionis dogmata credebat, & venerabatur, vt maiorem, vt ipsa sæpius testificabatur, de qualibet re certitudinem habere non posset. hac fidei lucerna illuminata, domini nostri Iesu Christi corpus in Sacratissima Eucharistia mentis oculis adeò clarè intuebatur, vt assereret, nihil esse quòd inuideret eorum beatitudini, qui corporeis oculis Dominum conspexissent. tantum autem viuæ spei in Domino collocauerat, vt iugiter deploraret, quòd tamdiù in præsenti mortali vita detineretur, quæ sibi impedimentum afferret, quo minus semper cum Domino esset. nec tarò dum in corde suo cælestis patriæ gandia recogitabat, mente excedebat, & ad eorum fruitionem in carne rapiebatur.

Diuini amoris flāma exarsit, eiusq. incendio, vita excessisse dixit.

§. 6. Sed inter cæteras Teresiæ virtutes, præcipuè emicuit dilectio Dei; quæ adeò in corde eius exarsit, vt confessarij ipsius Teresiæ caritatem, tamquam non hominis, sed Cherubin propriam, admirarentur, & celebrarent. quam etiam dominus noster Iesus Christus multis visionibus, ac reuelationibus mirabiliter auxit: quandoque enim data dextera, clauoque ostenso, illam in sponsam suam adoptauit, atque his verbis alloqui dignatus est: deinceps vt vera sponsa meum zelabis honorem; Iam ipse sum totus tuus; & tu tota mea. aliquando etiam Angelum vidit, ignito iaculo sibi præcordia transuerberantem, ex

quibus

quibus cælestibus donis diuini amoris flamma in eius corde adeo exestuabat, vt maximè arduum votum à Deo edocta emiserit, efficiendi semper quicquid perfectius esse, & ad maiorem Dei gloriam pertinere intelligeret. quin etiam post mortem cuidam moniali per visum manifestauit, se non vi morbi, sed ex intollerabili diuini amoris incendio vita excessisse.

Charitate proximum mirabiliter dilexit eiusque salutem ardenti desiderio desiderauit.

§. 7. Sed quàm perpetua caritate proximum dilexerit, multis argumentis manifestum fuit, sed præsertim ex ardenti desiderio, quo animarum salutem desiderabat. Infidelium enim, & Hæreticorum tenebras perpetuis lacrymis deflebat, ac pro eorum illuminatione non solùm iuges ad Deum preces fundebat, sed & ieiunia, flagellationes, ac alias carnis macerationes offerebat. Proposuit etiā S. Virgo in corde suo, nullum diem sine caritatis officio transigere; in quo etiam Deus ipsi auxilium præstitit: numquam enim ei defuit, ipso largiente, exercendæ caritatis occasio.

In dilectione inimicorum mirabiliter Christū imitata est.

§. 8. Mirabiliter autem imitata est dominum nostrum Iesum Christum in dilectione inimicorum: nam cum ingentes pateretur persecutiones, & aduersitates, diligebat tamen persequentes, & orabat pro his, qui oderant se: quinimò detrimenta, & offensiones, quas perpetiebatur, amoris, & caritatis ipsi escam ministrabant, adeò vt viri graues dicere solerent: qui amari à Teresia vellet, damno, aut iniuria, vt eam afficeret, oportere.

In spiritu humilitate admirabiliter præfulsit.

§. 9. Vota verò, quæ in professione Religionis Deo vouerat, maxima cura, ac diligentia reddidit: nec enim tantummodo omnes exteriores actus superiorum arbitrio maxima cum humilitate spiritus perficiebat; sed firmiter etiam in corde suo constituit, eorum voluntati omnes etiā cogitationes suas subijcere; cuius etiam rei egregia exempla reliquit: nam dominum Iesum Christum sibi sæpius apparentem aliquando à confessarijs iussa, qui delusam ab Angelo tenebrarum suspicabantur, humiliter irrisit, spreuitque, sed non sine magno tàm profundæ obedientiæ præmio. quin etiam volumen, quod in Cantica Canticorum insigni pietate refertum, scripserat, vt confessario obtemperaret, flammis iniecit. dicere autem solebat, se in discernendis visionibus, ac reuelationibus decipi posse; in obedientia verò superioribus præstanda falli non posse.

Paupertatē omni modam dilexit.

§. 10. Paupertatē adeò dilexit, vt non solū labore manuum suarum victum sibi compararet; sed si quam monialem vilioribus indutam vestimentis conspexisset, illicò sua cum illius commutaret, ac si quando sibi necessaria deficerent, mirificè lætaretur, & exultaret, gratiasq. Deo ageret, tamquā insigne aliquod consecuta beneficium.

Integerrima castitate excelluit.

§. 11. Sed inter cæteras eius virtutes, quibus quasi sponsa à Deo ornata, mirificè excelluit, integerrima efulsit castitas: quam adeò eximiè coluit, vt non solùm propositum virginitatis seruandæ à pueritia conceptū, vsque ad mortem perduxerit, sed omnis expertem maculæ, angelicam in corpore, & corde seruauerit puritatem.

Diuinis charismatibus anima eius impinguata fuit.

§. 12. Quas adeò insignes virtutes mirifica humilitate cordis ornabat: cum etenim in dies diuinis charismatibus anima eius impinguaretur, sæpius exclamabat ad Dominum, vt beneficijs in eam suis terminum statueret, nec tam citò ingentium scelerum obliuisceretur.

Contumelias ardentissimè sitiuit honoresq. abhorruit.

§. 13. Contumelias verò, & irrisiones ardentissimè sitiebat, ac non solùm humanos honores, sed nolci quoque ab hominibus abhorrebat.

Inuicta patientia fuit.

§. 14. Inuictam autem huius Sanctæ Virginis patientiam illa vox attestatur, quæ læpius ad Dominum exclamabat: Domine aut pati, aut mori.

Spiritu intelligentiæ illustrata theologiæ libellos edidit.

§. 15. Præter hæc omnia diuinæ beneficentiæ munera, quibus hanc dilectam suam, quasi pretiosis monilibus decorarā esse voluit omnipotens, alijs etiam gratijs, & donis abundè ipsam locupletauit: adimpleuit enim eam Spiritu intelligentiæ, vt non solum bonorum operum in Ecclesia Dei exempla relinqueret, sed & illam cælestis sapientiæ imbribus irrigaret, editis de mistica Theologia, alijsq; etiam multa pietate refertis libellis: ex quibus fidelium mentes vberrimos fructus percipiunt, & ad supernæ patriæ desiderium maximè excitantur.

Ord. Carmelitarum virorum, mulierumq. præstitit.

§. 16. Quibus cælestibus instructa, ac illustrata muneribus, opus agressa est maximum quidem, & cuicumque difficillimum, sed Ecclesiæ Christi perquàm vtile, ac proficuum: reformationem enim exorsa est Ordinis Carmelitani: illudque non solùm in mulieribus, sed & in viris egregiè præstitit.

Monasteria ædificauit [illegible]

§. 17. Aedificatis non modò per vniuersas Hispanias, sed & per alias etiā Christiani Orbis partes tàm virorum, quàm mulierum monasterijs, sine pecunia, sine prouentibus, de sola Dei misericordia præsumens: nec modò omnibus humanis destituta auxilijs, sed aduersantibus plerumque, ac contradicentibus Principibus, & Potestatibus sęculi: quæ tamen, Domino opus suum confirmante, radices miserunt, incrementū susceperunt, & demū in domo Dei vberes prouētus fructificarūt.

§ 18 Tan-

Miraculis multis, ea viuente emicuit quorum aliqua hic inferuntur.

§. 18. Tantas virtutes Teresiæ, plurimis, dum adhuc in humanis ageret, miraculis Deus illustrauit: quorum nonnulla præsentibus litteris duximus inserenda. Cùm in Concbensi diœcesi maxima esset frumenti penuria, atque in monasterio de Villa Noua de Xara vix tantùm farinæ reperiretur, vt per integrum mensem ad victum decem & octo monialium satis esset; huius Sanctæ Virginis meritis, & intercessione, Deus omnipotens, qui sperantes in se enutrit, eam adeò abundare fecit; vt quamuis per sex menses ex ea affatim panes ad refectionem ancillarum Dei fierent, numquam tamen vsque ad nouas fruges diminueretur. Graui erysipilate in vultu ac febri afflictabatur Anna à Trinitate, monialis conuentus Medinæ de Campo, cui Teresia primùm blandita, deinde læsa membra leuiter attrectans, bono animo, inquit, sis filia, Deus, vt spero te hoc morbo liberabit, statimque febris, omnisque morbus ab ea abscessit. Alberta eiusdem monasterij Priorissa, pleuritide, ac febre, non absque vitæ periculo, laborabat; at Santa Virgo Teresia, tacto latere, quod morbo vrgebatur, eam sanam esse pronunciauit, ac surgere iussit; illa perfectè sanata statim è lecto exilijt laudans Deum.

Teresia tandem sororibus suis paupertatem, obedientiamq; commendans, Eucharistia, ac extrema vnctione receptis, Crucifixi effigiem manutenens obijt.

§. 19. Adueniente demum tempore, quo pro tot laboribus pro diuino honore exhaustis, ac tot bonis operibus in Ecclesiæ vrilitatem perpetratis, coronam decoris de manu Dei esset receptura, graui morbo Albæ decumbens, cum toto infirmitatis tempore frequentes, ac plenè admirabiles de diuina caritate cum sororibus sermones babuisset, sæpius gratias Deo agens, quod se Catholicæ Ecclesiæ aggregasset; commendans, ramquam præcipua bona, paupertatem, ac debitam præpositis obedientiam, accepto humillime ac cum cælesti prorsus caritate sacro perigrinationis suæ viatico, ac extremæ vnctionis Sacrameoto, Christi Crucifixi effigiem manutenens, ad cælestem patriam euolauit.

Et tunc mirabilia gloriæ Teresiæ signa visa fuerunt.

§. 20. Pluribus verò signis manifestauit Deus quàm sublimem gloriæ gradum Teresiæ elargitus in cælis esset: multæ etenim moniales, religiosæ, ac timentes Deum, viderunt decorem gloriæ eius. Alia etenim conspexit supra tectum Ecclesiæ, & in Choro, & super decumbentis cubiculum multitudinem cælestium luminarium. alia Christum Dominum magno corruscantem splendore, & ingenti Angelorum frequentia circumdatum, eius lecto assistentem. alia plurimos albis amictos vestibus ipsius cellam ingredientes, ac cubili circumfusos. quædam etiam in ipso transitus momento candidam columbam ex ipsius ore in Cælum euolantem, alia, splendorem, crystalli instar, fenestra egredientem vidit. quin etiam quædam arbor calce, ac macerie obstructa, ac iamdudum arida, quæ cubiculo proxima erat, prçter omnem temporis, & naturæ rationem, repente floribus onusta, in ipsa transitus hora apparuit. corpus exanime, speciosissimum, ac nulla ruga contractum, ac miro decoratum candore apparuit, ac vnà cum vestibus, ac linteolis, quibus ægra vsa erat, omnibus admirantibus, mirificè spirans odorem. Multa etiam magnalia, quæ meritis ancillæ suæ operatus est Deus, ipsius in Paradisum transitum exultabilem reddiderunt. quædam etenim monialis dudum capitis, & oculorum infirmitate laborans, apprehensa mortuæ Virginis manu, ac capiti, oculisque admota, statim conualuit. altera item eius exoleulatis pedibus, sensum odoratus amissum recuperauit, & corporaliter odorem vnguentorum, quo sacrosanctum eius corpus à Domino persusum erat, percepit. corpus eius absque vllo prorsus medicamine ligneo loculo inclusum, alte effossa ad sepulturam humo, ac ingentibus lapidibus, & calce oppleta, scrobe sepultum est. sed è sepulchro eius odor adeò ingens, ac mirificus emanabat; vt decretum fuerit, sacrum corpus exhumare, atque illud sanè integrum, ac incorruptum, ac flexibile, ac si nuper tumulatum fuisset, repertum fuit, odorato liquore circumfusum, quo perenniter vsque in præsentem diem, Deo ancillæ suæ sanctitatem iugi miraculo attestante, desudat. quare alijs vestibus indutum, nouaque arca inclusum, cum priora computruissent, eodem loco conditum fuit, lapsoque triennio, cum rursus ipsius monumentum aperiretur, vt sacrum pignus Abulam asportaretur, ac deinceps frequenter iussu Delegatorum Apostolicorum inuiseretur, semper incorruptum, ac tractabile, eodem odore, ac liquore persusum apparuit.

Miraculisq; aliis claruit post mortem ipsius.

§. 21. Sed, & procedentibus temporibus manifestauit Deus hominibus gloriam suam, præstitis per intercessionem ancillæ suæ frequentibus beneficijs his, qui se fideliter eius precibus commendassent: puer etenim quidam quadriennis adeò contractus, ac detortus erat, vt nec pedibus insistere, nec cum iaceret, mouere posset; eaq; infirmitas, cum illi à natiuitate fuisset, nullumq; afferret doloris sensum, incurabilis prorsus videbatur, cumq; per nouem dies ad cubiculum, quod viuens Sancta Virgo inhabitauerat, allatus fuisset, sensit in se virtutem venientem, ac repentè sanus, ac validus, ac suis pedibus ambulans,

stupen-

ſtupentibus cunctis,cœpit diffamare,ſe à matre Tereſia de Ieſu perfectam ſanitatem fuiſſe conſecutum. Sæuiſſimis doloribus per biennium cruciabatur Anna à Sancto Michaele monialis,tribus cancris pectus eius adeò affligentibus,vt non ſolùm ſomni expers eſſet,ſed nec collum flectere,nec brachia poſſet attollere, cumq; particulam reliquiarum Sanctæ Tereſiæ, ſuper pectus appoſuiſſet, & toto cordis affectu ſe eius patrocinio commendaſſet, non ſolùm omnis euanuit plaga à corpore eius;ſed & alia etiam, quam in corde diu habuerat,infirmitate,libera momento temporis effecta eſt. Adeò vexabatur Franciſcus Perez parochialis Eccleſiæ Rector apoſtemate, quod in os pectoris inſederat, vt brachio etiam contracto, à celebratione ſacroſancti miſſæ ſacrificij per quinque menſes impediretur, humaniſq. remedijs deficientibus,ad diuina confugit, & ad montes Dei eleuans oculos, ſalutem conſecutus eſt; epiſtolam enim, Virginis Tereſiæ manu exaratam, pectori admouens,conſecutus eſt eius partis ſanctitatẽ cũq;deinde ſepulchrũ Virginis viſitaſſet, eiusq;brachium,quod Albæ aſſeruatur,proprio brachio,quod adhuc cõtractũ erat,admouiſſet,in eo etiã diuinã virtutẽ expertus eſt,reſtituta ſibi perfecta valetudine.Ioãnes de Leyua magno gutturis morbo adeò affligebatur, vt omnis reſpirationis via ferè interclusa eſſet, iamq; morti proximus animam agebat, cum ſudarium, quod Sanctæ Tereſiæ fuerat, ad morbi locum magna cum fiducia appoſuit, ſomnoq; captus, ac paulò poſt expercrectus, ſe meritis Beatæ Tereſiæ curatum eſſe,repentè ſanus exclamauit.

Tereſiæ ideo Sanctitas magno in veneratione fuit, & in Hiſpanijs multi deſuper fuerunt formati proceſſus & ad Sedem Apoſtolicam tranſmiſſi.

§.22. Cum igitur per vniuerſas iam gentes,& nationes ſanctitas Tereſiæ celebraretur, & nomen ipſius ad Chriſtifideles magno in honore eſſet, operante Domino per interceſſionem eius tot mirabilia, quæ etiam in dies vnà cum ipſius veneratione augebãtur, fuerũt auctoritate Apoſtolica in multis Hiſpaniæ partibus formati proceſſus, ac ad ſanctam hanc Sedem tranſmiſſi.

Inſtanteq; Philippo III Hiſpaniarũ Rege Paul. V. diuinum officium de ipſa B Virgine celebrari indulſit, & canonizationis negotium Congregationi Rituum commiſit, nouíq; proceſſus deſuper formati, & ad eundẽ Paulum tranſmiſſi fuerunt.

§.23. Et inſtanter agente claræ memoriæ Philippo III. Hiſpaniæ Rege Catholico,negotio tam in Sacra Rituum Congregatione, quàm in Rota diligenter diſcuſſo, fel. recor. Paulus V. prædeceſſor noſter indulſit, vt in eius honorem tamquam de B. Virgine diuinũ officium in toto Fratrum Carmelitanorum Ordine poſſet celebrari. Cumq; idem Philippus Rex iterum apud prædictum Paulum ſimiliter prædeceſſorẽ noſtrum,pro Canonizatione B. Virginis Tereſiæ ſupplicaſſet,idem Paulus iterum negotium commiſit Cardinalibus Sac. Rituum Congregationis, qui nouos proceſſus auctoritate Apoſtolica conficiendos decreuerunt, atque ad id munus peragendum bo. mem. Bernardum Cardinalem de Rojas Archiepiſcopum Toletanum, & venerabiles Fratres Epiſcopos Abulen. & Salmantin. eadẽ auctoritate deputarunt: qui cum diligenter de mandato negotio perfuncti eſſent,omnia Acta eidem Paulo V. prædeceſſori noſtro tranſmiſerunt

Quæ iterum iuſſit examinari per Auditores Rotæ.

§.24. Qui tribus Apoſtolici Palatij cauſarum Auditoribus Franciſco Archiepiſcopo Damaſceno Locumtenenti,nunc S. R. E. Cardinali, Ioanni Baptiſtæ Coccino Decano, & Alphonſo Manzanedo dedit in mandatis, vt ſumma cum diligentia dicta Acta examinarẽt, &quæ eorum ſententia eſſet, ad ipſum referrent. Qui, omnibus accuratè, prout rei magnitudo poſtulabat, perpenſis, eidem Paulo V. prædeceſſori retulerunt,plenè iuſtificari vitæ ſanctitatem, ac miracula Beatæ Virginis Tereſiæ, omniaq; abundè conſtare, quæ pro Canonizatione eiuſdem à Sacr. Canonibus requiruntur, poſſeq; ad vlteriora procedi.

Et etiam per Cardd. Congregationis ſacrorum Rituum.

§.25. Vtq;ea maturitate, quæ rem tantam decebat,negotium tranſigeretur,idem Paulus dilectis filijs noſtris S. R. E. Cardinalibus Sacris Ritibus præfectis ordinauit, vt prædictos proceſſus quàm diligentiſſimè rurſus inſpicerent,ac de tota cauſa accuratè cognoſcerent.

Paulo defuncto, iſte Pont. iiſdem Cardd. iuſſũ Pauli exequendum mandauit.

§.26. Cum verò idem Paulus humanæ peregrinationis viam compleuiſſet, Nosq; (nullis licèt noſtris meritis) ſola diuinæ gratiæ dignatione ad Eccleſiæ gubernacula vocati eſſemus, ad augumentum diuini honoris, & Sanctæ Eccleſiæ vtilitatem pertinere arbitrati ſumus,vt huiuſmodi negotium promoueretur, plurimum etiam ad præſentium temporum calamitatem leuandam intereſſe exiſtimauimus, ſi Chriſti fidelium deuotio erga Sanctos, & electos Dei, qui pro nobis in tantis neceſſitibus intercederent, augeretur; mandauimus itaque prædictis Cardinalibus, vt quod illis à predeceſſore noſtro prædicto fuerat iniunctum quamprimum exequerentur.

Et ab eis ad vlteriora procedendũ fore accepit.

§.27. Quod cum illi ea diligentia, qua decebat, perfeciſſent, ac pro S. Virginis Canonizatione omnes vnanimiter cenſuiſſent, Venerabilis Frater noſter Franciſcus Maria Epiſc. Portuen. Cardinalis à Monte, totius proceſſus ſummam,ac ſuam,Collegarumque ſententiam coram Nobis in Conſiſtorio noſtro expoſuit. quibus auditis,reliqui Cardinales,qui aderant ad vlteriora fore procedendum communi ſuffragio pronunciarunt.

Et in publico Cõſiſtorio multis hæc enunciantis rite, & recte completis, Tereſiã ſanctã eſſe

§.28. Igitur cum in publico Conſiſtorio dilectus filius Ioannes Baptiſta Millinus, Conſiſtorialis aulæ noſtræ Aduocatus, pro eius Canoni-

diffiniuit, & S. Sanctarum Virginum catalogo adscripsit, eiusq; festum die 5. Octobris quot annis celebrari decreuit.

nonizatione perorasset, ac nomine charissimi in Christo filij nostri, Philippi Hispaniarum Regis Catholici, vt ad eam procedere dignaremur, humiliter supplicasset, Nos de re tanta venerabiles fratres nostros S.R.E. Cardinales, & Episcopos in Curia præsentes consultores esse respondimus, atque interim Cardinales, atque Episcopos præsentes vehementer in visceribus Christi hortati sumus, vt orationibus instãtes, in ieiunijs, & eleemosynis animas suas coram Deo nobiscum humiliantes, preces à Deo Patre luminum exposcerent, vt ex alto super nos lucem suã, & veritatem suam emitteret, quæ nos ad voluntatem, & beneplacitum eius cognoscendum, & perficiendum deduceret. itaque cum semipublico Consistorio, quod consequenter celebratum est, vocatis nõ modò Cardinalibus, sed Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis in Curia nostra existentibus, præsentibus etiã nostris, ac Sedis Apost. Notarijs, ac Sacri Palatij Apost. causarum Auditoribus, cum plura à Nobis de eximia sanctitate ancillæ Dei, ac miraculorum frequentia, & celebritate, populorumq; erga eã per vniuersas Christianas nationes deuotione, commemorata fuissent; expositis etiam instantijs, quæ coram Nobis non modò nomine maximorum Regum, sed etiam charissimi in Christo filij nostri, Ferdinandi Romanorum Regis in Imperatorem electi, aliorumq; complurium Christianorum Principum fiebant; omnes concorditer, ac vno ore benedicentes Deum, amicos suos honorificantem, Beatam Teresiam canonizandam esse, atque inter Sanctas Virgines adscribendam censuerunt. quorum omnium audito consensu, intimo cordis affectu exultauimus in Domino, & iubilauimus in salutari eius, gratias agentes Deo, & Filio eius Domino nostro Iesu Christo, quòd Ecclesiam misericorditer respexisset, ac tanta gloria illustrare decreuisset. Canonizationis itaque publicauimus diem, eosdemq; fratres, ac filios nostros monuimus, vt in orationibus, & eleemosynis perseuerarent, vt in tanto opere exequẽdo splendor Domini Dei nostri esset super Nos, qui opus manuum nostrarum ad perficiendam eius voluntatem dirigeret. Demum peractis omnibus, quæ ex Sacr. Constitutionibus, ac Romanæ Ecclesiæ consuetudine peragenda erant, hodie in Sacrosancta Principis Apostolorum Basilica cum venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, necnon Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, Romanæq; Curiæ Prælatis, Officialibus, & Familiaribus nostris, Clero sæculari, & regulari, ac maxima populi frequentia, conuenimus, vbi repetitis pro Canonizationis Decreto petitionibus nomine eiusdem charissimi in Christo Filij nostri, Philippi Regis Catholici, à dilecto Filio nostro Ludouico tit. Sanctæ Mariæ Trãspontinæ Cardinali Ludouisio nuncupato, nostro secundum carnem nepote, per Nicolaum Zambeccarium, Cõsistorialis Aulæ nostræ Aduocatum prædictum, decantatis sacris Precibus, & Litanijs, ac Spiritus sancti gratia humiliter implorata; Ad honorem Sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis, & Fidei Catholicæ exaltationem, auctoritate omnipotentis Dei Patris, & Filij, & Spiritussancti, B. Apostolorum, ac nostra, de venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum in Romana Curia præsentium consilio, ac vnanimi consensu, bo. mem. Teresiam Virginem de Abula, de cuius vitæ sanctitate, fidei sinceritate, & miraculorum excellentia plenè constabat, & constat, ac Sanctam esse diffiniuimus, ac Sanctarum Virginum Catalogo adscribendam decreuimus, prout præsentium tenore diffinimus, decernimus, & adscribimus, illãq. vniuersos Christifideles tamquam verè Sanctã honorare, & venerari mãdauimus, & mãdamus statuẽtes, vt ab vniuersali Ecclesia in eius honorem ecclesiæ, & altaria, in quibus sacrificia Deo offerãtur, ædificari, & cõsecrari, & singulis annis die quinta Octobris, quo ad cælestem gloriam translata est, eius Officium vt de Sancta Virgine ad præscriptum Romani Breuiarij celebrari possit.

Indulgentias eius sepulcrũ visitantibus concessit.

§.29. Eademq; auctoritate omnibus Christifidelibus verè pœnitentibus, & confessis, qui annis singulis eodem festo die ad sepulchrum, in quo corpus eius requiescit, visitaudum accesserint, vnum annum, & vnam quadragenã; ijs verò, qui in eiusdem festi octaua, quadraginta dies de iniunctis eis, seu quomodolibet debitis pœnitentijs misericorditer in Domino relaxauimus, ac relaxamus.

Omnibusq; qui huiusmodi Canonizationi præsentes fuerunt.

§.30. Postremò gratijs Deo actis, quòd Ecclesiam suam insigni hoc, nouoq; luminari illustrare dignatus esset, decantata in Sanctæ Teresiæ honorem solemni sanctarum Virginũ oratione, ad Altare Principis Apostolorum Missam celebrauimus cum eiusdem Sanctæ Virginis commemoratione, omnibusq; Christi fidelibus tunc præsentibus plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam concessimus.

Hortatur demum ôes ad benedicendu & glorificandũ Deum ob huiusmodi peractã Canonizationem.

§.31. Decet igitur, vt pro tam insigni beneficio omnes cum omni humilitate benedicamus, & glorificemus eum, quem decet omnis benedictio & honor, & gloria, & potestas in sæcula sæculorum assiduis precibus ab eo postulãtes, vt per intercessionem electæ suæ à peccatis

ceatis nostris faciẽ suam auertẽs, misereatur nõstri, & respiciat nos, & ostendat nobis lucẽ misericordiarum suarum, & immittat timorem suũ super gentes, quæ non cognouerunt eum, vt cognoscant, quia non est alius Deus nisi Deus noster.

Exemplis huius Bullæ vbiq; fidem dari iubet.

§.32. Cæterum quia difficile foret, præsentes nostras litteras ad singula loca, vbi opus, esset, deferri, volumus, vt earum exemplis etiã impressis, manu publici Notarij subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem vbique fides habeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ.

Sanctionemq; pœnalem adiungit.

§.33. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum diffinitionis, decreti, adscriptionis, mandati, statuti, relaxationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum.

Dat. Romæ die Martij.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo sexcentesimo vigesimo primo, quarto Id. Martij, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Papæ subscriptio.

✠ Ego Gregorius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

Cardinalium subscriptiones.

✠ Ego Antonius Cardinalis Saulius Decanus.

✠ Ego Franciscus Maria Cardinalis à Monte Episcopus Portuensis.

✠ Ego Franciscus Sfortia Cardinalis Episcopus Tusculanus.

✠ Ego Alexand. Card. Montaltus Episcopus Albanen. S.R.E. Vicecancellarius.

✠ Ego Octauius Episcopus Prænestinus Cardinalis Bandinus.

✠ Ego A. tt. S. Laurentij in Lucina Presbyter Cardinalis Perettus.

✠ Ego Io. Bapt. SS. Petri, & Marcellini Presbyter Cardinalis Detus.

✠ Ego Dominicus Cardinalis SS. Apostolorum Gimnasius.

✠ Ego Carolus tt. S. Cæsarei Cardinalis Madrucius.

✠ Ego S. tt. S. Chrysogoni Presbyter Cardinalis Burghesius.

✠ Ego M. tt. S. Onuphrij Presbyter Cardinalis Barberinus

✠ Ego I. G. tt. SS. quatuor Coronatorũ Presbyter Cardinalis Millinus.

✠ Ego M. SS. Quirici, & Iulitæ Presbyte Cardinalis Lantes.

✠ Ego Fabritius tt. S. Augustini Presbyter Cardinalis Verallus.

✠ Ego Io. B. tt. S. Cæciliæ presbyter Cardinalis Lenius.

✠ Ego Dominicus tt. S. Martini in Montibus Presbyter Cardinalis Riuarola.

✠ Ego G. Cardinalis Borgia tt. S. Crucis in Hierusalem

✠ Ego R. tt. S. Alexij Presbyter Cardinalis Vbaldinus.

✠ Ego Tib. tt. S. Priscæ Presbyter Cardinalis Mutus.

✠ Ego Gabriel tt. S. Bartholomæi in Insula Presbyter Cardinalis de Trejo.

✠ Ego S. Presbyter Cardinalis S. Susannæ S. R.E. Bibliothecarius.

✠ Ego Guido tt. S. Mariæ de Populo Presbyter Cardinalis Bentiuolius.

✠ Ego P. tt. S. Saluatoris in Lauro Presbyter Cardinalis Valerius.

✠ Ego Itel. Fridericus tt. S. Laurentij in Panisperna Cardinalis de Zolleren.

✠ Ego Iulius S. Mariæ supra Mineruam Cardinalis Roma.

✠ Ego Fr. Desiderius tt. S. Clementis Cardinalis de Cremona.

✠ Ego Stephanus tt. S. Mariæ in Via Cardinalis Pignattellus.

✠ Ego Fr. tt. S. Matthæi in Merulana Presbyt. Cardinalis Sacratus.

✠ Ego M. Ant. tt. S. Eusebij Presbyter Cardinalis Gozadinus.

✠ Ego Alexander tt. S. Mariæ in via lata Cardinalis Estensis.

✠ Ego Carolus Emanuel S. Nicolai in carcere Tulliano Cardinalis Pius.

✠ Ego Mauritius S. Eustachij Diaconus Card. de Sabaudia.

✠ Ego Carolus S. Mariæ in Dominica Card. Medices.

✠ Ego Ludouicus tt. S. Hadriani Cardinalis de la Vallette

✠ Ego Fr. S. Angeli in foro piscium Diaconus Cardinalis Boncompagnus.

✠ Ego Hippolytus S. Mariæ Nouæ Cardinalis Aldobrandinus.

XXI.

Institutio Collegii S. Bonauenturæ in Ciuitate Pragæ pro studentibus Fratrum Minorum Conuentualium cum applicatione annui redditus, ab Imperatore Ferdinando Secundo ei assignati.

Aliud pro studentibus eiusdem Ordinis erexit Paul.V. in Insula Melenitana, vt hic supra in sua Const. 23. In supereminenti. Et de tota Religione Franciscana lege supra ad Const. 5. Honor. III. tom. 1. p. 46.

Edita A.D. 1622.

GREGORIVS XV.
Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

IN supereminenti Sedis Apostolicæ specula, meritis licèt imparibus, disponente Domino, constituti, & intra mentis nostræ arcana reuoluentes, quantū ex litterarum studijs Catholica fides augeatur, diuini nominis cultus protendatur, veritas agnoscatur, ac iustitia colatur, ad ea, per quæ litterarum studia huiusmodi vbilibet excitentur, libēter intendimus, & in his sollicitudinis nostræ partes propēsius impartimur, prout, locorum qualitate pensata, conspicimus salubriter expedire.

Imperator Ferdinandus II annuū redditum assignauit pro Collegio in Domo regulari S. Iacobi Pragēsis Ordinis Fratrum Conuentualium S. Francisci, erigen. pro collegialibus eiusdem Ordinis professoribus, & Pontifex, qui ad eiusdem Imperatoris petitionē illud sub inuocatione S. Bonauenturæ cum priuilegijs similibus collegio S. Bonauenturæ in Vrbe instituto erigit.

§. 1. Cum itaque, sicut dilecti filij Iacobi de Bagnacauallo, Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Conuentualiū nuncupatorum Ministri Generalis nomine Nobis nuper expositum fuit, charissimus in Xpo filius noster Ferdinandus Romanorum Rex in Impertorem electus, mille & ducentos daleros annuos monetæ illarū partium pro duodecim Baccalaureorum in domo regulari S. Iacobi Pragēsis, eiusdem Ordinis manutētione assignauerit; & propterea dictus Ferdinandus Rex in Imperatorem electus, tam ad Fratrum dicti Ordinis in prædicta domo studentium commodū & profectum, quàm etiam ad militantis Ecclesiæ exaltationem, ipsiusq; ciuitatis decorem, in predicta domo vnum Collegium studij pro vno Regēte nūcupañ, ac duodecim Baccalaureis, seu Collegialibus eiusdem Ordinis professoribus per Nos erigi, & institui, aliàsq; vt infra indulgeri, summopere desideret. Nos pijs, & laudabilibus dicti Ferdinandi Regis in Imperatorem electi, votis in præmissis annuere volētes, supplicationibus eius nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Ad omnipotētis Dei laudem, & gloriam, necnon militantis Ecclesiæ exaltationem, diuiniq; cultus, & orthodoxæ fidei augumentum, ac Religiosorum prædictorum cōmoditatem, & profectum, in prædicta domo vnum Collegiū sub inuocatione S. Bonauenturæ, & eiusdem Ordinis professoris, cum omnibus, & singulis priuilegijs, prærogatiuis, & indultis Collegio S. Bonauenturæ eiusdem Ordinis de Vrbe cōcessis, auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuò erigimus, & instituimus.

Illiq; 1200 annuos redditus perpetuò applicat.

§. 2. Illiq; sic erecto, & instituto, pro eius dote, ac vnius Regentis, & duodecim Baccalaureorum, seu Collegialiū inibi pro tempore existentium sustentatione, & onerum eis incūbētiū supportatione, mille & ducentos daleros huiusmodi, ita quòd liceat eis corporalē, realem, & attualem illorum possessionem suo, & dicti Collegij nominibus propria auctoritate libere apprehendere, & retinere, ac in ipsius Collegij vsus, & vtilitatem conuertere, auctoritate, & tenore prædictis etiam perpetuò applicamus, & appropriamus.

Clausulas huius præseruantur subiicit.

§. 3. Decernentes, præsentes litteras semper, & perpetuò validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosq; plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, neq; per quoscumq. Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, vbiq; indicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contingerit attentari.

Contrarijsque derogat.

§. 4. Non obstañ constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon dicti Ordinis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisq; contrarijs quibuscumq;

Dat. P. A. a. die 5. Aprilis.

§. 5. Dat. Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die 5. Aprilis 1622. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

XXII.

Confirmatio priuilegiorum, gratiarum, & indultorum tàm spiritualium, quam temporalium concessorum Ordini, & Fratribus Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captiuorum.

Huius Ordinis institutionem, ac approbationem Regulæ, cum omnibus alijs ipsum concernentibus, habes signatas ad Const. 1. Innoc. III. Operante, sup. t. 1. p. 33.

Edita A.D. 1622.

GREGORIVS PAPA XV.
Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

INiūcti Nobis Apostolici muneris ratio postulat, vt Sacrarum Religionum, in militari Ecclesia suaues in Domino fructus assiduè præstantium, paternam curam gerentes, priuilegia, gratias, & indulta illis a Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris, & Apostolica Sede concessa, quò validiùs perpetuò subsistant, nostræ confirmationis robore muniamus.

Isti Fratres supplicarūt Pont. pro confirmatione priuilegiorum iā cōfirmatorum Clem. VI. & Paul. V. illorum Const. habes sup. t. 3. p. 118 & p. 228.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Ludouicus Petit Magister Generalis Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis

ptionis Captiuorum, quòd variæ gratiæ, concessiones, libertates, prærogatiuæ, fauores, immunitates, exemptiones facultates, & indulta dicto Ordini, illiusq; Superioribus, Fratribus Monialibus, personis, domibus, Ecclesijs, & locis nunc, & pro tempore existentibus, à diuersis Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostris olim cōcessa, & à fel. re. Clemente viij. & nouissimè Paulo V. Rom. Pont. similiter Prædecessoribus Nostris confirmata fuerunt. Cum autem maiorem obtineant roboris firmitatem, ea quæ Apostolica auctoritate sæpius muniuntur, & propterea dictus Ludouicus Magister Generalis, prioilegia, gratias, indulta, aliaq; prædicta per Nos Apostolica auctoritate etiam confirmari, & approbari plurimum desideret; Nobis propterea humiliter supplicari fecit, vt in præmissis opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur.

Qui modo ea omnia confirmat supplendo omnes iuris, quam facti defectus.

§. 2. Nos igitur Ordinem prædictum, ex quo vberrimi fructus in Ecclesia Dei ad illius laudem, & Christianæ Reipublicæ, necnon Captiuorum commodum, & vtilitatem, sicut accepimus, in dies proueniunt, specialis gratiæ fauore prosequi volentes, ac eumdem Magistrum Generalem, & prædicti Ordinis singulares personas à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsq; Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequeñ, harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati: Omnia, & singula priuilegia, immunitates, exemptiones, libertates, prærogatiuas, fauores, facultates, gratias, concessiones, & indulta, tàm spiritualia, quàm temporalia, eidem Ordini, illiusq; Ecclesijs, Superioribus, Fratribus, Monialibus, & Sororibus, & personis, necnon Ecclesijs, domibus, ac locis, bonis, & rebus quibuscumq; vt supra concessa, & confirmata; dummodo tamen priuilegia, & indulta, & alia prædicta omnia, in vsu, nec reuocata, aut sub aliquibus reuocationibus, & abolitionibus comprehensa sint, & Sacri Concilij Tridentini decretis, & constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, dictiq; Ordinis Regularibus institutis nō aduersentur; Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuò confirmamus, & approbamus, ac perpetuæ, & inuiolabilis Apostolicæ firmitatis robore cōmunimus: supplentes omnes, & singulos, tàm iuris, quàm facti, & quarumcumq; solemnitatū & de iore, necessitate, aut aliàs quomodolibet requisitarum, forsan omissarum, & quoscumq. alios, si qui desuper in eis quomodolibet interuenerint supplemus.

Executores huius Cōst. deputat.

§. 3. Quocirca Veñ Fratribus Archiepiscopo Burgeñ, & Episcopo Parisieñ, ac dilecto filio Curiæ causarum Cam. Apostolicæ Generali Auditori, per præsentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios præsentes litteras, & in eis contenta quæcumq; vbi, & quando opus fuerit, & quotiès pro parte prædicti Ludouici Magistri Generalis, ac omniū, & singulorum, quos eōcernūt, fuerint requisiti, solemniter publicantes, illisq; omnibus, & singulis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra, illos omnes, & singulos, effectu earumdē præsentium pacificè frui, & gaudere; non permittentes illos desuper à quocūq; quauis auctoritate qoomodolibet indebitè molestari; contradictores quoscumq; per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo; inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis.

Contraria remouet.

§. 4. Non obstañ piæ mem. Bonifacij Papæ viij. pariter Prædecessoris Nostri de vna, & in Concilio Generali edita de duabus dietis, dūmodo vltra tres dietas aliquis auctoritate præsentium ad Iudicium non trahatur, alijsq; Apostolicis, ac in vniuersalibus, prouincialibus, & synodalibus Concilijs editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, necnon Ordinis prędicti, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis, quibusuis personis in contrariū præmissorū quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis: Quibus omnibus, & singulis, eorum omnium tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Transumptis fidē dari mādat.

§. 5. Volumus autem, vt præsentium transumptis etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides, vbiq; adhibeatur, quæ eildem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitę, vel ostensæ.

Dat. P. A. die 18 Aprilis.

Dat. Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die xviij. Aprilis M. DCXXII. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

XXIII.

Beatificatio Serui Dei Fr. Petri de Alcantara Ord. Min. Strictioris Obseruantiæ Discalceatorum Professoris, Prouinciæ S. Iosephi in Regno Castellæ Fondatoris, cum Officio, & Missa vnius Confessoris non Pontificis, die 19. Octobris celebrando à tota Religione dictorum Minorum.

De *huiusmodi Fratribus vide tibi plenissimè signata ad Const. 35. Clem. 7. In suprema, sup. t. 1. pag. 603.*

Edita A.D. 161[illegible]

GREGORIVS PAPA XV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

IN Sede Principis Apostolorum, nullis licèt nostris suffragantibus meritis, à Domino cõstituti, pijs fidelium votis, quibus virtutum Dominus in seruis suis honorificatur, libenter annuimus, eaq; fauoribus prosequimur opportunis.

Philippo III. & IV Regibus Hisp. instantibus Cardinales Congregationis Sacrorũ Rituũ examinato processu Fr. Petri de Alcantara canonizari posse, per hunc Pôtificẽ censuerunt.

§.1. Cum itaque, instantibus non solùm claræ memoriæ Philippo III. & charissimo in Christo filio nostro Philippo IIII. Hispaniarũ Regibus Catholicis, sed etiam ferè omnibus Hispaniæ Regnis, Venerabiles fratres nostri S.R.E. Cardinales sacris Ritibus præpositi, de mandato nostro causam serui Dei Petri de Alcãtara Ord. Minorũ Strictioris Obseruantiæ Discalciatorũ nuncupatorum, ac Prouinciæ S. Iosephi eiusdem Ordinis Fundatoris, iuxtà seriem relationis trium causarum Palatij Apostolici Auditorum ad effectum canonizationis pluries examinauerint, ac multis desuper habitis sessionibus, referente dilecto filio nostro Marco Antonio tituli S. Eusebij Presbytero Cardinale Gozzadino nuncupato, plenissimè constare de validitate processuum, fama Sanctitatis, fide, puritate, cæterisq; virtutibus, non in genere solum, sed etiam in specie, reliquiarum ac sepulchri veneratione, plurimisq; tãdem miraculis pronuntiauerint; cẽsuerintq; posse Nos, quandocumq; voluerimus, eũdem Dei seruum, iuxtà Catholicæ Ecclesiæ ritum, Sanctum atq; in Cælis regnantem declarare, omnibusq; fidelibus solemni canonizatione proponere venerandum,

Philippus IV. instetit officium, & Missam celebrari in tota predicta Religione.

§.2. Prædictus verò Philippus IIII. Rex, & dilecti filij Minister Generalis, & Fratres Ord. prædicti Nobis humiliter supplicari fecerint, vt donec ad Canonizationem dicti Petri deueniatur, idem Petrus Beatus nuncupari, ac de eo tamquam de Confessore non Pontifice Missam, ac Officium vt infra celebrari, & recitari respectiuè possit, indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Qui Pontifex id concedit.

§.3. Nos supplicationibus huiusmodi inclinati, de eorumdem Cardinalium consilio, vt idem Dei seruus Petrus de Alcantara in posterum Beatus nuncupari, atq; de eo tanquam de confessore nõ Pontifice, die XIX. Octobris, qua ipsius obitus memoria celebrabitur, vbiq; terrarũ ab vniuersa Religione Minorum Obseruantium vtriusq; sexus respectiuè Missa celebrari, atq; Officium recitari possit.

In Oppido verò de Alcantara nullius diœcesis vbi natus atq; in altero de Arenas Abulẽs diœcesis, vbi corpus eiusdem requiescere accepimus, omnibus tam regularibus quàm sæcularibus Clericis, sub ritu tamen semiduplici, idem omninò liceat.

Ac demum in Prouincia prędicta Sancti Iosephi, cuius auctor extitit, ab ipsis dicti Ordinis Discalciatorum Fratribus, etiam cum octaua veluti de Patrono, Officium pariter ac Missa juxtà Breuiarij, ac Missalis Romani rubricas celebrari possint, Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuò concedimus, & indulgemus.

Quæcumque obstantia tollit.

§.4. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisq; cõtrarijs quibuscumque.

Volumus autem vt præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die XVIII. Aprilis 1622. Põtificatus Nostri Anno Secundo.

H.P.A. 2. die 18. Aprilis.

XXIV.

Quod Festum S. Annæ Matris Mariæ Virginis, de præcepto vbique obseruetur.

Hoc festum sub duplici Officio, & die 26. Iulij, celebrari decreuerat Gregorius XIII. sup. in sua const. 87. t. 2. p. 471. Quinimò iste Pontifex festum S. Ioachimi Patris eiusdem B. Mariæ Virginis, sub duplici Officio iussit obseruari, vt infra in eius const. 39. Apostolatus. Et mox S. R. E. Cardinales Sacrorum Rituum die 8. Maij 1621. decreuerunt, etiam festum S. Iosephi Sponsi eiusdem B. Virginis, de præcepto deinceps celebrari. Et hic edem Pontifex illud approbauit, quod decretum apud hos Reuerendæ Cameræ Impressores cusum legitur.

GRE-

Edita A. D. 1622.

GREGORIVS PAPA XV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium cum enarratione meritorum, & venerationis B. Annæ Matris Beatissimæ Virginis Mariæ.

HOnor laudis, & cultus venerationis, quem Sanctæ Dei Genitricis parenti Beatæ Annę in Sancta tribuitur Ecclesia, quã meritò fuerit spiritu Dei dictante, cuius pro-nidentia Ecclesia regitur, & gubernatur, varijs temporibus auctus, inenarrabilis Sanctissimæ eius Filiæ dignitas, & celsitudo satis superque declarant. cùm enim coronet parentes gloria liberorum: tanti dono partus a Domino dignatam matrem. tamquam honoris, & gratiæ cælestis abundantia similiter decoratam, vniuersa Ecclesia tàm in Occidente, quàm in Oriente, præcipuo cultu, & religione prosecuta est. nec sine magno credentium fructu, & religionis incremento, vt in Domino sperare debemus; exhibitus, & amplificatus est hic honor; crescente enim in eam fidelium deuotione, etiam patrocinium, quod apud Deum per seipsam, & per Cæli Reginam eius filiam gerit, eorumdem augeri merito credimus, sicut in gloriosæ parentis veneratione gloriosissimam eius filiam honorari non dubitamus, tantòque magis eius tutelam, & intercessionem apud vnigenitum filium Dominum nostrum Iesum Christum nos promereri, quantò maioribus honoribus per nostrã erga eius parentem reuerentiam eam veneramur, & colimus.

Propter quæ, & præcipuam, quam hic Pont. erga ea deuotionem gerit.

§. 1. Hæc Nos nobiscum cogitantes, & peculiari etiam in Beatam Annam deuotione incitari, Prædecessorum nostrorum quoque in eius augendo cultu religionem in Domino emulantes, & gregis Nobis à Domino crediti, spiritualis vtilitatis augmento consulere, pro nostri pastoralis officij debito cupientes, Beatæ Annæ Festum in vniuersali Ecclesiæ Dei amplius honorandum censuimus.

Festum eius de præcepto decerni obseruari.

§. 2. Itaque hac nostra perpetuò valitura Constitutione, Festum Sanctæ Annæ ab omnibus Christifidelibus, sicut alia Festa de præcepto celebrari, & obseruari, ab omnique illicito opere abstineri, & sub præcepto obseruationis festorum comprehendi volumus, præcipimus, & mandamus.

Contrarijs derogat.

§. 3. In contrarium facien. non obstan. quibuscumque.

Transumptis creditur.

Volumus autem, vt præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. A. die 23 Aprilis.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die vigesima tertia Aprilis MDCXXII. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Publicatio.

Anno à Natiuitate Domini Nostri Iesu Christi, Millesimo sexcentesimo vigesimosecundo, Indictione quinta, die vero vigesimatertia mensis Aprilis, Pontificatus Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. Gregorij, diuina prouidentia Papæ XV. Anno eius secundo, retroscriptæ Litteræ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt in acie Campi Floræ, ac alijs locis consuetis Vrbis, vt moris est, per me Augustinum Braccherium Apost. Curs.

Pro Mag. Curs. Brandimartes Latinus Curs.

XXV.

Electio, & deputatio Iosephi à Matre Dei in Ministrum Generalem totius Congregationis Clericorum Regularium Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum, vt vna cum quatuor hic descriptis Socijs vocem habeat actiuam, & passiuam, totumque corpus Religionis ad nonennium repræsentet.

De ista Congregatione, & toto eius statu vide notata ad istius Pont. Const. 14.

In supremo hic sup. p. 93.

GREGORIVS PAPA XV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Edita A. D. 1622.

Prooemium.

APostolici muneris solicitudo, diuina dispensatione, nullo licèt merito nostro, Nobis imposita, postulat, vt circa statum religiosarum personarum quarumlibet inuigilã-res; ad ea, per quæ religiosę personæ huiusmodi in laudabili earum instituto perseuerare valeant, sedulò intendamus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

Electio, & Deputatio Ministri Generalis, & quatuor eius Sociorum, pro regimine Congregationis Clericorum Pauperum Matris Dei Scholarum.

§. 1. Hinc est, quòd Nos prospero felici dilectorum filiorum Clericorum Regularium Congregationis Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum de Vrbe regimini, quantum cum Domino possumus, consulere, eosdemq; Clericos specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat cõsequendum,

harum

harum serie absoluentes, & absolutas fore censentes, supplicationibus illarum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, De Venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotijs Regularium praepositorum consilio, dilectum filium Iosephum à Matre Dei eiusdem Congregationis Clericum, in Ministrum Generalem ipsius Congregationis ad nouennium tantùm, qui cum dilectis etiam filijs Petro à Natiuitate, Viuiano ab Assumptione, Francisco à Purificatione, ac Paulo similiter ab Assumptione, dictae Congregationis pariter Clericis socijs suis, vocem actiuam, & passiuam habeat, ac corpus Religionis repraesentet, Apostolica auctoritate tenore praesentium facimus, constituimus, & deputamus.

Ac facultatis concessio his praedictis emittendi Vota in manu alicuius Praelati.

§. 2. Necnon eidem Iosepho, vt tàm ipse, quàm sui socij praedicti vota solemnia in manibus alicuius Praelati Ecclesiastici, eorum arbitrio eligendi, emittere, liberè, & licitè valeant, auctoritate, & tenore praedictis licentiā, & facultatem concedimus, & impartimur.

Clausulae praeseruatiuae.

§. 3. Decernentes praesentes litteras, validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac Iosepho, & alijs praedictis in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari.

Decretum irritans.

§. 4. Irritumque, & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariorum derogatio.

§. 5. Non obstañ Apostolicis, ac in Vniuersalibus, Prouincialibusque, & Synodalibus Concilijs editis, generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & ordinationibus, ac quatenus opus sit, dictae Congregationis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, caeterisque contrarijs quibuscumque.

Dat. P. A. die 28 Aprilis.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die 28. Aprilis M DCXX II. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

XXVI.

Erectio Sacrae Congregationis S. R. E. Cardinalium, nec non Praelatorum, ac Regularium virorum de Fide Catholica propaganda, vna cum prouentuum assignatione, priuilegiorumque concessione, & praecipuè quòd Scripturae gratis dentur.

Postea pro subuentione d. Congregationis, omnes scripturas eius statum, aut res concernentes, gratis ipsius Ministris tradi decreuit hic idem Ponr. vt sua Const. seq. Cum inter.

GREGORIVS EPISC. SERVVS SERV. DEI *Ad perpetuam rei memoriam.*

Edita A. D. 1622.

Praefatur hic Pont. in pastorali officio munus esse, quod oues errantes ad Dominum gregis agnoscant.

Inscrutabili diuinae prouidentiae arcano, ad Christi Ecclesiae regenda gubernacula, nullis nostris meritis, à Spiritu sancto vocati, praecipuas nostri pastoralis muneris partes esse intelligimus, sedulo inuigilandi, & quantum Nobis ex alto conceditur, intentis studijs adnitendi, vt oues miserabiliter errantes, ad Christi ouile adducantur, ac Dominum gregis agnoscant, & pastorem.

Omnemque adhibere curam in adductione animarū ab Ecclesiā Christi, qui pro earum redemptione se ipsum exinaniuit vsque ad mortem.

Quò scilicet, diuina adspirante gratia, desinant, per infelicia pascua infidelitatis, & haeresum vagari, & aqua mortifera pestilentiae potari, sed in loco pascuae verae Fidei, ac salutaris doctrinae collocentur, & adducentur ad vitae fontes aquarum. Et verò quis non intelligit, omnem nostram sollicitudinem desiderare, omnemque conatum à Nobis exigere, opus adductionis animarum ad Ecclesiam Christi, quippe quòd tanti fecerit Deus Mundi salutem, vt ipsum Vnigenitum suum daret Vnigenitum illum, qui cum esset splēdor gloriae, & figura substantiae eius, portans omnia verbo virtutis suae, exinaniuit semetipsum, formam serui accipiens, factus obediens vsq; ad mortem, mortem autem Crucis, vt sua nimia caritate seruos, & malos seruos Dominus redimeret pretio sanguinis sui.

Cuius Christi caritatis imitatores esse debent omnes Christiani.

§. 3. Inaestimabilis huius caritatis imitatores esse profectò omnes debent, qui Christiano nomine fideliter gloriantur, & membra Christi effecti sunt, vt eius verbi factores, sint, non auditores tantùm: nam & per sanctum Apostolum suum monet: Estote imitatores sicut filij charissimi, & ambulate in dilectione sicut Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis.

Et praesertim Episcopi ipsi, qui pastores sunt.

§. 4. Quòd si haec ad vnumquēque Christianorum scripta sunt, quanto magis ad eos, qui in sortem, & militiam Christi vocati, positi sunt Episcopi regere Ecclesiam suamēquibus saepe per Prophetas suos grauibus verbis comminatur, si pascentes semetipsos, gregem non pascunt, & quod crassum est occidentes, infirmum non consolidant, aegrotum non sanant, confractum non alligant, abiectum non reducunt, perditum non quaerunt.

Multòque magis summus Pontifex qui pastoribus ipsis p apostolus est, vt ro enim principaliter mandauit Deus, vt pasceret oues suas.

§. 5. Quae profectò voces vt omnes Ecclesiarum Rectores valde sollicitos habere debent, licet in partem sollicitudinis sint vocati, ita multo vehementius Nos vrgent, qui in plenitudinem electi, non solùm vniuerso gregi, sed etiam pastoribus praepositi sumus. Quocirca quod Apostolis omnibus à Domino mandabatur, vt praedicarent Euangelium omni

omni creaturæ, principaliter Petro incumbebat, qui omnibus præstabat prærogatiua Principatus, & cui soli iniunctum fuerat à Domino, vt pasceret oues suas.

Et ipse, ac alij eius successores de omnibus mundi partibus homines colligerent, & ad Christi corpus converterent ædificandum.

§. 6. Quapropter & vni Petro vas illud quasi linteum ostenditur, quatuor initijs de cælo submitti in terram, in quo erant omnia quadrupedia, & serpentia terræ, & volatilia cæli, quodque illa vox sequuta est: Surge Petre, occide, & manduca; vt præfiguraretur Petri, & Successorum eius munus ex quatuor Mundi partibus homines, varia impietate insipientes, congregandi, quò eos quasi occidendo, hoc est, veteri vita exuendo, & exutos manducando, idest in sua membra, qui visibile erat caput Ecclesiæ, conuertendo, etiam membra Christi redderet, inuisibilis Ecclesiæ capitis; atque ita adipiscerentur participationem generationis Christi, eamque adepti, quæ Christi sunt, saperent, quæ Christi sunt operarentur, ac demum per gratiam Spiritus sancti eius in æterna pascua transferrentur, potandi torrente inexhausto voluptatis Dei.

Et cum his temporibus magnus sit dispersarum ouium numerus.

§. 7. Quantum verò his calamitosis temporibus excreuerit errantium, & dispersarum ouium numerus, qui Ecclesiam Sanctam eius Catholicam Christi ouile, vel nunquam cognouerunt, vel cognitam Sathanæ dolis deseruerunt, sine lacrymis commemorari non potest. Si enim mentis nostræ aciem conuertimus ad innumerabilem populorum multitudinem, iam tot sæculis Agarenorum impurissima dementia captam, insanique erroris, ac mendacij tenebris obcæcatam, miseratione commouentur viscera nostra, cernentes, tam multis, ac varijs cælestibus donis olim celebres nationes, per ignorantiæ, & pestilentis persuasionis stuporem, humanitatem in bestiarum naturam ferè mutasse, atque ad æterna incendia, Diabolo, & Angelis eius parata, ali, ac propagari. Et licet inter eas aliquæ sint gentes in iustitia detentæ, quæ Christi nomen inuocant, tamen ita antiquarum hæresum veneno sunt infectæ, vt sinceram veritatem paucissimæ agnoscant, ac fere omnes, in multis, nedum in vno, peccantes, factæ sint omnium reæ. Vbi verò peccatis nostris facientibus, inimicus homo super bonum semen in Septentrionalibus partibus seminauit hæresum zizania, ita dira contagia grassata sunt, vt animas innumerabiles tamdiu perdiderit, ac Prouincias, & Regna Christo per summam iniuriam erepta, suæ tyrannidi mancipauerit.

Ideo vt hic Pont. eiusq; successores maiori cum cura vigilantia Catholicæ fidei propagationi incumbant, congregationem quorundam Cardinalium, & Prælatorum semel in mense coram eo, ac etiam Religiosorum virorum pro fidei Catholicæ propagatione cum amplis. potestate [illegible].

§. 8. Quamobrem, etsi à fel. rec. Romanis Pont. prædecessoribus nostris, pastorali vigilantia, ope, studio, & industria elaboratum fuerit, ne tam multæ messi deessent operarij, & negotiatio hæc sancta non negligeretur; nihilominus Nos, vt maiori cum vigilantia, cura, & feruore, opus prosequi possimus, & in posterum successores nostri possint; nonnullorum Ven. fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium peculiari sollicitudini negotium committendum duximus, prout tenore præsentium committimus, & demandamus. Volentes, vt in vnum congregati, adhibitis etiã aliquot Rom. Curiæ Prælatis, & Religiosis viris, ac Secretario, prout Nos hac prima vice eos adhiberi voluimus, & nominauimus, in commune consulant, tantæque rei nobilitati inuigilent, ac tam Sancto, & Diuinæ Maiestati maximè grato operi, quanto melius fieri poterit, incumbant. quod vt commodius præstari possit, semel coram Nobis, ac bis saltem in domo antiquioris eorum, quolibet mense congregentur, omniaque & singula negotia, ad Fidem in vniuerso Mundo propagandam pertinentia, cognoscant, & tractent, & grauiora, quæ in prædicta domo congregati tractauerint, ad Nos referant: alia vero per se ipsos decidant, & expediant pro eorum prudentia. Missionibus omnibus ad prædicandum, & docendum Euangelium, & Catholicam doctrinam superintendant, ministros necessarios constituant, & mutent: Nos enim eis, tàm præmissa, quàm omnia, & singula alia desuper necessaria, & opportuna, etiam si talia fuerint, quæ specialem, specificam, & expressam requirant mentionem, faciendi, gerendi, tractandi, agendi, & exequendi, plenam, liberam, & amplam facultatem, auctoritatem, & potestatem, Apostolica auctoritate, earumdem tenore præsentium concedimus, & impartimur.

Et illis annuos redditus assignare, & administrationem Cardinalibus committere velle asserit.

§. 9. Vt verò res tanti momenti, in quam magnos sumptus fieri necesse est, per temporalium cum spiritualibus felicem commutationem, nullo retardata impedimento, faciliùs, & celeriùs procedat; vltra ea, quæ ex arca nostra priuata suppeditari iam mandauimus, & piorum fidelium liberalitate collata sunt, & in posterum non defutura subsidia in Domino confidimus, cum nostrum, & huius sanctæ Sedis proprium sit negotium, certos huic operi redditus ex Camera nostra Apostolica in perpetuum attribuemus, eorumque administrationem iisdem Cardinalibus committemus, prout in alijs nostris expediendis litteris plenius continebitur.

Cardinales nominantur.

§. 10. Cardinales autem, quos sancto huic negotio præfecimus, sunt qui sequuntur; Antonius Ostieñ Saulius, Odoardus Sabineñ Farnesius, Octauius Præneſtiñ Episcopi Bandinus.

dinus. Franciscus S. Praxedis de Surdis, Maphæus S. Onuphrij Barberinus, Ioannes Garsias SS. Quatuor Coronatorum Millinus, Gaspar Sanctæ Crucis in Hierusalem Borgia, Robertus S. Alexij Vbaldinus, Scipio S. Susannæ, Petrus S. Saluatoris in Lauro Valerius, Itelius Fridericus S. Laurentij in pane & perna de Zollcren, Ludouicus S. Mariæ Transpontinæ Ludouisius, & Franciscus S. Matthæi Tituloium Presbyteri Cardinales Sacrarus nuncupari.

Prælatique & Religiosi viros.

§. 11. Prælati verò, dilecti filij Io. Baptista Viues in vtraque Signatura nostra Referendarius, & Io. Baptista Aguccchius Secretarius noster, ac Sedis Apostolicæ Notarius, & Dominicus à Iesu Maria Ordinis Carmelitarum Discalceatorum Professor, & Vicarius Generalis.

Et secretarium.

§. 12. Secretarius verò à Nobis pariter deputatus dilectus filius Franciscus Ingolus presbyter Rauennas V. I. D.

Clausulas praeseruat vna hoiat gre Bioaio appronit.

§. 13. Decernentes, præsentes litteras, ac omnia, & singula in eis contenta, semper, & perpetuò valida, firma, & efficacia esse, ac ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & in futurum quomodolibet spectabit, firmiter, & inuiolabiliter perpetuò obseruari debere.

Decretum irritās addit.

§. 14. Sicque, & non aliter per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, vbique iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane quicquid secus super his à quoquam quauis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Contraria quæcūque remouet.

§. 15. Non obstan quibuluis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis, quibusuis Ordinibus, Congregationibus, Societatibus, & institutis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis, etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & alijs decretis, in genere, vel in specie, ac aliàs in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum omnium tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Sanctionem pœnalem adiungit.

§. 16. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrorum commissionis, demandationis, voluntatum, decretorum, concessionis, impartitionis, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo vigesimosecundo, decimo Kal. Iulij, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Dat. P. A. 2. dicto Iunij.

Subsequitur concessio emolumenti Anulorum Cardinalium pro subuentione dictæ Congregationis.

Hoc emolumentum est ducatorum quingentorum, vt videre est sup. in princ. const. 7. Iulij Tertij, tom. 2.

GREG. EPISC. SERVVS SERVOR. DEI. *Ad perpetuam rei memoriam.*

Edita A.D. 1622.

Exordium.

ROmanum decet Pontificem ex Pastoralis officij debito, ad ea, per quæ Congregationum quarumlibet, præsertim ad fidei Catholicæ propagationem institutarum necessitatibus, & indigentijs occurritur, libenter intendere, ac in his eiusdem officij sui partes fauorabiliter interponere, prout conspicit in Domino salubriter expedire.

Cameræ Apost. solutio lita.

§. 22. Alias siquidem Nos certis rationabilibus de causis emolumenta ratione Anulorum Cardinalitiorum, per hæredes Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium vita functorum Cameræ nostræ Apostolicæ solui solita, Basilicæ Sancti Ioannis Lateranen. de Vrbe ad certum tunc expressum, & nondum elapsum tempus, Apostolica auctoritate concessimus, & elargiti sumus, prout in litteris Apostolicis sub Annulo Piscatoris desuper confectis plenius continetur.

Emolumenta anulorum S. R. E. Cardinalium defunctorum hic Pont. ad certū rē. pus Basilicæ S. Io. Lateranen. applicauit.

§. 23. Nunc verò attendentes Congregationem Venerabilium Fratrum Nostrorum eiusdem S. R. E. Cardinalium, per Nos hodie pro fidei Catholicæ propagatione institutam, sufficientibus redditibus, & prouentibus ad opus tam pium necessarijs, & opportunis minimè suffultam reperiri: ac illi; vt onera huiusmodi faciliùs perferri valeant, de alicuius subuentionis auxilio prouidere volentes; necnon emolumentorum huiusmodi quantitates, ac valores etiam annuos scripturarumq; super præmissis confectarum veriores, ac totos tenores, ac datas præsentibus pro expressis habentes, Motu proprio, non ad alicuius instantiam, sed de certa scientia, & mera liberalitate, ac matura deliberatione nostris, & de Apostolicæ potestatis plenitudine, omnes, & singulas donationes, elargitiones, applicationes,

Illa modo applicat Congregationi, vt in pios eius vsus, & necessitates conuertantur.

stiones, & concessiones, seù quasuis alias dispositiones de dictis emolumentis, seù eorum iuribus prædictæ, seù quibusuis alijs basilicis, vel alijs locis pijs quomodolibet qualificatis, & nuncupatis hactenus quomodolibet & sub quorumuis verborum expressionibus, & formis perpetuò, vel ad tempus, per Nos, seù quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores Nostros, etiam Motu simili, ac Consistorialiter factas; aliaq. mira illis, seù etiam alijs Vrbis basilicis, vel locis pijs huiusmodi ex prædicta donatione, vel alia etiā quantumuis iusta, & rationabili causa, vel occasione competentia, ac quascumque litteras Apostolicas forsan desuper confectas, & in eis contenta quæcumque, quorum omnium tenores præsentibus pro expressis, & insertis haberi volumus, Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuò reuocamus, cassamus, extinguimus, & annullamus, nulliusq. roboris, vel momenti fore, & esse declaramus, necnon emolumenta Anulorum Cardinalitiorum huiusmodi, quæ Cameræ nostræ Apostolicæ siue ijs, quibus applicata fuerant, ab hæredibus Cardinalium defunctorum debebantur, & soluebantur, prædictæ Congregationi cum omnibus, & singulis iuribus, & actionibus in perpetuum donamus, concedimus, & applicamus; Ita vt liceat S. R. E. Cardinalibus nunc, & pro tempore existentibus Congregationis huiusmodi, seù ab illis Deputatis, vel eorum Ministris præfata emolumenta propria auctoritate, etiam per mandata ab antiquiore Congregationis huiusmodi Cardinali, simpliciter, & de plano, ac sine strepitu & figura iudicij, ac manu Regia, decernenda, & relaxanda, exigere, leuare, ac illa penes Montem Pietatis deponere, seù in tot locis Montium non vacabilium, aut aliàs quouis modo arbitrio dictæ Congregationis ad effectum illa in pios vsus, & necessitates ipsius Congregationis similiter eius arbitrio, & prout ipsis melius videbitur expendenda, & eroganda, inuestire.

§. 24. Insuper vt Venerabiles Fratres nostri Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, qui nunc viuunt, hoc pium, & laudabile opus adiuuare possint, volumus, & similiter Apostolica auctoritate decernimus, & declaramus, quod si aliqui ex dictis Cardinalibus in eorum vita emolumenta ratione sui Anuli Cardinalitij, prædictæ Congregationi realiter, & cum effectu tradiderint, vel qui de cætero tradent, & assignabunt, hæredes, Cardinalis ipsius vita functi, seù causam ab eo habentes, vel habituri, ad eorumdem emolumentorum præstationem, vel solutionem minimè teneantur, nec ad id obligati sint, minusque ad id cogi, vel compelli possint, quinimò pro maiori illorum securitate, dilecti filij S. R. E. Camerarius, Thesaurarius, aut alij Officiales Cameræ Apostolicæ pro tempore existentes, ad quos spectabit, statim atque ipsis constiterit, Cardinales, seù hæredes huiusmodi emolumenta prædicta eidem Congregationi, vt præfertur, soluisse, eosdem Cardinales, seù hæredes per cedulam publicam, etiam in amplissima forma eiusdem Cameræ, etiam perinde ac si emolumenta huiusmodi sibi persoluta fuissent, de solutis quietare; & in euentum cuiuscumque molestationis, eamdem Cameram ad pecuniarum eorumdem emolumentorum ratione solutarum, restitutionem obligare debeat: Nos enim eos ab alia emolumentorum huiusmodi assignatione, traditione, & effectuali consignatione absoluimus, & quietamus mandantes, & in virtute sanctæ obedientiæ districtè præcipiendo inhibentes dilectis filijs modernis, & pro tempore existentibus eiusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerario, Vicecamerario, Thesaurario, ac Clericis Præsidentibus, necnon Cameræ Apostolicæ Commissario, & Officialibus, ne ex emolumentis huiusmodi vllam pecuniarum quantitatē ad certam rationem pro quolibet centenario, & anno per eos forsan percipi solita, aut regalia vt vocant, vel quicquam aliud quouis prætextu, colore, vel ingenio etiam ratione stipendij, seù salarij prætendere, habere, consequi, aut exigere possint: sed vt easdem præsentes litteras firmiter, & inuiolabiliter obseruent, ac ab omnibus inconcussè obseruari faciant, & procurent: Imò semper, & quandocumque illis constiterit, prædictos Cardinales, seù ipsorum hæredes huiusmodi emolumenta Anuli prædictæ Congregationi soluisse; statim, si petatur, quietantia in amplissima forma tamquam si eidem Cam. Apost. soluta essent, expedire debeant; & ipsa Camera in casu molestiæ, vt præfertur, ad restitutionem ipsis Cardinalibus, seù eorum hæredibus faciendam teneatur: Non permittentes, ipsam Congregationem, illiusq. personas, & Ministros super dictorum emolumentorum consecutione a quoquam publicè, vel occultè, directè, vel indirectè quouis quæsito colore, vel ingenio impediri, molestari, aut inquietari.

Solutionem dictorum proventuum à viuentibus Cardinalibus factam eorumdem hæredes nequaquam deinceps molestari posse decernit.

§. 25. At decernentes, præsentes litteras, etiam ex eo quòd Capitulum, & Canonici dictæ basilicæ Lateranen. vel quicumque alij in præmissis, quomodolibet interesse habentes

Clausula præseruatiuæ.

bentes, seù habere prætendentes, vel alij ad quos forsan spectat, & pertinet, seù pro tempore spectabit, & pertinebit, ad hoc vocati, & auditi non fuerint, neque præmissis consenserint, seù consentiant: imò forsan illis contradicturi sint, seù quibusuis alijs quantumuis iustis, iustissimis, & rationabilibus causis, de subreptionis, vel obreptionis, seù nullitatis vitio, aut intentionis nostræ, vel quopiam alio defectu cogitato, vel inexcogitato notari, impugnari, retractari, annullari, in ius, vel controuersiam reuocari, aut aduersus eas quodcumque iuris, vel facti, aut gratiæ remedium impetrari, vel sub quibuscumque constitutionibus, & litteris Apostolicis in contrarium, etiam Motu pari, & Consistorialiter emanantis, & emanandis, vel quibusuis similium, vel dissimilium gratiarum reuocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut alijs contrarijs dispositionibus nullatenus vnquam comprehendi, sed semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, & validissimum, ac eum, in quo ante præmissa quomodolibet erant, statutum restitutas, repositas, & plenariè reintegratas, ac de nouo etiam sub quacumque posteriori data, per personas Congregationis huiusmodi pro tempore existentes, eligenda, concessas, semper, & perpetuò validas, & efficaces esse, & fore, suosq. plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, ad quos nunc quomodolibet spectat, & pro tempore spectabit, firmiter, & inuiolabiliter obseruari, & adimpleri debere; sicq. & non aliter per quoscumque Iudices ordinarios vel delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac ipsius Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, & Vicelegatos, dictæq. Sedis Nuncios, ac etiam Thesaurarium, Clericos Præsidentes, ac Commissarios, aliquosq; Cameræ huiusmodi Officiales, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, in qualibet instantia iudicari, & diffiniri debere, irritumque & inane si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, auctoritate Apostolica decernimus.

Executorum deputatio.

§. 26. Quocirca Venerabilibus Fratribus nostris Ostieñ, & Portueñ Episcopis, ac dilecto filio causarum Curiæ Cameræ prædictæ generali Auditori per Apostolica scripta, Motu simili mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seù alios, quando, & quoties pro parte dictæ Congregationis, seù pro ea Agentium requisiti fuerint, præsentes litteras, & in ea contenta quæcumque, vbi, quando, & quoties opus fuerit, faciant integraliter obseruari: Non permittentes, dictam Congregationem, seù pro ea Agentes huiusmodi desuper quomodolibet indebitè molestari, perturbari, aut inquietari, contradictores, & rebelles quoslibet per censuras Ecclesiasticas, aliaq. iuris, & facti remedia compescendo; inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, brachij sæcularis auxilio.

Contrariorum derogatio.

§. 27. Non obstantibus fel. rec. Bonifacij Papæ VIII. Prædecessoris Nostri, quatenus opus sit, de vna, ac Concilij generalis de duabus dietis, dummodò aliquis extra suam ciuitatem, & diœces. vltra tres dietas ad Iudicium non trahatur, necnon Simmachi, & Pauli II. ac aliorum quorumcumque Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum de rebus Ecclesiæ non alienandis, ac Pij IV. de gratijs interesse Cameræ Apostolicæ quomodolibet concernentibus infra certum tunc expressum tempus in eadem Camera registrandis, & in illius libris insinuandis: Ita quòd Congregatio huiusmodi, aut alij eius Ministri ad illas insinuandum non teneantur, & nihilominus præsentes litteræ eamdem firmitatem obtineant, ac si in dicta Camera infra tempus ad id præfixum insinuatæ, & registratæ fuissent. Necnon nostra, & Cameræ Apostolicæ regula de iure quæsito non tollendo, alijsque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon prædictæ Lateraneñ, ac quarumuis aliarum Vrbis basilicarum, vel piorum locorum, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis, illis, illarumque Capitulis, & Canonicis, ac alijs Superiobus, & personis, etiam Consistorialiter, ac cum quibusuis derogatoriarum derogatorijs, ac alijs efficacissimis, & insolitis clausulis in contrarium forsan quomodolibet concessis, approbatis, & confirmatis, ac innouatis. Quibus omnibus etiam si de illis, eorumque totis tenoribus, specifica, & expressa, ac de verbo ad verbum; non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seù quæuis alia expressio habenda, aut alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, latissimè hac vice harum serie derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Cardd creandi si præsentes fuerint statim si verò absentes suscepto biretto rubeo dicta emolum. fol. uere teneantur.

§. 28. Volumus autem, & Apostolica auctoritate decernimus, quòd quicumque de cætero perpetuis futuris temporibus in Sacrum Collegium dictæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardi.

Cardinalium per Nos, & Romanos Pontifices successores nostros cooptabuntur, si præsentes fuerint,statim, si verò à Curia absentes, post susceptionem bireti rubei, iura, quæ ratione anuli Cardinalitij, post eorum obitum Cameræ Apostolicæ debebantur, prædictæ Congregationi, seù ab ea Deputatis realiter, & cum effectu persoluere teneantur.

Sanctio pœnalis.

§. 29. Nulli ergo omninò hominum liceat,hanc paginam nostrorum reuocationis, cassationis, extinctionis, annullationis, donationis, concessionis, assignationis, declarationum, absolutionis, inhibitionis, decretorum, mandatorum, derogationis, & voluntatum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit,indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius,se nouerit incursurum.

Dat. P. A. 3. die 23 Iunij.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem,Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo sexcentesimo vigesimo secundo, decimo Kal. Iulij, Pontificatus Nostri Anno II.

Die Lunæ 8. Mensis Augusti 1622.

Publicatio.

Supradictæ litteræ Apostolicæ in plena Camera Apostolica exhibitæ, & præsentatæ fuerunt,& de ipsius Cameræ Decreto commissæ Perillustri, & Reuerendissimo D. Hieronymo Serlupio, eiusdem Cameræ Decano, & subsequenter die Mercurij 24. eiusdem mensis Camera ipsa, citato prius admodum Illustri, & Reuerendissimo D. Ioanne Benino, Sanctissimi D.N.& prædictæ Cameræ Generali Commissario, referente eodem Reuerendissimo D. Decano, illas admisit, & in eiusdem Cameræ libris registrari mandauit, prout registratæ fuerunt lib. 2. signat. Sanctissimi D. N. Gregorij Papæ XV. sub fol. 53. penes me infrascript. eiusdem Cameræ Apostolicæ Notarium.

Ioannes Ferrinus

Sequitur indultum pro d. Sacra Congregatione, quòd litteræ, & scripturæ omnes tradantur gratis Ministris eiusdem Congregationis.

Edita A.D. 1622.

GREGORIVS PAPA XV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Narrat iste Pont. alias instituisse Cõgreg. ad propagandam fidem ac disseminandã, & causas huius Const.

CVm inter multiplices, & grauissimas Apostolatus nostri curas, quibus assiduè præmimur, illa Nos præ cæteris maximè sollicitos iugiter habeant, vt extirpatis hæreticarum prauitatum erroribus,Catholica fides vbique conseruetur, & propagetur, eaque de causa negotium propagandæ in vniuerso Mundo eiusdem fidei nonnullorum Vest Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, qui in vnum congregati tantæ rei Nobiscum inuigilent, peculiari sollicitudini,iuxta creditum Nobis desuper Apostolicæ seruitutis officium,nuper commiserimus, & demãdauerimus, dignum,quin potius debitum reputamus, ea Congregationi huiusmodi concedere, per quæ faciliori onerum illi incumbentium supportationi opportunè consulatur.

Litteræ, Instrumenta, Chirographa, ac quæcumq; scripturæ d. Congregationem, vel eius interesse tangentes gratis, & absque vlla mercede expediri indulget.

§. 1. Motu itaque proprio, & ex certa scientia, ac mera deliberatione nostris, deq. Apostolicæ potestatis plenitudine. Quod de cætero perpetuis futuris temporibus quæcũque patentes, seù alio quouis nomine nuncupentur litteræ, chirographa, instrumenta, testamenta,& aliæ quæcumque scripturæ quocumque nomine censeantur, necnon quæcũque litteræ Apostolicæ, tàm sub plumbo, quàm in simili forma Breuis, earumdemq; litterarum Apostolicarum supplicationes super quibuscumque negotijs, rebusque, & bonis tam mobilibus, quàm immobilibus ad ipsam Congregationem quomodolibet spectantibus, & pertinentibus, ac demum quocumq; interesse eamdem Congregationem quouis modo,& ex quauis causa concernente,pro répore conficiendæ, & registrandæ; necnon similiter quæcumque litteræ, quas ex omnibus Mundi partibus eidem Congregationi scribẽtur, ac illę, quæ eiusdem Congregationis nomine extra Almam Vrbem nostram mittentur, gratis omninò, & absque vlla mercede, aut alicuius rei, etiam quantumuis minimæ,solutione expediri,confici, registrari, relaxari, tradi, & mitti debeant, tenore præsentium concedimus, & indulgemus.

Contrafacientibus pœnas infligit.

§. 2. Ac in virtute sanctæ obedientiæ,& sub indignationis nostræ, & alijs arbitrij nostri pœnis præcipimus, & mandamus dilectis filijs Rescribendario, ac Computatori litterarum Apostolicarum, necnon Secretarijs Apostolicis, & Breuium Apostolicorum Magistro, ac Scriptoribus, & Regenti Montium, Notarijs, Tabellionibus, Postarum Magistris, alijsque Officialibus, & Ministris quocumque nomine nuncupatis, etiam si officia titulo, & causa merè onerosis obtineant, vt litteras prædictas, ac chirographa, instrumenta, & alias scripturas huiusmodi super præmissis omnibus, & singulis, tàm coniunctim, quàm diuisim gratis de mandato nostro vbique in omnibus,etiam Abbreuiatorum,Sollicitatorũ, Secretariorum,plumbique, & registri,ac alijs

qui-

quibusuis officijs absque aliqua pecuniarum exactione, etiam quantumuis minima, etiam per viam compositionis faciendæ omni contradictione, & dilatione cessantibus, signent, expediant, registrent, mittantque, & relaxent, ac signari, expediri, registrari, mittique, & relaxari curent, & faciant realiter, & cum effectu.

Clausulas præservatiuas appon.

§. 4. Decernentes, præsentes litteras, & in eis contenta quæcumque nullo vnquam tempore, etiam ex eo quod prædicti, & quicumq; alij in præmissis interesse habentes, seu habere prætendentes, ad hoc vocati, citati, & auditi non fuerint, seu alio quocumque prætextu, causa, & occasione, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, vel alio quouis defectu notari, impugnari, redargui, infringi, ad ius, vel controuersiam reuocari, neque sub quibuuis similium, vel dissimilium gratiarum reuocationibus, suspensionibus, limitationibus, vel alijs contrarijs dispositionibus vllatenus comprehendi posse, sed semper, & perpetuò validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere.

Aliter iudicandi potestate tollit.

§. 5. Sicque, & non aliter per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contraria remouet.

§. 6. Non obstañ fel. record. Pij Papę IV. Prædecessoris nostri de gratijs qualecumque interesse Cam. Apostolicæ quomodolibet cõcernentibus, in eadem Camera infra certum tunc expressum tempus præsentandis, & registrandis, nec non quibusuis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac regula nostra de iure quæsito non tollendo, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis: Quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, ac de verbo ad verbum mentio habenda foret, eorum omnium, & singulorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Transumptis fidē dari decernit.

§. 7. Volumus autem, quòd præsentium transumptis, etiam impressis, manu Secretarij dictæ Congregationis, aut personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadē prorsus fides in iudicio, vel extra illud adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. A. 14. dic. 14. Decembris.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die 14. Decembris. 1621. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

XXVII.

Reuocatio quarum cumque concessionum viuæ vocis oraculo factarum, exceptis oraculis factis S. R. E. Cardinalibus, & eorum manu firmatis.

GREGORIVS PAPA XV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Romanus Pontifex in specula militantis Ecclesiæ diuina prouidentia constitutus, gratias, & indulta à se, & prædecessoribus suis concessa, iustis interdum suadentibus causis, iuxta creditum sibi Pastoralis officij debitum moderatur, aut reuocat, prout, rerum, & temporum qualitatibus debitè pensatis, conspicit in Domino salubriter expedire.

Reuocatio de qua in Rubr.

§. 1. Itaque Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, Omnia, & singula indulta, facultates, priuilegia, gratias, & concessiones quascumque spirituales, & Ecclesiasticas, tàm ad forum interius quàm ad exterius spectañ, ac tàm ad supplicationem partium, quàm motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, à Sede Apostolica, quæ tamen viuæ vocis oraculo hactenus quandocumque, & qualitercumque, ex quauis, etiam de necessitate exprimenda causa, quibusuis Collegijs, Capitulis, Ordinibus, tàm Mendicantium, quàm non Mendicañ, Societatibus, etiam Societatis IESV, ac Cõgregationibus quibuslibet, siue eorum, & earum respectiuè Præpositis, Decanis, Magistris, Ministris, Prælatis, Prioribus, Rectoribus Generalibus, vel Prouincialibus quocumque nomine nuncupatis, Superioribus, etiam quomodolibet exemptis, ac Sedi prædictæ immediatè subiectis, cuiuscumque dignitatis, præeminentiæ, aut quouis priuilegio munitis, non tamen ad supplicationem Regum cõcessas, in ijs, videlicet quæ non sunt sortita effectum, tenore præsentium reuocamus, cassamus, tollimus, abrogamus, & annullamus, ac reuocata, cassa, sublata, abrogata, & annullata, viribusque, & effectu vacua perpetuò fore, & esse, neque in posterum cuiquam suffragari posse, vel debere, neque aliquem

ijsde

ijs de cætero vel ullo modo posse, etiamsi expressa, & specifica mentio, etiam de verbo ad verbum de ijs facienda esset, decernimus, & declaramus.

Exceptio de quibus in rubrica similiter dicitur.

§. 2. Firmis tamen, & in suo robore permanẽ omnibus indultis, & alijs concessionibus prædictis, viuæ vocis oraculo S. R. E. Cardinalibus ad ipsorum, vel aliorum quorumcumque fauorem, propria S. R. E. Cardinalium manu firmatis, pro ipsis, vel alijs factis, & de quibus ijdem S. R. E. Cardinales testimonium in scriptis præbuerunt.

Clausula rum præseruatiuarum adiunctio.

§. 3. Decernentes, præsentes litteras, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quòd quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere prætendentes, ad hoc vocati, & auditi non fuerint, de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ, seu alio quocumque defectu notari, impugnari, redargui iure, vel controuersiam reuocari, ad terminos iuris reduci, aut aduersus illas, quodcumque iuris, gratiæ, vel facti remedium impetrari nullatenus posse, sed illas semper validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere.

Clausula sublata.

§. 4. Sicque per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquã quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula derogatoria.

§. 5. Non obstañ præmissis, ac quibusuis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, Ordinibus, Societatibus, & Congregationibus prædictis, eorumque Præpositis, Decanis, Magistris, Ministris, Prælatis, Prioribus, Rectoribus, & alijs Superioribus prædictis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis, etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsq; efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritañ, & alijs decretis in genere, vel in specie, ac aliàs in contrarium præmissorũm quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo, ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenore huiusmodi, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Transumptorum fides.

§. 6. Volumus autem, vt præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur in iudicio, & extra illud, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Publicationis Bullæ forma.

§. 7. Quodque eædem præsentes litteræ, seu illarum exempla ad valuas Basilicarum S. Ioannis Lateraneñ, ac Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie Campi Floræ affixæ, omnes ita arctent, & afficiant, ac vnicuique personaliter intimatæ fuissent.

Dat. R. A. 2. die 2. Iulij.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris, die secunda Iulij MDCXXII. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Publicatio.

Anno à Natiuitate D. N. Iesu Christi Millesimo sexcentesimo vigesimo secũdo, Indictione quinta, die vero prima Mensis Septembris, Pontificatus Sanctiss. in Christo Patris D. N. D. Gregorij diuina prouidentia PP. XV. anno eius secundo, retroscripta Constitutio affixa, & publicata fuit ad valuas Basilicarum S. Ioannis Lateraneñ, Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie Campi Floræ, vt moris est, per me Brandimartem Latinum Apostolicum Cursorem.

Octauius Spada Mag. Curs.

XXVIII.

Contra hæreticos in locis Italiæ, & insularum adiacentium quouis prætextu commorantes, eorumque fautores.

GREGORIVS PAPA XV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Edita A. D. 1622.

Exordium.

Romani Pontificis Beati Petri Apostolorum Principis successoris munus exigit, vt pro incumbente Dominici gregis cura, & solicitudine, Prædecessorum suorum Constitutiones, eas præsertim quæ ad Sacrosanctæ Fidei Catholicæ conseruationem pertinenti, quo suum perpetuum sortiantur effectum, & inuiolabiliter obseruentur, innouet, & extendat, prout rerum, & temporum qualitatibus debitè compensatis, conspicit in Domino salubriter expedire.

Clem. VIII. edidit Cõst. quæ est sup. t. 4. p. 37.

§. 1. Aliàs siquidem à fel. rec. Clemente Papa VIII. Prædecessore nostro emanarunt litteræ tenoris subsequentis videlicet. Cum sicut non sine, &c.

M Omit-

Omittitur residuum quia habes supra tom. 3. p. 57.

Hic Pom. illam omnino præcipit obseruari.

§. 2. Nos inuiolabili dictarum Clementis litterarum, & in eis contentorum quorumcumque obseruationi, quantum Nobis ex Alto cōceditur, prouidere volentes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, Clemētis prædecessoris litteras, cum omnibus & singulis in eis contentis, tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illasq; innnouamus, ac inuiolabiliter obseruari mandamus.

Et plenius modo disponit contra Hæreticos.

§. 3. Insuper ne vllus hæreticus in locis Italiæ, & insularum adiacentium, neque etiā sub commercij, mercimonij, aut alio quouis prætextu domicilium contrahere, seu domum apertam habere propriam, vel conductam, aut gratis concessam, seu habitari, aut morari possit, earumdem tenore præsētium prohibemus, ac respectiuè statuimus, & ordinamus.

Cōtrauenientibus pœnas infligit.

§. 4. Contra prohibitioni autem, ac statuto, & ordinationi nostris huiusmodi non parentes, seu contrauenientes, cuiusuis status, gradus, ordinis, dignitatis tam Ecclesiasticæ, quam sæcularis existentes, iuxta formam iuris procedatur, & puniantur.

Illorum fautores vti hæreticos puniri iubet.

§. 5. Et simili modo eos, qui hæreticos prædictos receptauerint, eisq; quoquomodo cōtra præsentium litterarū tenorem, fauorem, opem, seu auxilium præbuerint, vti fautores, & receptatores hæreticorum puniri.

Et ita & non aliter iudicari mandat.

§. 6. Sicq; per quoscumq; Iudices ordinarios, & delegatos, etiam S. R. E. Cardinales, & de Latere Legatos, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate vbiq; iudicari, & diffiniri debere, ac irritum & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contingerit attentari, auctoritate, & tenore prædictis decernimus, & declaramus,

Quibuscumque non obstantibus.

§. 7. Non obstañ constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisq; contrarijs quibuscumque.

Publicatione/ in Vrbe omnes ligare decernit.

§. 8. Volumus autem, quòd præsentium transumptis etiam impressis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur in iudicio, & extra, quæ presentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ, quodq; eædem præsentes post duos menses à die illarum publicationis computandos, omnes, & singulos ad quos spectat, arctent, & afficiant, perinde ac si vnicuique personaliter intimatæ fuissent.

D. P. A. 2. die 2. Iulij.

Dat. Romæ apud S. Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die ij. Iulij MDCXXII. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Publicatio.

Anno à Natiuitate Domini N. Iesu Christi MDCXXII. Indictione 5. die vero prima mensis Septembris, Pontificatus Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. Gregorij diuina prouidentia Papæ XV. Anno eius II. retroscripta Constitutio affixa, & publicata fuit, ad valuas Basilicarū S. Ioannis Lateranēsis Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie Campi Floræ, vt moris est, per me Brandimartem Latinum Apostolicum Cursorem.

Octauius Spada Mag. Curs.

XXIX.

Ampliatio, & declaratio prohibitionis asserendi B. Mariam Virginem conceptam fuisse in peccato originali.

Ad hæc vide, quæ superius notaui in const. 9. Pauli V. tom. 3. in Appendice pag. 60.

Edita A. D. 1622

In generali Congregatione Sanctæ Romanæ, & Vniuersalis Inquisitionis, habita in Palatio Apostolico in Monte Quirinali coram S. D. N. D. Gregorio diuina prouidentia Papa XV. ac Illustrissimis, & Reuerendiss. DD. S. R. E. Cardd. aduersus hæreticam prauitatem Inquisitoribus generalibus à Sancta Sede Apostolica specialiter deputatis. feria 3. die 24. Maij, Anno à Natiuitate D. N. Iesu Christi 1622.

Sanctissimus D. N. auditis votis Illustrissimorum, & Reuerendissimorum DD. Cardinalium contra hæreticam prauitatem Generalium Inquisitorum, decretum aliàs editum à fel. rec. Paulo V. eius Prædecessore tenoris sequentis, videlicet.

Paulus V. decreto

Sanctissimus Dominus noster post longam, & maturam discussionem auditis votis Illustrissimorum, & Reuerendissimorum DD. Cardinalium contra hæreticam prauitatem Generalium Inquisitorum, re accuratè, ac diligenter perpensa, prouidè considerans, quòd quāuis in Constitutione fel. rec. Sixti IIII. super CONCEPTIONE Beatissimæ Virginis MARIAE pro submouendis inter Christifideles scandalis, rixis, & contentionibus edita, à S. Tridentina Synodo innouata, & deinde in alia Constitutione San. mem. PII. V. super eadem re, quas similiter Sanctitas sua innouauit cum quibusdam prouisionibus, & adiectionibus pœnarum pro efficaciori earum obseruatione, relinquatur vnicuique libera facultas tenendi,

prohibuit in actibus publicis asserere B. Virg. conceptam fuisse in peccato originali vt in Const. inde. in Rubr.

tenendi, & etiam asserendi vtramque partem, quòd scilicet fuerit, vel non fuerit concepta cũ peccato originali, & dum tñ neutra, veluti erronea, aut hæretica damnetur, nihilominus ex occasione assertionis affirmatiuæ in publicis concionibus, lectionibus, conclusionibus, & actibus publicis, quòd eadem Beatissima Virgo fuerit cum peccato originali concepta, oriuntur in populo Christiano, cum magna Dei offensa, scandala, iurgia, & dissensiones. Propterea volens huiusmodi scandalis ex debito sui muneris prouidere, decreuit, & præcepit, ac præsentis decreti virtute mandat, & præcipit omnibus, & singulis cuiusuis Ordinis, & Instituti regularibus, & alijs quibuscumque, tàm Ecclesiasticis, quàm sæcularibus personis cuiusuis conditionis, status, gradus, ordinis, aut dignitatis, tàm Ecclesiasticæ, quàm sæcularis, etiam si specialis specifica, & indiuidua earum esset necessariò mentio facienda, vt in posterum, donec articulus huiusmodi à Sancta Sede Apostolica fuerit diffinitus, vel per Sanctitatem Suam, & Sedem Apostolicã fuerit aliter ordinatum, non audeant in publicis concionibus, lectionibus, conclusionibus, & alijs quibuscumque actibus publicis asserere, quòd eadem Beatissima Virgo fuerit concepta cum peccato originali; Contrafacientes autem eadem Sanctitas Sua voluit, & declarauit subiacere debere, & subiecit censuris, & pœnis contentis in supradictis constitutionibus suorum Prædecessorum, & sua ipso facto incurrendis: Per huiusmodi tamen prouisionem Sanctitas Sua non intendit reprobare alteram opinionem, nec ei vllum prorsus præiudicium inferre, sed relinquens in eisdem statu, & terminis, in quibus de præsenti reperitur, præterquam quoad supra disposita. Vlterius sub eisdem censuris, & pœnis mandans, quòd negatiuam opinionem, videlicet quòd non fuerit concepta cum peccato originali, in prædictis publicis actibus asserentes, aliam opinionem non impugnent, nec de ea aliquo modo agant, seu tractent. Insuper voluit, & expresse mandauit, vt extra hos casus expressos publicorum actuum, in reliquis omnibus supradictæ constitutiones firmæ, & illesæ remaneant, & exactè obseruentur perinde, ac si præsens decretum non emanasset. Et ita decreuit, & mandauit vbiq; inuiolabiliter obseruari, non obstantibus in hac parte supradictis constitutionibus, & alijs omnibus in contrarium facientibus, &c.

Quod hic Pont. extendit etiam ad actus priuatos.

§.2. Hoc suo præsenti decreto ex eisdẽ causis euitãdi scandala, dissensiones, atque discordias in Populo Christiano, quæ pari ratione oriri possunt, &, vt accepit, in aliquibus Regionibus iam ortæ sunt ex sermonibus priuatis occasione assertionis affirmatiuę, extendit, & ampliauit etiam ad priuata colloquia, & scripta, mandans, & præcipiens omnibus, & singulis supradictis, ne de cætero, donec articulus huiusmodi à Sede Apostolica diffinitus, vel per Sanctitatem Suam, & Sedem Apostolicam fuerit aliter ordinatum, neque etiam in sermonibus, & scriptis priuatis audeant asserere, quòd eadem Beatissima Virgo fuerit concepta cum peccato originali, nec de hac opinione affirmatiua aliquo modo agere, seu tractare, exceptis tñ quibus à S. Sede Apost. fuerit super hoc specialiter indultũ. Per hoc tamẽ Sanctitas Sua nõ intendit reprobare hanc opinionem, nec ei vllum prorsus præiudicium inferre, eam relinquens in eisdem statu, & terminis, in quibus reperitur, præterquã quoad in supradicto fel. record. Pauli V. & hoc suo decreto disposita.

Et in reliquis seruandas esse aliorũ Pont. cõstitutiones.

§.3. Eademque Sanctitas Sua voluit, & expressè mandauit, vt in reliquis omnibus, vbi huiusmodi decretis non aduersantur, constitutiones Sixti IV. Alexandri VI. & Pij Quinti, ac Pauli Quinti eius Prædecessorum super Conceptione Beatissimæ Virginis firmæ, & illibatæ remaneant, ac exactè obseruentur perinde, ac si huiusmodi decretum non emanasset.

Et in diuinis Officijs celebrãd. non alio quã Conceptionis nomine vti debere.

§.4. Et insuper eadem Sanctitas Sua, cum Sancta Romana Ecclesia de Beatiss. Virginis Conceptione Festum solemniter, & Officium celebret, omnibus, & singulis personis Ecclesiasticis, tam sæcularibus, quàm cuiusuis Ordinis, & Instituti regularibus mãdat, ac præcipit, vt in Sacrosancto Missæ sacrificio, ac diuino officio celebrandis, tàm publicè, quàm priuatim, non alio, quam Conceptionis nomine vti debeant. Contrauenientes autem Sanctitas Sua voluit, & declarauit subiacere debere, & subiecit censuris, & pœnis contentis in supradictis constitutionibus, ac præfato decreto suorum Prædecessorum ipso facto incurrẽdis. Et ita decreuit, & mandauit vbiq; inuiolabiliter obseruari.

Contrarijs derogat.

§.5. Non obstantibus in hac parte constitutionibus suprascriptis, decreto præfato Pauli V. consuetudinibus etiam immemorabilibus, nec non omnibus, & singulis, quæ Prædecessores prædicti voluerunt nõ obstare, at alijs quibuscumque in contrarium facientibus.

Executores deputat contra omnes.

§.6. Volens, & decernens pro obseruatione, & executione præsentis decreti, & omniũ in eo contentorum, quòd contra huiusmodi transgressores etiam regulares, cuiusuis Ordinis, & Instituti, etiam quomodolibet exemptos, & alias quascumque Ecclesiasticas, & sæcu-

sæculares personas cuiuscumque status, conditionis, gradus, ordinis, aut dignitatis tàm Ecclesiasticæ, quàm sæcularis, tàm Episcopi, & Prælati Superiores, aliiq; Ordinarij locorum, quàm hæreticæ prauitatis vbique locorum deputati Inquisitores procedant, & in eos seuerè animaduertant, tribuens eis, & eorum cuilibet liberam facultatem, & auctoritatem contra eosdem transgressores procedendi, ac pœnis coercendi, & puniendi.

Publicationem in vrbe decreuit, ac ligare debere.

§.7. Voluit demùm, ne præmissorum ignorantia à quoquam prætendi possit, quòd præsens decretum, seu illius exempla ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie Campi Floræ affixa, omnes ita arctent, & afficiant perindè, ac si vnicuique personaliter intimata fuissent; quòdq; præsentium transumptis etiã impressis, manu Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica cõstitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quę pręsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Andreas de Pettinis S.R. & vniuers. Inquis. Not.

Publicatio in vrbe S. An. 2. die 2. Iunij 1622.

Anno à Natiuitate D.N. Iesu Christi millesimo sexcentesimo vigesimo secundo, Indict. v. die verò secunda mensis Iunij, Pontificatus Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. Gregorij diuina prouidentia Papæ XV. Anno, eius secundo, supradictum decretum affixum & publicatum fuit ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie Cãpi Floræ, vt moris est, per me Brandimartem Latinum S.D.N. Papæ Curs.

Octauius Spada Mag. Curs.

Sequitur declaratio supradicti decreti.

Edita Anno D. 1622.

GREGORIVS PAPA XV.
Ad futuram rei memoriam.

Proœmium.

EXimij, atque singulares fructus, quos dilecti filij Fratres Ordinis Prædicatorum in militanti Ecclesia, cuius regimini, diuina disponente clementia, præsidemus, attulerunt, & in dies afferunt, promerentur, vt eosdem Fratres, specialibus fauoribus, & gratijs, quantum cum Domino possumus, libenter prosequamur.

Paul. V. edidit decretum quod est hic sup. pag.

§.8. Aliàs siquidem fel. rec. Paulus Papa V. Prædecessor noster.

Omittitur residuum decreti huius, quia est hic supra pag. 134.

Hic Pont. illud ampliat vt in §§. præcedentibus.

§.9. Nuper verò Nos sub die videlicet 24. Maij 1622. in Generali Congregatione.

Hoc decretum est quod præcedit.

Et modo aliud declarat.

§.10. Nunc autem Nos eosdem Fratres Ordinis Prædicatorum, quos in visceribus gerimus caritatis, specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusuis excommunicationis, & interdicti, aliisq; Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis, à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutas fore censentes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, Omnibus, & singulis dicti Ordinis Prædicatorum Fratribus, vt de cætero in quibuscumque priuatis eorum colloquijs, seu conferentijs, inter se dumtaxat, & non inter alios, aut cum alijs, de materia eiusdem Conceptionis B. MARIAE Virginis disserere, & tractare, absq; vllo pœnarum in dictis decretis contentarum incursu, liberè, & licitè possint, & valeant, Apostolica auctoritate, tenore præsentium, licentiam concedimus, & impartimur.

Et ita & non aliter iudicari decernit.

§.11. Decernentes, Fratres præfatos à quoquam quauis auctoritate desuper molestari, perturbari, vel inquietari nullatenus posse, aut debere, sicq; & non aliter per quoscumq; Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores vbique iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter, contigerit attentari.

Quibuscumque non obstantibus.

§.12. Non obstantibus singulis præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisq; contrarijs quibuscumque.

Dat. P. An. 2. die 28. Iulij.

Dat. Romæ apud S. Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris, die 28. Iulij 1622. Pontificatus nostri Anno Secundo.

XXX.

Quod in excommunicationem, & censuras Ecclesiasticas non incurrant, qui frumenta, & alias huiusmodi Annonæ species, extra Statum Ecclesiasticum certis casibus extrahunt.

Contra huiusmodi frumenta extrahentes extant nonnullæ prædecess. Pont. leges, quas tibi indicaui supra in const. 12. Paul. V. tom. 3. pag. 190.

Edita an. D. 1622.

GREGORIVS PAPA XV.
Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

ROmani Pontificis prouidentia circumspecta, ea quæ iustas ob causas interdum

dum statuta sunt, cum temporum ratio, & ipsa rerum experientia suadet, moderatur, & immutat, prout conspicit in Domino salubriter expedire.

Paul. 5. & alij praedecess. contra hos extrahentes frumenta plures leges ediderunt, vt videre est sup. in d. Paul. const. 12. §. 2. pag. 190 cuius ideò tenor hic ommittitur.

§. 1. Aliàs siquidem à fel. rec. Paulo Papa Quinto praedecessore nostro emanarunt litterae tenoris subsequentis videlicet.

Inter grauissimas curas, quas pro nostro munere assiduè sustinemus, illa postrema non est, in quam Nobis totis viribus incumbendum esse ducimus, vt nimirum Almam Vrbem nostram, & vniuersam Ecclesiasticam ditionem Annonae caritate iam diu, grauiterque laborantem, quantum cum Domino poterimus, liberemus, &c.

Idem Paul. aliam addidit constit. vt ibid. pag. 192. Cuius propterea tenor praetermittitur.

§. 2. Subindè verò per eumdem Paulum Praedecessorem, accepto, à nonnullis dubitari, an per praeinsertas suas, aliasque litteras, & prouisiones supradictas etiam prohiberetur, ne frumenta, blada, legumina, & id Annonae genus, etiā si in proprijs bonis in statu Ecclesiastico existentibus, essent recollecta, à locis Sedi Apostolicae immediatè subiectis, ad loca eidē Sedi mediatè subiecta, & à dictis locis sic mediatè subiectis ad alia loca extra dictum Statum asportarentur, & conducerentur, & idem Paulus Praedecessor Motu proprio, &c.

Hic modo Greg. iustis de causis ea commurc & censuras contra illos imposi in casibus hic expressis non incurrere decernit.

§. 3. Cum autem, sicut accepimus, nonnullorum locorum Status nostri Ecclesiastici Nobis immediatè subiecti personę frequens admodum commercium cum personis eiusdem Status Nobis mediatè subiecti, & e contra propter locorum vicinitatem, seù aliàs habeant, propterea easdem personas saepe censuris, & poenis huiusmodi in eorum perniciem animarum varijs modis illaqueari contingat. Nos earumdem personarum conscientiarum securitati, & animarum saluti, commodisq; paterna caritate, quantum cum Domino possumus, prospicere volentes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deq; Apostolicae potestatis plenitudine.

Primus casus.

Quòd de caetero omnes, & quaecumque personae, quae Annonae in constitutionibus praedictis extrahi prohibitae, eam solummodo quantitatem, quae ad necessariam sustentationem suam, & familiarum suarum, vnius anni, siuè vsq; ad nouā messem sufficiat, extra Statum nostrum Ecclesiasticum huiusmodi Nobis, & S. R. E. immediatè subiectum ad Statum mediatè subiectum.

Secundus casus.

Necnon quòd pauperes, qui fasciculos spicarum in agris relictarum, vnius diei labore collectos, pro victu, & necessitate tantùm sua diurna.

Ac similiter quòd religiosi mendicantes, qui granum, & alia similia pro eleemosyna data, pro victu Conuentuum suorum communi.

Tertius casus.

Quartus casus.

Ac praeterea quòd rustici, & pauperes operarij, qui mercedem diurnam, nonnisi in grano, aut alijs Annonae generibus huiusmodi consequi possunt.

Quintus casus.

Quique ad mercatus pullos, oua, fructus, vel alia similia in parua quantitate ferunt, & ex pretio rerum praedictarum panem, farinam, & similia pro suo, & familiarum suarum vsu, & necessitate dumtaxat ex locis Status praedicti immediatè subiecti ad loca Status Nobis mediatè subiecti aut etiam extra Statum nostrum Ecclesiasticum extraxerint, & asportauerint, dummodo omnis dolus, & fraus absit, ac mercatura; excommunicationis poenam, ac censuras Ecclesiasticas non incurrant, decernimus, statuimus, & ordinamus.

Contrarijsq. derogat.

§. 4. Non obstantibus praedictis Pauli Praedecessoris, & aliorum Rom. Pont. eiusdem Pauli expressis litteris, caeterisque contrarijs quibuscumque. Admonemus autem, & in Domino hortamur omnes Christifideles, ad quos spectat, vt nostro huiusmodi Pastoralis indulgentiae beneficio minimè abutantur, & agi meminerint de dispendio salutis aeternae.

Trans. quoque credi mandat.

§. 5. Volumus autem, quòd praesentium transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur.

Dat. Romae apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris, die 30. Iulij MDCXXII. Pontificatus Nostri Anno II.

Dat. P. An 4 die 30 Iulij.

Publicatio.

Anno à Natiuitate Domini Nostri Iesu Christi Millesimo sexcentesimo vigesimo secundo, Indictione quinta, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Gregorij diuina prouidentia PP. XV. eius Anno II. die verò tertia mensis Augusti, Retroscriptae litterae Apostolicae affixae, & publicatae fuerunt ad Valuas Basilicae Principis Apostolorum, Cancellariae Apostolicae, & in Acie Campi Florae per nos Iulium Marzitellium, & Brandimartem Latinum S. D. N. Papae Cursores.

Octauius Spada Mag. Curs.

XXXI.

Confirmatio, & ampliatio Constitutionis Clem. VIII. circa nouorum Conuentuum Regularium erectiones editæ.

Pleniorem dispositionem in hoc decreuit Vrban. VIII. vt infra in eius const. 25. Romanus Quæ propterea omninò seruari debet.

Edita A.D. 1622.

GREGORIVS PAPA XV.

Enunciatur tenor Const. 96. Clem. 8 quæ est sup. in 3. tom. 148.

§. 1. Cvm aliàs fel. rec. Clemens Papa Octauus decreuerit, Ordinarios locorum licentiam ad nouos Conuentus cuiuscumque, præsertim Mendicantium, Ordinis, in Ciuitatibus, & locis eorum ordinariæ iurisdictioni subiectis erigendos, impartiri non posse, nisi vocatis, & auditis aliorum in eisdem Ciuitatibus, & locis existentium Conuentuum Prioribus, seù Procuratoribus, & alijs interesse habentibus; & causa seruatis seruandis cognita, in eisdem Ciuitatibus, & locis nouos huiusmodi erigendos Conuentus, sine aliorum detrimento, commodè sustentari posse constiterit. Si verò ab eorum sententijs ad Sedem Apostolicam prouocari, & appellari contigerit, ipsos Ordinarios tamdiù erectionem nouorum Couentuum suspendere debere, quamdiù à dicta Sede in ea causa pronunciatum extiterit, ac aliàs prout in decreto huiusmodi plenius continetur.

Quà Congr. Cardinalium Præposit. negotijs Regular. iussu huius Grego innouatur.

§. 2. Verùm per piæ mem. Paulum Papam Quintum accepro, plerosque ex Ordinarijs prædictis, fauore, vel nimia exposcentium importunitate ad nouos Conuentus, seu Domus, pretet, & contra tenorem prædicti decreti erigendos, plerumque adduci, quo fit, vt, non habita debita eleemosynarum, seu redditum cuiuscumque Monasterij, Conuentus, seù Domus ratione, Monachi, seù Fratres, aut Religiosi ibi degentes, manutereri nequeant, & ad tam exiguum numerum reducantur, vt cultus diuinus in eorum Ecclesijs destituatur, ibique regularis disciplina, vt conuenit, conseruari non valeat. Sacra Congregatio Illustrissimorum DD. Cardinalium negotijs Regularium præpositorum, ad quos idem Paulus Papa V. negotium huiusmodi reiecerat, tot incommodis obuiam ire, eisque aliquod opportunum remedium adhibere cupiens, decreti huiusmodi veriores, ac toros tenores præsentibus, ac si de verbo ad verbum insererentur, pro plenè, & sufficienter expressis habens, viuæ vocis oraculo à S. D. N. Gregorio Papa XV. habito, decretum prædictum, quatenus opus sit, innouat, & in vsum reducit.

Ampliatio̧ & extendit Hæc nouo facto prim. S D N. vtr. ro... in const. ... supra ... §. 4.

§. 3. Volens, quòd de cætero Monasterium, Conuentus, Domus, Congregatio, vel Societas Religiosorum, seù Regularium cuiuscumque, etiam Mendicantium, Ordinis, Societatis, & Instituti, quocumque nomine nuncupentur, etiam si de illis particularis, expressa, & specifica mentio habenda esset, in quacumque Ciuitate, vel Oppido, seù quocumque alio loco non erigantur, nisi in eo saltem duodecim Fratres, aut Monachi, seu Religiosi inhabitare, ac ex redditibus, & consuetis eleemosynis sustentari valeant, ac Priores, seù Procuratores aliorum Monasteriorum, Conuentuum, seù Domorum aliarum Religionum, vel Congregationum, aut Societatum, seù Institutorum huiusmodi non solùm in prædictis, sed etiam in alijs per quatuor millia passuum circumuicinis locis, ad id vocari, & auditi fuerint, ac tali erectioni consenserint, vel alias Ordinarijs locorum constiterit, Religiosos Monasterij, Conuentus, seù Domus regularis sic erigendi, seù erigendæ, absque detrimento Religiosorum in Monasterijs, seù Domibus antea in Ciuitatibus, seù locis huiusmodi erectis degentium, ibi in numero duodecim commodè, & congruè manuteneri, & ali posse. Si verò noui Conuentus, Domus, Congregatio, vel Societas huiusmodi instituendæ erunt, nullique alij Regulares inibi reperiantur, Ordinarij locorum nihilominus diligenter inquirant, ac locorum incolæ, & habitatores, quorum & consensum requirant, ac adhibeant, huiusmodi duodecim Religiosos in Conuentibus, vt præmittitur instituendis cómodè alere, & manutenere valeant.

Appellationem à decretis desuper ... ordinarios ad d. Congr. spectare eaq. pendente nihil innouare decreuit.

§. 4. Si verò à decreto, seù decretis per Ordinarios prædictos in causis huiusmodi ferendis legitimè appellari contigerit, ex nunc prout ex ea die, qua appellatio interponetur, ea ad eamdem Sacram Congregationem vnà cum toto negotio principali deuoluta censeatur, appellationeque huiusmodi pendente, nihil innouandum esse, irritumque & inane quicquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernens, quibuscumque in contrarium faciẽn non obstantibus.

Dat. Romæ die 17. Aug.

Romæ 17. Augusti 1622.

Ant. Card. Saulius.

XXXII.

Priuilegia, & Indulta Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum in Capella Sanctitatis suæ Assistentium.

Non

Non dissimilia priuilegia concessit huiusmodi Assistentibus Iul. III. vt Const. 12. Romanus, sup. tom. 1. p. 704.

GREGORIVS PAPA XV.
Ad perpetuam rei memoriam.

Edita A.D. 1622.

Exordium.

CIrcumspecta Romani Pontificis, gratiarum dispensatoris, prouidentia, eas consueuit personas condignis præcipuè fauoribus, & gratijs prosequi, quas sibi, & Apostolicæ Sedi deuotas, & obsequiosas, ac plurimis cognoscit meritis adiuuari.

Prælatos Cappellæ Papæ assisten. Nobiles etiam de Nobili comitum genere creat eosque indultis. Priuilegijs donat.

§. 1 Hinc est, quòd Nos, Venerabiles Fratres Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos, Prælatos domesticos nostros, & in Capella nostra Assistentes, eorum meritis, & obsequijs exigentibus, condignis fauoribus, & gratijs prosequi, titulisque & honoribus decorare volentes: Motu proprio, non ad ipsorum Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum, vel aliorum pro eis Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de mera nostra liberalitate, & certa scientia, eosdem Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos, ac eorum singulos respectiuè, Nobiles Apostolica auctoritate tenore præsentium creamus, & facimus, ac nobilitamus, Nobilitatisq. titulis & insignis decoramus, necnon aliorum nobilium numero, & consortio fauorabiliter aggregamus, ac pro nobilibus haberi, & nominari, ac reputari volumus, & mandamus, eisque vt omnibus, & singulis priuilegijs, immunitatibus, libertatibus, exemptionibus, derogationibus, mandatis, dispensationibus, fauoribus, gratijs, & indultis, quibus alij nobiles, etiam de nobili Comitum genere, etiam qui Illustres reputantur, etiam ex vtroque patente procreati, de iure vel consuetudine, ac aliàs quomodolibet vtuntur, potiuntur, & gaudent, etiam vti, potiri, & gaudere liberè, & licitè possint, & valeant verè, & non fictè in omnibus, & per omnia, ac si de illustri genere ex vtroque patente procreati forent, ita quòd inter eos, & ipsos Illustres, quoad nobilitatem, & alia ad illam necessaria, nulla penitus sit differentia, nec finctio locum habeat, auctoritate, & tenore prædictis concedimus, & indulgemus.

Exemptio à solutione vectigalis vini pro sex vegetibus.

§. 2. Necnon eos, & eorum singulos, dum in Curia præsentes erunt, à solutione vectigalis vini, pro sex vegetibus pro quolibet dumtaxat, de quibus eorum, & cuiuslibet ipsorum arbitrio disponere valeant ad instar Cameralium, eisdem, auctoritate, & tenore eximimus, & liberamus, ac liberos, & exemptos esse volumus.

Panisq. portionem diet im a Palatio Apost. habendam assignat.

§. 3. Insuper eisdem Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, & eorum singulis vnam portionem panis, honoris nuncupati, ex Palatio Apost. dietim habendam, percipiendam, & consequendam, auctoritate, & tenore prædictis concedimus, & assignamus.

Notarios creandi facultatè tribuit.

§. 4. Ac illis & eorum singulis, vt tres viros, viræ, ac morum probitate, alijsque virtutum donis commendatos, qui nostris, & Sedis Apostolicæ obsequijs insistere proponant, in nostros, & eiusdem Sedis Notarios auctoritate nostra Apostolica recipiendi, & admittendi, ac aliorum nostrorum, & Sedis prædictæ Notariorum numero, & consortio fauorabiliter aggregandi.

Eorumq. priuilegijs (exceptis hic descriptis) gaudere etiam absq. delatione habitus indulget.

§. 5. Illisque, vt, etiamsi habitum, & rocchettum non deferant, nihilominus omnibus, & singulis fauoribus, honoribus, priuilegijs, gratijs, indultis, præeminentijs, exemptionibus, & prærogatiuis, quibus alij nostri, & dictæ Sedis Notarij, tàm de iure, quàm de consuetudine, aut aliàs quomodolibet vtuntur, fruuntur, & gaudent, similiter vti, frui, & gaudere possint, & valeant. Sine tamen aliorum nostrorum, & eiusdem Sedis Notariorum de numero participantium præiudicio, & citra exemptiones à Sacro Concilio Tridentino sublatas, ac facultates legitimandi, ad gradus promouendi, ac Notarios, seu Tabelliones creandi, aliaque similia priuilegia eisdem Notarijs de numero participantium concessa, seu ab eis prætensa, quibus Notarij ab illis vigore præsentium creandi nullibi vti valeant, & si secus ab eis fieri contigerit, irritum, & inane existat, indulgendi.

Nec non Milites Auratæ militiæ cum suis priuilegijs.

§. 6 Necnon etiam alios octo viros habiles, & idoneos, ac qualitatibus ad hoc requisitis præditos, Auratæ militiæ Equites eadem auctoritate creandi, & deputandi, illosque aliorum militiæ huiusmodi Equitum numero, & consortio fauorabiliter aggregandi, ac eisdem vt torquem aureum, ac ensem, & aurata calcaria gestare, omnibusque, & singulis priuilegijs, gratijs, indultis, & prærogatiuis, quibus alij Equites huiusmodi vtuntur, potiuntur, & gaudent, similiter vti, potiri, & gaudere valeant, citra tamen exemptiones à dicto Concilio sublatas, concedendi; facultatem auctoritate, & tenore præmissis impartimur.

Collegij facultas condendi, & immutandi statuta ipsius Collegij.

§. 7. Ac vlterius eisdem Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & eorum singulis, vt in his, quæ ad eorum Collegium pertinere iudicabunt, quæcumque Statuta, Capitula, & Ordinationes, licita tamen, & honesta, ac sacris Canonibus, & Concilij Tridentini decretis, ac Constitutionibus Apostolicis non contraria, facere, & edere, illaque pro tempo-

te

re, prout expedire cognouerint, mutare, corrigere, & in melius reformare.

Indultum celebrandi, & aud. Missam in Oratorijs ad hoc destinatis, vel destinandis cum declaratione satisfacien. praecepto audiendi Missam in Ecclesijs.

§. 8. Necnō pro spirituali eorū consolatione, in priuato domus cuiuslibet illorum, etiā in Alma Vrbe nostra existētis, Oratorio ad hoc decenter muro extructo, & ornato, seù extruendo, & ornando ab omnibus domesticis vsibus libero, per dilectum filium nostrum in eadem Vrbe Vicarium in spiritualibus generalem prius visitando, & approbando, vnam Missam pro vnoquoque die, & dummodo in domo huiusmodi celebrandi licentia alteri concessa non fuerit, per se ipsos celebrare, seù per quemcumque sacerdotem approbatum saecularem, vel de Superiorum suorum licentia regularem, sine tamen quorumcumque iurium parochialium praeiudicio; ac quoad eos, qui extra Vrbem fuerint, Paschatis Resurrectionis, Pentecostes, & Natiuitatis Domini nostri Iesu Christi, alijsq. solemnioribus anni festis diebus exceptis, in sua, ac cuiuslibet eorum familiae praesentia celebrari facere, ita tamen vt familiares eorum seruitijs non necessarij ibidem Missae interessentes, ab obligatione audiendi Missam in Ecclesia diebus de praecepto minimè liberi censeantur.

Aliud Indultum circa resignationes, & permutationes beneficiorum ad summam quingentor. ducator. auri de Cam. non excedentium.

De forma resignādi Beneficia, resignationesque publicandi habetur constitut. Gregorij XIII. Humano t. 2. p. 409.

§. 9. Praeterea eisdem Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & eorum singulis, vt quicumque loci Ordinarij, vel Canonici Metropolitanarum, seù aliarum Cathedralium Ecclesiarum, aut personae in dignitate Ecclesiastica constitutę, tàm in Romana Curia, quàm extra eam ad id per eos respectiuè coram Notario, & Testibus fide dignis eligendi, seù eligendae, quascumque pensiones annuas illis, & eorum singulis super mensarum Abbatialium, seù Capitularium, ac Episcopalium, & Archiepiscopaliū, ac quorumcumq; aliorū beneficiorū Ecclesiasticorū cum cura, & sine cura saecularium, ac quorumuis ordinum, & militiarū regularium, etiam Hospitalis Sancti Ioannis Hierosolymitani, quomodocumque, & qualitercumque qualificatorum fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, obuentionibus, ac distributionibus, etiam quotidianis, ipsis nunc, & pro tempore reseruatas, assignatas, ac reseruandas, & assignandas, pro summa videlicet quingentorum ducatorum auri de Camera, quoad singulos eorum quandocumque alicui eorum respectiuè placuerit simul, vel successiuè, in toto, vel in parte, etiam in cuiuslibet eorum mortis articulo cassare, & extinguere, ac postquam cassatae, & extinctae fuerint, alias similes pensiones annuas super eisdem fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, obuentionibus, & distributionibus vsque ad summam, & quantitatem praedictam, vni, vel pluribus alijs personis, etiam per eos nominandis, etiam quaecumque, quotcumque, & qualiacumq; beneficia Ecclesiastica obtinentibus, & expectantibus, seù clericali saltem charactere insignitis, & aliàs pensionum huiusmodi capacibus, etiam eis quoad vixerint, vel eorum procuratoribus ad id ab eis speciale mandatum habentibus, ijsdem modo, & forma, quibus eisdem Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, ac eorum singulis reseruatae, & assignatae fuerint; etiam absque consensu easdem pensiones soluere debentium desuper praestando, vsque ad summam, & quantitatem praedictam, etiam litteris Apostolicis super reseruationibus, & assignationibus huiusmodi non confectis, ac aliàs cum omnibus, & quibuscumque exemptionibus, priuilegijs, decretis, clausulis, cautionibus, vinculis, obligationibus, & cautelis, ac etiam censuris, & poenis in prioribus reseruationibus huiusmodi concessis, & contentis, integrè persoluendas reseruare, constituere & assignare valeant, eisdem auctoritate, & tenore de speciali gratia indulgemus.

Facultas disponendi de quibuscumq; bonis vsque ad summam mille Ducatorum auri de Camera ad fauorem hic descriptorum.

§. 10. Necnon eisdem Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, ac eorum singulis, vt de omnibus, & singulis domibus, praedijs, possessionibus, terris, & locis, ac iurisdictionibus, caeterisque bonis mobilibus, & immobilibus, quae tamen non sint altaris, vel altarium Ecclesiarum illis, & eorum cuilibet pro tempore commissarum, seu alicui speciali earum seruitio, vel ministerio, aut aliàs diuino cultui, vel vsui dedicata, seu ad eius vsum cōfecta, seque mouentibus, cuiuscumque qualitatis, quantitatis, valoris, speciei, pretij, & conditionis existentibus, ac iuribus, & actionibus ad eos ratione quarumcumque Cathedralium, etiam Metropolitanarum, & Patriarchalium Ecclesiarum, quibus hactenus praefuerunt, & ad praesens praesunt, necnon ad quas eos forsan deinceps transferri, & quibus eos praefici, & praeesse contigerit, necnon Monasteriorum, Prioratuum, Praepositurarū, dignitatum, ac aliorum quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum cum cura, & sine cura saecularium, & quorumuis ordinum regularium, quae etiam ex quibusuis concessionibus, & dispensationibus Apostolicis in titulum, commendam, administrationem, ac aliàs quomodolibet obtinuerūt, obtinent, & obtinebunt, ac fructuum, redditum, & prouentuum Ecclesiasticorum, necnon pensionum annuarum super similibus fructibus, redditibus, & prouentibus eisdem Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, ac eorum singulis reser-

reseruatorum, & assignarorum, ac reseruatarum, & assignatarum, reseruandorum, & assignandorum, teseruandarumque, & assignandarum, quos, & quas perceperint, percipiunt, & percipient in futurum, necnon emolumenrorum quorumcumque Romanæ Curiæ officiorum, ac aliàs quomodolibet spectantibus, & pertinentibus, necnon eorum, & cuiuslibet eorum industria, & labore quomodolibet, & vndecumque, licitè tameu acquisitis, & acquirendis, ac aliàs, etiam de muneribus, & officijs, quæ exercuerunt, ac eos exercere contigerit, & alia quauis occasione, vel causa, seu contemplatione ad eos peruentis, & peruenturis, etiam si in pecunia numerata, ac iocalibus, gemmis, alijsque pretiosioribus rebus consistant, tàm in dicta Curia, quàm extra eam vbique locorum, & penès beneficia ipsa existentibus, quorum omnium qualitates, & veros etiam annuos valores, etiamsi talia forent, quæ in generalia appellatione bonorum, & supellectilium non venirent, sed specialibus indigerent vocabulis, præsentibus, ac si specificè, & sigillatim exprimerentur, & denominarentur, pro sufficienter expressis, & declaratis haberi volumus, vsque ad summam mille ducatorum auri de Camera, tàm pro decentibus, & honestis impensis funebribus, quam etiam pro remuneratione illorum, qui illis viuentibus inseruierint, etiam vltra seruitij meritum, ac in eorumdem Parriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum, & eorum singulorum cõsanguineorum, & affiniũ, ac quorumcumque piorum locorum fauorem, & vsum, & aliàs pro arbitrio, & voluntate eorum, & cuiuslibet eorum, absolutis, prius tamen de omnibus bonis prædictis ære alieno, & ijs, quæ pro restaurandis domibus, seu ædificijs consistentibus in locis Ecclesiarum, vel beneficiorum per eosdem Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos, ac eorum singulos obtentorum culpa, aut negligentia eorumdem Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum, ac eorum singulorum, aut illorum procuratorum destructis, vel deterioratis, necnon recuperandis alijs iuribus earumdem Ecclesiarum, vel beneficiorum deperditis ex culpa, vel negligentia supradictis, fuerint opportuna, deductis, & sine præiudicio litterarum, seu constitutionum Apostolicarum super residẽtia editarum, & iurium Cameræ Apostolicæ, quoad bona iurisdictionalia, testari, ac testamento, codicillis, fideicommissis, legatis, donationibus, tàm inter viuos, quàm causa mortis, ac alijs quibuscumque modis, & titulis, scriptura, etiam minus solemni coram duobus, vel tribus testibus, aut etiam cedula sola manu illorum scripta, vel subscripta, ac aliàs in omnibus, & per omnia, prout, & quemadmodum eis videbitur, etiam in ipsa Curia, & iu mortis articulo, & nulla facta mentione præsentis, vel aliarum illis pro tempore concessarum similium facultatum, aut quòd in vim illarum testari, seu disponere velint, & intendant, semel, atque iterum, aut pluries statuere, disponere, ac ordinare, itaue quicquid testatum, gestum, aut ordinatum, vel aliàs dispositum ab eis fuerit, etiam in vim simplicis distributionis, ac aliàs omni meliori modo valeat, & seruari debeat, ipsaque testamenta, codicillos, dispositiones, ordinationes, donationes, legata, & statuta pluries, ac toties, quoties eis videbitur, moderari, limitare, ac etiam in totum reuocare, & alia de nouo edere liberè, & licitè valeant, auctoritate, & tenore præmissis plenam, & liberam concedimus facultatem.

Defectus super eisdem dispositionibus tam secutos quam sequendos supplet.

§. 11. Et nihilominus quæcumque huiusmodi testamenta, legata, donationes, dispositiones, & alia de huiusmodi bonis, iuribus, & actionibus, fructibus, pecunijs, iocalibus, alijsque rebus supradictis, etiam in fauorem consanguineorum, & affinium prædictorum, ac aliàs quomodolibet ab eisdem Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & eorum singulis facta, cum omnibus inde secutis, ac etiam ea, quæ per illos in futurum quomodolibet fienr, ex nunc prout ex tunc, & è contra, approbamus, & confirmamus, omnesque, & singulos iuris, & facti, ac solemnitatum omissarum, & omittendarum, necnou substantiales, aliosque defectus quoscumque, si qui interuenerint, aut interuenerunt iu eisdem, etiamsi tales sint, vel fuerint, quòd specialis, & specifica de illis mentio pręsentibus habenda esset, supplemus.

Inhibitio contra molestantes.

§. 12. Districtiùs inhibentes quibusuis Archiepiscopis, Episcopis, aut alijs Ecclesiarum Pręlatis, necnon Cameræ prædictæ Præsidentibus, & Clericis, ac eorum, necnon Fabricæ Basilicę Principis Apostolorum de Vrbe, ac Cruciatæ sanctæ, ac alijs Collectoribus, & Subcollectoribus, cæterisque cuiuscumque dignitatis, status, gradus, & conditionis existentibus, etiam quauis auctoritate, & potestate fungẽtibus, ne Vniuersitates, Collegia, ac loca, legatarios, hæredes, & personas, necnon testamentorum, voluntatum, & ordinationum huiusmodi executores prædictos, directè, vel indirectè quouis quæsito colore, vel ingenio molestare audeant quoquomodo, vel perturbare.

Clausula præseruatiua.

§. 13. Ac decernentes, prædicta omnia, & singula,

ſingula, præſenteſque litteras, ac omnia, & ſingula in illis contenta, necnon teſtamenta, donationes, codicillos, fideicommiſſa, legata, ordinationes, derogationes, diſpoſitiones, & alia quæcumque, necnon quæ in præmiſſis facta ſunt, aut earumdem præſentium vigore fieri contigerit, tàm vigore præſentis, quàm aliarum conceſſionum illis factarum, ac deinceps in genere, & in ſpecie faciẽdarum cum inde ſecutis, & ſecuturis, valida, firma, & efficacia fore, necnon perpetua firmitate ſubſiſtere, ſuoſque plenarios, ac omnes effectus ſortiri, & obtinere, nec etiam per tranſlationem ad Metropolitanas, vel Patriarchales Eccleſias, vel quamlibet aliam ſtatus, & perſonæ ipſorum Patriarcharum, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum, ac eorum ſingulorum reſpectiue mutationem, nec per ſimiles, vel diſſimiles gratias illis conceſſas, & concedendas confundi, ſed ipſis cumulatiuè in omnibus, & per omnia vti, & ſi quid in vna ex facultatibus huiuſmodi defecerit, id per aliam ſuppleri debere, nec hæredes, legatarios, ac loca, ad quos, ſeu quæ, bona, iura, & actiones deuenient, vel quibus relinquentur, aut executores prædictos ad tertiam, ſeu aliã eorum partem, quam etiam ex nunc illis, ac locis, hæredibus, legatarijs, ac donatarijs prædictis liberaliter concedimus, & donamus, Cameræ, vel Fabricæ, aut beneficijs prædictis, etiam pro expeditione contra infideles, & quibuslibet alijs quantumliber pijs vſibus ſoluendum, aut cum ijs deſuper componendum, vel ipſos Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, & eorum ſingulos ad aliam particularem licentiam, ſiue indultum, aut confirmationem præſentium à Nobis, vel Succeſſoribus noſtris Romanis Pontificibus petendũ, aut impetrandum, vel etiam in alia ſimili gratia, ſiue eius confirmatione illis quomodocumque concedenda de præſenti mentionem aliquam faciendum teneri, nec ad id vlla vnquam neceſſitate cogi poſſe.

Decretum irritãs

§. 14. Et ſic in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac eiuſdem S.R.E. Cardinales, necnon pro tempore exiſtentes eiuſdem Cameræ Camerarium, Præſidentes, & Clericos in quauis cauſa, & inſtantia iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Executores iſtius conſt. deputat.

§. 15. Quocirca Venerabilibus Fratribus noſtris Oſtieñ, & Portueñ Epiſcopis, ac dilecto filio cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori per præſentes cõmittimus, & mandamus, quatenus ipſi vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes litteras, & in eis contenta quæcumque vbi, & qñ opus fuerit, & quoties pro parte ipſorũ Patriarcharũ, Archiepiſcoporũ, & Epiſcoporum, ſeu alicuius eorũ fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, illiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra eaſdem præſentes, & in eis contenta quæcumque firmiter obſeruari, ac eos illis omnibus pacificè frui, & gaudere, nõ permittentes illos per quoſcumque quauis auctoritate fungentes contra præſentium earumdem tenorem quomodolibet indebitè moleſtari, inquietari, vel perturbari, contradictores quoslibet, & rebelles per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, legitimiſque ſuper his habendis ſeruatis proceſſibus, cenſuras, & pœnas ipſas, & iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis.

Contraria tollit.

§. 16. Non obſtañ præmiſſis, ac piæ mem. Bonifacij Papæ VIII. & Prædeceſſoris noſtri de vna, & in Cõc. generali edita de duabus dietis, dũmodo vltra tres dietas aliquis auctoritate præſentiũ ad iudiciũ non trahatur, necnon Lateraneñ Concilij nouiſſimè creati de certo eorumdem Notarium numero, etiamſi ad illum nondum deuentum fuerit, cui per hoc aliàs derogatum non intendimus, & de conſenſu præſtando in penſionibus, & quibuſcumque alijs, etiam per Nos, & Sedem prædictam editis, & in poſterum edendis Cancellariæ Apoſtolicæ regulis, ac ſtylo in ſimilibus hactenus obſeruato, ac recolendæ memoriæ Alexandri VI. tertiam partem bonorum Eccleſiaſticorum Cameræ prædictæ deberi inter alia diſponente, ac quarumuis aliorum Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum, ac quibuſuis alijs Apoſtolicis, ac in Prouincialibus, & Synodalibus Concilijs editi ſpecialibus, vel generalibus conſtitutionibus, & ordinationibus, necnon quorumuis Eccleſiarum, Monaſteriorum, Ordinum, Collegiorum, Militiarum, & Officiorum dictæ Curiæ, ac Vrbis, aliarumque Ciuitatum, & locorum, ac Cameræ prædictorum, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis dictis Eccleſijs, Monaſterijs Ordinibus, & Hoſpitali, illorumque Præſulibus, ac Superioribus, Magiſtris, Præceptoribus, ac Militibus, Capitulis quoque, Conuentibus, Ciuitatibus, & locis, alijſq; prædictis,

necnon illorum Communitatibus, ac etiam vectigalis vini huiusmodi Exactoribus, & Appaltatoribus, seu redemptoribus, & quibusuis alijs personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarũ derogatorijs, alijsq; efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & alijs decretis per quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores nostros, ac etiam Nos, & Sedem prædictam etiam consistorialiter, etiã de eorumdem Cardinalium consilio, etiam per modum statuti, & constitutionis perpetuorũ, ac Motu, & scientia similibus, deq; Apostolicæ potestatis plenitudine, vel ad Imperatoris, Regum, Reginarum, Ducum, & aliorum Principum instantiam, seu illorum contemplatione in genere, vel in specie, ac alias quomodolibet etiam iteratis vicibus concessis, etiamsi in eis, ac statutis prædictis caueatur expresse, quòd Exactores, & Appaltatores vectigalis prædicti, vectigal huiusmodi etiam ab exemptis exigere, ac illos ad solutionem, seu contributionem cogere, & compellere possint, seu debeant; quòdq; Præceptoriæ, & alia beneficia quæcumque dicti Hospitalis, tàm ex eorũ institutione, quàm ex stabilimentorum dispositione pensionibus, Clericis sæcularibus, & alijs personis, etiam Apostolica auctoritate reseruandis, grauari nõ possint, quodq; stabilimentis, ac priuilegijs prædictis, etiam vigore implicitæ derogationis latissimè extendẽdæ, etiamsi per quascumque litteras Apostolicas, ac quasuis, etiam derogatoriarum derogatorias, efficaciores, & insolitas clausulas, derogari non possit, nec derogatum censeatur, nisi derogatio huiusmodi de consilio Cardinalium eorumdem fiat, & tum demum Magistri, & Conuentus prædictorum ad id accedat assensus, sintq; litteræ derogationis huiusmodi, etiam per dictum Magistrum subscriptæ, ac illi, & prædictis Conuentui per diuersas in forma Breuis, & alias litteras diuersis temporibus cum certis interuallis præsentatas intimatæ, & non aliàs, nec alio modo, & semper in omnibus, quæ sic fient, etiam de simili consilio derogationes, sit apposita clausula, quòd illarum effectum sortiantur, de consensu Magistri, & Conuentus prædictorum, & non aliàs, nec alio modo; Quibus omnibus, illorum omnium tenores, ac si de verbo ad verbum insererẽtur, præsentibus pro expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat in genere, vel in specie ad effectum præsentium sufficienter, & expresse derogamus, ac derogatum esse decernimus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

§. 17. Volumus autem, & Apostolica auctoritate decernimus, quòd priuilegia huiusmodi infrascriptis Assistentibus dumtaxat suffragentur. Nomina autem Assistentium prædictorum sunt hæc, videlicet, Ascanius Constantinopolitanus, & Deiphebus Hierosolymitanus Patriarchæ, Petrus Ardmacañ, Galeatius olim Bareñ, Attilius Athenarum, Vlpianus olim Thearñ, Paulus Aemilius Amalphitañ, Dominicus Ianueñ, Philibertus Taurineñ, Andreas Messaneñ, & Alphonsus Rhodieñ Archiepiscopi, Marinus Brixieñ, Paulus olim Isernieñ, Berlingerius olim Arimineñ, Iacobus Vercelleñ, Antonius Vigilieñ, Petrus Antonius Troiañ, Ioannes Baptista Nolañ, Antonius Casertañ, Alphonsus Angloneñ, & Ioannes Vincentius Tagasteñ, Tiberius Esiñ, Isidorus Asteñ, & Carolus Montis regalis Episcopi.

Nomina Assistentium Capellæ quibus hæc priuilegia suffragari decernit.

§. 18. Volumus etiam, vt præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in Iudicio, & extra illud adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensę.

Transumptis fidẽ dari mandat.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris, die xvij. Augusti M.DC.XXII. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Dat. P. An 2. die 17. Augusti.

Die quinta Septembris 1622. supradictæ litteræ Apostolicæ in forma Breuis expeditæ, exhibitæ fuerunt in Camera Apostolica, & ex illius decreto commissæ perIllustr. & Reuerendiss. D. Hieronymo Vidono eiusdem Cameræ Clerico, & die 19. eiusdem Mensis, citato prius R. P. D. Antonio Cicalotto prædictæ Cameræ Generali Commissario, ex decreto eiusdem Reuerendissimi Domini Vidoni desuper facto, admissæ pro ducatis mille, vt in eis, quòad facultatem testandi, quò vero ad prætensam exemptionem pro sex vegetibus vini cum clausula, quatenus aliàs habeant similem exemptionem, & existant in illius quasi possessione; & quòad facultatem disponendi de bonis iurisdictionalibus, sine præiudicio iurium Cameræ, & præcedente tamen licentia Sedis Apostolicæ, iuxta formam Bullæ Sixti Quinti, & aliorum Summorum Pontificum, & non aliter, &c. ac aliàs, iuxta formam protestationis, dicti Domini Commissarij desuper factæ, ad quam, &c. & registratæ in libris ipsius Cameræ penes me illius Notarium existentibus, nempe libro diuersorum fol. 95. & seqq. Et in fidem, &c.

Publicatio in Camera Apost.

Ioannes Baptista Cennus, &c.

Con-

XXXIII.

Confirmatio Priuilegiorum omnium,& Indultorum tàm per viam extensionis,quàm aliàs concessorum, Ac Communicatio singularum gratiarum,tàm spiritualium,quàm temporalium, quibus Congregationes Casinensis, & Canonicorum Regularium S. Saluatoris Bononiensis fruuntur, & gaudent, Congregationi Lateranensi Canonicorum Regularium Ordinis S.Augustini.

De Congregatione Lateranensi istorum Canonicorum vide quæ fusè notauit Genitor meus ad Const. 2. Paschal. 2. Quanto sup. tom. 1. pag. 16. Et de Congregatione Canonicorum Regularium S. Saluatoris vide ad Greg. 12. Const. 2. Excitat. ubi sup. pag. 242.

Edita A.D. 1621.

GREGORIVS PAPA XV,
Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

INiuncti Nobis Apostolici muneris ratio postulat, vt Sacratum Religionum gratos Domino fructus assiduè præstantium paternã curam gerentes, priuilegia, gratias, & indulta illis a Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris concessa, quò validiùs perpetuò subsistant, Apostolicæ confirmationis robur libenter communicamus.

Hæc Congr. a diuersis Pont. nonnulla priuilegia concessa fuerunt.

§. 1. Exponi si quidem Nobis nuper fecit dilectus filius Iacobus à Bononia Procurator Generalis Canonicorum Regularium Congregationis Lateranensis Ordinis Sancti Augustini, quòd nonnulla Monachorum Congregationis Casinensis Ordinis Sancti Benedicti, & alia diuersa priuilegia, gratiæ, & indulta à diuersis Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris, eidem Congregationi Lateranensi, tàm per viam communicationis,& extensionis, quàm alias concessa fuerunt.

Pro quorum confirmatione, & aliorum Congr. Casinensi huc vsque concessorum cõmunicatione supplicarunt Pont.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, Iacobus prædictus plurimum cupiat, priuilegia, gratias,& indulta huiusmodi pro eorum maiori validitate, & subsistentia, Apostolicæ nostræ confirmationis robore communiri; & alia priuilegia eidem Congregationi Casinensi hucusque concessa, dictæ Congregationi Lateranensi concedi: Nobis propterea humiliter supplicari fecit, vt super præmissis opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur.

Qui omnia priuil. tã per via cõcessionis,quàm alias concessa eidem cõgr. approbat,& cõfirmat vt,quatenus opus sit,de nouo cõcedit,dũmodo sint in vsu nec reuocata, vel sub reuocationibus comprehensa nec sacrorum Canonum,vel Conc. Trid decretis aduersentur.

§. 3. Nos igitur Iacobum prædictum specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, ipsumque, ac singulares dictæ Congregationis personas à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutas fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati: Omnia, & singula priuilegia, gratias, & indulta prædicta per quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores nostros eidem Congregationi Lateranensi, tàm per viam communicationis,& extensionis, quam aliàs (vt præfertur) concessa, dummodo tamen sint in vsu, & non sint reuocata, neque sub aliquibus reuocationibus comprehensa, Sacrisque Canonibus, & Concilij Tridentini decretis, & Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum, ac nostris constitutionibus non aduersentur, Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illisque inuiolabilis Apostolicæ firmitatis robur adijcimus, ac (quatenus opus sit) dictæ Congregationi Lateranensi de nouo concedimus.

Aliaque Congregationibus Casinensium, ac Canonicorum Regularium S. Saluatoris quomodolibet cõcessa, eidem communicat.

§. 4. Præterea eidem Congregationi Lateranensi, illiusque Abbatibus, Superioribus, Canonicis, alijsque personis quod omnibus, & singulis alijs priuilegijs, gratijs,& indultis tàm spiritualibus, quam temporalibus, tàm eidem Congregationi Casinensi in hunc vsque diem, quam Congregationi Canonicorum Regularium Sancti Saluatoris Bononiensis, illarumque Abbatibus, Superioribus, & personis quibuscumque, etiam, vt præfertur, aut alias quomodolibet per quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores nostros ac etiam Nos concessis, ac quibus vtuntur, fruuntur, & gaudent, ac vti, frui, & gaudere possunt,& poterunt quomodolibet in futurum, dummodo similiter sint in vsu, & non sint reuocata, neque sub aliquibus reuocationibus comprehensa, nec Sacris Canonibus, ac Concilij prædicti decretis, aut constitutionibus Apostolicis repugnent, pari modo vti, potiri,& gaudere liberè, & licitè valeant, auctoritate, & tenore præsentis etiam concedimus,& indulgemus.

Clausulas præseruatiuas ponit.

§. 5. Decernentes, præsentes litteras perpetuò validas, firmas, & efficaces existere, & fore, ac primodictæ Congregationi, alijsque prædictis in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari.

Aliter Iudicanda irritat.

§. 6. Sicque per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores iudicari,& diffiniri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quo-

à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contraria non obstare decernit.

§. 7. Non obstante nostra de gratijs ad instar non concedendis, alijsque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, Ordinis, & Congregationis huiusmodi, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis: Quibus omnibus, & singulis, eorum omnium tenore præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Dat. P. v. a. die 23 Augusti.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris, die 23. Augusti M.DC.XXII. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

XXXIV.

Confirmatio, & ampliatio Constitutionis Pij Quarti editæ contra Sacerdotes in confessionibus Sacramentalibus Pœnitentes ad turpia sollicitantes.

Edita A. D. 1622.

Hæc Pij Const. est 31. tom. 2. pag. 46. vbi est à me indicata alia consimilis constitutioni Pauli Secundi.

GREGORIVS PAPA XV.
Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

VNiuersi Dominici gregis curam, quamq; immeriti, cælesti dispositione gerentes, sedulò inuigilare tenemur, vt ab omnibus prauis contagijs conseruetur immunis, multoq; maiori studio prouidere, vt omnis pestis ab ijs auertatur, quibus alios sanandi officium est commissum, ne quod Euangelica scripta Nos admonent, sale infatuato non sit in quo saliatur, & ad nihilum prosit vltra, nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus.

Pont. contra sol licitantes ad turpia pœnitentes, leges ediderunt.

§. 1. Quoniam autem à Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris quibusdam in locis prouisum fuit, vt impium, ac nefandum scelus, quod non solùm inter Christifideles non esse, sed nec etiam nominari debet, procul ab ijs arceatur, videlicet vt aliquis Sacerdos ad sacras audiendas confessiones deputatus, sacrosancto Pœnitentiæ Sacramento, sollicitando pœnitētes ad turpia, abutatur, ac pro medicina venenum, pro pane aspidem porrigat, & ex cælesti medico infernalis veneficus, ex patre spirituali proditor execrabilis animarum reddatur: id circo Nos ea, quæ his perniciosissimis diaboli insidijs arcendis certis locis salubriter constituta sunt, vt nullibi desiderentur, quantum ex alto conceditur, prouidendum duximus.

Pius IV suam desuper edidit const. quæ est supra, to. 2. pag. 46.

§. 2. Aliàs siquidem à fel. rec. Pio Papa IIII. prædecessore nostro emanarunt litteræ tenoris subsequentis, videlicet: Pius Papa IIII. Venerabili Fratri Archiepiscopo Hispalen. in Regnis Hispaniarum hæreticæ prauitatis Inquisitori generali. Cum sicut nuper &c.

Omittitur residuum, quia ipsa constit. est sup. to. 2. pag. 46.

Hic Pont. illam precipit inuiolabiliter obseruari.

§. 3. Igitur vt litteræ prædictæ perpetuis futuris temporibus, & vbique locorum inuiolabiliter obseruentur, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostra, ac de consilio Venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium contra hæreticam prauitatem generalium Inquisitorum præinsertas litteras huiusmodi, ac omnia, & singula in eis contenta Apostolica auctoritate tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illisq; omnibus, & singulis inuiolabilis Apostolicæ firmitatis robur adijcimus, illasq; non solùm in prædictis Hispaniarum Regnis, sed in quibusuis Christiani orbis partibus firmiter, & inuiolabiliter obseruari præcipimus, & mandamus.

Immo plectit cō tra huiusmodi sollicitantes in confessionibus & earum occasione dispouit.

§. 4. Ac præterea ne in futurum de pœna his delinquentibus imponenda, & de modo contra eosdem procedendi ab aliquo dubitari possit, statuimus, decernimus, & declaramus, quòd omnes, & singuli Sacerdotes tam sæculares, quàm quorumuis, etiam quomodolibet exemptorum, ac Sedi Apostolicæ immediatè subiectorum Ordinum, Institutorum, Societatum, & Congregationum regulares cuiuscumque dignitatis, & præeminentiæ, aut quouis priuilegio muniti existant, qui personas, quæcumque illæ sint, ad inhonesta, siue inter se, siue cum alijs quomodolibet perpetranda in actu Sacramentalis confessionis, siue ante, vel post immediatè, seu occasione, vel prætextu confessionis huiusmodi etiam ipsa confessione non secuta, siue extra occasionem confessionis in confessionario, aut in loco quocumque vbi confessiones Sacramentales audiantur, seu ad confessionem audiendam electo, simulantes ibidem confessiones audire, sollicitare, vel prouocare tentauerint, aut cum eis illicitos, & inhonestos sermones, siue tractatus habuerint, in officio Sanctæ Inquisitio-

 nis

nis feuerissimè, vt infra, puniatur. Et præterea omnes hæreticæ prauitatis Inquisitores, & locorum Ordinarios omnium Regnorum, Prouinciarum, Ciuitatum, Dominiorum, & locorum vniuersi orbis Christiani in suis quemq; Diœcesibus, & Territorijs per has nostras litteras, etiam priuatiuè quo ad omnes alios speciàliter, ac perpetuò Iudices delegamus, vt super his contra prædictos simul, vel separatim in omnibus, prout in causis fidei, iuxta Sacrorum Canonum formam, necnon officij Inquisitionis huiusmodi constitutiones, priuilegia, consuetudines, & decreta diligenter inquirant, & procedant: & quos in aliquo ex huiusmodi nefarijs excessibus culpabiles reperierint; in eos pro criminum qualitate, & circumstantijs, suspensi ab executione ordinis, priuationis beneficiorum, dignitatū, & officiorum quorumcumque, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa, necnon vocis actiuæ, & passiuæ, si regulares fuerint, exilij, damnationis ad triremes, & carceres etiam in perpetuum absq; vlla spe gratiæ, aliasq; pœnas decernant, eos quoque si pro delicti enormitate grauiores pœnas meruerint, debita præcedente degradatione, Curiæ sæculari puniendos tradant.

Cardinalibus Inquisitoribus generalibus arbitrium [illegible] probationes [illegible] concedit.

§.5. Dantes etiam facultatem Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus generalibus Inquisitoribus, ne delictum tam enorme, & Ecclesiæ Dei tam perniciosum, temaneat, ob probationum defectum, impunitum, cum difficilis sit probationis, testibus etiam singularibus, concurrentibus præsumptionibus, indicijs, & alijs adminiculis, delictum probatum esse arbitrio suo iudicandi, & Curiæ sæculari, vt præfertur, reum tradendum esse, pronunciandi.

Obstantia tolluntur.

§.6. Non obstan̄ omnibus, quæ dictus prædecessor in suis litteris prædictis voluit non obstare, cæterisq; contrarijs quibuscumque.

Cōfessores sciētes a[b] al[ij]s pœnitentes fuisse sollicitatos moneāt eos, vt Inquisitoribus, vel Ordinarijs denuncient.

§.7. Mandantes omnibus Confessarijs, vt suos pœnitentes, quos nouerint fuisse ab alijs vt supra sollicitatos, moneant de obligatione denunciandi sollicitantes, seu vt præfertur tractantes, Inquisitoribus seu locorum Ordinarijs prædictis; quòd si hoc officium prætermiserint, vel pœnitentes docuerint non teneri ad denunciandum Confessarios sollicitantes, seu tractantes, vt supra, ijdem locorum Ordinarij, & Inquisitores illos pro modo culpæ punire non negligant.

Transumptis credendum.

§.8. Volumus autem, vt præsentium transumptis, etiam impressis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra vbique habeatur, quæ præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Publicatio in Vrbe omnes afficiat.

§.9. Quodq; eædem præsentes litteræ seu illarum exempla ad valuas Basilicarum S. Ioannis Lateranen̄, ac Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie Campi Floræ affixæ, omnes ita arctent, & afficiant, ac si vnicuique personaliter intimatæ fuissent.

Dat. P.A. 1. die 30 Augusti.

Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris, die xxx. Augusti M.DC.XXII. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Anno à Natiuitate D. N. Iesu Christi millesimo sexcentesimo vigesimo secundo, Indictione quinta, die vero prima mensis Septembris, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Gregorij diuina prouidentia Papæ XV. Anno eius secundo: retroscripta Constitutio siue litteræ Apostolicæ affixæ fuerunt ad valuas Sancti Ioannis Lateranen̄, & Principis Apostolorum Basilicarum de Vrbe, & in acie Campi Floræ, vt moris est, per me Brandimartem Latinum Apostolicum Cursorem.

Octauius Spada Mag. Cursorum.

XXXV.

Indultum Congregationis Fratrum Iesuatorum S. Hieronymi, quòd à locorum Ordinarijs approbati possint in parochialibus Ecclesijs domorum Regularium ipsius Congregationis dumtaxat parochianorum confessiones audire.

Alia de hac Congregatione indicaui sup. ad Const. xt. Martini v. tom. 5. pag. 262. & Const. 16. Pauli. V. t. 3. pag. 194. vbi videas. Quibus nunc addo quòd S.D.N. Vrban. VIII. his Fratribus concessit, vt abiecto Caputio albi coloris, quod hactenus super humeros gestarunt, aliud coloris eorum habitus, ac formæ, qua cæteri Mendicantes vtuntur, gestare possint hic inf. Const. 31. Onerosa.

Publicatio. Edita A.D. 1621.

GREGORIVS PAPA XV.
Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

EX iniuncto Nobis desuper Apostolicæ seruitutis officio, Christi fidelium sub suaui Religionis iugo Altissimo famulantium votis, ijs præsertim, quæ ad diuini cultus augumentum, & fidelium animarum salutem faciunt, libenter annuimus, eaq; fauoribus prosequimur opportunis, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

Indultum de quo in rubr.

§.1. Volentes itaque dilectos filios Visitatores generales, ac Fratres Congregationis Iesuatorum Sancti Hieronymi sub regula Sancti

cti Augustini fauore prosequi gratiæ specialis, & eorum singulares personas à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsq; Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis per dilectum filium Ioannem Antonium Gallum Cremonensem dicti Ordinis Procuratorem generalem, super hoc humiliter porrectis inclinati, Omnibus, & singulis eiusdem Congregationis Fratribus, qui a locorum Ordinarijs approbati fuerint, vt in parochialibus Ecclesijs domorum regularium ipsius Congregationis dumtaxat parochianorum earumdem Ecclesiarum sacramentales confessiones audite, ac illis iniunctis iniungendam absolutionem impendere salutarem liberè, & licitè valeant, Apostolica auctoritate, tenore presentium concedimus, & indulgemus, ac licentiam, & facultatē impartimur.

Derogatio contrariorum.

§. 2. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon dictæ Congregationis etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roborata statutis, consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis quibusuis personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis: quibus omnibus, & singulis, eorum omnium tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter & expresè derogamus, cæterisq; contrarijs quibuscumque.

Fides Transumptorum.

§. 3. Volumus autem, vt præsentium transumptis etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

D. P. A. 2. die 30. Augusti.

Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die xxx. Augusti M. DC. XXII. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

XXXVI.

Confirmatio diuisionis Prouinciæ S. Augustini Fratrum Recollectorum Discalceatorum Hispaniarum in quatuor Prouincias; ac electionis Vicarij generalis, multarumque Constitutionum, & Ordinationum per dictos Fratres in Capitulo emanatarū.

Scias, istam Congregationem Fratrum Recollectorum Discalceatorum S. Augustini Prouinciæ Castellæ, eorumque bona, & Conuentus diuisa, ac separata fuisse à gubernio, & superioritate Prouincialis, & Fratrum Eremitarum Calceatorum d. Ordinis eiusdem Prouinciæ, auctoritate Clem. VIII. vt videre est in ipsius Const. quæ in principio istius Const. refertur. Et huic Congregationi, nonnullas domos Regulares Prouinciarum noui Regni Granaten. ac Quiten. eorumdem Fratrum vniuit S. D. N. Vrbanus VIII. inf. Const. 101. Vniuersalis.

Vide etiam ea, quæ tibi indicaui ad Const. 3. huius Pont. quæ incipit, Pastoralis, hic sup. pag.; Nec non ad Const. 58. Ad Vberes S. D. N. Vrbani VIII. hic infra.

Edita A. D. 1622.

GREGORIVS PAPA XV.
Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

AD sacram Beati Petri Sedem, meritis licèt imparibus, diuina prouidentia vocati, ad ea, per quæ Christifideles sub suaui Religionis iugo, & strictionis obseruantiæ regulis Altissimo famulantes, in laudabili eorum instituto perseuerare valeant, libenter intendimus, atque ea, quæ propterea prouidè facta fuisse dicuntur, vt firma, & illibata persistant, Apostolicæ confirmationis robore communimus, aliàsque disponimus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

Clem. viij edidit Constitutionem tenoris subsequentis videlicet,

§. 2. Aliàs siquidem à fel. rec. Clemente Papa Octauo prædecessore nostro emanarunt litteræ tenoris subsequentis, videlicet.

Edita A. D. 1602

CLEMENS PAPA VIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

APostolici muneris Nobis licèt immeritis diuina dispositione commissi ratio postulat, vt Religiosos quoscumq. eorum præsertim, qui sub strictiori Regulæ obseruantia Altissimo famulari student, quieti, & prospero regimini libenter consulamus, eosq; specialibus fauoribus, & gratijs prosequamur, prout in Domino conspicimus salubriter expedire.

Archiep. Sipontinus auctoritate huius Pont. diuidit, ac separauit Fratres Recollectos, seu Discalceatos Ordinis Eremit. S. Augustini Prouinciæ Castellæ, eorumq. Conuentus, & bona a superioritate, & gubernio Prouincialis, & Fr. Eremitar. Calceatorum d. Ordinis eiusdem Prouinciæ.

§. 1. Cum itaque, sicut accepimus, Venerabilis frater Dominicus Archiepiscopus Sipotinus, noster, & Apostolicæ Sedis Nuncius vigore commissionis, & facultatis per Nos sibi ad hoc per nostras in forma Breuis litteras sub Dat. die 24. Martij 1602. expeditas, quarum tenores præsentibus pro expressis haberi volumus, attributæ, assentientibus, & petentibus dilectis filijs Priore Pro-

uinciali, & Fratribus Ordinis Eremitarum sancti Augustini Calceatis Prouinciæ Castellæ ab eorum Prouincia, dilectos etiam filios Diffinitores, & Fratres Recollectos, seu Discalceatos eiusdem Ordinis Eremitarum sancti Augustini in prædicta Prouincia Castellæ existentes, eorumque Conuentus Madritij, Talauetæ, Nabæ, Portilli, & Touosi, ac alios fundatos, & fundandos, necnon res, & bona quæcumque perpetuò separauerit, & segregauerit, ac à gubernio, & superioritate Prouincialis, & Fratrum Calceatorum prædictorum exemerit, & liberauerit, ac alios circa statum, & gubernium eorumdem Fratrum Recollectorum Discalceatorum disposuerit, & ordinauerit, prout in ipsius Dominici Archiepiscopi, & Nuncij patentibus litteris desuper expeditis, quarum etiam tenorem præsentibus pro expresso haberi volumus, pleniùs dicitur contineri.

Pont. instantibus prædictis Fr. ad se pro [illegible] diuisionem approbat, & confirmat, suppletq. defectus, ac quatenus opus sit de nouo diuidit

§. 2. Nos eorumdem Fratrum Recollectorum Discalceatorum quieti, & prospero statui amplius consulere, eosque, vt strictiorem regularem obseruantiam, quam profitentur, ad Dei laudem, & animarum salutem, vt decet, retinere, & obseruare possint specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, necnon Diffinitorem, & singulares Fratres Recollectos Discalceatos à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine per dilectum filium Ioannem de S. Hieronymo eorum Procuratorem generalem in Romana Curia residentem Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, separationem, & diuisionem ipsorum Diffinitorijs, & Fratrum Recollectorum Discalceatorum Ordinis Eremitarum S. Augustini in quacumque Regnorum Hispaniarum parte existentium à Prouinciale, & Fratribus Prouinciæ Castellæ Ordinis Fratrum Calceatorum Eremitarum S. Augustini à prædicto Dominico Archiepiscopo, & Nuncio factas, & prout illas concernunt litteras patentes eiusdem Dominici Archiepiscopi, & Nuncij desuper expeditas, auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuò confirmamus, & approbamus, illisque perpetuæ, & inuiolabilis Apostolicæ firmitatis robur adijcimus, ac omnes, & singulos tàm iuris, quàm facti defectus, si qui in eisdem interuenerint, supplemus: & nihilominus Diffinitorem, & Fratres Recollectos Discalceatos Regnorū Hispaniarum prædictos, eorumque Conuentus, res, & bona quæcumque a Prouincia, Prouinciali, & Fratribus Calceatis dicti Ordinis Eremitarum, S. Augustini, tam Prouinciæ Castellæ, quàm aliarum quarumcumque Prouinciarum, eorumque cura, gubernio, & superioritate, auctoritate, & tenore prædictis, quatenus opus sit, de nouo diuidimus, & separamus, ac eximimus, & liberamus.

Eosque sic separatos cum suis Conuentibus in Prouinciam S. Augustini Fratrum Recollectorum discalceatorum Hispaniarum nuncupandam instituit

§. 3. Ipsosque Diffinitorem, & Fratres Recollectos Discalceatos, eorumque Conuentus, tam hactenus receptos, quàm deinde recipiendos in Regnis Hispaniarum existentes, in Prouinciam S. Augustini nuncupandam Fratrum Recollectorum Discalceatorum Hispaniarum perpetuò erigimus, & instituimus.

Et Prælatum dictæ Prouinciæ Priorē Prouincialem denominari, eiusque electionem in Capitulo Prouinciali singulis triennijs iuxta ipsorum instituta Regularia fieri, mandat.

§. 4. Eiusq. Prouinciæ sic erectæ, & institutæ Prælatū de cætero Priorē Prouincialem, eiusque Prouinciæ S. Augustini denominari, & tàm in Capitulo Prouinciali, iàm hac prima vice, quàm deinceps quandocumque opus fuerit de triennio in triennium, iuxta regularia eorumdem Fratrum Recollectorum instituta, canonicè eligi debere volumus, & declaramus.

Prouinciam illam sic erectam omnibus priuilegijs & fratribus Eremitis Ord. S. Augustini concessis, & præsertim Prouinciæ Castellæ gaudere indulget.

§. 5. Ipsis verò futuro Prouinciali, ac cæteris Superioribus, Fratribus, & Conuentibus eiusdem Prouinciæ S. Augustini, vt omnibus, & singulis priuilegiis, gratijs, indultis, exemptionibus, libertatibus, immunitatibus, fauoribus, concessionibus, & indulgentijs, quibus aliæ Prouinciæ, aut Prouinciales, Conuentus, & Fratres dicti Ordinis Eremitarum S. Augustini, & præsertim quibus dicta Prouincia Castellæ, eiusque Prouincialis, atque Conuentus, & Fratres, vti, frui, potiri, & gaudere solent, & possunt, ac poterunt quomodolibet in futurum (salua regulari eorumdem Fratrum Recollectorum Discalceatorum obseruantia) vti, frui, potiri, & gaudere possint, & valeant, concedimus, & indulgemus.

Eamque, nec non Priorem Prouincialem, Conuentus, & fratres iurisdictioni, correctioni, & reformationi Prioris Generalis [illegible] Ord. Eremitarum S. Augustini immediate subijcit, & supponit.

§. 6. Hanc autem Prouinciam S. Augustini Fratrum Recollectorum Discalceatorum Hispaniarum, eiusqueP riorem Prouincialem, Conuentus, & Fratres nunc, & pro tempore existentes, iurisdictioni, visitationi, correctioni, & reformationi dilecti filij Prioris generalis totius Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Augustini immediatè subijcimus, & supponimos, ac ab ipsomet Priore Generali personaliter visitari, & reformari posse, qui Prior Generalis in visitatione huiusmodi vnum Diffinitorem eorumdem Fratrum Recollectorum, ex antiquioribus, & alterum religiosum magis idoneum ex eisdem Fratribus Recollectis, qui illum de statu totius Prouinciæ S. Augu-

stini

ßimi huiusmodi informare poßint, & debeant, assumere teneatur.

Cum prohibitione tamen concedendi aliquam exceptionem, aut libertatem Fratribus Recollectis aut eorundem constitutionibus derogandi.

§. 7. Verumtamen ipsum Priorem generalem neque ante, neque post huiusmodi visitationem, neque in ipso actu visitationis ipsis Fratribus Recollectis aliquam exemptionem, aut libertatem concedere, neque cõstitutionibus, & regularibus institutis eiusdem Prouinciæ S. Augustini derogare, sed illorum transgressores castigare, ac pœnis in eisdem constitutionibus inflictis afficere posse.

Vel aliquem non professum, Recollectorum habitum induendi sub excommunicationis maioris Pœna.

§. 8. Insuper neminem, qui professionem per eosdem Fratres Recollectos Discalceatos emitti solitam, non emiserit, eorum habitum sub excommunicationis maioris pœna induere posse.

Huiusmodi habitu indutũ à quoquam priuari posse decernit.

§. 9. Et si quem non professum huiusmodi eo habitu indutum reperiri contingat, ipso habitu exul, & priuati à quocumque licitè posse.

Transitum à Discalceatis ad calceatos, siue ad alium laxiorẽ Ordinem interdicit.

§. 10. Neque etiam cuicumque Fratrum Recollecto Discalceato professo ad Fratres calceatos eiusdem Ordinis, siue ad quemcumque alium Ordinem laxiorem sinè speciali Sedis Apostolicæ licentia transire licitum esse; & secus facientes, pœnas per Apostolicas constitutiones, & regularia eiusdem Ordinis instituta inflictas, eo ipso incurrere.

Aliter iudicandi potestatem subtrahit.

§. 11. Sicque, & non aliter per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac Sedis Apostolicæ Nuncios, etiam de latere Legatos iudicari, & diffiniri debere; ac irritum, & inane quidquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus, & ordinamus.

Prouinciam quã prędictam in alijs præter hic expressa iuxta eiusdem instituta, & constitutiones gubernari debere statuit.

§. 12. Cæterum circa alia, quæ præsentibus non sunt expressa, Prouinciam prædictam S. Augustini, eorumque Conuentus, & Fratres iuxta regularia instituta, & constitutiones in Capitulis Prouincialibus eiusdem Prouinciæ canonicè faciendas, gubernari debere statuimus.

Executores huius Sanctionis deputat.

§. 13. Quo circa prædicto Dominico Archiepiscopo, nunc, & pro tempore existenti nostro, & Apostolicæ Sedis in eisdem Regnis Hispaniarum Nuncio, ac Venerabili fratri Archiepiscopo Toletano, necnon dilecto filio Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ generali Auditori per præsentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios, præsentes litteras, & in eis contenta quæcumque, vbi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte dictorum Prouincialis, & Fratrum Recollectorum Prouinciæ S. Augustini fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant, auctoritate nostra, præmissa omnia, & singula inuiolatè perpetuò obseruari, & Prouincialem, & Fratres dictæ Prouinciæ S. Augustini eorumdem præmissorum effectu pacificè frui, & gaudere; non permittentes, eos desuper à quoquam quauis auctoritate quomodolibet indebitè molestari; contradictores quoscumque per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia appellatione postposita compescendo, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis.

Cõtraria remouet.

§. 14. Non obstantibus fel. rec. Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri de vna, & in Concilio generali edita de duabus dictis, dũmodo vltra tres dietas aliquis auctoritate præsentium ad iudicium non trahatur; alijsque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis ac eiusdem Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini, & dictæ Prouinciæ Castellæ, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis eidem Ordini, ac Prouinciæ, nec non Generali, Prouinciali, cæterisque personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & alijs decretis in genere, vel in specie, ac aliàs in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, & confirmatis, & approbatis; Quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum inserentur, præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Dat. Romæ die 11. Februarij.

Dat. Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die 11. Februarij 1602. Pontificatus nostri Anno vndecimo.

Postea d. Prouinciam S. Augustini ob numerũ Conuentuũ in plures Prouincias diuidi posse, ac expedire, vt gubernaretur ab vno illius Vicario Generali exposuerunt huic Pont.

§. 15. Subinde verò pro parte tunc existentis Procuratoris generalis eiusdem Congregationis Nobis exposito, quòd numerus domorum, seu conuentuum, & aliorum regularium locorum dictæ Prouinciæ Sancti Augustini ita (benedicente Domino) excreuerint, vt Prouincia S. Augustini in plures Prouincias diuidi possit, & si dictæ Congregationis

tionis futurum foret, si illa de cætero per vnû illius Vicariû gen. regeretur,& gubernaretur.

Qui diuisionem dictarum Prouinciarum arbitrio Card. Saulij d. Ordinis Protectoris.

§.16. Nos supplicationibus eiusdem Procuratoris generalis nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati,dilectis filijs nunc existenti Priori Prouinciali , ac alijs Superioribus,& Fratribus dictæ Congregationis, prædictam S. Augustini in plures Prouincias,prout domorum, Conuentuum, & aliorum regularium locorum opportunitas suasisset,arbitrio tamen Venerabilis fratris nostri Antonij Episcopi Ostiensis , Cardinalis Saulij nuncupati,dicti Ordinis apud Nos, & Apostolicam Sedem Protectoris,diuidere .

Electionemque Vicarij Gen. eiusdé Congreg. sine præiudicio tamen superioritatis Prioris Gen. d. Ordinis fieri posse indulget.

§.17. Nec non vnum Vicarium generalem eiusdem Congregationis , qui ipsi Congregationi præesset , eamque regeret , & gubernaret, canonicè eligere , liberè , & licitè possent; ita tamen , vt nullatenus præiudicarent superiorati , & auctoritati Prioris generalis dicti Ordinis , sed eidem Vicarius Prouincialis , & Fratres Discalceati prædicti subiecti remanerent in omnibus, & per omnia sicut prius erant , Apostolica auctoritate licentiam, & facultatem concessimus , & impartiti sumus , prout in nostris in simili forma Breuis sub die 5. Iunij 1621. expeditis litteris , quarum tenores præsentibus pro expressis haberi volumus,pleniùs continetur.

Prædicti Card. mādato celebratum fuit Capitulum gen.

§.18. Cum autem, sicut accepimus prædictus Antonius Episcopus , & Cardinalis in vim , & executionem litterarum nostrarum huiusmodi , Capitulum generale desuper celebrari mandauerit , & dilectum filium Gabrielem de Conceptione eiusdem Congregationis Procuratorem generalem,in huiusmodi Capituli generalis Præsidentem elegerit, constituerit, & deputauerit,dans illi auctoritatem diuidēdi Prouincias, prout Capitulo generali prædicto expedire visū fuisset; prout in ipsius Antonij Episcopi, & Card. desuper confectis patentibus litteris pleniùs dicitur contineri .

In quo Prouincia S. Aug. in quatuor Prouincias diuisa fuit. Et Vic. Gēn. Prouinciales[q]; dictarũ Prouinciarũ & alij Officiales necessarij electi fuerunt.

§.19. In Capitulo autem generali huiusmodi dilectus filius Hieronymus de Resurrectione,ipsius Congregationis professor,in eiusdem Congregationis Vicarium generalem electus fuerit , ac prædicta S. Augustini in quatuor Prouincias , videlicet S. Augustini in Regnis Castellæ nouæ, & veteris,B. Mariæ de Pilar in Regnis Aragoniæ, & Cathaloniæ, Beati Thomæ de Villanoua in Regnis Valentiæ, & Bethicæ, ac S. Nicolai de Tolentino in Indijs Philippinis diuisa , necnon quatuor Prouinciales, aliq; Officiales necessarij electi.

Postmodū in Capitulo mul- a edita fuerunt decreta prout infra.

§.20. Et postmodum pro felici, ac prospero ipsius Congregationis regimine , & progressu constitutiones, & decreta edita respectiuè fuerint, tenoris subsequentis videlicet.

De Officialium electione, & vbi facienda.

§.21. Quòd omnes electiones tam Vicarij generalis, Diffinitorum , Procuratorum generalium Romanæ Curiæ, ac Regiæ , & Secretarij generalis, quàm Priorum Prouincialium , & Conuentuum, Rectorumque Collegiorum, fiant in Capitulis generalibus tam ex præsentibus , quam ex absentibus Congregationis .

De Vicarij Generalis in totam Cōgregationem auctoritate.

§.22. Item, quòd Vicarius generalis toti Congregationi præsit, eamque regat , atque gubernet cum omnimoda potestate, sicut habet Reuerendissimus Generalis in toto Ordine tam ex iure, quā ex priuilegijs,sine tamen præiudicio eiusdem Patris Generalis,& facultatum sibi in dictam Congregationem concessarum, & competentium .

De duratione officij Vicarij Generalis.

§.23. Quòd officium, & potestas Vicarij generalis per sex annos duret , quibus finitis , eo ipso illius potestas, & auctoritas absque alia renunciatione expiret, & nouus Vicarius generalis eligatur, & nisi intermisso alio sexēnio , iterum in Vicarium generalem non eligatur .

De Præsidēte Capituli generalis.

§.24. Item, quòd Diffinitor primus omnibus Capitulis generalibus dictæ Congregationis, quando eligendus est nouus Vicarius generalis præsideat vsque ad electionem noui Vicarij generalis .

De Diffinitoribus.

§.25. Quòd non fiant Diffinitores Prouinciales, sed tantum quatuor Diffinitores generales , singuli ex singulis Prouincijs , quorum consilio,& interuentu ipse Vicarius generalis, vti debeat tum in grauioribus controuersijs , causis , & appellationibus vniuersæ Congregationis,& singulorum Fratrum expediēdis , tum in Prouinciarum , singulorum Monasteriorum, & domorum reformatione, ac singulari obseruantia dirigenda .

De Vicarij Gen. ac Diffinitorum generalium potestate.

§. 26. Item, quòd Vicarius generalis sine consilio,& consensu Diffinitorũ generalium nullum Religiosum ad pœnas grauissimas,vel priuationem habitus,& alia huiusmodi condemnare possit .

De negocijs, singulis quibusque mensibus expediendis.

§. 27. Item , quòd Vicarius generalis ad minus singulis sex mensibus conuocare , & congregare debeat quatuor Diffinitores generales ad discernendas , & iudicandas causas Fratrum, & Conuentuum , & ad tractandum de statu, & reformatione totius Congregationis, & officia tunc temporis vacantia prouidenda , quæ vsque ad proximum Capitulum generale perdurabunt .

De Diffinitorum Generalium, Priorumque Prouincialium duratione.

§. 28. Item, quòd Diffinitores generales,& Priores Prouinciales triennales sint, & in eisdem, vel similibus officijs,nisi transacto altero triennio,eligi non possint.

§. 29. Item, quòd Priores Conuentuum ,

ac

ac Rectores Collegiorum, Procuratores, & Secretarij Prouinciales etiam durent ad tres annos, & nisi intermisso anno cum dimidio, in eisdem vel similibus officijs eligi non possint, nisi nouem Patribus Diffinitorij generalis, pro altero triennio eligi, cõuenire videbitur.

De Priorum, Rectorum, Procuratorum, & Secretariorum Prouincialium duratione.

§.30. Item, quòd Secretarij, & Procuratores generales tàm Curiæ Romanæ, quàm Regiæ, etiam durent ad tres annos nisi Pater Vicarius generalis, & Diffinitores generales esse conueniens iudicauerint, vt pro altero triennio eligantur.

De Secretariorum, & Procuratorum Generalium duratione.

§.31. Item, quòd Capitulum generale Congregationis tertio quoque anno celebretur Dominica tertia post Pascha Resurrectionis, illudque in singula triennia indicendum, & conuocandum Vicarius generalis curam habeat.

De Capituli generalis celebratione.

§.32. Atque in eodem Capitulo singulis trienijs noui Diffinitores generales, Priores prouinciales, & Conuentuales, Rectores Collegiorum, Procuratores generales, ac Secretarius generalis, necnõ Procuratores, & Secretarij Prouinciales eligantur, sicque sexto quoque anno in Capitulo generali nouus Vicarius generalis eligi debeat, qui statimcõfirmetur à Præsidente Capituli absq; præiudicio constitutionis faciendæ à Patre Generali.

De Officialium in d. Capitulo eligendorum numero.

§.33. Item, quòd ad Capitulum generale dictæ Congregationis conuenire teneantur præter Vicarium generalem præsentem, & absolutum illius sexennij tantum, quatuor Diffinitores generales, Procurator generalis Regiæ Curiæ, & Secretarius generalis, & ex vnaquaque Prouincia Prouincialis cum Diffinitore, & Discreto; electio in Capitulis Prouincialibus, quæ fieri debeant suo tempore infra vltimum annum triennij, antequam celebretur Capitulum generale, qui omnes solummodo vocem habebunt ad eligendum Vicarium generalem, quatuor Diffinitores generales, Secretarium, ac Procuratores generales, & Priores Prouinciales.

De ijs, qui comparere debent ad Capitulum generale, Ac habentibus vocem in electione Vicarij generalis.

§.34 Item quòd ad eligendum Priores Conuentuum, Rectores Collegiorum, Procuratores, ac Secretarios Prouinciales solùm conueniant, & habeant vocem nouem Patres, scilicet Vicarius generalis præsens, & absolutus illius sexennij, quatuor Diffinitores generales absoluti, & Prouincialis absolutus illius trienij simul cum Diffinitore, & Discreto illius Prouinciæ, cuius officio fuerint, quæ prouidenda sunt, quia maiorem notitiam habebunt de statu Prouinciarum.

De his, qui habẽt vocem in electionibus Priorum, Rectorum, Procuratorum, & Secretariorum Prouincialium.

§.35. Item, quòd si Vicarius generalis ante finitum tempus sui muneris à vita migrauerit, vel ab officio amotus fuerit, Vicarius absolutus, & eo deficiente, Prouincialis, in cuius Prouincia mortuus fuerit, toti Congregationi præsideat, locum, & potestarem Vicarij generalis habeat vsque ad Dominicam tertiam post Pascha Resurrectionis proximè futuram, in qua celebrari faciat Capitulum generale pro electione noui Vicarij generalis, & tunc nouiter electus, munus suum exerceat non solùm vsque ad Capitulum, in quo faciendæ sunt omnes electiones, sed etiam per sequens triennium.

De eo, quod agendum est in casu mortis Vicarij generalis, vel absolutionis ab Officio ante expletum tempus sui muneris.

§.36. Item, quòd si Vicarius generalis irreligiosè vixerit, vel in sui officij administratione malè se gesserit, ad Diffinitorium generale in Capitulis generalibus eius culpas corrigere, & castigare pertineat.

De pœnis Vicario Generali irreligiose viuenti, aut malè administranti infligendis.

§.37. Itẽ, quod Priores prouinciales (durãte suo officio) eam auctoritatem, & potestatem habeant in tota Prouincia, quam cæteri Prouinciales habere consueuerunt, dũmodo Institutis dictæ Congregationis non aduersentur, vel à Capitulo generali eius potestas non fuerit limitata.

De auctoritate Priorum Prouincialium in tota Prouincia, durante suo officio.

§.38. Item, quòd in Prouincia Indiarum Philippinarum propter magnam loci distantiam in suis Capitulis prouincialibus, quæ fieri debent singulis triennijs, eligantur Prouinciales, quatuor Diffinitores prouinciales, Priores Conuentuum, & alij officiales, qui in similibus Capitulis Prouincialibus eligi solent, nisi aliter aliquando Capitulo generali videbitur expedire, seruata semper constitutione generali totius Congregationis.

De Officialibus in Prouincia Indiarum Philippinarum eligendis.

§.39. Item, quòd nullus Religiosus laicus totius Congregationis possit ascendere ad aliquem Ordinem, neque ad Clericatum absque licentia Summi Pontificis, sed quòd semper maneat in sui professione.

De laicis Congregationis ad Ordines, seu Clericatum non promouendis.

§.40. Nos ad vberes, & suaues fructus, quos eiusdem Congregationis professores in militanti Ecclesia in dies afferunt, paternæ dirigentes considerationis intuitum, & vt eadem Congregatio maioribus proficiat incrementis, ac omnia, & singula præmissa ab omnibus, ad quos spectat, firmiter, & inuiolabiliter obseruentur, quantum cum Domino possumus, prouidere, ac Gabrielem, & Fratres prædictos specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs censuris, & pœnis à iure vel ab homine, quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præmissorum dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutas fore censentes Motu proprio, & ex certa scien-

Nunc iste Pont. electionem Vicarij Generalis, dispositionem præmissorum, ac decreta præinserta omnia approbat, & confirmat, suppletque defectus desuper interuentus.

ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, electionem Vicarij generalis, ac diuiſionem Prouinciarum in Capitulo generali, vt ſupra factas, necnon conſtitutiones, decreta præinſerta huiuſmodi, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illiſque inuiolabilis Apoſtolicę firmitatis robur adijcimus; ac omnes, & ſingulos tàm iuris, quàm facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet interuenerint, ſupplemus.

Ac prædictas quatuor prouincias, in vnam prouinciam S. Augustini nuncupandam (quatenus opus ſit) de nouo erigit, & instituit.

§. 41. Et inſuper has quatuor Prouincias, ſic, vt præfertur, diuiſas, in vnam Congregationem Fratrum Diſcalceatorum S. Auguſtini nuncupandam, & per vnum illius Vicarium generalem, modo, & forma præmiſſis, regendam, & gubernandam, cum omnibus, & ſingulis priuilegijs, facultatibus, & indultis eiſdem Fratribus tam in genere, quàm in ſpecie, ac aliàs quomodolibet tàm per Nos, quàm per alios quoſcumque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros conceſſis, auctoritate, & tenore prædictis de nouo, quatenus opus ſit, erigimus, & inſtituimus.

Priuilegia confirmat, a. gratijs, & indultis alijs fratribus S. Augustini conceſſis ipſos gaudere pari modo indulget.

§. 42. Nec non eiſdem Fratribus Diſcalceatis, vt omnibus, & ſingulis priuilegijs, gratijs, & indultis tàm ſpiritualibus, quàm temporalibus, dummodo ſint in vſu, & non ſint reuocata, neque ſub aliquibus reuocationibus comprehenſa, ac ſacri Concilij Tridentini decretis, & conſtitutionibus Apoſtolicis non aduerſentur, & quibus alij Ordinis Sancti Auguſtini Fratres vtuntur, potiuntur, & gaudent, pari modo vti, potiri, & gaudere liberè, & licitè valeant, auctoritate, & tenore prædictis concedimus, & indulgemus.

Clauſulas præſeruatiuas addit.

§. 43. Decernentes, præſentes litteras validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſq; plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere; ac Congregationi, & Fratribus prædictis in omnibus, & per omnia pleniſſimè ſuffragari.

Ac ita, & non aliter diffiniri ſtatuit.

§. 44. Sicque ab omnibus cenſeri, & ita per quoſcumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores iudicari debere, ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contraria aufert.

§. 45. Non obſtantibus omnibus illis, quæ in dictis litteris conceſſa ſunt non obſtare, cæteriſque contrarijs quibuſcumque.

Transſumptis credi præcipit.

§. 46. Volumus autem, quòd præſentium tranſumptis etiam impreſſis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides vbique adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. P. A. die 31 Auguſti.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem ſub Annulo Piſcatoris die 31. Auguſti 1622. Pontificatus Noſtri Anno II.

XXXVII.

Declaratio, & approbatio Priuilegiorum Notarij Venerabilis Archiconfraternitatis Caritatis de Vrbe circa tranſmiſſiones Commiſſariorum in cauſis extra Vrbem, ac regiſtrationem Compoſitionum, libertationum, ac quarumcumque gratiarum à Sacra Conſulta conceſſarum.

Approbationem huius Confraternitatis, cum alijs Conſtitutionibus ipſius materiam tangentibus, videre poteris in Leo. X. Conſt. 37. Illius, ſup. tom. 1. pag. 527.

Edita A.D. 1622.

GREGORIVS PAPA XV.

Ad futuram rei memoriam.

Proœmium

Exigit creditum Nobis deſuper Apoſtolicæ ſeruitutis officium, vt ad ea per quæ litibus, & controuerſijs inter Chriſtifideles quoslibet, præſertim in Alma Vrbe noſtra degentes, vertentibus occurritur, libenter intendamus, ac deſuper eiuſdem officij partes fauorabiliter interponamus, prout conſpicimus ſalubriter expedire.

Priuilegium circa commiſſiones cauſarum extra Vrbem, & aſſignatione Notariorum emanatum per nobilis decreta.

§. 1. Cum itaque, ſicut accepimus, propoſita aliàs ſub die 10. Decembris Anni Domini M.DCXXI. In Congregatione Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotijs Status noſtri Eccleſiaſtici Præpoſitorum, cauſa priuilegiorum Archiconfraternitatis Sancti Hieronymi Caritatis nũcupat. de Vrbe, inter cætera ſub die 9. Martij præſentis Anni decretũ fuerit, quòd Commiſſarij, ſiuè per litteras in ſimili forma Breuis à Romano Pontifice pro tempore exiſtente, ſiuè per litteras patentes eiuſdem Congregationis tranſmiſſi, teneantur aſſumere Notarium dictæ Archiconfraternitatis, quòdque in poſterum non committantur cauſæ alicui Tribunali, niſi poſt tranſmiſſionem Commiſſariorum, & viſo proceſſu per eos fabricato: & poſtmodum Venerabilis frater noſter Octauius Epiſcopus Præneſtiſi Bandinus, & dilectus filius noſter Petrus Paulus tit. Sanctorum Nerei, & Achillei, Presbyter Cardinalis Creſcentius nuncupati, à Nobis in omnibus controuerſijs occaſione præmiſſorum ortis, & oriundis ſpecialiter deputati, infraſcripta decreta ediderint, tenoris ſubſequentis videlicet. Sanxerunt, quòd ad ſingulos infraſcriptos Commiſſarios iam tranſmiſſos, amotis

emotis Notarijs aliorum Tribunalium, quos ipsi secum duxerunt, accedant Notarij officij Caritatis, qui apud eos in commissionibus scribant cum perceptione viaticorum, & aliorum solitorum emolumentorum à die quo istæ Commissiones inceperunt, videlicet Ad Bulgatellum in causa Saxoferrati vulnerum, in alia Britonoriensi exemptionis è manibus Curiæ, & in tertia Assisiensi homicidij de Sorbellis, pro quibus secum duxit iuuenem ex officio Lucæ de Carolis Aud.Cam.Notarij. Et ad Colangelum, qui pariter ducto secum alio iuuene ex officio eiusdem Lucæ de Carolis, Beneuentum profectus est in causa Beneuentana homicidij. Præterea statuerunt, quòd nullatenus censeatur illatum aliquod præiudicium priuilegijs Caritatis circa transmissionem Notarij cum Commissarijs, tàm per Breue, quàm per literas S.Consultæ hactenus expeditis, etiamsi constaret huiusmodi Commissarios aliquando secum duxisse alium Notarium, quàm Notarium officij Caritatis.

Aliud Priuilegiū circa gratias à S. C. concedendas.

§.2. Insuper decreuerunt, quòd registrentur in actis Notarij Caritatis iuxta morem consuetum saluiconductus, atresta, compositiones, transactiones, liberationes, & gratiæ quæcumq; remigantibus, alijsuè personis faciēdæ per S. Consultā cū omnibus scripturis ad prædicta facientibus, nisi tamē causæ reorū, quorum occasione præmissa facienda sunt, reperiantur introductæ in Tribunali Auditoris Cameræ; aliàs omnia, & singula præmissa per alium Notarium rogata, & registrata respectiuè, nulla sint.

Pont. modo approbat Decreta Sód. Priuilegiorum.

§.3. Nos inuiolabili decretorum huiusmodi obseruationi, quantum cum Domino possumus, prospicere volentes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, decreta prædicta Apostolica auctoritate tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illisq; inuiolabilis Apostolicæ firmitatis robur adijcimus.

Iubetq. illa obseruari.

§.4. Decernentes, præsentes litteras, & in eis contenta quæcumq; ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore quomodolibet spectabit, inuiolabiliter obseruari.

Sublata aliter iudicādi potestate.

§.5. Sicque & non aliter per quoscumq; Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores vbiq; iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrarijs derogando. Dat. Pōt. An. Secundo die 29. Septemb.

§.6. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisq; contrarijs quibuscumque. Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die 29. Septembris M. DCXXII. Pontificatus nostri Anno Secundo.

Publicatio.

Die Lunæ 10. Octobris 1622. Huiusmodi Breue Apostolicum fuit in Camera Apostolica præsentatum, & die Veneris vigesimaprima eiusdem Mensis, referente Admodum Illustr. & Reuerendiss. D. Federico Cornelio dictæ Cameræ Clerico & Iudice, citato etiam ad hoc Reuerendiss. D. Antonio Cicalotto Cameræ prædictæ generali Commissario, Camera ipsa illud admisit, & in libris eiusdem Cameræ registrari mādauit, prout per me eiusdem Cam. Notarium infrascriptum, registratum fuit in libro diuersorum nuncupato, fol. 52. & in fidem, &c. *Astulphus de Taranis.*

XXXVIII.

Extinctio Curæ Animarum Parochialis Ecclesiæ Sancti Nicolai in Agone incumbentis, eiusdemque applicatio Parochialibus Ecclesijs circumuicinis; ac ipsius Ecclesiæ cum Cameris Rectoralibus, & vniuersa suppellectili tàm sacra, quàm profana concessio Confraternitati sub inuocatione SS. Nicolai, & Catherinæ Nationis Lotharingorum, antea in Cappella ipsorum Sanctorum nominibus dedicata in Ecclesia S. Ludouici de Vrbe Nationis Gallicanæ, ad pia opera exercenda institutæ.

Fructus omnes ac redditus huius Ecclesiæ (prater venientes ex exercitio Parochiali) appropriantur in §.11. duobus Canonicatibus ac totidem Præbendis antea erectis in Ecclesia S. Laurentij in Damaso, ex alijs redditibus Ecclesiæ Parochialis S. Cæciliæ de Monte Iordano nuper suppressæ, & Clericis de Oratorio Vrbis traditæ pro dilatatione Sacristiæ ac Domus vt supra Const. 12. Cū vbires, &c.

Edita A.D. 1622.

GREGORIVS EPISC. SERVVS SERV. DEI *Ad perpetuam rei memoriam.*

Causa huius Constitutionis.

DVm ad sacram beati Petri Sedem inscrutabili superni Patris prudentia, in plenitudinem potestatis, meritis licèt imparibus assumpti, mentis nostræ dirigimus aciem erga grata, & accepta synceræ fidei, & propensæ deuotionis obsequia, quæ inter cæteras vniuersi Orbis ad Almam Vrbem nostram confluentes & in conspectu nostro degentes Nationes Dilecti filij Lotharingi veteris Austrasiæ Regni genus in Romana Curia pro illius, & Sedis Apostolicæ decore iam ab immemorabili ferè tempore eximia etiam integritate, & indefessa sedulitate præstare consueue-

fueuerunt, dignum; quin potius debitum arbitramur, vt eorum preces, illæ præsertim, quæ prodire dignoscuntur ex intimo deuotionis affectu, quem erga gloriosum Dei Confessorem Beatum Nicolaum Episcopum Lotharingiæ, vt accepimus, & Barriducis Ducatuum Protectorem, & Tutelarem gerunt apud Nos, & dictam Sedem, ad exauditionis gratiam benignè admittantur; ipsiq; locum opportunum, & congruum pro eorum Confraternitatis, & spiritualium exercitiorum commoditatibus in dicta Vrbe ad instar aliarum Nationum in ea versantium, ex nostra, & eiusdem Sedis munificentia, & liberalitate, dictorum obsequiorum intuitu, & aliorum meritorum, quibus abundè eos ornatos esse Nobis constat, contemplatione consequantur.

Vacare Pont. vacare Parochialem Ecclesiam S. Nicolai in Agone per obitum illius Rectoris, quæ ab Ecclesia S. Laurentij in Damaso tamquam eius Matrice dependet.

§. 1. Cum itaque Parochialis Ecclesia sancti Nicolai in Agone nuncupati de Vrbe, quæ ab Ecclesia sancti Laurentij in Damaso de dicta Vrbe tamquam eius Matrice dependet, & illi immediatè subiecta est, cuiusq; dum pro tempore vacat, collatio, & omnimoda dispositio ad pro tempore existentem eiusdem Sancti Laurentij Diaconum, seu Presbyterum Cardinalem spectat; & quam quondam Ioannes Baptista Bellobonus ipsius Ecclesiæ Sancti Nicolai Rector, dum viueret obtinebat: per obitum ipsius Ioannis Baptistæ, qui hodie, seu nuper in dicta Curia diem clausit extremum, vacauerit, & vacet ad præsens.

Ac ei supplicatum fuisse a Confratribus Confraternitatis sub inuocatione SS. Nicolai & Catherinæ Nationis Lotharingiæ olim in vna Capella Ecclesiæ S. Ludouici Nationis Gallicanæ institutæ, vt eidem Confraternitati ipsam Ecclesiam S. Nicolai prædicta cura animarum translatione pro eorū commoditate concedere velit.

§. 2. Et sicut exhibita Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum modernorum Rectorum, & Confratrum Confraternitatis eiusdem Sancti Nicolai Lotharingorum petitio continebat, dicta Ecclesia Sancti Nicolai septuaginta domos, seu familias, vel circa dumtaxat sub sua cura, & Parochia habeat, & ad exercitium curæ animarum dilectorum filiorum illius Parochianorum, & officiorum, ac onerum Parochialium valdè angusta, & obscura existat, & in actu illius visitationis præteritis annis facta pro tali habita, & relata fuerit, dictique Parochiani, qui numerum quadringentorum & nonaginta, vel circa non excedit, pro Missis, & alijs diuinis officijs audiendis passim ad alias vicinas Ecclesias accedere consueuerint, & proinde expediat ipsam animarum curam inde ad aliquam, seu aliquas ex vicinis commodioribus Parochialibus Ecclesijs transferre, & dictam Ecclesiam Sancti Nicolai alicui Congregationi, seu Confraternitati, cuius cura in decenti statu construetur, & diuinus in ea cultus manuteneatur, concedere. A longo tempore verò quamplurimi honestæ conditionis viri ex Lotharingiæ, & Barri Ducatibus oriundi in præd. Curia cum multa tum fidei, & probitatis, tum etiam pietatis, ac propensæ erga Sedem prædictam deuotionis laude versati fuerint, & eorum multi diuersis Datariæ, & Cancellariæ Apostolicæ muneribus, & officijs secundæ peritiæ, fidelitatis, & integritatis fama præfuerint, continuòque, & etiam nunc in ipsa Curia nonpauci ex dictis Ducatibus reperiantur, qui antecessorum suorum vestigijs sedulò insistentes, parem cum eis laudem promoueri indefessi animi, & corporis studio felici æmulatione contendant, & qui præcesserunt, perpetuum pietatis, & religionis sui monumentum posteris relinquere volentes; vnam vtriusq. sexus Christifidelium ex eiusdem Ducatibus oriundorum Confraternitatem sub inuocatione SS. Nicolai, & Catherinæ in Cappella eiusdem Sancti Nicolai in Ecclesia S. Ludouici Nationis Gallicanæ de eadem Vrbe sita, Apost. auctoritate erigi, & institui obtinuerint, & Cōfratres ipsius Confraternitatis pro tempore existentes inter alia pietatis opera per eos exerceri solita, pauperes puellas dotare, & egenos ad dictam Vrbem ex eiusdem Ducatibus pro tempore accedentes eleemosynis iuuare, dictaque Cappella, quæ marmoreis lapidibus, & picturis insignibus eleganter ornata, ac Cruce, & candelabris argenteis, aliaque supellectili sacra abūdè instructa est, per duos Capellanos, constituto eis menstruo salario competenti in diuinis deseruiri facere consueuerint; aliquem verò locum nec in dicta Ecclesia S. Ludouici, illiusque Sacristia, & ædificijs, nec alibi habeant, in quo pro negotijs dictæ Confraternitatis pertractandis congregari possint, & ex hoc non leue incommodum experiantur; Rectores autem & Confratres prædicti speciali deuotionis affectu erga ipsum Sanctum Nicolaum, quem vti Tutelarem, & Patronum omnis Lotharingiæ Prouincia insigni veneratione cultu prosequitur, permoti, dictam Ecclesiam S. Nicolai, præcedente translatione Curæ animarum huiusmodi, Confraternitati prædictæ concedi summopere desiderent, & ex hoc dictæ Confraternitatis commodis, & ipsius Ecclesiæ S. Nicolai manutentioni, & ornatui, diuinique cultus in ea augmento opportuna ratione consultum futurum sit.

Et negotio prudenter discusso à Card. Vice Cancellario, d. Ecclesiam concedendā censuit applicatis tamen prius ipsius emolumentis duobus Capellanis, & duobus presbyteris nuper in Eccl. Sancti Laurent. erectis.

§. 3. Et Venerabilis frater noster Alexander Episcopus Albanen. Cardinalis Montaltus nuncupatus à S. R. E. Vicecancellarius negotio ipso prius de eius mandato maturè, & prudenter discusso, ad traslationem curæ animarum, & concessionem Ecclesiæ Sancti Nicolai huiusmodi vtiliter deueniri posse iudicauerit, illisque ipse (dummodo tamen bona, & proprietates, ac fructus, redditus, prouentus,

tus, iura, obuentiones, & emolumenta vniuersa eiusdem Ecclesiæ Sancti Nicolai duobus Canonicatibus, & totidem præbendis nuper in dicta Ecclesia S. Laurentij Apostolica auctoritate erectis, vt infra applicentur) consentire proposuerit.

Nunc verò parr. ab Ecclesia S. Nicolai curam animarũ aliaq. onera & officia paro chialia omnia ab dicat.

§. 4. Quare pro parte Rectorum, & Confratrum huiusmodi asserẽtium, fructus, redditus, & prouentus dictæ Ecclesiæ Sancti Nicolai centũ, & quinquaginta ducatorum auri de Camera secundum communẽ existimationem, valorẽ annuum non excedere, Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus eis in præmissis opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui dudum inter alia voluimus, quòd petentes beneficia Ecclesiastica alijs vniri, tenerentur exprimere verum valorem secundum existimationem prædictam etiàm beneficij, cui aliud vniri peteretur; alioquin vnio huiusmodi non valeret; & semper in vnionibus commissio fieret ad partes vocatis quorum interesset, Idemque obseruaretur in quibusuis applicationibus de quibusuis fructibus, & bonis Ecclesiasticis; quique diuini cultus, ac piorum operum studio incumbentium propagationẽ, & incrementum, præsertim in Alma Vrbe nostram vigere synceris exoptamus affectibus, ipsos Rectores, ac Confraternitatis huiusmodi singulares personas à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab omine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existant ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, ex nunc à dicta Ecclesia S. Nicolai, siue præmisso, siue alio quouis modo, aut ex alterius cuiuscumque persona, seù per liberam resignationem dicti Ioannis Baptistæ, vel cuiusuis alterius de illa in dicta Curia, vel extra eam etiam coram Notario publico, & testibus sponte factam, aut Constitutionem fel. rec. Ioannis Papæ XXII. Prædecessoris nostri, quæ incipit Execrabilis; vel assecutionem alterius beneficij Ecclesiastici quauis auctoritate collati vacet, etiamsi tanto tempore vacauerit, quòd eius collatio iuxta Lateranẽ statuta Concilij est ad Sedem prædictã legitimè deuoluta, ipsaque Ecclesia Sancti Nicolai dispositioni Apostolicæ specialiter, vel generaliter reseruata existat, & super ea inter aliquos lis, cuius statum præsentibus haberi volumus pro expresso, pẽdeat indecisa, omnimodam curam animarum parochianorum huiusmodi, ac officia, & onera parochialia illi quomodolibet incumbentia, illorumque ius, & exercitium vniuersum Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuò abdicamus.

Abdicataq prædicta ad alias parochiales Eccl. arbitrio d. Cardinalis cum suis iuribus transfert.

§. 5. Sicque abdicata ad aliquam, seù aliquas parochiales Ecclesias circumuicinas arbitrio dicti Alexandri Episcopi, & Cardinalis, itaquòd ipsius Ecclesiæ Sancti Nicolai nunc, & pro tempore existentes deinceps in perpetuum ad Ecclesiam, seù Ecclesias, ad quam, seù quas illos transferri contigerit, tamquam propriam, seù proprias eorum parochialem Ecclesiam, seù parochiales Ecclecas pro Missis, & alijs diuinis officijs audiendis, ac Sacramentis Ecclesiasticis percipiendis tamquam veri, certi, & indubitati eius seù earum parochiani accedere, & ad curam animarum in Ecclesia, seù Ecclesijs, ad quam, seù quas translati fuerint huiusmodi, canonicè deputatum, seù deputatos Rectorem, seù Rectores pro tempore, vti verum, & proprium Parochum, seù veros, & proprios Parochos recognoscere, & obseruare, ac illi, seù illis debitam obedientiam, & reuerentiam exhibere, ac iura parochialia, & consueta, præstare debeant, & teneantur, dicta auctoritate Apostolica etiam perpetuò transferimus.

Ac den ominationẽ & tit. parochiale d. Ecclesia supprimit.

§. 6. Et in ipsa Ecclesia Sancti Nicolai nomenti, tulum, & denominationem, ac essentiam parochialis Ecclesiæ illiusq. Rectoris, similiter pppetuò supprimimus, & extinguimus.

Ipsam verò Ecclesiã sic liberam cũ cameris Rectoralibus, aliisq. supellectili omni tam sacra, quam profana assignat, & concedit d. Cofraternitati.

§. 7. Ipsam verò Ecclesiam Sancti Nicolai ab omni cura, officijs, oneribus parochialibus liberam, & exemptam, & de cætero non collatiuam effectam, illiusque cameras Rectorales super ea constructas, ex quibus si locarentur, decem ducati auri de Camera similes, vel circa, vt etiam accepimus, annuatim perciperentur, cum Sanctorum, & quibusuis alijs reliquijs, ac omnibus, & singulis paramentis, & ornamentis, calicibus, crucibus, candelabris, campanis, libris, vasis, vniuersaque alia supellectili tàm sacra, quàm profana, etiam ex auro, & argento, ac alijs rebus quibuscumque in dicta Ecclesia Sancti Nicolai ad præsens existentibus, & ad illius vsum comparatis, prædictæ Confraternitati, itaquòd liceat ipsius Rectoribus, & Confratribus nunc, & pro tempore existentibus, corporalem, & actualem Ecclesiæ Sancti Nicolai, ac camerarum prædictarum possessionem per se, vel alium, seù alios, eorum ac dictæ Confraternitatis nomine propria auctoritate apprehendere, & apprehensam perpetuò retinere,

§. 8. Dictæque Ecclesiæ Sancti Nicolai in

Illiq. à Presb. idoneis, ab ipsis ponendos deseruiri facere.

in diuinis per præsbyteros idoneos à Rectoribus, & Confratribus prædictis nunc, & pro tempore existentibus ponendos, & pro libero, & absoluto eorum arbitrio amouendos, deseruiri facere.

Necnon dilatare, & in aliam formã reducere vt possint indulget.

§. 9. Illamque quotiescumque, & quandocumque illis benè visum fuerit dilatare, & ampliare, immutare, ac etiam in aliam formam reducere.

Quotannis cereũ vnum 4. librarum in festo S. Laurentij d. Card. in signum recognitionis soluere obligat.

§. 10. Ipsi tamen Rectores, & Confratres singulis annis in perpetuum, cereum vnicum ceræ albæ ponderis quatuor librarum die festo Sancti Laurentij dicto Alexandro, & pro tempore existenti eiusdem Ecclesiæ Sancti Laurentij Diacono, seù præsbytero Cardinali in signum recognitionis tradere teneantur, dilecti filij nostri moderni, & pro tempore existentis Vrbis prædictæ Vicarij aut cuiuscumque alterius licentia desuper minimè requisita eiusdem Alexandri Episcopi, & Cardinalis expresso, dilecti verò filij moderni Rectoris, seu dilectorum filiorum modernorum Rectorum Ecclesiæ, seù Ecclesiarũ, ad quam, seù ad quas curam animarum huiusmodi trasferri cõtigerit, ad hoc accedente consensu, auctoritate, & tenore præmissis; vt idem perpetuò concedimus, & assignamus.

Reddituus omnes ac aliaquæcumq. Iura Ecclesiæ d. S. Nicolai (exceptis iis quæ donauit, & concessit d. Confraternitati) duobus Canonic. ad duabus preb. iam erectis in Ecclesia S Laurentij ex fructibus, & reddit. Ecclesiæ parochial. S. Cæciliæ in Monte Iordano olim suppressæ modo applicat, & appropriat.

Huius Eccl. S Cæciliæ suppressionis bullam vide hic sup p. cum vberes

§. 11. Postremò dictis duobus Canonicatibus, & duabus Præbendis nouiter in dicta Ecclesia Sancti Laurentij ex fructibus, redditibus, & prouentibus olim parochialis Ecclesiæ Sanctæ Cæciliæ in Monte Iordano de eadem Vrbe, dictaque Apostolicã auctoritate erectis pro vsu, & augumento distributionum quotidianarum inter dictos duos Canonicatus, & præbendas nouiter erecta, & suo tempore obtinentes, ac horis Canonicis, alijsq; diuinis officijs in dicta Ecclesia Sancti Laurentij suis loco, & tempore intereſſentes, æquis portionibus, & ratis diuidendarum, ita quod vno eorum absente, & non intereſsente, eius portio, & rata alteri præsenti, & intereſsenti tantùm accrescat, & accrescere eo ipso censeatur, omnia, & singula dictæ Ecclesię Sancti Nicolai, & illi annnexorum quotumcumque proprietates, prędia, domos, apothecas, canones, census, rationes, aliaque bona, & iura vniuersa in quibusuis rebus consistentia, & vndecumque prouenientia, ac quomodolibet, & quouis nomine nuncupata, cameris tamen, & bonis mobilibus, alijsque sic vt præmittitur dictæ Confraternitati concessis tantummodò exceptis, quæ sub huiusmodi applicatione, & appropriatione comprehendi, aut venire non debeant, neque etiam censeantur, præuia illorum, quatenus opus sit, ab eadem Ecclesia Sancti Nicolai opportuna dismembratione, & separatione; itaquòd liceat dictos duos Canonicatus, & Præbendas pro tempore obtinentibus, & eorum cuilibet per se ipsos, seù eorum alterum, eorum, ac dictorum Canonicaruum, & Præbendarum nouiter erectorum nominibus, corporalem, realem, & actualem illorum omnium possessionem, cuiusuis licentia etiam desuper minimè requisita, propria auctoritate liberè apprehẽdere, & apprehensam perpetuò retinere; fructus quoque, redditus, & prouentus iura, obuentiones, & emolumenta quæcumque exinde quomodolibet prouenientia percipere, exigere, leuare, recuperare, locare, dislocare, arendare, & administrare, eisdem auctoritate, & tenore pariter, & perpetuò ex nunc applicamus, & appropriamus.

Clausulas præseruatiuas apponit.

§. 12. Decernentes, præsentes litteras, etiã ex eo quòd quicumque in præmissis intereſſe habentes, aut habere prætendentes, illis non consenserint, ad eaque vocati, & causæ, propter quas illa fiant, vel facta sint, coram prædicto Vicario Vrbis, vel aliàs examinatæ, verificatæ, & iustificatæ non fuerint, seù aliàs ex quocumque alio capite, vel causa quantumuis legitima vel iuridica, de subreptionis, vel obreptionis, seù nullitatis vitio, aut intentionis nostræ, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, retractari, annullari, vel inualidari, seù in ius, vel controuersiam vocari, aut ad viam, & terminos iuris reduci, seù aduersus illas quodcumque iuris, gratiæ, vel facti remedium impetrari, aut concedi nullatenus posse, sed illas semper, & perpetuò validas, & efficaces esse, & fore, suosq; plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, neque sub quibusuis similium, vel dissimilium gratiarum reuocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, aut alijs contrarijs dispositionibus, etiam per Nos, & successores nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes, Sedemque prædictam sub quibuscumque verborum expræssionibus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis pro tempore quomodolibet factis comprehendi, vel confundi, sed ab illis semper excipi, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, & validissimum statum restitutas, repositas, & plenariè reintegratas, ac de nouo, & sub quacumque posteri Dat. per Rectores, & Confratres dictæ Confraternitatis pro tempore existentes quandocumque eligenda concessas esse, & fore.

Aliter Iudicandi facultatem tollit.

§. Sicque per quoscumque Iudices ordinarios, commissarios, & delegatos quauis auctoritate fungẽtes, etiam causarũ Palatij Apostolici

ſtolici Auditores, ac eiuſdem S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos, & Vicelegatos, dictæq. Sedis Nũtios iudicari, & diffiniri debere; irritum quoque, & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Executores huius Conſt. deputat.

§. 14. Quocirca Venerabilibus Fratribus noſtris Oſtien, & Portuen Epiſcopis, ac dilecto filio cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel alium, ſeù alios eaſdem præſentes litteras, & in eis cõtenta quæcumque vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte nunc, & pro parte exiſtentium Rectorum, & Confratrum dictæ Confraternitatis, ſeù alicuius eorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciãt auctoritate noſtra eaſdem præſentes litteras, & in eis contenta huiuſmodi ab omnibus, ad quos nunc ſpectat, & ſpectabit quomodolibet in futurum, inuiolabiliter obſeruari; ipſoſque Rectores, & Confratres Eccleſiæ Sancti Nicolai, ac illius cameris Rectoralibus, necnon omnibus, & ſingulis paramentis, & ornamentis, calicibus, Crucibus, candelabris, campanis, libris, vaſis, vniuerſaq; alia ſupellectili, tàm ſacra, quàm profana, eidem Confraternitati conceſſis; dictos duos verò Canonicatus, & præbendas pro tempore obtinentes, omnibus, & ſingulis fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, obuentionibus, & emolumentis vniuerſis, ac alijs eiſdem duobus Canonicatibus, & præbendis, vt præfertur, applicatis, prædictis pacificè frui, & gaudere, non permittentes eos, ſeù eorum quẽlibet deſuper per quoſcumq. quomodolibet indebitè moleſtari; contradictores auctoritate noſtra prædicta, appellatione poſtpoſita compeſcendo, ac legitimis ſuper his habendis, ſeruandis proceſſibus, illos ſententias, cenſuras, & pœnas huiuſmodi incurriſſe, ſeruata forma Concilij Tridentini, declarando, illoſque etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit, brachij ſæcularis auxilio.

Contraria tollit.

§. 15. Non obſtantibus priori voluntate noſtra prędicta, ac piæ memoriæ Bonifacij Papæ VIII. etiam prædeceſſoris noſtri, necnon quibuſuis alijs conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac quatenus opus ſit, dictæ Vrbis iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrarijs quibuſcumque.

Sanctionem pœnalem addit.

§. 16. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, abdicationis, tranſlationis, ſuppreſſionis, extinctionis, conceſſionis, aſſignationis, applicationis, appropriationis, decreti mandati infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurũ.

Dat. V. A. 5. Nonas Octobris.

Datum Tuſculi Anno Incarnationis Dominicæ 1622. 3. Nonas Octobris, Pontificatus noſtri Anno II.

XXXIX.

Inſtitutio feſtiuitatis S. Ioachimi parentis Beatiſſimæ Mariæ Virginis ſub duplici officio die 20. Martij quotannis celebrandæ, & in Breuiario, Miſſali, & Kalendarijs impoſterum imprimendis, deſcribendæ.

Hic idem Pont. iam ſtatuit, etiam feſtum S. Annæ Matris eiuſdem B. Mariæ Virginis de præcepto obſeruari debere, vt ſup. in conſt. 24. Honor. & antea illud ſub die 26. Iulij ſub duplici officio agi iuſſerat Greg. XIII. in ſua conſt. 87. ſup. tom. 2. pag. 471.

GREGORIVS PAPA XV.
Ad perpetuam rei memoriam.

Edita A. D. 1622.

Exordium.

APoſtolatus officium, nullo licet meritorum ſuffragio, Nobis ex alto commiſſum, poſtulat, vt ad ea, per quæ S. Ioachimi glorioſiſſimæ Dei Genetricis Mariæ parentis omni laude digniſſimi cultus, & veneratio in dies magis augeatur, mentis noſtræ aciem ſedulo intendamus.

Iuſſio celebrandi feſtum S. Ioachimi ſub duplici officio.

§. 1. Motu itaque proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine; Quod de cætero perpetuis futuris temporibus, eiuſdem S. Ioachimi feſtus dies, die vigeſima Martij celebrari ſolitus: officio ſub ritu duplici, iuxtà rubricas Breuiarij Romani, per vniuerſum Orbem ab omnibus vtriuſque ſexus Chriſtifidelibus, tàm ſæcularibus, quàm regularibus, qui diuinum officium recitare tenentur, celebrari; atque idcircò in Breuiario, Miſſali, & Kalendarij in poſterum imprimendis, eiuſdem S. Ioachimi feſtum duplex deſcribi reſpectiuè debeat, tenore præſentium perpetuò ſtatuimus, & ordinamus.

Deputatio Executorum.

§. 2. Quocirca Venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, cæteriſque Eccleſiarum, Prælatis in vniuerſo terrarum Orbe conſtitutis, præcipimus, & mandamus, vt in ſuis quiſque Eccleſijs, Prouincijs, & diœceſibus præſentes noſtras litteras

 ſolem-

ſolemniter publicari, & ab omnibus Eccleſiaſticis perſonis ſæcularibus, & quorumuis Ordinum regularibus omninò obſeruari faciant.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſq; contrarijs quibuſcumq;

Fides tranſumptorum.

§. 4. Volumus autem, vt præſentium tranſumptis etiam impreſſis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. P. A. 2. die 2. Decembris.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die 2. Decembris 1622. Pontificatus noſtri Anno Secundo.

X L.

Reuocatio quarumcumq. licentiarum legendi, & habendi quomodolibet libros prohibitos quibuſcumq; perſonis ab omnibus, etiam Romanis Pontificibus conceſſarum.

Libri autem prohibiti qui ſint, vide in Indice deſuper edito, de quo ſupra in Conſt. 77. Pij IV. tomo 2. pag. 109.

Edita A. D. 1623.

GREGORIUS PAPA XV.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

Apoſtolatus officium Nobis, nullo licèt meritorum ſuffragio, diuina prouidentia commiſſum poſtulat, vt ad ea vigilantiæ noſtræ partes propenſiùs intendamus, per quæ religio Catholica, vbi diuina gratia illæſa viget, conſeruetur, & vbi reſtitutione indiget, reſtituatur.

Prohibitio habendi & legendi libros prohibitos.

§. 1. Quapropter cum librorum prohibitorum lectio magno eſſe ſinceræ fidei cultoribus detrimento noſcatur, & ſicut accepimus, licentiæ libros huiuſmodi legendi nimis excreuerint: Nos, vt huic malo maturè occurratur, & in poſterum quàm cautiſſimè licentiæ huiuſmodi concedantur, quantum cum Domino poſſumus, prouidere volentes, Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deq; Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnes, & ſingulas licentias legendi, & habendi libros quoſcumque ob hæreſim, vel falſi dogmatis ſuſpicionē, vel aliàs quomodolibet prohibitos, quibuſcumq. perſonis cuiuſcũq. gradus,& cōditionis exiſtētibus etiam per litteras Apoſt. ad tempus, ſeù ad vitam, & aliter quomodocumq; & ex quacumque cauſa, tàm per litteras in forma Breuis, quàm aliter quomodocumque à Nobis, ſeù prædeceſſoribus noſtris Romanis Pōtificibus, ſeù ab habentibus à Nobis, vel ab eis facultatem, & auctoritatem conceſſas, earum tenorem præſentibus pro expreſſis habentes, tenore præſentium reuocamus, caſſamus, & annullamus, ac pro reuocatis, caſſis, & annullatis haberi, nulliq; in poſterum ſuffragari.

Contrauenientib. pœnas imponit.

§. 2. Quinimmò libros per licentias huiuſmodi permiſſos legentes, aut habentes, pœnas in ſacris Canonibus, Conſtitutionibus Apoſtolicis, & Indicibus Librorum prohibitorum contentas incurrere volumus, & declaramus.

Hanc legem ſic publicatam omnes ligare decernit.

§. 3. Decernentes, vt præſentes litteræ poſtquam in valuis Baſilicarum S. Ioannis Lateranēſ, ac Principis Apoſtolorum de Vrbe, & Cancellariæ Apoſtolicæ, necnon in acie Campi Floræ affixæ fuerint, infra duos menſes ex tunc proximos, omnes, & ſingulos, ad quos ſpectat, arctent, & afficiant, perinde ac ſi vnicuique perſonaliter intimatæ fuiſſent, quòdque dictis duobus menſibus durantibus, ij, qui libros prohibitos huiuſmodi habuerint, eos ad Epiſcopum, ſeù Inquiſitorem, qui illos quantociùs comburere debeat, deferre, quique aliquos ſimiles libros prohibitos habere ſciuerint, eos denunciare teneantur, neque de cætero ſimiles licentiæ niſi à Congregatione Sancti Officij, quæ ſingulis hebdomadis coram Nobis haberi ſolet, concedantur.

Eiuſque tranſumptis ſidem dari mandat.

§. 4. Ac quòd earumdem præſentium tranſumptis etiam impreſſis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. P. An. 2. die 30. Decemb.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die xxx. Decembris M. DC XXII. Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Publicatio.

Anno à Natiuitate D.N. Ieſu Chriſti milleſimo ſexenteſimo vigeſimo tertio, Indictione ſexta, die verò ſecunda menſis Ianuarij Pontificatus Sanctiſs. in Chriſto Patris, & D.N.D. Gregorij diuina prouidentia Papæ XV. Anno eius Secundo, retroſcriptæ litteræ Apoſtolicæ affixæ fuerunt ad valuas Baſilicarum S. Ioannis Lateranēſ, & Principis Apoſtolorum de Vrbe, ac Cancellariæ Apoſtolicæ, necnon in acie Campi Floræ, vt moris eſt, per me Brandimartem Latinum Apoſtolicum Curſorem.

Octauius Spada Mag. Curſ.

Reuo-

XLI.

Reuocatio quarumcumque Præcedentiarum, seu Paternitatum Fratribus Minoribus S. Francisci de Obseruantia, præter Constitutiones Ordinis auctoritate Apostolica confirmatas, concessarum.

Hoc postea fuit etiam in vim huius Constit. decretum in Capitulo generali Romæ celebrato, & a S.D.N. Vrbano VIII. confirmato, vt in statutis pro Cismontana familia positis post Const. 49. Sacrosanctum.

Istorum Fratrum circa Prælatorum electiones nonnulla statuisse Pium V. & Gregor. XIII. scias, quorum Constitutiones indicatas habes ad Const. 23. Leon. X. lic& vos, sup. tom. 1. pag. 511. vbi videas alias Const. adnotatas.

Edita A.D. 1621.

GREGORIVS PAPA XV.
Ad futuram rei memoriam.

Exordium

PAstoralis officij Nobis diuinitus iniuncti assidua sollicitudo nos admonet, vt omni cura, & vigilantia ad ea semper intendamus, per quæ regularium personarum, quæ relicto sæculo, Dei obsequio sese dedicarunt, quieti, felicique statui, ac regularis disciplinæ conseruationi consulitur, vt regulares ipsæ personæ iuxta regularia suorum Ordinum instituta tranquillis mentibus gratum Altissimo impendere possint famulatum.

Præcedentiæ quæ in Auer.

§. 1. Cum itaque, sicut accepimus, ex nimia priuilegiorum, prærogatiuarum, atque exemptionum Fratribus Ordinis Minorum Sancti Francisci de Obseruantia, qui in dicto Ordine aliqua munia obierunt, seu aliàs tam à Sede Apostolica, quàm ab eiusdem Ordinis Superioribus concessarum multitudine, non leuia inconuenientia oriantur, in regularis obseruantiæ, & disciplinæ detrimentum. Nos inconuenientibus huiusmodi, quantum cum Domino possumus, obuiare cupientes, Motu proprio, & ex certa scientia nostra, deq. Apostolicæ potestatis plenitudine, omnes & singulas Paternitates, & Præcedentias, quibusuis dicti Ordinis Fratribus ex priuilegio tam per Sedem Apostolicam, quam dicti Ordinis Superiores ex quacumque causa, & sub quibuscumque verborum tenore, & formis quomodolibet concessas, saluis tamen, & in suo robore remanentibus ijs, quæ Fratribus prædictis ex dispositione Statutorū dicti Ordinis Apost. auctoritate confirmatorū cōcessa sunt, tenore præsentium reuocamus, cassamus, & abrogamus, ac reuocatas, cassatas, & abrogatas esse, & fore, nec illas de cætero cuiquam suffragari posse.

Clausula sublata.

§. 2. Sicque & non aliter per quoscumq; Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores vbique iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam, quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, decernimus, & declaramus.

Clausulæ derogatoriæ.

§. 3. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, dicti Ordinis etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Transumptorum fides.

§. 4. Volumus autem, quòd præsentium transumptis etiam impressis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Dat. P. A. 3. die 2. Februarij.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die 3. Febr. M.DCXXIII. Pontificatus nostri Anno Secundo.

XLII.

Communicatio, & extensio priuilegiorum, immunitatum, & exemptionum, gratiarum, & indultorum, tàm in spiritualibus, quàm temporalibus quibusuis alijs, tàm Mendicantium, quàm non Mendicantium Ordinibus, per quoscumq. Romanos Pontifices concessorum, & in futurum concedendorum ad Sacrum Ordinem Carthusień.

De hoc Ordine, & eius approbatione vide supra in Const. 7. Alex. 3. Cum vos, t. 1. pag. 28. Et institutionem festiuitatis S. Brunonis Confessoris d. Ordinis Institutoris, ac Officij sub ritu semiduplici celebrandi habes hic infra Const. 44. Domini nostri.

Edita A.D. 1622.

GREGORIVS PAPA XV.
Ad futuram rei memoriam.

Proœmium

AD vberes, & suaues fructus, quos dilecti filij Prior generalis, & Monachi Ordinis Cartusień in militanti Ecclesia, cuius regimini diuina disponente clementia præsidemus, in dies afferunt, mentis nostræ aciem conuertentes, & vberiores ex ipso Ordine fructus prouenturos esse sperantes, ad ea merito libenter intendimus, per quæ Ordo hu-

iusmodi felicioribus in dies proficere valeat incrementis.

Communicatio de qua in rubr.

§. 1. Vt igitur Prior generalis, & Monachi prædicti eo feruentiùs in suo laudabili instituto perseuerent, quo maioribus se viderint fauoribus, & gratijs munitos, prouidere volentes; ac singulares Prioris generalis, & Monachorum prædictorum personas à quibusuis excommunicationis, suspenſ, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, cesi, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequeñ, harum serie absoluentes, & absolutas fore censentes; Motu proprio, & ex certa scientia nostra, deq; Apostolicæ potestatis plenitudine, Ordini prædicto, illiusque Priori generali, & Monachis, alijsque personis, vt omnibus, & singulis priuilegijs, immunitatibus, exemptionibus, gratijs, & indultis, tam spiritualibus, quàm temporalibus, quibusuis alijs, tàm Mendicantium, quàm non Mendicantium Ordinibus, illarumque Superioribus, Abbatibus, Monachis, alijsque Regularibus personis, necnon Ecclesijs, Monasterijs, & regularibus locis, etiam per viam communicationis, vel extensionis, aut alias quomodolibet per quoscumq; Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac etiam quomodolibet concessis, & in futurum concedeñ, & quibus ipsi, necnon Ecclesiæ, Monasteria, & regularia loca huiusmodi de iure, vsu, consuetudine, priuilegio, aut concessione Apostolica in genere, vel in specie, ac tàm coniunctim, quàm diuisim, seu aliàs quomodolibet vtuntur, fruuntur, & gaudent, ac vti, frui, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum; dummodo tamen sint in vsu, & non sint reuocata, aut sub aliquibus reuocationibus comprehensa, sacrisque canonibus, & Concilij Tridentini decretis, aut constitutionibus Apostolicis non repugnent; pari modo, non solùm ad eorum instar, sed pariformiter, & æquè principaliter, perindè ac si illis nominatim, & in specie concessa fuissent, vti, frui, & gaudere liberè, & licitè valeant, Apostolica auctoritate, tenore præsentium perpetuò concedimus, & indulgemus; dictaque priuilegia, immunitates, exemptiones, gratias, & indulta primodicto Ordini, illiusque Priori generali, & Monachis, alijsq; personis, necnon eorum Ecclesijs, Monasterijs, & regularibus locis communicamus, illaque ad eos, & illa extendimus.

Clausula præseruatiuę huiusCō.

§. 2. Decernentes, præsentes litteras validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac primodicto Ordini, illiusq; Priori generali, & Monachis, ac personis huiusmodi in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari.

Clausula sublata.

§. 3. Sicque per quoscumq; Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausulę derogatoriæ.

§. 4. Non obstañ nostra de gratijs ad instar non concedeñ, ac quibusuis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, Ordinum huiusmodi, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis: quibus omnibus, & singulis, eorum omnium tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumq;

Transumptorum fides.

§. 5. Volumus autem, vt præsentium transumptis etiã impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides vbique adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 3. Febr. M.DCXXIII. Pontificatus nostri Anno Secundo.

Dat. P.A. II die 3. Februarij.

XLIII.

Confraternitatem SS. Benedicti, & Scholasticæ à Paulo V. erectam, ob eius incrementa in exercitio operum Caritatis erigit in Archiconfraternitatem cum facultate alias Confraternitates aggregandi, illisq; Indulgentias, & gratias spirituales communicandi.

Erectionem huius Confraternitatis factam per Paul. V. habes supra in d. Pont. const. 87. Pastoris, tom. 3. pag. 328.

GREGORIVS PAPA XV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Edita A.D. 1623.

Proœmium.

Pias Christifidelium Confraternitates, ad pietatis, & caritatis opera exercenda, præsertim in Alma Vrbe nostra, canonicè institutas, vt in eorumdem piorum operum exercitio magis accendantur, & confoueantur, titulis, & gratijs amplioribus libenter deco-

decoramus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

§. 1. Cum itaque, sicut accepimus, in Ecclesia S. Eustachij de Vrbe, vna pia vtriusq; sexus Christifidelium Confraternitas sub S. Benedicti, & Sanctę Scholasticæ inuocationibus per fel. record. Paulum Papam V. prædecessorem nostrum, Apostolica auctoritate erecta, & instituta fuerit, ac dilecti filij illius Officiales, & Confratres in quamplurimis pietatis, & caritatis operibus sese exercere consueuerint, & in dies magis Deo dante exercere intendant.

Confraternitatē a Paulo V. erectam sup. in eius const. 87. Pastoris 10. 3. pag. 138.

§. 2. Nos Confraternitatem prædictam, quo maiora in dies suscipere valeat incrementa, hoc spirituali dono illustrare, ac Officiales & Confratres prædictos specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt ad effectum præsentium, dumtaxat consequen. harum serie absoluentes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Confraternitatem prædictam sic vt præfertur erectam, & institutam, in Archiconfraternitatem (sine tamen cuiusquam præiudicio,) Apostolica auctoritate, tenore præsentium erigimus, & instituimus, ac in posterum Archiconfraternitatem S. Benedicti, & Sanctæ Scholasticæ nuncupari posse decernimus.

Hic Pont. in archiconfraternitatem erigit.

§. 3. Præterea Officialibus, & Confratribus prædictis nunc, & pro tempore existen. vt quascumque alias Confraternitates eiusdem denominationis, & instituti, canonicè erectas aggregare, illisque omnes, & singulas Indulgentias, ac gratias spirituales, eorum Archiconfraternitati huiusmodi dicta Apostolica auctoritate concessas, seruata tamen forma Constitutionis piæ mem. Clem. Papæ VIII. prædecessoris nostri, desuper editæ, ac sine cuiusquam pariter præiudicio, communicare libere, & licitè valeant, auctoritate, & tenore præsentis facultatem concedimus, & impartimur.

Cum facultate alias confraternitates aggregandi, ac Indulgentias, & gratias spirituales illis communicandi.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisq; contrarijs quibuscumque.

Contrarijs derogat.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris die 4. Febr. M. DCXXIII. Pontificatus nostri Anno Secundo.

Dat. 9. Anno, die 4. Februarij.

XLIV.

Institutio festiuitatis S. Brunonis Confessoris Fundatoris Ordinis Carthusianorum sub semiduplici ritu, die 6. Octobris vbique terrarum celebrandæ; et in Breuiario, Missali, & Kalendarijs imposterum imprimendis apponendæ.

De huius Ordinis approbatione, & alijs eum concernentibus vide Const. 7. Alexandri III. Cum vos, tom. 1. pag. 28. & communicatione Priuilegiorum Mendicantium, & non Mendicantium vide hic sup. Constitut. 42. Ad vberes, pag. 159.

GREGORIVS PAPA XV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Edita An. D. 1623.

Domini nostri Iesu Christi, qui seruos suos æternæ gloriæ præmio donat in Cælis, vices, quamquam immeriti, gerentes in terris, ex iniuncto Nobis pastoralis officij debito procurare tenemur, vt eorumdem seruorum Christi debita veneratio in dies magis promoueatur, & laudetur Dominus in Sanctis suis: Quamobrem fidelium quorumlibet præsertim verò sub suaui religionis iugo Altissimo famulantium votis, quæ peculiarem Sanctorum huiusmodi cultum, & venerationem respiciunt, libenter annuimus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

Exordium.

§. 1. Supplicationibus itaque dilecti filij D. Bernardi Gazzij Ordinis Carthusien. Procuratoris generalis Nobis humiliter porrectis inclinati. De Ven. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium sacris Ritibus præpositorum consilio; Quod de cætero perpetuis futuris temporibus festum S. Brunonis eiusdem Ordinis Fundatoris die 6. Octobris, qua in cælum euolauit, in Missali, & Breuiario Romano reponi, Officiumque de eo semiduplex ab omnibus vbique fidelibus recitari liberè, & licitè possit, & valeat, Apostolica auctoritate, tenore præsentium concedimus, & indulgemus.

Institutio festiuitatis S. Brunonis die 6. Octob. celebrando, sub ritu semiduplici.

§. 2. Quo circa Ven. Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, cæterisque Ecclesiarum Prælatis in vniuerso terrarum orbe constitutis præcipimus, & mandamus, vt in suis quibusq; Ecclesijs, Prouincijs, & Diœcesibus præsentes literas solemniter publicari, & ab omnibus Ecclesiasticis personis sæcularibus, & quorumuis Ordinum regularibus omnino obseruari faciant.

Deputatio Executorum.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisq; contrarijs quibuscumque.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Vo-

Fides Transumptorum.

§. 4. Volumus autem, vt præsentium transumptis etiam impressis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. An. 3. die 17. Februarij.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 17. Februarij M.DC XXIII. Pontificatus nostri Anno Tertio.

XLV.

Suppressio curæ Animarum in parochiali Ecclesia Sancti Pantaleonis de Vrbe existentis, & illius applicatio Ecclesiæ S. Eustachij, de cuius mensa Capitulari extat dicta Ecclesia S. Pantaleonis; eiusque concessio Cógregationi Clericorum Regularium pauperum Matris Dei Scholarum Piarum de Vrbe, vt in ea liberiùs Institutum suum exercere possint.

Vsum perpetuum dictæ Ecclesiæ sine tamen Rectoris pro tempore existentis præiudicio concesserat eidem Congregationi Paul. V. vt in Const. seq. sed aduertendum est, quòd tunc ista Congregatio erat Clericorum Sæcularium B. Mariæ nuncupatorum, cui d. Paul. hoc opus erudiendi Scholares demandauerat in Const. 81. sup. tom. 3. pag. 316. Quæ cum postea renuisset d. opus administrare, ideo idem Paul. erexit aliam Congregationem Clericorum Regularium, cui d. opus commisit, vt in Constitut. 3. d. Paul. Ad ea, hic supra pag. 5. quam postea iste Pont. multis gratijs decorauit, vt in Const. 14. In supremo, sup. pag. 93. vbi vide quæ signaui.

Edita An. D. 1623

GREGORIVS PAPA XV. SERV. SEV. DEI
Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Regimini vniuersalis Ecclesiæ, meritis licèt imparibus, disponēte Domino, præsidentes, votis illis per quæ Congregationum, & aliorum locorum piorum quorũlibet præsertim in Alma Vrbe nostra studio piorum operum vacantium prospero statui, & opportunæ subuentioni cum diuini cultus augumento, ac ipsa spirituali fidelium consolatione valeat salubriter prouideri, libenter annuimus, eaque fauoribus prosequimur opportunis, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

Narratur reseruatio omnium beneficiorum cum cura, & sine cura vacantium, & vacaturorum Sedi Apost.

§. 1. Dudum siquidem omnia beneficia Ecclesiastica cum cura, & sine cura apud Sedem Apostolicam, tunc vacantia, & in antea vacatura collationi, & dispositioni nostræ reseruauimus, decernentes ex tunc irritum, & inane, si secus supra his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contingeret attentari.

Et ad præsens Ecclesiæ S. Pantaleonis in Regione Parionis de Vrbe existentis, vacantis per resignationem Alexandri Lutij nuper Vicarij dictæ Ecclesiæ sponte in manu Pont. factam.

§. 2. Cum itaque postmodum perpetua Vicaria parochialis Ecclesiæ Sancti Pantaleonis Regionis Parionis de eadem Vrbe, cuius dum pro tempore vacat, nominatio personæ idoneæ ad dilectos filios Capitulum, & Canonicos Ecclesiæ S. Eustachij de dicta Vrbe, cuius mensæ Capitulari ipsa Ecclesia S. Pantaleonis perpetuò vnita existit, expectare dignoscitur per liberam resignationem dilecti filij Alexandri Lutij nuper dictæ Ecclesiæ S. Pantaleonis perpetui Vicarij, de illa, quam tunc obtinebat, in manibus nostris sponte factam, & per Nos admissam, apud Sedem eādem vacauerit, & vacet ad præsens, nullusque de illa præter Nos hac vice disponere potuerit, siue possit, reseruatione, & decreto obsistentibus supradictis.

Cuius Ecclesiæ vsum, iam antea concesserat Paul. V. vt in const. tibi indicata in Rubr. his Clericis pro Scholarium commoditate.

§. 3. Et sicut exhibita Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Præpositi generalis, & Clericorum Congregationis Matris Dei nuncupatæ de dicta Vrbe, petitio continebat, quòd dicta Ecclesia S. Pantaleonis in regione Scholarum Piarum in eadem Vrbe dudum institutarum, sita sit: proinde quòd aliàs felicis record. Paulus Papa V. prædecessor noster Præpositi, & Clericorum huiusmodi, quibus cura, & administratio dictarum Scholarum iam antea ab ipso prædecessore perpetuò commissa, & demandata fuerat, ac Scholarium easdem scholas frequentantium commodis, & opportunitatibus, quo pijs eorum exercitijs faciliùs vacare possent, prouidere volens, perpetuum vsum ipsius Ecclesiæ S. Pantaleonis Præposito, & Clericis prædictis concesserit, & assignauerit, prout in suis litteris desuper in forma Breuis confectis pleniùs continetur.

In qua tamen ob curæ animarum exercitium varia & non modica oriuntur impedimenta, præsertim in exercitijs spiritualibus ipsorũ Clericorum.

§. 4. Præpositus verò, & Clerici prædicti ipsa Ecclesia S. Pantaleonis ratione curæ animarum, quæ illi incumbit, & ibi exercetur, & prout eorum, & Scholarium prædictorum necessitas exigit, minimè vti possint, & ex huiusmodi curæ exercitio varia passim impedimenta, & incommoda, præsertim in exercitijs eorum spiritualibus obeundis, pati, & experiri soleant.

Quibus prouideretur si dicta cura auferretur ab ipsa Ecclesia S. Pantaleonis, ac transferretur ad Ecclesiam S. Eustachij, cuius mensæ Capitulari addicta est Ecclesia S. Pantaleonis.

§. 5. Si igitur dicta Vicaria, cuius fructus & prouentus in portione sexaginta scutorum monetæ per Capitulum, & Canonicos prædictos annuatim persolui solita, vltra emolumenta ratione exercitij curæ, & administrationis Sacramentorũ prouenientia consistunt, perpetuò supprimeretur, & extingueretur, ac

ab

ab ipsa Ecclesia S. Pantaleonis omnimoda animarum huiusmodi cura abdicaretur, sicq; abdicata ad prædictam Ecclesiã S. Eustachij, quæ etiam parochialis existit, in ea modo, & forma inferius expressis exercenda, transferetur, & alia fierent, quæ sequuntur: procul dubio incommoda, & impedimenta huiusmodi opportuna, & salubri ratione magno Scholarum, & Congregationis prædictarum bono tollerentur, & cura animarum prædictarũ nullatenus negligeretur, sed æque bene, vel etiã melius, & fructuosius quã antea exerceretur, diuinusque cultus inde in dicta Eccl. S. Pantaleonis non modicum augeretur.

Pro cuius suppressione dd. Clerici supplicarunt huic Pontifici.

§.6. Quare pro parte Præpositi, & Clericorum prædictorum asserentium fructus, redditus, & prouentus d. Vicariæ quinquaginta ducatorum auri de Camera, secundum communem æstimationem, valorem annuum non excedere, Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus dictæ Ecclesiæ S. Pantaleonis vsum eidem Congregationi concedere, & assignare, alijsque in præmissis opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur.

Qui modo curam præd. ac Tituli denominationem supprimit, & extinguit.

§.7. Nos igitur, qui dudum inter alia voluimus, quòd petentes beneficia Ecclesiastica alijs vniri, tenerentur exprimere verum annuum valorem, secundum æstimationem prædictam, etiam beneficij, cui aliud vniri peteretur, alioquin vnio non valeret, & semper in vnionibus commissio fieret ad partes, vocatis quorum interesset, idemque obseruaretur in quibusuis applicationibus de quibusuis fructibus, & bonis Ecclesiasticis, quiq; diuini cultus augumentum, & propagationem sinceris exoptamus affectibus, ipsum Præpositum, ac Congregationis huiusmodi singulares personas à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absoluentes, & absolutas fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati; Vicariam prædictam, siue præmisso, siue alio quouis modo, aut ex alterius cuiuscumque personæ, seu per similem resignationem dicti Alexandri, vel cuiusuis alterius de illa in Romana Curia, vel extra eam etiam coram Notario publico, & testibus sponte factam, aut constitutionem piæ mem. Ioannis Papæ XXII. etiam prædecessoris nostri, quæ incipit, Execrabilis, vel assecutionem alterius beneficij Ecclesiastici, quauis auctoritate collati vacet, etiam si tanto tempore vacauerit, quòd illius collatio, iuxta Laterani Concilij, est ad Sedem prædictam deuoluta legitimè, ipsaque Vicaria dispositioni Apostolicæ specialiter, vel aliàs generaliter reseruata existat, & super ea inter aliquos lis, cuius statum præsentibus haberi volumus pro expresso, pendi indecisa, dummodo illius dispositio ad Nos hac vice pertineat; illiusque, ac in ipsa Ecclesia S. Pantaleonis perpetui Vicarij titulos, & denominationes Apostolica auctoritate, tenore præsentium perpetuò supprimimus, & extinguimus.

Hinc extrauagans execrabilis est in Tit. de præbend. & dignit. &c.

Curamq. ipsam applicat Ecclesiæ suprad. S. Eustachij.

§.8. Illisque sic suppressis, & extinctis, ab eadem Ecclesia S. Pantaleonis omnimodam animarum illius parochianorum curam, aliaq; iura, officia, & onera parochialia vniuersa, & illorum exercitium etiam perpetuò applicamus, ac illa omnia etiam, vna cum vtriusq; sexus parochianis prædictis ad dictam Ecclesiam S. Eustachij in ea vt infra exercenda, & obeunda, similiter perpetuò transferimus.

Et Ecclesiam huiusmodi S. Pantaleonis cum illius ædibus, & stantijs parochialibus ad vsum d. Congregationi concedit.

§.9. Dictam autem Ecclesiam S. Pantaleonis sic ab huiusmodi cura, iuribus, officijs, oneribus, & exercitijs parochialibus liberam, & exemptam, illiusque ædes, seu stantias parochiales pro dicti Vicarij habitatione destinatas, & eidem contiguas, & coherentes, quoad liberum, & perpetuum illarum vsum dumtaxat, dictæ Congregationi, ita quòd liceat illius Præposito, & Clericis, nunc, & pro tempore existentibus corporalem, realem, & actualem possessionem, quoad vsum huiusmodi tantum per se, vel alium, seu alios eorum, seu prædictæ Congregationis nomine propria auctoritate ex nunc apprehendere, & apprehensam perpetuò retinere, Vicarij dictæ Vrbis, vel alterius cuiusuis licentia minimè requisita,

Cum facultate ibidem, sacra faciendi, ac alia munia secundum eiusdem Congr. instituta.

§. 10. Necnon in ipsa Ecclesia S. Pantaleonis Missas, aliasque diuina officia quæcumque celebrare, & decantare, ac spiritualia exercitia per Clericos ipsius Congregationis fieri solita similiter facere, & aliàs eidem in diuinis ex instituto eiusdem Congregationis deseruire auctoritate, & tenore præmissis pariter perpetuò concedimus, & assignamus.

Necnon restaurandi, ac etiam de nouo à fundamentis construendi.

§.11. Et insuper pro felici, prosperaq; omnium præmissorum executione, directione, & complemento, quòd Præpositus, & Clerici dictæ Congregationis nunc, & pro tempore existentes, dictam Ecclesiam Sancti Pantaleonis quandocumque, & quotiescumque voluerint, & illis beneuisum fuerit pro libera, & absoluta eorum voluntate, & arbitrio instaurare, reparare, accommodare, ampliare; ac in quamcumque aliam formam immutare, & etiam de nouo à fundamentis construere liberè, & licitè valeant.

§.12 In

Cum obligatione soluendi quotannis in signum recognitionis huius Concessionis 20. libras ceræ Venetæ, & duodecim scuta monetæ ipsi Ecclesiæ S. Eustachij.

§. 12. In signum tamen recognitionis præsentis concessionis quot annis in perpetuum Capitulo, & Canonicis prædictis in die festo Sancti Eustachij viginti libras ceræ Venetæ, & duodecim scuta monetæ soluere.

Prouisio circa curam animarum exercitium Capitulo, & Canonicis S. Eustachij demandatur.

§. 13. Vicarius autem perpetuus dictæ Ecclesiæ S. Eustachij nunc, & pro tempore existens, curam animarum dictorum parochianorum, officiaque, & onera sic translata exercere, & obire; Capitulum verò, & Canonici prædicti illi de coadiutore idoneo, & ad curam animarum exercendam ab ipso Vrbis præfatæ Vicario examinato, & approbato, qui ad nutum eorumdem Capituli, & Canonicorum ammouibilis sit, ipsumque Vicarium perpetuum Ecclesiæ Sancti Eustachij in exercitio curæ animarum illi incumbentis, & præsertim in casibus animas parochianorum infra limites, vbi de præsenti Parochia Sancti Pantaleonis dictæ Ecclesiæ existit pro tempore habitantium concernentibus, coadiuuet, prouidere teneantur.

Calices, & aliæ supellectilia Sacristiæ S. Pantaleonis reseruatur Capitulo, & Canonicis S. Eustachij, cum exemptione ab expensis, etiam quoad salarium Vicarij perpetui d. Ecclesiæ S. Pantaleonis.

§. 14. Omniaque paramenta, calices, & alia supellectilia ad Sacristiam eiusdem Ecclesiæ S. Pantaleonis pertinentia Capitulo, & Canonicis cedere, & eisdem post dicti Alexandri ab ipsa Ecclesia Sancti Pantaleonis discessum consignare; ac prædicta portio annua sexaginta scutorum monetæ Vicario perpetuò dictæ Ecclesię Sancti Pantaleonis, vt præfertur solui, & omnes aliæ expensæ per dictos Capitulum, & Canonicos in ipsa Ecclesia S. Pantaleonis quomodocumq; fieri solitæ penitus, & omnino cessare, illæque ad liberam dispositionem eorumdem Capituli, & Canonicorum tamquam proprij, & peculiares eorum redditus remanere debeant.

Canonicis, vt possint Clericorum officijs interesse, & assistere facultatem tribuit.

§. 15. Et quotiescunq; Capitulum, & Canonici prædicti in die festo ipsius Sancti Pantaleonis, primis Vesperis, & Missæ solemni in dicta Ecclesia Sancti Pantaleonis decantandis, vt illis mos est, interuenerint, Clerici dictę Congregationis pro tempore existentes illos honorificè recipere, & tamquam Dominos recognoscere teneantur.

Iurisdictioque, & dominium d. Ecclesiæ S. Pantaleonis, cum suis iuribus ipsis Canonicis reseruantur.

§. 16. Præterea dominium, & iurisdictionem dictæ Ecclesię Sancti Pantaleonis ad præsens dicti Capitulum, & Canonici habent eisdem Capitulo, & Canonicis etiam vnà cum omnibus redditibus, prouentibus, & emolumentis, quæ dictus Alexander in ea tamquam perpetuus Vicarius ipsius Ecclesiæ S. Pantaleonis percipit, & alijs iuribus quibuscumque præsentibus, & futuris, quæ ad ipsos Capitulum, & Canonicos expectant firmè, & continuatè remanere censeantur.

Ecclesia si de nouo ædificabitur, vt debeat fieri.

§. 17. Et si dictam Ecclesiam S. Pantaleonis in toto, vel parte fabricare contigerit, etiam si facies eius non immutetur, in ea tamen insignia, & arma S. Eustachij in lapide marmoreo collocari.

Reliquiarum custodia, vt fienda, & à quibus.

§. 18. Et Reliquiæ, quæ de præsenti in dicta Ecclesia S. Pantaleonis reperiuntur, apud eamdem, de cætero remanere, & in ea bene, & decenter sub duabus clauibus, quarũ vnam Clerici dictæ Congregationis, alteram verò Capitulum, & Canonici prædicti habeant, custodire, & obseruare; piaque, & deuota consuetudo præbendi aquam bibendam, in quam Reliquiæ eiusdem S. Pantaleonis temissę sint in ipsa Ecclesia S. Pantaleonis hucusque recepta, etiam inposterum in eamdem retineri, & seruari.

Expensas verò pro conseruatione d. Ecclesiæ ad dd. Clericos omnimodè pertinere declarat.

§. 19. Omnes verò, & singulæ expensæ, quas, tam in aptãdo d. Ecclesiam S. Pantaleonis, quàm in tectorũ, murorum, stratorũ clatetę, & silice pauimentorum manutensione, & aliàs circa dictam Ecclesiam S. Pantaleonis fieri contigerit, ad dictam Congregationem in omnibus, & per omnia pertinere debeant, illiusque Præpositus, & Clerici nunc, & pro tempore existentes, neque ob id, neque ex causa contributionis, vel quarumcumq; aliarum impensarum, quas in paramentis, planetis, calicibus, linteanibus, cera, oleo, & quibusuis alijs rebus pro vsu, & seruitio dictæ Ecclesiæ S. Pantaleonis necessarijs, & decentibus subire opus fuerit, aliquid à Capitulo, & Canonicis prædictis prætendere.

Cum prohibitione situm, aut Capellas aliquas quomodolibet concedendi sine d. Canonicorum licentia.

§. 20. Minusque cuiquam vllum situm, aut locum quantumuis minimum eiusdem Ecclesiæ S. Pantaleonis, aut Capellas, vel Altaria in illa existentia Confraternitatibus, seu Congregationibus, aut quibuscumque alijs sine dictorum Capituli, & Canonicorum licentia concedere, nec quidquam aliud, quod vllo vnquam tempore iurisdictioni, & directo dominio Capituli, & Canonicorum prædictorum, directè, vel indirectè præiudicare, vel obesse possit, facere queant, & si quid tale fecerint, id nullum, & inalidum esse censeatur eo ipso, dictiq; Capitulum, & Canonici illud propria auctoritate reuocare possint, & Capellæ, quæ in ipsa Ecclesia S. Pantaleonis fundatæ reperiuntur, siue sint de iure patronatus, siue non sint, in primæuis earum iuribus remanere, & dispositioni Ordinariæ subiacere.

Sepulturarum, & sepeliendorum modus, & ius declaratur.

§. 21. Eisdemque Capitulo, & Canonicis ius sepelliendi mortuos in dicta Ecclesia Sancti Pantaleonis competere debeat, dicta verò Congregatio, illiusque Præpositus, & Clerici pro tempore existentes ibidem suas sepulturas habere, in eisque corpora, tam suorum pro-

tem-

tempore defunctorum, quàm aliorum, qui ibi ex particulari deuotione condi voluerint, sepulchra facere, & lapides cum scriptionibus huiusmodi tantùm superimponere valeant, & similiter, qui ius sepultutarum in dicta Ecclesia S.Pantaleonis habêt, illud eis reseruatum, & saluum esse censeatur.

In casu recedentia dd. Clericorum ab ipsa Ecclesia S.Pantaleonis eamdem denuò iterum esse d. mensæ Capitulari S. Eustachij, cum omnibus structuris, & ornamentis in ea factis statuit.

§. 22. Et si Congregatio, illiusque Præpositus, & Clerici præfati a dicta Ecclesia S.Pantaleonis recesserint, illamque ex quacumque causa reliquerint, tunc, & eo casu, illa etiam quoad vsum, etiam vnà cum omnibus fabricis, & structuris, ac ornamentis in ea factis mensæ Capitulari præfatæ, vt prius, vnita, & incorporata sit, & esse censeatur; ac Congregatio, illiusque Præpositus, & Clerici præfati ratione illorum quidquam prætendere, vel petere non possint, itidem perpetuò statuimus, & ordinamus.

Clausula præservatiua huius Concessionis.

§. 23. Decernentes, præsentes litteras sub quibusuis similium, vel dissimilium gratiarum reuocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, aut alijs contrarijs dispositionibus, etiã per Nos, & successores nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes, Sedemque præfatam sub quibuscumque verborum expressionibus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis pro tempore quomodolibet factis, comprehendi, vel confundi, sed semper ab illis excipi, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, & validissimum statum restitutas, repositas, & plenariè reintegratas, ac de nouo etiam sub quacumq; posteriori data, per Præpositũ, & Clericos dictæ Congregationis pro tempore existentes, quandocumque eligenda, concessas esse, & fore eisdemque perpetuò suffragari.

Decretum irritãs.

§. 24. Sicque per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, quauis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & Vicelegatos, dictæque Sedis Nuncios iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane quicquid secus super his à quoquam, quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariorum derogatio.

§. 25. Non obstañ Lateranen Concilij nouissimè celebrati, vniones perpetuas, nisi in casibus à iure permissis, fieri prohibentis, alijsque quibusuis Apostolicis, necnon in synodalibus, prouincialibusq; & vniuersalibus Concilijs editis, specialibus, vel generalibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non, si in aliquo obsteut, Vicariæ perpetuæ per præsentes supressæ, & extinctæ erectione, & institutione, aliàs per recolendæ mem. Pium Papam V. similiter prædecessorem nostrum Motu proprio factis, ac dictæ Ecclesiæ S.Pantaleonis fundatione, & dotatione, illiusque, ac dictæ Ecclesiæ S.Eustachij iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, consuetudinibus, ceterisque contrarijs quibuscumq;

Sanctio pœnalis.

§. 26. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, suppressionis, extinctionis, abdicationis, translationis, concessionis, assignationis, statuti, ordinationis, decretorum, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit; indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum.

Dat. P.An. 1. die 23. Februarij.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ M. DC XXII. vij. Kalend. Martij, Pontificatus nostri Anno Tertio.

Sequitur Concessio vsus perpetui dictæ Ecclesiæ facta per Paulum V. Congregationi Clericorum Sæcularium B. Mariæ.

PAVLVS PAPA V.

Ad futuram rei memoriam.

Edita An. D. 1614.

Exordium.

CHristifidelium quorumlibet, præsertim sub suaui Religionis iugo Altissimo famulantiũ votis, quæ ad promouendam, exercitandamq; eorum, & aliorum fidelium deuotionem pertinere dignoscuntur, libenter annuimus, eaque fauoribus prosequimur opportunis.

Demandauit curam dd. Scholarum Congr. Matris Dei.

§. 1. Cum itaq; Nos nuper curam, regimen, & administrationem in Vrbe erectarum Piarum Scholarum dilectis filijs Præposito, & Clericis Congregationis Matris Dei nuncupatæ, Apostolica auctoritate perpetuò cõmiserimus, & demandauerimus, prout in nostris inde confectis in simili forma Breuis litteris, quarum tenores præsentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur.

Et demque modo concedit perpetuum vsum Ecclesiæ S. Pantaleonis sine præiudicio illius Rectoris.

§. 2. Nos vt Præpositus, & Clerici, ac dictarum Scholarum Scholares pijs eorum exercitijs, suo tempore faciendis, meliùs, & faciliùs vacare possint, prouidere volentes, supplicationibus dilecti filij Alexandri Bernardini dictæ Congregationis Præpositi generalis, Nobis super hoc humiliter porrectis, inclinati; perpetuum vsum Ecclesiæ parochialis S. Pantaleonis, quæ è regione dictarum Scholarum Piarum in Vrbe existit, Præposito, & Clericis prædictis, sine tamen moderni, & pro tempore existentis dictæ Ecclesiæ Rectoris,

ris, ac cuiusquam præiudicio, & dummodo ad id dilecti filij nostri Odoardi Sancti Eustachij Diaconi Cardinalis Farnesij nuncupati expressus accedat assensus, dicta auctoritate tenore præsentium perpetuò concedimus, & assignamus.

Super his molestari prohibet.

§. 3. Decernentes, Præpositum, & Clericos prædictos, desuper à quocumque, quauis auctoritate quomodolibet indebite molestari nullatenus posse.

Contrarijsq. derogat.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Dat. P. An. 3. die 13. Iunij.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris, die 13. Iunij M. DC XIV. Pontificatus Nostri Anno Decimo.

XLVI.

Contra Maleficos, & Sortilegos cum Diabolo pactum facientes, a fideq; apostatando alios lædentes.

De hac materia habes supra constitut. 1. Innocentij Octaui, Summis, pagina 371. tom. 1. Leon. X. constit. 43. Honestis, pag. 543. Hadriani VI. const. 2. Dudum, pag. 548. ibidem, & Sixtus V. const. 17. Cœli, tom. 2. pagina 510.

Edita An. D. 1623

GREGORIUS PAPA XV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Omnipotentis Dei Saluatoris nostri, qui, vt hominem à laqueis Diaboli liberaret, Crucem subire dignatus est, vices, quamquam immeriti, gerentes in terris, in id summo studio, iuxta creditū Nobis desuper Apostolicæ seruitutis officium, incumbimus, vt gregem Dominicum, inæstimabili pretio redemptum, aduersus Sathanæ fraudes defendamus, eiusdem officij partes desuper interponendo, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

Malefices, & Sortilegos de quibus in Rubr. detestatur.

§. 1. Sanè nonnulli suæ conditionis obliti, & solemnis sponsionis ab ijs factæ, cum in Christi gregem, per sacrum regenerationis lauacrum adsciti fuerunt, Sathanæ, cui renunciarunt, artibus, maleficijs, superstitionibus, ac nefarijs inuentis operam dare non verentur, quinimò magistrum imitantes, qui capitali odio, quo humanum genus prosequitur, hominibus insidiari nunquam cessat, proximum varijs modis lædere, animas verò suas perdere, non timent.

Grauissimas eis pœnas infligit.

§. 2. Quapropter, vt tàm exitiosa scelera à Christifidelibus arceantur, grauioribus pœnis vindicanda duximus. Motu itaque proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, tenore præsentium decernimus, præcipimus, & mandamus, vt consti-to, quòd aliquis pactum cum Diabolo fecerit, & à fide apostatando, maleficijs, siue sortilegijs vnam, seu plures personas, ità læserit, vt ex maleficio, vel sortilegio mors secuta sit, etiam primo lapsu, Curiæ sæculari tradatur, debitis pœnis puniendus; Qui verò, similiter apostatando, pactum cum Diabolo, vt præfertur fecerit, & maleficium, seu sortilegium commiserit, ex quo, licèt mors secuta non sit, infirmitas tamen, diuortia, impotentia generandi, siue animalibus, frugibus, vel alijs fructibus damnum notabile prouenerit, muro claudi, siue perpetuis carceribus, in Sancto Inquisitionis officio, vbi illud existit, fabricandis, mancipari debeat.

Delinquentes illos Episcopo, vel Inquisitori denunciari mandat.

§. 3. Qui verò similium delinquentium notitiam habuerint, eos Episcopo, siue Inquisitori denunciare teneantur.

Contraria tollit.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisq; contrarijs quibuscumq;

Transumptis credi iubet.

§. 5. Volumus autem, quòd præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides vbique adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Hanc legem in Vrbe publicatam omnes vbique ligare declarat.

§. 6. Quodque eædem præsentes, postquam in valuis Basilicarum Sancti Ioannis Lateranen. ac Principis Apostolorum de Vrbe, & Cancellariæ Apostolicæ, necnon in acie Campi Floræ affixæ fuerint, omnes, & singulos, ad quos spectat, arctent, & afficiant, perinde ac si vnicuique personaliter intimatæ fuissent.

Dat. 9. An. 3. die 20. Martij.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscat. die 20. Martij M. DC XXIII. Pontificatus nostri Anno Tertio.

Publicatio.

Anno millesimo sexcentesimo vigesimo tertio, Indictione sexta, die verò vigesimatertia mensis Martij, Pontificatus S. D. N. D. Gregorij diuina prouidentia Papæ XV. anno eius Tertio, retroscriptæ litteræ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Basilicarum Sancti Ioannis Lateranen. Principis Apostolorum de Vrbe, Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, per me Brandimarrem Latinum Apostolicum Cursorem, &c.

Abdi-

XLVII.

Abdicatio curæ Animarum à parochiali Ecclesia Sancti Andreæ de Funarijs de Vrbe, ac eius translatio ad aliam parochialem Ecclesiam S. Nicolai similiter de Funarijs, seu alteram viciniorem Ecclesiam; eiusq; concessio Confraternitati Sculptorum, & Lapicidarum, sub inuocatione Sanctorum Quatuor Coronatorum in Vrbe olim institutæ.

Formam conferendi parochiales Ecclesias præscriptam habes in Conc. Trident. sess. 7. c. 13. & sess. 24. cap. 18. de Reformat. quam seruari voluit, ac contra eam collatas damnauit Pius V. vt supra in Const. 33. In conferendis, tom. 2. pag. 219.

Edita An. D. 1623.

GREGORIVS PAPA XV. SERV. SEV. DEI
Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

REgimini vniuersalis Ecclesiæ, meritis licèt imparibus, disponente Domino, præsidentes, votis illis, per quæ Confraternitatum, & aliorum piorum locorum quorumlibet prospero statui, & opportunæ obuentioni, cum diuini cultus augumento, ac Christifidelium spirituali consolatione valeat salubriter prouideri, libenter annuimus, eaq; fauoribus prosequimur opportunis, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

Pont. reseruauit sibi omnia beneficia cum cura, & sine cura vacantia, & vacatura.

§. 1. Dudum siquidem omnia beneficia Ecclesiastica cum cura, & sine cura, apud Sedem Apostolicam tunc vacantia, & in antea vacatura, collationi, & dispositioni nostræ reseruauimus, decernentes ex tunc irritum, & inane, si secus super his à quoquam, quauis auctoritate scienter, vel ignoranter, contigerit attentari.

Modo Ecclesia parochialis S. Andreæ de Funarijs ab eiusdem Rectore libere resignata fuit tunc.

§. 2. Cum itaque postmodum parochialis Ecclesia Sancti Andreæ de Funarijs nuncupata de Vrbe, quæ ab Ecclesia S. Marci de eadem Vrbe, tamquam eius matrice dependet, per liberam resignationem dilecti filij Pompilij Saluestrij presbyteri perpetui beneficiati in Ecclesia Senensi, & nuper primodictæ Ecclesiæ Rectoris de illa, quam tunc obtinebat in manibus nostris sponte factam, & per Nos admissam apud Sedem eamdem vacauerit, & vacet ad præsens, nullusque de illa præter Nos, hac vice disponere potuerit, siue possit, reseruatione, & decreto obsistentibus supradictis.

Ac Cōfratres Sanctorum Quatuor Coronatorum asserunt habere vnā Ecclesiam angustam prope Monasterium Monialium.

§. 3. Et sicut exhibita Nobis, nuper pro parte dilectorum filiorum modernorum Gubernatoris, & Confratrum Confraternitatis Sanctorum Quatuor Coronatorum de dictà Vrbe petitio continebat, quòd primodicta Ecclesia fonte baptismale careat, & in suis structuris, & ædificijs satis angustia, curaque animarum illi incumbens exigua erat, & ad circumuicinas Ecclesias transferri, & ab illius Rectoribus pro tempore existentibus commodè exerceri possit, Gubernator verò, & Confratres prædictæ Confraternitatis ex Sculptoribus, & Lapicidis coaggregatis vnicam Ecclesiam, seu Capellam dumtaxat pro omnibus eorum functionibus obeundis habeant, ipsaque Ecclesia, seu Capella in suis structuris etiam angusta existat, ac monasterio Monialium Sanctorum Quatuor Coronatorum adiaceat, ipsique Confratres commodè ad illam propter illius distantiam, tùm deuotionis causa, tùm etiam pro negotijs eorum pertractan. accedere nequeant.

Illam ad. Sanctorum Quatuor Coronatorum pro eorum functionibus obeundis incommodam.

Aliamque Ecclesiam S. Leonardi eis alias concessam fuisse, eamq. demolitam, ac palatio de Torrisijs incorporatam reperiri.

§. 4. Et alia Ecclesia S. Leonardi de eadem Vrbe dictæ Confraternitati aliàs concessa, præuia illius profanatione demolita, & palatio dilecti filij, nostri magistri Constantij Patritij Cameræ Apostolicæ Thesaurarij incorporata reperiatur.

Necnon velle alteram Ecclesiam d. S. Leonardi nomine dedicare ex quodam pecuniarum summa, vt hic.

§. 5. Ipsique Gubernator, & Confratres certam pecuniarum summam pro pretio dictæ Ecclesiæ S. Leonardi in alterius Ecclesiæ diuo Leonardo dicatæ, seu dicandæ acquisitionem conuertendam receperint, seu recipere debeant. Si igitur primodicta Ecclesia Gubernatori, & Confratribus prædictis, vt infrà concederetur, curaque animarum huiusmodi transferretur, ex hoc proculdubio, eiusdem Confraternitatis commodis, & vtilitatibus, ac primodictæ Ecclesiæ ornatui, diuiniq; cultus in ea augumento opportuna ratione consuleretur, nec parochiani illius quicquam detrimenti paterentur.

Quare supplicarint Pont. vt d. Ecclesiam S. Andreæ ipsis Confratribus concedere, & ex fructibus vnum simplex Beneficium instituere, & alias opportunè prouidere dignetur.

§. 6. Quare pro parte Gubernatoris, & Confratrum prædictorum asserentium fructus, redditus, & prouentus primodictæ Ecclesiæ, super quibus pensio annua 92. ducatorum auri de Camera dilecto filio Ioanni Magarino Clerico Romano, illam annuatim percipienti, Apostolica auctoritate reseruata reperitur, centum & sexaginta ducatorum similium, secundum communem æstimationem, valorem annuum nō excedere, Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus primodictam, Ecclesiam eidem Confraternitati concedere & assignare, ac vnum perpetuum simplex beneficium Ecclesiasticum, vt infra erigere, & instituere, aliasque in præmissis opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 7. Nos igitur, qui dudum inter alia voluimus, quòd petentes beneficia Ecclesiastica

Qui modo ab ea Ecclesia animar. curam, prout que necnon onera omnia & alia cura separat ac dismembrat.

ſtica alijs vniri, tenerentur exprimere verũ annuum valorem ſecundum æſtimationem præfatam etiam beneficij, cui alia vniri peteretur, alioquin vnio non valeret: quiq; diuini cultus augumentum, & propagationem ſinceris exoptamus affectibus, ipſum Gubernatorem, ac Confraternitatis huiuſmodi ſingulares perſonas à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cẽſẽtes huiuſmodi ſupplicationibus inclinati. primodictã Eccleſiã ſiuè præmiſſo ſiuè alio quouis modo, aut ex alterius cuiuſcũq; perſona, ſeu per similẽ reſignationẽ dicti Pompilij, vel cuiuſuis alterius de illa in Romana Curia vel extra eam, etiam coram Notario publico, & teſtibus ſpontè factam, aut conſtitutionem fel. rec. Ioannis Papæ Vigeſimiſecundi prædeceſſoris noſtri, quæ incipit, Execrabilis, vel aſſecutionem alterius beneficij Eccleſiaſtici quauis auctoritate collati vacet, etiam ſi tanto tempore vacauerit, quòd eius collatio iuxta Lateraneñ ſtatuta Concilij ad ſedem prædictam legitimè deuoluta, ac primodicta Eccleſia diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpecialiter, vel aliàs generaliter reſeruata exiſtat, & ſuper ea inter aliquos lis cuius ſtatum præſentibus haberi volumus pro expreſſo pendeat indecisa dummodo eius diſpoſitio ad Nos hac vice pertineat omnimodam illius parochianorum curam, aliaq; iura, officia, & onera parochialia vniuerſa, & illorum exercitium, necnon omnia, & ſingula illius proprietates, fructus, redditus, prouentus, iura, obuentiones, & emolumenta quæcumque in quibuſuis rebus conſiſtentia Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium perpetuò abdicamus, ſeparamus, ac diſmembramus.

De praben. & dig. c. 4. eſt hæc inter extrauag. vel extrauagans.

Et animar. curam ad Eccleſiã S. Nicolai de Funarijs, ſi acceptare eam voluerit ipſius Rector ..... ad vicinorem Eccleſiam cum ſuis iuribus parochialibus cõiunctis transfert.

§. 8. Necnon curam ipſam, iura, officia, & onera, illorumque exercitium huiuſmodi ad Eccleſiam Sancti Nicolai de Funarijs etiã nuncupatorum primodictæ viciniorem, quatenus verò dilectus filius modernus Rector dictæ Eccleſię Sancti Nicolai curam huiuſmodi acceptare nolit, ad aliam ſimiliter prædictæ Eccleſiæ Sancti Andreæ viciniorem, cuius Rector curam huiuſmodi acceptare contentus ſit, ita quòd parochiani primodictæ Eccleſiæ nunc, & pro tempore exiſtentes ad præfatam Sancti Nicolai, ſeù aliam Eccleſiam, ad quam cura huiuſmodi transferri contigerit, tamquam propriam eorum parochialem Eccleſiam pro Miſſis, & alijs diuinis officijs audiendis, ac Sacramentis Eccleſiaſticis percipiendis, tamquam veri, certi, & indubitati illius parochiani accedere, ac illius Rectorem vti verum, & proprium parochum, & animarum ſuarum paſtorem recognoſcere, & obſeruare, illiſque debitam obedientiam, & reuerentiam exhibere, necnon iura parochialia ſolita, & conſueta præſtare debeant, & teneantur, dummodò ipſius Eccleſiæ Sancti Nicolai, ſeù alterius in eius reſeruationem vicinioris primodictæ Eccleſiæ parochi, & dilectorum filiorum modernorum primodictæ Eccleſiæ parochianorum ad id accedat aſſenſus dicta auctoritate earumdem tenore præſentium perpetuò transferimus, cum ipſa Eccleſia S. Andreæ nomen, titulũ, & denominationem, ac eſſentiã parochialis Eccleſiæ Sancti Andreæ, illiuſque Rectoris ſimiliter perpetuò ſupprimimus, & extinguimus.

Prædictamque Eccl. S. Andreæ ſic ab omnibus liberã cum Sanctorũ reliquijs, ac vniuerſa tam ſacra, quam profana ſuppellectili, nec non domo rectorali ipſo rectore vita functo eidem confraternitati concedit.

§. 9. Et inſuper ipſam Eccleſiam Sancti Andreæ ſic ab huiuſmodi cura, officijs, iuribus, & exercitijs parochialibus liberam, & exemptam, ac ſine bonis, & fructibus remanentem cum Sanctorum, & quibuſcumque alijs reliquijs, ac omnibus, & ſingulis paramentis, & ornamentis, calicibus, Crucibus, candelabris, campanis, libris, vniuerſaque ſacra, & profanã ſupellectili, ex auro, & argento, & alijs rebus quibuſcumque in primodicta Eccleſia ad præſens exiſteñ, ex nunc prout poſtquam dictus Pompilius fuerit vita functus, domo, cameris Rectoralibus, & horto, & area in ea exiſtente ex quibus ſi locarentur, octo ducati pares, vel circa, vt accepimus, annuatim perciperentur, prædictæ Confraternitati pro illius Eccleſia ad inſtar aliarum dictæ Vrbis Confraternitatum regenda, & adminiſtranda, ita quòd liceat Gubernatori, & Confratribus prædictis pro tempore exiſteñ primodictæ Eccleſiæ ædium, & ſupellectilis huiuſmodi corporalem, realem, & actualem poſſeſſionem per ſe, vel per alium ſeù alios eorum, & dictæ Confraternitatis nomine propria auctoritate apprehendere, & apprehenſam perpetuò retinere.

In ſignum verò Eccleſiæ S. Leonardi demolitæ mandat vt in yconæ Altaris maioris Eccleſiæ S. Andreæ illorum Sanctor. Imagines apponantur.

§. 10. Ac in ſignum demolitæ Eccleſiæ Sancti Leonardi huiuſmodi, ac in ſatisfactionem obligationis, aliam ſub inuocatione eiuſdem S. Leonardi Eccleſiam ex pretio ipſius Eccleſiæ demolitæ recuperando in ycone Altaris maioris Eccleſiæ Sancti Andreæ Imagines Sancti Andreæ, & Sancti Leonardi patronum collocare, Vicarij Vrbis, vel cuiuſuis alterius licentia deſuper minimè requiſita.

Necnon ſoluere vnum cenſum redimibilem ....

§. 11. Ipſique Gubernator, & Confratres cenſum annuum, & redimibilem 200. ſcentorum

rum in summa principali, redditus autem annui 11. scutorum monetæ Romanæ super bonis primodictæ Ecclesiæ eadem auctoritate creatum, & impositum ex pecunijs re. dactis, seu redigendis ex pretio demolitæ Ecclesiæ huiusmodi redimere, & extinguere, ac fructus hactenus decursos, & non solutos ad summam 30. scutorum parium, vel circa ascendentes soluere debeant, & teneantur, itidem perpetuò concedimus, & assignamus.

Modò vnum simplex beneficium in dicta Ecclesia S. Andreæ ac sub eiusdem sancti denominatione erigit, & instituit.

§. 12. Cæterùm in primodicta Ecclesia vnum perpetuum simplex, & personalem residentiam non requirens beneficium Ecclesiasticum sub inuocatione eiusdem Sancti Andreæ pro vno clerico, seu presbytero sæculari futuro in primodicta Ecclesia perpetuo beneficiato eisdem auctoritate, & tenore sinè alicuius præiudicio perpetuò erigimus, & instituimus.

Dotemque congruam assignat.

§. 13. Illique sic erecto, & instituto pro congrua, & competenti eius dote, & illud pro tempore obtinentis sustentatione omnia, & singula primodictæ Ecclesiæ fructus, redditus, prouentus, bona, & alia emolumenta quæcumque (non tamen ex exercitio curæ animarum, quæ pro tempore existentem Ecclesiæ primo dictæ Ecclesiæ vicinioris ad quã animarum curam prædictam transferri contigerit Rectorem, seu superiorẽ pro cura sic trãsferenda spectare debeant prouenientia, & exceptis domo, & cameris Rectoralibus prædictis, quæ sub huiusmodi applicatione comprehendi non debeant, præuia illorum à primodicta Ecclesia, quatenus opus sit, dismembratione) auctoritate, & tenore præmissis, perpetuò applicamus, & appropriamus.

Has litteras perpetuo validas, & efficaces esse decernit.

§. 14. Decernentes præsentes litteras semper, & perpetuò validas, & efficaces esse, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, neque sub quibusuis similium, vel dissimilium gratiarum reuocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, aut Cancellariæ Apostolicæ regulis, vnionum effectum suum non sortitarũ reuocatorijs, aut alijs contrarijs dispositionibus per Nos, & successores nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes, quomodolibet concessis, ac imposterum concedendis, comprehendi, sed semper ab illis excipi, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, & eum in quo antea quomodolibet erant statum restitutas, repositas, & plenariè reintegratas, ac de nouo sub quacumque posteriori data per Gubernatorem, & Confratres præfatos pro tempore existentes quandocumque eligenda, concessas esse, & fore, suosq; plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere.

Sicque per quoscumque Iudices diffiniri debere mandat.

§. 15. Sicque per quoscumque Iudices etiam causarum Palatij Apostolici Auditores ac S. R. E. Cardinales, & etiam de latere Legatos, & Vicelegatos, dictæque Sedis Nũcios iudicari, & diffiniri debere: irritum quoque & inane, quicquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Obstantia tollit.

§. 16. Non obstañ præmissis, ac Lateranensi concilij nouissimè celebrati vniones perpetuas nisi in casibus à iure præmissis fieri prohibeñ, ac Apostolicis, necnon in prouincialibus, synodalibus, vniuersalibusque concilijs editis, specialibus, vel generalibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, Vrbis, & Confraternitatis prædictarum iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus contrarijs quibuscumque.

Decretumq; poenale super addit.

§. 17. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ abdicationis, separationis, dismembrationis, translationis, suspensionis, extinctionis, concessionis, assignationis, erectionis, institutionis, applicationis, approbationis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1623. 13. Kal. Aprilis, Pontificatus nostri Anno Tertio.

Dat. P. A 1. die 20. Martij.

XLVIII.

Iurisdictiones, & facultates Illustriss. & Reuerendiss. D. Scipionis Cardinalis Burghesij, aliorumque pro tempore Cardd. Protectorum Venerabilis Hospitalis Pauperum Dementium de Vrbe, causas cognoscendi; necnon Officialium, & Ministrorum suorum.

Hospitale hoc ad egenos dementes caritatiue recipiendos, & alendos, instituit Pius V. vt supra in sua Const. 37. s. 2. p. 52.

GREGORIVS PAPA XV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Edita An. D. 1623.

Exordium.

EX iniuncto Nobis desuper Apostolicæ seruitutis officio, votis, per quæ piorum locorum quorumlibet, præsertim in Alma Vrbe nostra institutorum vtilitatibus, & cõmodis consulitur, libenter annuimus, eaque fauoribus prosequimur opportunis.

P Volen-

Deputatio Cardinalis pro tempore Protectoris Hospitalis dementium in Vrbe eius, eorumque Officialium causas quascumque Ciuiles criminales, & mixtas summarie &c. cognoscendi.

§. 1. Volentes itaq; ne dilecti filij Administratores, & alijOfficiales Hospitalis Pauperum Dementium de Vrbe per diuersa Tribunalia litigare cogantur, prouidere, ipsosque specialibus fauoribus, & gratijs prosequi, & eorum singulares personas à quibusuis excõmunicationis, suspeñ, & interdicti, alijsq; Ecclesiasticis sententijs, ceñ, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat cõsequeñ, harum serie absoluentes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati; Omnes, & singulas lites, quæstiones, causas, & controuersias, tàm ciuiles, criminales, prophanas, spirituales, meras, & mixtas, inter Hospitale prædictum, seù illius Administratores, & Officiales huiusmodi, ipsosque Dementes, seu quemcumque eorum ex vna, & quascumque alias personas, cuiuscumque gradus, dignitatis, ordinis, conditionis, & præminentiæ existentes, seu Vniuersitates, Societates, Congregationes, & Monasteria, aut alia loca pia ex altera partibus, coram quibusuis Iudicibus ordinarijs, & extraordinarijs, etiã delegatis, & S.R.E. Cardinalibus, ac Cameræ Apostolicæ generali Auditore, Præsidentibus, & Clericis, necnon Vicario, Gubernatore, & Senatore Vrbis prædictæ, illorumque Locatenentibus, hucusque motas, & pendentes de & super statu, & bonis Hospitalis, & Dementium prædictorum, necnon quibuscumque alijs rebus, iuribus, & actionibus, ac Hospitale prædictum, illiusq; Administratores, & Officiales prædictos, tam coniunctim, quàm diuisim, ac tam actiuè, quàm passiuè spectañ, & pertineñ in quacumq; instantia, in statu, & terminis in quibus reperiuntur, ad Nos auocantes illas omnes, & singulas, necnon quas in futurum moueri de nouo contigerit, tàm actiuè, quàm passiuè, cum omnibus, & singulis suis incidentibus, dependeñ, emergeñ, annexis, & connexis, totoq; negotio principali dilecto filio nostro Scipioni tit. S. Chrysogoni Presbytero Cardinali Burghesio nuncupato, moderno, & pro tempore existenti Hospitalis, & Dementium prædictorum apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectori summariè, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij, sola facti veritate inspecta, & quatenus opus sit, executiuè, & manu regia absq; terminis substantialibus, ac alicuius telæ iudicariæ obseruatione, quacumq; appellatione remota, etiam friuola, audiendas, cognoscendas, decideñ, & fine debito terminañ, committimus, & cum potestate citandi, ac in Romana Curia, & extra eam per edictum publicum, constito summariè de nõ tuto accessu, ac quibusuis inhibendum fuerit, inhibendi, etiam sub ceñ, & pœnis Ecclesiasticis, atque etiam pecuniarijs, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis, & super quibus plenam, liberam facultatem, & auctoritatem eidem Scipioni Cardinali moderno, & pro tempore existenti Protectori huiusmodi concedimus.

Derogatio contrariorum.

§. 2. Non obstañ constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quibusuis etiam iuramento, confirmatione, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, vsibus, stylis, reformationibus, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumq; totis teñ; specialis, specifica, expressa, & indiuidua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruãda foret, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisq; contrarijs quibuscumque.

Dat. P. An. 3. die 2. Aprilis.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die 2. Aprilis M. DC XXIII. Pontificatus nostri Anno Tertio.

XLIX.

Extensio, & noua concessio priuilegiorum omnium, & facultatum à Gregorio XIV. Capellanis Romani Pontificis tunc existentibus concessarum pro Capellanis huius Pontificis.

Gregorij Decimiquarti constitutionem, in qua continentur dicta priuilegia, habes hic ad verbum relatam.

GREGORIVS PAPA XV.

Ad futuram rei memoriam.

Edita An. D. 1623

Causæ huius Constitutionis.

GRata familiaritatis obsequia, quæ dilecti filij Carolus Antonius Vacarius Bononieñ, Cæsar Ferrarinus etiam Bononieñ, Ioannes Bernardinus similiter Bononieñ, Simon Fabrius Nuceriñ, Ioann. Franciscus Sangiorgius Casaleñ, Faustus Polius Spoletañ, Robertus Pauonius etiam Spoletanus, Fabritius Badesius Romanus, Claudius Thomasius Verulanus, & Paulus Maius

Cepha-

Cephaludeñ respectiuè Ciuitatum, & diœcesium moderni Capellæ nostræ Pontificiæ Capellani Nobis, & Apostolicæ Sedi hactenus impenderunt, & adhuc sollicitis studijs impendere non desistunt, necnon vitæ, ac morum honestas, aliaq; laudabilia probitatis, & virtutum merita, quibus eorum personas, tam familiari experientia, quàm etiam fidedignorum testimonijs iuuari percepimus: Nos inducunt, vt illis reddamur ad gratiam liberales.

Greg. 14 edidit constit. tenoris subsequentis in qua concessit Capellanis multa priuilegia, & indulta vt hic.

§. 1. Alias siquidem à fel. record. Gregorio Papa XIV. Prædecessore nostro emanarunt litteræ tenoris subsequentis, videlicet. Gregorius Papa XIV. Ad perpetuam rei memoriam. Circumspecta Romani Pontificis gratiarum dispensatoris prouidentia singulorum merita debita meditatione considerans, illos, prout æquum est potioribus fauoribus, & gratijs efficaciter prosequitur, & condignis honoribus attollit, quos sibi deuotos, & obsequiosos, & amplioribus agnoscit meritis adiuuari. Vt quamprimum antehac Romani Pontifices intimos Capellanos, & familiares suos priuilegijs, & muneribus Apostolicis, vti temporum, & personarum conditio tulit, in primis honestatunt, ità Nos ad præcipua virtutum merita, necnon erga Nos, & Romanam Ecclesiam deuotionis affectum, ac grata familiaritatis obsequia, quæ infrascripti Capellani, qui familiares, ac continui commensales nostri existunt, Nobis hactenus impenderunt, & adhuc solicitis studijs impendere non desistunt, & quæ in nostro, ac Sedis Apostolicæ conspectu & familiari experientia, ac famæ laudabilis commendatione clarè dignoscuntur: debitum respectum habentes, ac propterea personas eorum condigni fauoris gratia, & specialis honoris, ac excellentiæ dignitatis titulo sublimare volentes, ac dilectos filios Petrum Fulurum Romanum I.V.D. Petrum Mariam Anselmum Cremoneñ, Petrum Antonium Poggiolum Mutineñ, Thomam Oldoinum Cremoneñ, Benedictum Giorgescum Burgi Sancti Sepulchri I.V.D. Faustinum Fachinettum Patauinum, Cornelium Cantarinum Faneñ, Io: Baptistam Fortunam Forosemprotonieñ, Iacobum Mitium Bareñ, Nicolaum Farnesianum Ferrarieñ, Cæsarem Gorum de Setia, Terracineñ, & Bernardinum Saluaranum Regieñ, respectiuè Ciuitatum, & diœcesium Capellanos, ac familiares continuos commensales nostros, eorum meritis, & obsequijs sic exigentibus, condignis honoribus, & gratijs, ac fauoribus prosequi cupientes, ipsosq; & eorum singulos à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequeñ, harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes, Motu proprio non ad supradictorum Petri, Petri Mariæ, Petri Antonij, Thomæ, Benedicti, Faustini, Cornelij, Io. Baptistæ, Iacobi, Nicolai, Cæsaris, & Bernardini, vel alicuius ipsorum, aut aliorum pro eis super hoc Nobis oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione, ac certa scientia, Apostolica auctoritate, tenore præsentium Petrum, Petrum Mariam, Petrum Antonium, Thomam, Benedictum, Faustinum, Cornelium, Io: Baptistam, Iacobum, Nicolaum, Cæsarem, & Bernardinum supradictos, & illorum singulos in nostros, & Apostolicæ Sedis Notarios recipimus, ac Sacri Palatij, & Aulæ Lateranensis Comites, sine tamen dilectorum filiorum Notariorum de numero participantium præiudicio, necnon auratæ Militiæ equites, ac nobiles Romanos, & Vrbis Romæ, omniumq; & singularum aliarum Ciuitatum, Terrarum, & locorum S.R.E. mediatè, vel immediatè subiectorum Ciues creamus, & constituimus, ac in numerum, & consortium aliorum nostrorum, & eiusdem Sedis Notariorum, necnon Palatij, & Aulæ Comitum, Equitum, & nobilium Romanorum, aliorumque Ciuium, Ciuitatum, & Oppidorum prædictorum referimus, & conscribimus, ipsisq; etiam si habitum, & rochettum Notariorũ dictæ Sedis iuxta decreta Lateraneñ Concilij nouissimè celebrati non deferant, aut Ciuitates huiusmodi non incoluerint, nec vnquã in eisdem Ciuitatibus domicilium habuerint, vt omnibus, & quibuscumq; priuilegijs, facultatibus, exemptionibus, immunitatibus, libertatibus, fauorib. gratijs, & indultis, quibus cæteri omnes Notarij nostri, etiam de numero participantium, necnon Comites, Equites, & Nobiles, necnon Ciues originatij, etiam in dignitatum beneficiorum Ecclesiasticorum & secularium, etiam ex persona Romanorum originariorum vacantium assecutione, & exercitio, tam in Vrbe, quàm Ciuitatibus prædictis, & alijs vbique locorum, & gentium, necnon sessionum, & conuentuum vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, non solum ad illorum instar, sed pariformiter, & æquè principaliter, ac si priuilegia, facultates, exemptiones, gratiæ, & indulta pro ipsis emanassent (citra tamen exemptionem à Concilio Tridentino sublatam, ac facultatem legitimandi, ad gradus promouendi, & Notarios, seu Tabelliones creandi, aliaq; huiusmodi pri-

Protonotariatus Comites, & equites ...

Nobilitas cum indulto vtendi eisdem priuilegijs, quibus vere Nobiles etiam in assecutione beneficiorum Ecclesiasticorum vtuntur.

absolutio à quacumque excommunicatione.

uilegia à Notarijs Sedis Apostolicæ, & Comitibus Palatinis præstita, vt illis supranominati Capellani familiares nostri nullibi vti valeāt; ac irritum, & inane existat, si secus super his à quoquam, quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.) vti, potiri, & gaudere, ac in omnibus, & singulis Apostolicis, alijsque literis, instrumentis, & scripturis publicis, & priuatis, deinceps eorum nomine conficiendis sese Notarios, Comites, Equites, & nobiles, ac de nobili genere, ex vtroque parente procreatos, necnon Roman. & aliarum Ciuitatum Ciues, vt libuerit, inscribere, & se illis subscribere, valeant, ac pro veris, & non fictis Notarijs, Comitibus, Equitibus, & nobilibus, ac Ciuibus habeantur, nihilque qualecumq; illud fuerit, cum ijs expressionibus subreptitium, obreptitium, aut inualidum, sed illud idem efficax in omnibus, & per omnia censeatur. Et insuper Petrum, Petrum Mariam, Petrum Antonium, Thomam, Benedictum, Faustinum, Cornelium, Ioannē Baptistam, Iacobum, Nicolaum, Cæsarem, & Bernardinum prædictos, ac eorum singulos, ipsorumque beneficia, & officia Ecclesiastica quæcumque, quotcumq; & qualiacumq; illorumq; fructus, res, & iura, vbicumque locorum, Regnorum, & Prouinciarum, necnon in Vrbe, Ciuitatibus, Terris, & locis eidem Romanæ Ecclesię mediatè, vel immediatè subiectis consistentia prædia, domos, possessiones, & bona patrimonialia, aliaque temporalia, mobilia, immobilia, & se mouentia, necnon actiones, & iura præsentia, & futura cuiuscūque qualitatis, quātitatis, & naturæ, ac quanticumque etiam annui valoris, fructus, redditus, & prouentus huiusmodi sint, vel fuerint; ac etiam quæcumque ab ipsis vendenda, & pro eorum, & familiæ vsibus emenda ab omnibus, & quibuscumq; decimis, quartis, dimidijs, fructibus, subsidijs, etiam caritatiuis, necnon vulgaribus portorijs, tributis, datijs, pedagijs, collectis, & quocumque alio modo nuncupatis angarijs, perangarijs, cæterisque oneribus, & contributionibus, tam vrbanis, quàm rusticis, ordinarijs, & extraordinarijs, realibus, personalibus, & mixtis, etiam ratione munitionum, & pontium, portarum, molliturarum, mercium cuiuluis generis, transitus, seu passus, & vecturæ, etiam in aliud territorium, seu Prouinciam, terra, mari, & flumine, necnon equorum mortuorum, stabulationum, militum, institutionis Seminarij Ecclesiastici, aut quacumq; alia quantumuis graui etiam vrgentissima causa (pro subuentione contra Infideles dumtaxat excepta,) vnde, & pro tempore impositis. Ita quod ipsi nihil omnino horum, aut aliorum huiusmodi subire teneantur, nec per Cameræ Apostolicæ, aut alios Commissarios, seu vectigalium, & tributorum huiusmodi redemptores, & exactores quocumque priuilegio, exemptione, & facultate suffultos, aliàs quam vt præfertur, valeāt coarctari, quamdiu seruitijs nostris institerint dumtaxat eximimus, & liberamus. ad hæc cum eisdem, vt quæcumq; duo dissimilia, vel simplicia similia sub singulis tribus tectis quarumcumq; trium Cathedralium, etiam Metropolitanarum, vel aliarum Ecclesiarum cōsistentia, etiamsi vnum ex illis omnibus cum cura; aut dignitas etiam maior, & principalis canonicatus, & præbenda, personatus, administratio, vel officium fuerit; & ad dignitatem, personatum, administrationem, vel officium huiusmodi consueuerit, quis per electionem assumi, eiq; cura etiam iurisdictionalis immineat animarum, si eis aliàs canonicè conferantur, aut eligantur, præsententur, vel aliàs assumantur ad illa, & instituantur in eis recipere, & dummodo illa omnia, vno excepto, personalem residentiam non requirant, insimul, quoad vixerint, retinere. necnon etiā quamdiu Nobis inseruierint tātum in beneficijs Ecclesiasticis etiam curatis non tamē parochialibus, nec curatis cura animarum parochianorum per eos pro tempore obtentis, etiam de iure, statuto, fundatione, vel priuilegio personalem residentiam requirentibus, etiamsi dignitates in Metropolitanis, vel Cathedralibus maiores, ac in Collegiatis Ecclesijs huiusmodi principales fuerint, personaliter residere non teneantur, nec ad id per locorum Ordinarios, aut Ecclesiarum earumdem Capitula, seu quosuis alios ad residendum interim in illis inuiti compelli possint, omnesq; & singulos illorum beneficiorum obtētorum fructus, redditus, & prouentus durante seruitio prædicto, cum ea integritate (distributionibus quotidianis dumtaxat exceptis) cum qua illos perciperent, si in eisdem Ecclesijs, siue locis personaliter residerent, percipere, exigere, & leuare. necnon etiamsi Presbyteri fuerint, ac dignitates, & officia obtinuerint, leges, & iura ciuilia etiam publicè in Scholis, & Vniuersitatibus studiorum generalium ad quinquennium dumtaxat, dummodo ijdem trigesimum ætatis annum non excesserint, audire, & si habiles, & sufficientes reperti fuerint, etiam ad Doctoratus gradum, in huiusmodi facultate se promoueri facere, Ipsaq; iura etiam publicè docere, atque Iudicis, Aduocati, & Procuratoris officium in causis Ecclesiasticis, ciuilibus tantùm, exercere liberè, & licitè possint, & valeant, de specialis dono gratię dispēsamus.

Exemptio à decimis, & alijs impositionibus.

Dispensatio ad duo dissimilia, vel simplicia similia sub singulis tribus tectis.

Dispensatio à residentia durante seruitio Papæ, cū perceptione omnium fructuum, exceptis distributionibus quotidianis.

Indultum audiendi & docendi leges Iudicis Aduocati, & Procuratoris officiū exercendi.

Liceat

Liceat quoque ipsis, ac eorum singulis aliquem idoneum, & ab Ordinario loci approbatum præsbyterum sæcularem, vel cuiusuis Ordinis regularem in suum eligere confessorem, qui vita eis comite, eos, & ipsorum singulos a quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque sententijs, censuris, & pœnis Ecclesiasticis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, & per eos incursis, & quibus ipsos pro tempore illaqueari contigerit, etiam si absolutio ad Nos, & successores Romanos Pontifices pro tempore existentes specialiter, vel generaliter reseruata existat, & quorumcumq; votorum, Ecclesiæ præceptorum trangressionibus, homicidij casualis, manum violentarum in quasuis personas etiam Ecclesiasticas, non tamen Episcopos, vel alios Superiores Prælatos de præterito iniectionibus, seù consilij, vel fauoris, ad id præstationibus ieiunorum, omissionibus, non tamen recitationibus horarum canonicarum, aliorumque diuinorum officiorum, & denique ab omnibus, & quibuscumque alijs eorum peccatis, criminibus, excessibus, & delictis quantumcumque grauibus, & enormibus, etiam talibus, propter quæ Sedes prædicta meritò consulenda foret, videlicet contentis in litteria die Cœnæ Domini publicari consuetis semel tantùm in vita, & mortis articulo, in reliquis vero dictæ Sedi quomodocumque reseruatis, alijsque quibusuis casibus semel in anno cōfessionibus illorum diligenter auditis, sinè tamen alicuius præiudicio prædicta auctoritaté Apostolica absoluere, ac illis pro commissis pœnitentiam iungere salutarem. necnon vota quæcumque vltramarino, visitationis liminum Beatorum Apostolorum Petri & Pauli, castitatis, & religionis votis dumtaxat exceptis, in alia pietatis opera commutare. Ac etiam eisdem, eorumque singulis, quicumque locorum Ordinarij, vel Canonici Metropolitañ seù aliarum Cathedralium Ecclesiarum, aut personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, tàm in dicta Curia, quàm extra eam, etiam ad id per eos, aut eorum singulos coram Notario, & testibus fide dignis eligendi, seù eligendæ, quascumque pensiones annuas eis, & eorum singulis super mensarum Abbatialium, seù Episcopalium, aut Archiepiscopalium, & quorumcumque aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum cum cura, & sinè cura sæcularium, ac quorumuis Ordinum regularium etiam Sancti Ioannis Hierosolymitañ, quomodocumque, & qualitercumque qualificatorum fructibus, prouentibus, iuribus, obuentionibus, & distributionibus, etiam quotidianis, seù illarum loco fructus, redditus, prouentus, iura, obuentiones, distributiones, & emolumenta sibi tunc, & pro tempore assignata, & reseruata quandocumque simul, vel successiuè in toto, vel in parte, vsque ad summam trecentorum ducatorum auri de Camera de eorumdem Capellanorum, vel cuiuslibet ipsorum consensu in toto vel parte, etiam in mortis articulo cassare, & extinguere, & postquam cassatæ, & extinctæ fuerint, alias similes pensiones annuas super fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, obuentionibus, distributionibus, seù illorum loco fructus, redditus, prouentus, iura, obuentiones, & emolumenta huiusmodi etiam vsque ad summam prædictam vni, vel pluribus alijs personis etiam per eosdem Capellanos, & eorum singulos nominandis, etiam quæcumque, quotcumque, & qualiacumq; beneficia Ecclesiastica obtinentibus, expectantibus, seù clericari charactere insigniti volentibus, similiter eis quoad vixerint, vel eorum procuratoribus legitimis eisdem modo, & forma, quibus eisdem Capellanis assignatæ, aut reseruari, seù assignari concessæ, seù concessi fuerint, etiā absq; consensu easdem pensiones soluere debentium, etiam si ijsdem Capellani illa aliàs cassari, & reseruari de nouo faciendi facultatem non habuerint, ac pensiones, & fructus, redditus, prouentus, iura, obuentiones, ac distributiones, & emolumenta huiusmodi, etiamsi pluries cassatæ, & de nouo assignatæ fuerint vsque ad summam, & quantitatem præfatam, & litteris Apostolicis super reseruationibus, & assignationibus huiusmodi non confectis, ac alias cum omnibus, & quibuscumque exemptionibus, priuilegijs, decretis, clausulis, cautionibus, vinculis, obligationibus, & cautelis, ac etiam censuris, & pœnis in prioribus reseruationibus huiusmodi concessis, & conuentis integrè persoluesi reseruare, constituere, & assignare. necnon vt ijdem capellani, & eorum quilibet de omnibus, & singulis domibus, prædijs, possessionibus, terris, & locis etiam iurisdictionalibus, cæterisq; bonis immobilibus, & mobilibus, quæ tamen non sint altaris, vel altarium Ecclesiarum ipsis Capellanis nostris prædictis commissarum ministerio, seu alicui speciali earumdem Ecclesiarum diuino cultui, seù vsui deputata, seq; mouentibus cuiuscumque qualitatis, quantitatis, valoris, speciei, pretij, & conditionis existeñ, ac iuribus, & actionibus ad eos ratione Ecclesiarum, etiam Cathedralium, & Metropolitanarum, Monasterio-

Confessionale, &c. — Facultas soluendi — Commutan. vota. — Facultas transferendi pensiones etiam in mortis articulo vsque ad summam 300. ducatorum. — Facultas testandi vsque ad summā 300. ducat. etiam per priuatam scripturam, ac cum latius, &c.

ſteriorum, Prioratuum, Præpoſiturarum, dignitatum, & aliorum quorumcumque beneficiorum Eccleſiaſticorum cum cura, & ſine cura ſæcularium, & quorumuis ordinũ regularium, quæ ex quibuſuis conceſſionibus, & diſpenſationibus Apoſtolicis, in titulum, commendam, adminiſtrationẽ, ac aliàs quomodolibet obuenerint, obtinent, & obtinebunt; ac fructuũ, redditiuum, & prouentuum Eccleſiaſticorum loco pẽſionum annuarũ penſionũq; annuarum ſuper ſimilibus fructibus, redditibus, & prouentibus eis reſeruatorum, & aſſignatarum, ac reſeruandorum, & aſſignandarum, quos, & quas perceperint, percipiunt, & percipient in futurum, necnon emolumentorum, quorumcumque Romanæ Curiæ officiorum, ac aliàs quomodolibet ſpectantibus, & pertinentibus, ac etiã de dictis fructibus, redditibus, prouentibus, & penſionibus annuis, necnon eorum induſtria, ac labore quomodolibet, & vndecumque, licitè tamen acquiſitis, & acquirendis, ac aliàs, etiam de muneribus, & officijs, quæ exercuerint, ac eos exercere contigerit, & alia quauis occaſione, vel cauſa, ſeù contemplatione ad eoſdem peruentis, & peruenturis, etiamſi in pecunia numerata, & iocalibus, gemmis, alijſque pretioſioribus rebus conſiſtant, tàm in dicta Curia, quàm extra eam vbique locorum, etiam penes beneficia ipſa exiſtẽtibus quorum omnium qualitates, & veros annuos valores etiã ſi talia forent, quæ in generali appellatione bonorũ, vel ſupellectilium non veniant, ſed ſpecialibus indigerent vocabulis, præſentibus, ac ſi ſpecificè, & ſigillatim exprimerentur, ac denotarentur, pro ſufficienter expreſſis, & declaratis haberi volumus: Ac etiam de ipſis prouentibus, & penſionibus debitis, & debendis, ac nondum perceptis, & exactis, etiamſi eorum ſolutionis, aut perceptionis terminus nondum aduenerit, pro illa rata, quæ illis debita erit, conſtitutione declaratoria ſuper fructibus, & pecunijs non exactis, quæ forſan ad ſucceſſores in ipſis beneficijs ſpectare, & pertinere debeant, non obſtante, etiam accumulatiuè cum quibuſuis alijs ſimilibus, vel diſſimilibus facultatibus habitis, & habendis vſque ad ſummam ducentorum ducatorum auri ſimilum dumtaxat tàm pro decentibus, & honeſtis impenſis funebribus, quàm etiam pro remuneratione illorum, qui eis viuentibus ſeruierint, etiam vltra ſeruitij meritum, ac in ipſorum conſanguineorum, & affinium, & quorumcumque piorum locorum fauorem, vſum, ac aliàs pro eorum arbitrio, & voluntate abſolutè teſtari, ac teſtamento, codicillis, fideicommiſſis, legatis, donationibus, tàm inter viuos, quàm cauſa mortis, & alijs quibuſcumque modis, & titulis, ſcriptura etiam minus ſolemni, etiã coram duobus, vel tribus teſtibus, aut etiam cedula ſola eorum manu ſcripta, vel ſubſcripta, & aliàs in omnibus, & per omnia, prout, & quemadmodum eis videbitur, etiam in ipſa Curia, & in articulo, nulla facta mentione præſentis, vel aliarum eis pro tempore conceſſarum ſimilium facultatum, aut quòd in vim illarum teſtari, ſeù diſponere velint, aut intendant ſemel atque iterum, & pluriès diſponere, ſtatuere, & ordinare, itaut quicquid teſtatum, geſtum, ordinatum, ſeu aliàs diſpoſitum ab ipſis fuerit, etiam in vim ſimplicis diſtributionis, ac aliàs omni meliori modo valeat, & ſeruari omnino debeat, ipſaque teſtamenta, codicillos, diſpoſitiones, ordinationes, donationes, legata, & ſtatuta, etiam pluries, ac toties, quoties eis videbitur, moderare, limitare, ac etiam in totum reuocare, & alia de nouo edere, etiam liberè, & licitè valeant, plenam, & liberam concedimus facultatem. Statuentes nihilominus, & ordinantes, eiſque pariter indulgentes, quòd ſi contingeret ipſos ab inteſtato, & ſi vlla, vel minus valida bonorum, & rerum, ac fructuum, & redditunm, prouentuum prædictorum diſpoſitione in dicta Curia, vel extra eam, ac etiam extra ſua beneficia, aut alia loca debitæ ab eis reſidentiæ perſonalis, etiam nulla ſubſiſtente cauſa, ab humanis decedere, omnia, & ſingula eorum bona, res, & iura, etiam vt præfertur qualificata, necnon ſpolia cuiſcumque quantitatis, & valoris exiſtentia, etiam ex prædictis, ac aliàs vndecumque prouenientia ad Cameram Apoſtolicam, ſeu in dictis beneficijs ſucceſſores non pertineant, ſed ad hæredes ſanguinis eorumdem integrè deueniant; & illis deficientibus, inter eorum familiares arbitrio perſonæ, ſeù perſonarum, quas ad id ipſi ſcripto nominauerint, diſtribuantur, niſi de illa diſpoſitione, vel intentione eorumdem ſcriptura, etiam minus ſolemni, ſecus appareret; quam tunc velut efficacem ipſæ perſonæ, vel alij Iudices, ſeù executores omninò exequi & adimplere, illiſque ſe ſe conformare in omnibus, & per omnia debeant: Et nihilominus quæcumque huiuſmodi teſtamenta, donationes, legata, diſpoſitiones, & alia forſan, aliàs ab ipſis etiam nulla, aut minus ſufficienti facultate ſuffultis, de huiuſmodi bonis, iuribus, actionibus, fructibus, pecunijs, iocalibus, alijſq; rebus ſupradictis, etiam in fauorem conſanguineorum, & affinium præfatorum, ac aliàs quomodolibet facta, cum omnibus indè ſecutis

curiis, ac etiam ea, quæ per ipsos in futurum quomodolibet fient, & nunc, prout ex tunc, & è contra, approbamus, & confirmamus, omnesque, & singulos iuris,& facti, ac solemnitatum omissarum, & omittendarum, necnon substantiales, aliosq; defectus quoscumq; si qui interuenerint in eisdē,etiamsi tales sint, vel fuerint, quòd specialis, & specifica, de ipsis mentio habenda esset, supplemus. Districtius inhibentes quibusuis Archiepiscopis, Episcopis, & alijs Ecclesiarum Prælatis, necnon fabricæ Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, aut Cruciatæ Sanctæ, & alijs Collectoribus, Subcollectoribus, cæterisq; cuiuscumque dignitatis, status, gradus, & conditionis existentibus, & quauis auctoritate, & potestate fungentibus, sub excommunicationis maioris, alijsque sententijs, censuris, & pœnis Ecclesiasticis, ne Vniuersitates, Collegia, & loca, ac legatarios, hæredes, & personas, necnō testamenti, voluntatū,& ordinationū huiusmodi executores præfatos directè, vel indirectè, quouis quæsito colore, vel ingenio molestare audeāt quoquomodo, vel perturbare. Ac decernētes prædicta omnia, & singula, præsentesque litteras, ac testamenta, donationes, codicillos, fideicommissa, legata, ordinationes, erogationes,& dispositiones, ac alia quæcumque, necnon quæ in præmissis facta sunt, aut fieri contigerit, tàm vigore præsentis, quàm etiam aliarum concessionum eis factarum, ac deinceps in genere, & in specie faciendarum cum inde sequutis, & sequuturis, etiam si ipsos in prædicta Curia, aut quacumque alia Mundi parte, extra Ecclesias, & loca beneficiorum suorum personalem residentiam requirentium qualitercumque qualificatorum per eos nunc, & pro tēpore etiam pro sola voluntate, & nulla subsistente causa residentes ab humanis decedere, contigerit, sub litteris fel. record. Pij Papæ IV. Prædecessoris nostri, contra quoscumque Episcopos, Archiepiscopos, & alios Prælatos, necnon parochialium Ecclesiarum Rectores, cæterosque residētiæ personali prædictæ adstrictos, extra illam quomodocumque decedentes, septimo Kal. Decembris, Pontificatus sui anno quinto, aut alio veriori tempore emanatis, & sub quibuscumque alijs constitutionibus, aut reuocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, decretis, declarationibus Apostolicis, Cancellariæ Apostolicæ regulis, ex quibusuis causis quantumcumque maximis, & vrgentibus, & inexcogitabilibus, etiam in fauorem fidei, & diuini cultus augmentum, ac consistorialiter etiam à Nobis, & Sede prædicta hactenus, vel nunc, aut pro tempore factis, & editis, minimè comprehendi, sed semper ab illis excepta, & quoties emanata fuerint toties in pristinū, & validissimum statum; ac etiam sub data posteriori, etiam cum derogationibus, & clausulis etiam derogatoriarum derogatorijs, irritantibusq, & alijs decretis; per eosdem Capellanos, & eorum singulos eligenda, apponenda, & latissimè specificanda, reposita, restituta, & plenariè reintegrata, ac de nouo concessa, ac valida, & efficacia fore, necnon perpetua firmitate subsistere, suosque plenarios, & omnes omninò effectus, qui de iure, stylo, consuetudine, ac aliàs quomodocumque sortiri poterunt, sortiri, ac vim veri, legitimi, iurati, stipulati, ac validi, & efficacis contractus inter eosdem Capellanos ex vna, ac Nos, & Sedem præfatam, & Cameram Apostolicam ex altera partibus habere, nec etiam per promotiones ad Ecclesiam Cathedralem, etiam Metropolitanam, aut translationes, vel alios status, & personarum mutationes, nec per similes, vel dissimiles gratias ipsis concessas, & concedendas, confundi, sed ipsis accumulatiuè in omnibus, & per omnia vti, & si quid in vna ex facultatibus huiusmodi defuerit, per aliam suppleri debere; nec hæredes, legatarios, & loca ad quos, seu quæ bona, iura, & actiones huiusmodi deuenerint, vel eis relinquentur, aut executores prædictos ad tertiā, seu aliam illorum partem, quam etiam ex nunc eis, ac locis, hæredibus, legatarijs, & donatarijs, liberaliter concedimus, & donamus, Cameræ, vel fabricæ, aut beneficijs præfatis, etiam pro expeditione contra Infideles, & quibuslibet alijs quantumlibet pijs vsibus soluendum, ac cum eis desuper componendum, vel eos ad aliam particularem licentiam, siue indultum, aut confirmationem præsentium à Nobis, vel successoribus nostris Romanis Pontificibus petendum, vel impetrandum, aut etiam alia simili gratia sine eius confirmatione ipsis quomodocumque concedenda de præsenti mentionem aliquam faciendam minimè teneri, nec ad id vlla vnquam necessitate cogi posse. Et sic in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, & eiusdem S. R. E. Cardinales, necnon pro tempore existentem eiusdem Ecclesiæ Camerarium, Præsidentes, & Clericos præfatos in quauis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere; irritum quoque, & inane si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Inhibitio.

Man-

Mandantes dilectis filijs nostro Alexandro S. Laurentij in Damaso Diacono Cardinali Mōtalto nuncupato, litterarum Apostolicarum Summatori, plumbiq; & registri nostri magistris, secretarijs, & cæteris ad quos pertinet, sub suspensione ab emolumentis suorum cuiusque officiorum, quam eo ipso censeri volumus incurrisse, vt nullo alio desuper mandato, vel ordinatione, aut iussione expectatis, aut signi, vel contrasigni exhibitione, quibuscumque excusationibus, & dilationibus postpositis, litteras Apostolicas super præmissis omnibus, & singulis, tàm coniunctim, quàm diuisim pro omnibus, & singulis Capellanis supradictis quocumque tempore etiam in forma Rationi congruit, gratis vbique etiam sinè subscriptione litterarum earumdem Scriptorum, Abbreuiatorum, Secretariorum, aut aliorum Cancellariæ, & Cameræ Officialium, omni contradictione cessante, signent, & expediant, ac expediri faciant. Quocirca venerabilibus fratribus nostris Ostien. & Portuen. ac Tusculan. Episcopis, Motu simili per Apostolica scripta etiam mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios præsentes litteras, & in eis contenta quæcumque, vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Petri, Petri Mariæ, Petri Antonij, Thomæ, Benedicti, Faustini, Cornelij, Io: Baptistæ, Iacobi, Nicolai, Cæsaris, & Bernardini præfatorum, vel alicuius eorum desuper fuerint requisiti, solemniter publicantes, ac eis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra præsentes litteras, & in eis contenta quæcumque firmiter obseruari; necnō eisdem Capellanis, vel eorum procuratoribus, fructus, redditus, & prouentus prædictos, iuxta indulti de illis percipiendis in absentia, tenorem integrè ministrari; non permittentes eos desuper per locorum Ordinarios, ac dilectos filios Capitula, & Capitulares personas Ecclesiarum, in quibus beneficia huiusmodi forsan fuerint, seu quoscumque alios, quauis auctoritate fungentes, contra præmissa, aut eorum aliqua quomodolibet indebitè molestari; Cōtradictores quoslibet, & rebelles per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaq; opportuna iuris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, legitimisq; super his habendis seruatis processibus, censuras, & pœnas ipsas etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis. non obstan. præmissis à fel. recor. Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri de vna, & in Concilio generali edita de duabus dictis, ac alia eiusdem Bonifacij, qua cauetur, ne quis extra Ciuitatem, vel diœcesim in quibus deputari fuerint, ad iudicium non trahatur, necnon Pij Papæ IV. similiter prædecessoris nostri de gratijs interesse Cameræ Apostolicæ quomodocumque concernentibus, infra certum, tunc expressum tempus in eadem Camera præsentandis, & registrandis: itaut præsentes nostræ litteræ etiā si nunquam in eadem Camera registrentur, perpetuò tamen valeant, & subsistant: ac Lateranen. Concilij, etiam nouissimè celebrati, etiam de certo Notariorum numero, etiamsi ad illum nondum deuentum fuerit, cui per hoc aliàs derogatum non intendimus, & de consensu præstando in pensionibus, & quibusuis alijs etiam per Nos, & Sedem præfatam quomodolibet editis, & imposterum edendis Cancellariæ præfatæ regulis, ac stylo in similibus hactenus seruato: & piæ mem. Alexandri Papæ VI. etiam prædecessoris nostri tertiam partem bonorum Ecclesiasticorum Cameræ præfatæ deberi inter alia disponente, necnon eiusdem Bonifacij prædecessoris, per quam concessiones de fructibus in absentia percipiendis sinè præfinitione temporis fieri prohibentur, ac quorumuis aliorum Romanorum Pontificum, etiam prædecessorum nostrorum, & quibusuis alijs Apostolicis, ac in Prouincialibus, & synodalibus Concilijs editis, specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & ordinationibus, necnon legibus Imperialibus, & alijs etiam municipalibus, tàm Vrbis, quàm quarumuis aliarum Ciuitatum, & locorum, etiam in quibus Ciues originarij creati sunt, ac quarumuis Ecclesiarum, Monasteriorum, Ordinum, & Hospitalis præfati, necnon quorumuis Collegiorum, & officiorum dictæ Curiæ, ac Regnorum, Prouinciarū, & Vrbis, ac aliarum Ciuitatum, & locorum, ac præfatæ Cameræ, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, stabilimentis, vsibus, & naturis, etiam si de illis seruandis, & non impetrandis litteris Apostolicis contra ea, nec etiam ab alio vel alijs impetratis, aut aliàs quomodolibet concessis vtendo, ipsi Capellani per se, vel eorum procuratores præstiterint, forsan hactenus, vel imposterum eos præstare contigerit iuramētum, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis dd. Ecclesijs, Monasterijs, Ordinibus, & Hospitali S. Ioannis Hierosolymitani, illorumque Præsulibus, seu Administratoribus, & Superioribus, ac Magistris, Præceptoribus, Prioribus, Militibus etiam Ancianis, Capitulis, Conuentibus, Ciuitatibus, & locis, alijsque personis, & particularibus, ac etiam decimarum,

Mandatum de expedien. gratis.

Deputatio iudicum executorum.

Clausula derogatoria.

rum, pedagiorum, gabellarum, & onerum exactoribus, & appaltatoribus, aliorumq; onerum Redemptoribus, nec non Archiepiscopis, Episcopis, & alijs locorum Ordinarijs, etiam eiusdem S. Rom. Ecclesiæ Cardinalibus, ac dictæ Curiæ officialibus, illorumq; Collegijs, sub quibuscumq; tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsq; efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusq; & alijs decretis per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac etiam Nos, & Sedem præfatam etiam Consistorialiter, & de eiusdem S. R. E. Cardinalium consilio, & per modū statuti, & constitutionis perpetuorum, ac Motu, & scientia paribus, deq; Apostolicæ potestatis plenitudine ad Imperatoris, ac Regum, & Reginarum, Ducum, Marchionum, & aliorum Principum instantiam, seu illorum contemplatione in genere, vel in specie, aut aliàs quomodolibet, etiam iteratis vicibus, concessis, confirmatis, & innouatis, & imposterum concedendis, confirmanā, & innouanā, etiam si in ijs, ac statutis, & stabilimentis præfatis caueatur expressè, vel tacitè, quòd Vrbis nonnisi originarijs Ciuibus Romanis, ac Ciuium eorumdem filijs, aliarum verò partium beneficia nisi per personas illustres, seu nobiles, ac etiam originarios Ciues, aut aliàs certomodo in illis expresso qualificatos obtineri, aut conferri possint, & nullus in Ciuem Vrbis, aut Ciuitatum, Oppidorum, Terrarum, & locorum huiusmodi admitti, seu illorum priuilegijs vti possit, nisi prius in dd. Ciuitatibus, Oppidis, Terris, & locis per certum tempus habitauerit, seu etiam in illis bona etiam stabilia forsan ad certum valorem ascendentia possideat, ipsiq; Exactores, & Appaltatores decimas, pedagia, & onera huiusmodi etiam ab exemptis exigere, & illos ad solutionem, seu contributionem cogere, & compellere possint seu debeant. quodq; Præceptoriæ, & alia beneficia quæcumq; d. Hospitalis S. Ioannis Hierosolymitani, tam ex eius institutione, quàm ex stabilimentorum præfatorum dispositione, non in titulum perpetuorum beneficiorum conferri, sed in commendam ad vitam concedenā, reuocabiliter concedi debeant, & sic pensionibus, Clericis sæcularibus, aut alijs personis Apostolica auctoritate reseruandis, grauari non possint. quodq; stabilimentis, & priuilegijs præfatis etiam vigore clausulæ implicitæ derogationis latissimè extendendæ, etiam per quascumque litteras Apostolicas, & quasuis etiam derogatoriarum derogatorias, efficaciores, & insolitas clausulas derogari non possint, nec derogatum censeatur, nisi derogatio huiusmodi de consilio dd. Cardinalium fiat, & etiam tunc demum ad id Magistri, & Conuentus præfatorum expressus accedat assensus, sintq; litteræ derogationis huiusmodi etiam per dictum Magistrum subscriptæ, ac eis, & prædictis Conuentui, per diuersas in forma Breuis, aut alias litteras diuersis temporibus cum certis interuallis præsentatas intimatæ, & non aliàs, nec alio modo semper in huiusmodi, quæ sic fient etiam de simili consilio, & derogatione, apposita clausula, quòd illa effectum sortiantur, dē consensu Magistri, & Conuentus prædictorum, & non alias, aliter, nec alio modo. Quibus omnibus, & eorum singulis; etiam si pro illorum sufficienti derogatione aliàs de illis, eorumq; totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut certa exquisita forma ad hoc seruanda foret, & in eis caueatur expresse, quòd illis nullatenus derogari possit. quodq; clausula implicitæ derogationis in rescripto etiam Motu proprio emanato apposita, aliter in litteris exprimi, vel extendi nequeat, illorum omnium tenores præsentibus pro sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, hac vice dumtaxat harum serie in genere, & in specie, ad effectum præmissum sufficienter, expresse; Motu, & scientia similibus derogamus, & derogatum esse decernimus. quodq; prædicti Capellani primam non fecerint in Ecclesijs huiusmodi personalem residentiam consuetam, cæterisque contrarijs quibuscumque. Cæterum quia difficile foret, præsentes litteras ad singula, in quibus de eis forsan fides facienda fuerit, loca deferre: volumus, & eadem Apostolica auctoritate decernimus, quòd ipsarum transumptis etiam impressis, manu Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius Curiæ, aut personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides etiam in iudicio, vel alibi, vbi opus fuerit, adhibeatur, quæ adhiberetur eisdem præsentibus, si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctum Marcū sub Annulo Piscatoris die x. Septembris M D X C I. Pontificatus nostri Anno Primo.

§. 2 Nunc autem nos Carolum Antonium Cæsarem, Ioannem, Simonem, Io. Franciscum, Faustum, Robertum, Fabritium, Claudium, & Paulum præfatos, qui etiam, familiares continui Commensales nostri existunt, specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes

Quæ omnia modo iste Pont. cōfirmat & de nouo obtegit, indulget suis Capellanis.

lentes, & eorum singulares personas à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsq. Ecclesiasticis sententijs, censuris, & poenis à Iure, vel ab homine, quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequen. harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes. Motu proprio non ad illorum, vel aliorum pro eis Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, ac certa scientia, omnia, & singula priuilegia, facultates, concessiones, & indulta in præinsertis litteris contenta, quatenus tamen sint in vsu, Carolo, Antonio, Cæsari, Ioanni, Simoni, Io. Francisco, Fausto, Roberto, Fabritio, Claudio, & Paulo præfatis Apostolica auctoritate tenore præsentium similiter concedimus, & indulgemus.

Clausulam præservatiuam adiungit.

§. 3. Decernentes priuilegia, facultates, concessiones, & indulta præfata, ac præsentes litteras valida, firma, & efficacia esse, & fore, necnon eisdem Carolo, Antonio, Cæsari, Ioanni, Simoni, Io. Francisco, Fausto, Roberto, Fabritio, & Paulo in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari.

Aliter iudicandi sublata facultas.

§. 4. Sicq. per quoscumq; Iudices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatij Apostolici Auditores iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Et Contrarijs remotis.

§. 5. Non obstan. omnibus illis, quæ d. Gregorius prædecessor in præinsertis litteris suis voluit non obstare, cæterisq. contrarijs quibuscumque.

Dat. 7 Aprilis.

Dat. Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die xi. Aprilis MDCXVIII. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

L.

Comprobatio Erectionis Nouitiatus Fratrum Congregationis Iesuatorum S. Hieronymi in domo regulari SS. Ioannis, & Pauli de Vrbe à Petro Card. Aldobrandino illius Protectore pro regularis disciplinæ restitutione, & conseruatione nuper instituti.

Scias alia de hac Congregatione multa me indicasse ad Const. xi. Martini v. tom. 1. pag. 262. & const. 16. Pauli v. tom. 3. pag. 194. ibi videre poteris. Et etiam in alia hutus Pont. Cōst. 36. Ex iniuncto hic sup.

Facta 4. D. 1623.

GREGORIVS PAPA XV.
Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

INter multiplices pastoralis officij curas, quibus assiduè premimur; illa Nos præ cæteris maximè sollicitos habet, vt regularis disciplinæ obseruantia in quibuslibet Monasterijs, & locis regularibus conseruetur; & vbi collapsa est, modis quantum cum Domino fieri potest, restituatur opportunis:

P. Card. Aldobrandinus Cong. Iesuatorum Protector Nouitiatum instituit in Domo regulari SS. Ioan. & Pauli de Vrbe, vnde multi fructus prouenerint.

§. 1. Cum itaque, sicut accepimus, bo. me. Petrus Episcopus Sabinen. Cardinalis Aldobrandinus nuncupatus, Congregationis Iesuatorum sub regula S. Augustini, dum vixit, apud Nos, & Apostolicam Sedem Protector, pro regularis disciplinæ in prædicta Congregatione restitutione, & conseruatione in domo SS. Ioannis, & Pauli de Vrbe eiusdem Congregationis vnū Nouitiatum octo abhinc annis circiter sub cura, & gubernio, ac regimine vnius Congregationis Clericorum Regularium Theatinorum nuncupat. professoris erigi, & institui obtinuerint; ex erectione autem, & institutione Nouitiatus huiusmodi non mediocres in eadem Congregatione Iesuatorum fructus cum diuini cultus incremento prodierint.

Hic Pont. d. Institutionē cōprobat, iteratò erigit, & perpetuæ firmitatis robur adijcit.

§. 2. Nos inuiolabili erectionis, & institutionis Nouitiatus huiusmodi firmitati; simulque prospero, & felici eiusdem Congregationis Iesuatorum statui, quantum Nobis ex alto conceditur, consulere volentes. Motu proprio, nō ad alicuius Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, erectionem, & institutionem Nouitiatus huiusmodi tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illisque inuiolabilis Apostolicæ firmitatis robur adijcimus, ac omnes, & singulos, tàm iuris, quàm facti, & quosuis alios etiam quantumuis substantiales defectus, si qui desuper quomodolibet interuenerint, supplemus. Et nihilominus Nouitiatum prædictum in dicta domo regulari modo, & forma quibus erectus, & institutus fuit Apostolica auctoritate earumdem tenore præsentium quatenus opus sit, de nouo erigimus, & instituimus.

Protectori certam dat facultatem circa Priorem, & lectores d. Nouitiatus.

§. 3. Insuper quod in nouis domibus regularibus eiusdem Congregationis Iesuatorum, ad quas infrascriptos Nouitios professos mitti contigerit, Prior, siuè Lector eorumdem Nouitiorum professorum huiusmodi, siuè alij eiusdem Congregationis professores absque expresso dilecti filij nostri Hippolyti S. Mariæ Nouæ Diaconi Cardinalis Aldobrandini nuncupati moderni, & pro tēpore existētis eiusdē Congregationis Iesuatorum apud Nos, & Sedem eamdē Protectoris consensu, siuè deputari, aut amoueri nullatenus possint seù debeant, & in euentum, in quem Prior, seu Lector huiusmodi absque eiusdem Hippolyti Cardinalis

nalis consensu deputatus sit, seù eos deputari contingat, ab eorum officijs huiusmodi per eumdem Hippolytum Cardinalem amoueri, & alij in eorum loca subrogari possint, & valeant, auctoritate, & tenore prædictis statuimus, & ordinamus, necnon eidem Hippolyto Cardinali vnam eiusdem Congregationis domum regularem sibi beneuisam, quæ à sua, & pro tempore existentis dictæ Congregationis Protectoris auctoritate immediatè dependeat, eligendi in eamque Nouitios, qui in prædicto Nouitiatu educati fuerint, post annum circiter ab emissione professionis per eos facta computandum, prout per multos annos fieri consueuit, mittendi, in eisdemque domibus regularibus, & earum qualibet Superiores cuiusuis patriæ, siuè Prouinciæ constituendi, & deputandi plenam, & amplam facultatem, auctoritate, & tenore prædictis concedimus, & impartimur.

Contrauenientes erectioni Nouitiatus, & regularis disciplinæ obseruantiam seruari præcipit.

§. 4. Inhibentes propterea sub excommunicationis, & alijs arbitrio dicti Hippolyti Cardinalis infligendis pœnis, omnibus, & singulis dictæ Congregationis Iesuatorum professoribus, ne contra erectionem, & institutionem Nouitiatus huiusmodi, aut regularis disciplinæ obseruantiam per dictum Cõgregationis Clericorum Regularium Theatinorum professorem in dicto Nouitiatu introductam, & quam in alijs eiusdem Congregationis Iesuatorum locis regularibus, benedicente Domino introduci contigerit, quouis quæsito colore, ingenio, vel prætextu venire, aut quicquam machinari, siuè attentare audeant, seù præsumant.

Clausulæ præseruatiuæ subdit.

§. 5. Necnon decernentes præsentes litteras, & in eis contenta quæcumque semper, & perpetuò valida, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis ad quos spectat, inuiolabiliter obseruari; sicque & non aliter per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatij Apostolici Auditores sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrarijsq. omnibus derogat.

§. 6. Non obstañ Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac dictæ Congregationis Iesuatorum, etiam iuramento, cõfirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & singulis eorum omnium tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, ac derogatum esse volumus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Dat. 7 Aug. die 27. Aprilis.

Dat. Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris, die xxij. Aprilis 1623. Pontificatus nostri Anno Tertio.

Obitus Papæ.

Obijt iste Pontifex ROMAE die Septimo Iulij, M. DC. X XIII. sepultusque fuit in Basilica Sancti PETRI.

VRBANVS OCTAVVS

Italus, ex Ciuitate Florentiæ in Prouincia Hetruriæ, Maphæus antea dictus, Antonij de Barberinis filius, S.R.E. Presbyter Cardinalis Tituli S. Onuphrij, Romæ die 6. Augusti 1623. Summus Pontifex pronunciatus; & die 29. Septemb. coronatus.



I.

Priuilegia, Gratiæ, & Indulta concessa Conclauistis qui inseruierunt in Conclaui in quo S.D.N. Vrbanus Octauus Diuina inspirante Prouidentia ad summi Apostolatus apicem fuit euectus.

Non dissimiles gratias concesserunt Conclauistis suorum temporum Clem. 8. const. 16. Equitati, sup. t. 3. p. 20. Et Paul. V. Const. 3. Romanum, vbi sup. p. 177. ac Greg. XV. vt in sua Const. 1. Romanus, hic sup. pag. 49.

VRBANVS EPISC. SERVVS SERV. DEI Edita A.D. 1623

Ad futuram rei memoriam.

CIRCVMSPECTA in Prooemium omnibus Romani Pontificis prouidentia, singulorum merita æqua lance considerans, illos potioribus gratijs, & fauoribus prosequitur, quos erga se, & Sedem Apostolicam, benemeritos, & in labo-

ribus, & vigilijs pro Sede ipsa sufferendis indefessos, & pluribus cognoscit meritis adiuuari.

Hos Conclauistas ob remunerationem laborũ absoluit a Censuris, & eisdem donat decẽ millia scuta aurea in tot locis Montiũ vacabilium existentia cum primum vacare contigerit.

§. 1. Hinc est, quòd Nos dilectos filios Conclauistas, qui in Conclaui, in quo Nos, diuina fauente clementia, ad summi Apostolatus apicem assumpti fuimus, Nobis, & Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, vti familiares, & continui commensales inseruiendo, interfuerunt, quique ea de causa labores, vigilias, & incommoda plura subierunt, habita ratione obsequiorum huiusmodi, fauoribus, gratijs, & priuilegiis, pro cuiusque meritis exornare volentes, ipsosq; Conclauistas, & quemlibet eorum, à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsq; Ecclesiasticis sententijs, censuris, & poenis à iure, vel ab homine, quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes, Motuproprio, non ad ipsorum Conclauistarum, vel alicuius eorum, vel alterius pro eis Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex nostra mera liberalitate, ipsos Conclauistas, & eorum singulos, quibus etiã hodie summam decem millium scutorum auri in auro in tot locis Montium vacabilium de Vrbe, cum primum illos vacare contigerit, per duos saltem ex Deputatis ab ipsis Conclauistis, inter eosdem Conclauistas, & per singula eorum capita solitum præscriptum numerum non excedentia, non autem singulas cellulas æquis portionibus distribuendorum, gratiosè, & irreuocabiliter Apostolica auctoritate donauimus.

Et creat nobiles, Ciues continuos commẽsales, ac familiares Papæ, & Comites Lateranẽs ac Sedis Apostolicæ notarios sine præiudicio participantium.

§. 2. In veros, indubitatos, & non fictos familiares cõtinuos commensales nostros, ac eos, qui ex illis Clerici existunt, seu militiæ Clericali adscribi desiderant, quosq; tres huiusmodi Cardinales singularim; in quolibet ordine antiquiores gradu, nobilitate, & alijs meritis dignos tali dignitate indicauerint, in nostros, & Apostolicæ Sedis Notarios, sinè præiudicio dilectorum filiorum Notariorum de numero participantium, recipimus, & tàm illos, quàm alios Conclauistas singulos, qui singularim ab eisdem tribus Cardinalibus digni tali honore reputati fuerint, Sacri Palatij, & Aulæ Lateranensis Comites, & Milites, ac tàm illos, quàm omnes, & quoscumque alios Conclauistas indistinctè, qui nobiles non sunt; nobiles, quique Vrbis, vel alicuius alterius ex Ciuitatibus, temporali dominio eiusdem Romanæ Ecclesiæ mediatè, vel immediatè subiectis, Ciues esse voluerint, singulos in ea ipsa Ciuitate, quam sigillatim quisque eorum elegerit, & ad quam ab eisdem tribus Cardinalibus se admitti petierit, veros Ciues ad instar, & nulla prorsus differentia, inter eos, & singulos alios veros, originarios, & antiquissimos etiam nobiles, & participantes Ciues ipsius Vrbis, vel Ciuitatis, ita vt ipsum ius Ciuitatis, ad quoscumq; illorum hæredes, eodem modo transeat, creamus, constituimus, & assignamus, ac nobilitatis, & ciuilitatis titulo, honore, & insignibus decoramus, aliorumque familiarium, & continuorum commensalium Nobis actu in Palatio nostro Apostolico inseruientium, ac illius tinello comedentium, & bibentium, ac nostrorum, ac Sedis prædictæ Notariorum, Palatijq; & Aulæ prædictorum Comitum, Militum, & Nobilium, ac Ciuium huiusmodi originariorum numero, & consortio fauorabiliter aggregamus, ac pro veris, indubitatis, & non fictis familiaribus, continuis commensalibus, ac Notarijs nostris, Comitibus, Militibus, Nobilibus, & Ciuibus deinceps haberi, & reputari volumus, ac mandamus.

Eorumque ac priuilegijs, gratijs, & indultis, etiã si eorum habitũ non deferãt gaudere declarat.

§. 3. Eisq; vt in quibuscumque impetrationibus, concessionibus, & litteris tàm gratiam, quàm iustitiam concernentibus, se familiares continuos Commensales nostros, Comites, Milites, Nobiles, & Ciues, etiam originarios nominare, nec propterea impetrationes, concessiones, & litteræ ipsæ subreptionis vitio subiaceant, sed validæ & efficaces existant, ac ex nunc deinceps in perpetuum omnibus, & quibuscumque, ac prorsus similibus antelationum, antelationibus, prærogatiuis, priuilegijs, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, decretis, declarationibus, derogationibus, mãdatis, suspensionibus, fauoribus, gratijs, priuilegijs, indultis, ac iuribus, quibus alij nostri familiares tempore dictæ assumptionis nostræ ad Summi Apostolatus apicem, ac quibus alij eiusdem Sedis Notarij, etiam de numero participantium existentes, etiamsi habitum, & rocchettum Notariorum ipsius Sedis non deferant, Palatijque, & Aulæ præfatorum Comites, Milites, Nobiles etiam originarij, ac antiquissimi Ciues eiusdem Vrbis, vel Ciuitatis, quam, vt præfertur, elegerint, quique ex vtroque parente verè nobili, & ciue originario, & antiquissimo procreati de iure, statuto, consuetudine, vel aliàs ex aliquo speciali priuilegio, seu alias quomodolibet, etiam quoad assecutionem quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum, etiam per quascumque litteras, seu Constitutiones Apostolicas pro tẽpore editas, vtuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent,

gaudent, ac vti, frui, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, vbique locorum in iudicio, & extra, sine tamen eorumdem Notariorum de numero participantium præiudicio, vti, frui potiri, & gaudere liberè, & licitè valeant, realiter, & integrè in omnibus, & per omnia, etiamsi in Vrbe, & Ciuitate huiusmodi non habitauerint, perinde ac si de verè nobili genere, ex vtroque parente nobili originario, ac antiquissimo Ciue procreati forent, & huiusmodi prærogatiua, priuilegia, exemptiones, gratiæ, fauores, concessiones, indulta, & iura, quæ pro alijs nobilibus, & Ciuibus originarijs emanarunt, & quæ ratione Nobilitatis, & Ciuilitatis naturalis, & originariæ alijs cōpetunt, pro eisdem Cōclauistis in specie emanassent, seu emanarēt, & eis naturaliter de iure, statuto, cōsuetudine, fundatione, vel aliàs cōpeterent, auctoritate, & tenore similibus, indulgemus.

Eximit à solutione quorumcumque onerum ad instar S. R. E. Card.

§. 4. Singulosq; Conclauistas prædictos à solutione, & exactione Decimarum, & cuiuscumque Pedagij, Subsidij, Gabellæ, & cuiuscumque oneris, tàm ordinarij, quàm extraordinarij, vbique locorum, & ex quacumq; quantumuis vrgentissima, & inexcogitabili causa, & occasione, etiam ad instantiam Imperatoris, Regum, & Rerumpublicarum, etiam Venetiarum, ac aliorum quorumcūque Principū impositarū, & imponendarum pro tempore ex nunc, prout ex tunc, & è contra, & postquam casus huiusmodi impositionis, & solutionis euenerit, liberamus, & eximimus, liberosq; & exeptos fore, & esse ad instar S.R.E. Cardinalium decernimus.

Absoluit à censuris forsan incursis ob contrauentionem Const. super creatione Romani Pont. editarum.

§. 5. Ac à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, alijsq; Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis, si quas quomodolibet propter contrauentiones contentorum in Constitutionibus super creatione Romani Pontificis, pro tempore editis, vel aliàs quomodolibet incurrerunt in foro conscientiæ tantum, absoluimus, & liberamus.

Supplet, & reualidat omnes defectus in prouisionibus Beneficiorum, Pensionum, &c. prouenientes.

§. 6. Ac omnes, & quoscumque defectus, si qui forte sint, omnium prouisionum, Beneficiorum, Dignitatum, ac Pensionum eorumdem Conclauistarum, tàm ex multiplicitate titulorum, & ob incursionem quarumcumque censurarum, & irregularitatis, quàm aliàs ex quauis causa prouenientes sanamus, ac huiusmodi prouisiones, vigore eorum priuilegiorum, in foro conscientiæ tantùm, perinde ac si nouas prouisiones obtinuissent, reualidamus, & quatenus opus sit, omnibus, & singulis eorum de omnibus, & singulis dignitatibus, & alijs cum cura, & sinè cura beneficijs Ecclesiasticis quomodolibet qualificatis, & nuncupatis, etiam cuiusuis ordinis regularibus, per eos respectiuè obtentis, de nouo etiam respectiuè prouidemus, & omnes & singulas pensiones eis, & eorum singulis, super quibusuis beneficijs Ecclesiasticis quomodolibet qualificatis, & nuncupatis, etiam alicuius ordinis regularibus, respectiuè reseruatis, similiter de nouo reseruamus.

Remittit fructus male perceptos tam ob praedictos, quàm alios defectus etiam ob non recitationem horarum Canonicarum.

§. 7. Ipsisq; Conclauistis, eorumq; singulis quoscumque fructus, redditus & prouentus Ecclesiasticos occasione quarumcumque dignitatum, canonicatuum, & præbendarū, aliorumq; beneficiorum Ecclesiasticorum, quorumcumque, ac quarumcumque pensionum annuarum ipsis, vel eorum cuilibet collatorum, & reseruatarum, tàm ex antedictis, quàm ex alijs defectibus, & occasionibus, etiam ratione omissionis recitationis horarum Canonicarum indebitè perceptos, cuiuscumque quantitatis fuerint, gratiosè remittimus, & condonamus.

Dispensat super inhabilitate ad Sacros etiam ordines. De promouendorum ad Ordines qualitatibus vide Conc. Trid. sess. 23 capp. 12. & 13.

§. 8. Ac cum eis super inhabilitate, & irregularitate, per eos propterea quomodolibet contracta, vel etiam ex eo quod Censuris huiusmodi ligati Missas, & alia Diuina officia, dummodo tamen non in contemptum Clauium, celebrauerint, aut aliàs in diuinis se immiscuerint, quodque illa, & alijs præmissis non obstantibus ad omnes, etiam Sacros, & Presbyteratus Ordines aliàs ritè, & dummodo nullum alicui eorum obstet canonicum impedimentum, promoueri, & in illis, & in susceptis per eos alias ritè Ordinibus etiam in Altaris Ministerio ministrare, etiam liberè, & licitè valeant, dispensamus.

Illegitimos legitimis Natalibus restituit.

§. 9. Ac eosdem Conclauistas, si qui eorum defectum natalium patiuntur, ex quocumque damnato, & illicito coitu, etiam si ex nobilissimis parentibus, & vilibus fœminis forsan procreati sint, etiamsi legitimati aliàs existant, legitimamus, omnemq; ab illis genituræ huiusmodi maculam, siuè notam abstergimus, & abolemus, ac legitimis natalibus restituimus.

Habilitatque ad successiones bonorum omnium, præter Ecclesiasticas. De testamentis ad fauorem illegitimorum habes Pij V. const. 117. t. 2. p. 325.

§. 10. Et cum eorum singulis, vt in quibuscumque bonis paternis, & maternis aliorum consanguineorum, seu cognatorum, vel aliorum quorumcumque, sinè tamen præiudicio venientium ab intestato, vel ex fideicommisso, seù alias de iure valida dispositione, & præterquàm in bonis Ecclesiasticis, & ab Ecclesia prouenientibus, succedere, & illa donationis, vel alio quouis titulo consequi, & habere, ac ad æquales portiones, cum legitimis succedere, eos ad omnia iura, legitimas successiones ex testamento, vel ab intestato, hæreditates, legata, libertates, te-

restituendo realiter, & cum effectu.

Ac etiam ad dignitates, honores, & officia.

§. 15. Ac ad dignitates, honores, & quæcumque alia officia sęcularia, publica, vel priuata, etiam assumi, illaq; gerere, & exercere in omnibus, & per omnia, ac si de legitimo matrimonio procreati forent, ac eodem defectu non obstante, si aliud canonicum eis non obsistat, vt Clericali caractere, qui illo nondum insigniti sint, insigniri, ac ad omnes, etiam Sacros, & presbyteratus ordines, si nondum ad illos promoti sint, promoueri, ac postmodũ caractere, & ordinibus huiusmodi, illorũq; priuilegijs vti, ac in eisdẽ ordinibus, etiã in Altaris ministerio ministrare, ac quæcumque, & qualiacũque cũ cura, & sine cura beneficia Ecclesiastica, etiãsi personatus, administrationes, & officia, etiam curata, & electiua in Cathedralibus, & Metropolitanis, vel Collegiatis Ecclesijs, seù parochiales Ecclesiæ, vel earum perpetuæ Vicariæ, ac Canonicatus, & Præbendæ, Dignitates, non tamen maiores post Pontificalem, aut principales in Collegiatis Ecclesijs huiusmodi fuerint, si sibi aliàs canonicè conferantur, aut ipsi eligantur, præsententur, vel aliàs assumantur ad illa, & instituantur in eisdem, recipere, & dummodo plura simul non sint, quàm quæ à Concilio Tridentino permittuntur, retinere liberè, & licitè valeant.

Hoc generaliter prohibuerat Gregor. XI. const. & sup. t. 1. p. 326. & quoad dignitates Ecclesiasticas vide Conc. Trid. sess. 24. c. 3. de Refor mat.

Con Trid. sess. 24. c. 17. de Reformat.

§. 12. Ac eisdem Conclauistis, & eorum singulis, vt quicumque loci Ordinarij, vel Canonici Metropolitañ, vel Cathedralium, seù duarum insignium Vrbis Collegiatarum Ecclesiarum, aut personæ aliæ quęcumque Ecclesiasticę in dignitate Ecclesiastica constitutę, tàm in Romana Curia, quàm extra eam ad id per eos, & eorum singulos eligendi, seù eligendę quascumque pensiones annuas eis, & eorum singulis super quibuscumque fructibus, redditibus, & prouentibus quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum, etiam per Sanctę Romanę EcclesięCardinales obtentorũ, & in posterũ obtinendorũ, cum cura, & sine cura, sęcularium & quorumuis ordinum regulariũ, seù fructus, redditus, & prouentus huiusmodi beneficiorum reseruatos, seù reseruandos, etiamsi aliàs semel, vel pluries translatę, seù translati fuerint vsque ad summam centum ducatorum auri de Camera similium in toto, vel in parte, ac etiam in mortis articulo cassare, & extinguere, & postquam cassatę, & extinctę fuerint, alias similes pẽsiones annuas, seù fructus, redditus, & prouentus huiusmodi, vsque ad summam prędictam vni, vel pluribus alijs personis Ecclesiasticis, vel etiam si clericali caractere tunc temporis nondum insigniti sint, cum clausula tamen ex tunc, prout postquã dicto caractere ritè insigniti fuerint, per eosdem Conclauistas, & eorum singulos nominandis, etiam quæcumque, quotcumque, & qualiacumque beneficia Ecclesiastica obtinentibus, & expectantibus, aliàs tamen capacibus, similiter eis quoad vixerint, vel eorum procuratoribus legitimis eisdẽ modo, & forma, quibus eisdem Conclauistis reseruatę, seu reseruati fuerint, etiã absq; beneficia ipsa obtinentium consensu, integrè persoluẽdas, ac per eos propria auctoritate percipiendas, exigendas, & leuandas, reseruare, constituere, concedere, & assignare valeant, atque in quasi possessione dictas pensiones exigendi, in qua ipsi Conclauistæ tempore translationis per eos præsẽtium vigore faciẽdæ, existebãt, in omnibus, & per omnia subrogati esse censeantur, etiã concedimus, & indulgemus.

Indulget vt possint nominare personas ad pensiones summam 100. ducatorum auri non excedentes.

§. 13. Etiamsi similem gratiam à Prædecessoribus nostris aliàs forsan obtinuerint, seù quilibet eorum obtinuerit, tàm vigore aliorum priuilegiorum Cõclauistarum, quàm ex quocumque alio indulto, & priuilegio, quorum effectum per hanc nouam gratiam, & concessionem impediri nolumus, sed cumulatiuè concessam, vel concessas esse volumus; Itaut quilibet eorum cumulatiuè, & ampliatiuè prædictis facultatibus præsentibus, ac præteritis priuilegijs hac in re concessis, vti, frui, & potiri possit. Decernentes ipsas translationes, & nouas reseruationes, constitutiones, & assignationes pensionum, seù fructuum, redditaum, & prouentuum huiusmodi, vt præfertur, faciendas, ex nunc, prout postquam factæ fuerint, plenam roboris firmitatem obtinere, ipsosq. beneficia, super quorum fructibus, redditibus, & prouentibus reseruatæ fuerint, obtinentes, ad illas persoluendas efficaciter obligatos fore.

Hanc facultatem cumulatiuè, & ampliatiuè concessam esse declarat.

§. 14. Ac cum eisdẽ Conclauistis, quòd ratione quarumcumque pẽsionũ annuarum eis, & eorum cuilibet, super quibuscunq; beneficijs Ecclesiasticis, etiã Cathedralibus, & alijs Ecclesijs, seù Monasterijs, etiam à prædictis S. R. E. Cardinalibus obtinendis, vel aliàs quomodolibet qualificatis, non tamen vltra summam ducatorum ducẽtorum parium pro quolibet, nunc, & pro tempore reseruatarum, & reseruandarum habitũ & tonsuram clericales gestare, & in illis dũmodo aliàs ipsi habitũ decentẽ & honestũ deferant, incedere minimè debeãt, nec ad id à quoquã desuper cogi, seù compelli, minusq; aliquas sententias, censuras, ac etiam priuationis, seù cassationis ipsarũ pẽsionum pœnas occasione præmissorũ incurrere possint; sed easdem pensiones ad præ-

Dispẽsat cum eis super delatione habitus Clericalis de super retentione pensionum 200. scutorum valorem annuum excedẽtium etiam si matrimonium contrahant. De hoc nouella habes in Const. 31. Sixt. V. sup. t. 2 p. 458. & Conc. Trid. sess. 14. c. 6 & sess. 23. capp. 6. & 17.

prædictam summam ducentorum ducatorum ascendentes, & reseruatas, vt præfertur, etiamsi matrimonium iam contraxerint, vel posthac contrahere voluerint, cum vnica tamen, & virgine, recipere, & liberè retinere.

Spoliorum bona spolijs subiacere prohibet, sed in illis hæredes succedere concedit.

§. 15. Postremò quòd bona quæcumque ad dictos Conclauistas, & eorum quemlibet spectantia, & per eos etiam ratione quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum, etiam canonicatuum, & præbendarum, ac dignitatum, etiam maiorum, & principalium, etiam speciali nota, & expressione dignarum quarumcumque, per eos aliàs obtentorum, & obtinendorum, aut aliàs quomodolibet, & quouis quæsito colore, vel ingenio, seu eorum industria, licita tamen, ac aliàs licitè acquisita, & acquirenda, etiam in Vrbe, eiusq; districtu, ac vbique existentium spolijs minimè subiaceant; sed Conclauistæ prædicti, etiam si Religioni alicuius Militiæ, etiam Sancti Ioannis Hierosolymitani adscripti fuerint, de illis in fauorem quarumcumque personarum, etiam si Curiales esse desierint, & in quocumque loco quantumuis remoto, etiam extra eorum, & cuiuslibet ipsorũ propriam residentiam eos decedere contingerit, testari, & aliàs disponere, ijsq; ab intestato decedentibus, legitimi eorum hæredes quicumque succedere, liberè & licitè valeant, simili modo concedimus & indulgemus.

De spolijs habes plura notata ad Const. 13 Paul V. sup. t. 3. p. 199.

Contentorum in hac Const. obseruantiam mandat.

§. 16. Præcipientes, ac mandantes dilectis filijs nunc, & pro tempore existentibus S. R. E. Camerario, & Thesaurario, Præsidentibus, Clericis Cameræ nostræ Apostolicæ, & quibusuis alijs spoliorum huiusmodi Collectoribus, & Subcollectoribus, ac Militarum prædictarum Officialibus, aut Prioribus, ne in huiusmodi bonis manus apponant, neque hæredes prædictorum Conclauistarum desuper molestare audeant, seu præsumant, ac etiam decernentes donationes etiam per viam testamenti, & codicillorum per ipsos Conclauistas de eorum bonis huiusmodi faciendas, semper, & perpetuò validas, & efficaces fore.

Nec ad registrationem, & insinuatione tenet.

§. 17. Nec eosdem Conclauistas, eorumuè aliquem ad præsentes litteras in dicta Camera insinuandum, aut admitti, & registrari petendũ teneri, nec illas; etiam si illę intra tempus legitimũ insinuatæ, admissæ, seu registratæ non fuerint: propterea minus validas censeri; sed suos plenarios effectus sortiri debere.

Clausulas præsentis addit.

§. 18. Ac easdem præsentes litteras, & in eis contenta quæcumque sub quibusuis reuocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, decretis, constitutionibus Apostolicis similiũ gratiarum reuocatorijs, vel quæ eas limitarent, seu moderarent, quæ à Nobis, & dicta Sede pro tempore, & ex quibusuis causis, etiam vrgentissimis, etiã in fauorem fidei, & diuini cultus augumentum, etiam Consistorialiter, vel aliàs quauis auctoritate bactenus, vel in posterum emanauerint, minimè comprehẽsas esse; sed quoties illæ emanabunt, toties easdem præsentes in pristinum statum restitutas, repositas, & reintegratas esse, & censeri.

Sublata aliter iudicandi facultate.

§. 19. Sicq; per quoscumque Iudices, & Commissarios, quauis auctoritate fungentes in quauis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, vbique iudicari, & diffiniri debere, irritumq; & inane at si secus super his à quoquam, quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Litterarum prædictarum expeditionem gratis fieri iubet.

§. 20. Et insuper dilectis filijs nostro Ludouico tituli Sancti Laurentij in Damaso Presbytero Cardinali Ludouisio nũcupato, S. R. E. Vice Cancellario, & litterarum Apostolicarum Summatori, ac Secretarijs Apostolicis, & Pręsidenti Plumbi, alijsque Officialibus, ad quos litterarum earumdem expeditio per viam secretam spectat, in virtute Sanctę obedientię, & sub pœna indignationis nostrę, Motu simili, & ex certa scientia, ac de Apostolicę potestatis plenitudine, etiam mãdamus, vt easdẽ pręsentes litteras super pręmissis omnibus, & singulis, tàm coniunctim, quàm separatim, ac pro singulis, quibus concessa fuerunt, ac seorsum, & separatim cum omnibus, & quibuscumque derogationibus, decretis, & clausulis in eis contentis, gratis etiam quoad compositionem in Datataria, & per viam secretam absque alio mandato expediant, & expediti faciant.

Cõfirmat omnia Priuilegia eisdem Conclauistis concessa.

§. 21. Et insuper omnia, & singula priuilegia, gratias, & concessiones eisdem Conclauistis, & eorum cuilibet à diuersis Summis Pontificibus Pręde cessoribus nostris, hucusque concessa, Motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus confirmamus, & approbamus, ac de nouo liberalissimè concedimus.

Contraria remouet.

§. 22. Non obstantibus pręmissis, ac de certo eorumdem Notariorum numero, etiam si ad illum nondum sit deuentum, cui per hoc aliàs non intendimus derogare, ac nostra, & Cancellarię Apostolicæ regula de præstando consensu in pensionibus, ac felicis recordationis Pij Quarti de similibus, vel dissimilibus gratijs in Camera Apostolica infra tres Menses præsentandis, & registrandis, ac Pij Quinti Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum contra illegitimos, necnon Pictauen Concilij, ac nostris, & Cancellariæ

cellariæ prædictæ Regulis, etiam in crastinum assumptionis nostræ ad Summi Apostolatus apicem editis, & in prædicta Cancellaria publicatis, & etiam in vniuersalibus, Prouincialibusq. Concilijs editis, specialibus, vel generalibus constitutionibus, & ordinationibus, ac Ecclesiarũ, Monasteriorũ, ordinũ etiã S. Ioannis Hierosolymitani, ac etiã Vrbis Romanæ, & aliarum Ciuitatũ, Oppidorũ, & Terrarũ Cameræ prædictę, ac quarũuis Vniuersitatũ, etiã iuramẽto, cõfirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & cõsuetudinibus, stabilimẽtis, vsibus, naturis, decretis, etiam nouis reformationibus, & legibus, tam Pontificijs, quàm Imperialibus, Regijs, & Ducalibus, & Sacris Canonibus, priuilegijs quoq; indultis, & litteris Apostolicis, illis eorumq. superioribus, & personis, ac locis quibuscumque in genere, vel in specie, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis derogatoriarum derogatorijs, alijsq. efficacioribus, & insolitis clausulis irritantibus, & alijs decretis, etiam vim contractus, & statuti perpetui continentibus, ac etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, etiam Consistorialiter, & aliàs in contrariũ quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis: Quibus omnibus, etiamsi de illis, eorumq. totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbũ, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seù quæuis alia expressio habẽda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata, inserti forent, pręsentibus pro expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat harum serie specialiter, & expresse derogamus, contrarijs quibuscumque: Aut si quibusuis communiter, aut diuisim ab eadẽ sit Sede indultum, quòd interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuscemodi mentionem.

Nomina Conclauistarum, &c.

Nunc autem de gratia speciali omnia Priuileg. a Conclauistarum (excepta donatione decem millũ scutorum) concedit Frãcisco Viario ipsorum Conclauistarum procuratori.

§. 23. Et insuper cum dilectus filius Franciscus Viarius laicus Burgi S. Sepulchri, tamquam dictorum Conclauistarum Procurator in pręmissis sedulam pro ipsis operam, vt accepimus, nauauerit, propterea, & aliorum meritorum suorum, ac obsequiorum Nobis, & Sedis Apostolicę impensorum intuitu, Volentes ipsum specialibus fauoribus, & gratijs prosequi, eidem Francisco Viario, quòd licèt in Conclaui pędicto non inseruierit, nihilominus, omnibus, & singulis supradictis gratijs, priuilegijs, facultatibus, immunitatibus, libertatibus, honoribus, prerogatiuis, præeminẽtijs, indultis, exemptionibus, cęterisq. pręmissis, non tamẽ quoad participationem decẽ millium scutorum huiusmodi, per Nos vt supra dictis Cõclauistis donatorũ, & inter ipsos, vt prefertur distribuendorum, tamquam Conclauista, & vnus ipsorum frui, & gaudere liberè, & licitè possit, & valeat, perinde ac si Conclaui huiusmodi verè, & realiter interfuisset, constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cęterisq. supradictis, & alijs contrarijs nequaquã obstãtibus, Motu, & auctoritate similibus de speciali gratia indulgemus.

Transumptis harum Const. fidem dari precipit.

§. 24. Volumus autem quòd pręsentium transumptis impressis, & sigillo, ac manu alicuius personę in dignitate Ecclesiastica constitutę munitis, & subscriptis, eadem fides tàm in iudicio, quàm extra illud adhibeatur, quę originalibus litteris adhiberetur si forent exhibitę, vel ostensę.

Sanctionẽ penalem adiungit.

§. 25. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrę absolutionis, receptionis, creationis, constitutionis, assignationis, decorationis, aggregationis, liberationis, exemptionis, remissionis, condonationis, dispensationis, legitimationis, abstersionis, abolitionis, restitutionis, decretorum, concessionum, indultorum, præceptorum, mandatorum, derogationis, & voluntatum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum.

Dat. P. An. 1. die 6. Aug.

Datum Romę apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicę millesimo sexcentesimo vigesimo tertio, octauo Idus Augusti, Pontificatus nostri Anno primo.

II.

Canonizatio S. Philippi Nerij Congregationis Clericorum Sęcularium Oratorij Fundatoris.

Hunc Philippum Greg. XV. retulerat in Sanctorum Confessorum numerum, vnà cum Sanctis Isidoro, Ignatio, & Francisco Confessoribus, ac Teresia Virgine, sed morte præuentus, Bulla desuper expediri non potuit, & ideo hic Pont. modo illam expediuit.

Iste Sanctus, dum viueret, erexit Cõgregationem enunciatam in prima rubr. quam postea approbauit Greg. 13. vt videre est in sua Const. 2. Copiosus, in Appẽd. t. 3. p. 33. vbi omnia ad eam spectantia adnotaui.

VR-

Edita A. D. 1623.

VRBANVS EPISC. SERVVS SERV. DEI
Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium.

RAtioni congruit, & conuenit æquitati, vt ea, quę de Romani Pontificis prouidentia processerunt; licèt eius superueniente obitu litterę Apostolicę desuper confectę non fuerint, suum debitum consequantur effectum.

Narrat Greg. XV. fe. rec. meditasse Deum quotidie selicitare in terris Sanctos.

§. 1. Dudum siquidem fel. rec. Greg. Papa XV. Prędecessor noster piè pręmeditatus, quòd supremus ille, & diligens Pater familias, qui ab origine mundi plantauit vineam suam, vniuersalem scilicet Ecclesiam, in eam quotidie non desinat mittere operarios, quorum assiduitate culturę illa vepribus expurgata fructum afferat, vel centesimum, vel sexagesimum, vel trigesimum; quodq; ante Incarnationem Verbi misit in eam Patriarchas, & Prophetas, virosq; sanctissimos, qui portauerũt pondus diei, & ęstus; post assumptam vero humanitatis nostræ substantiam venit vocare nouissimos, sanctos videlicet Apostolos, qui vineam hanc, & fidei feruore, & prędicationis verbo, per vniuersum propagarunt orbem; ijsq. adiunxit non solum fortissimorum Martyrum exercitus, qui effuso sanguine illam irrigarunt vberrimè, sed etiam Confessorum laudabilem numerum, quorum sanctitatis exemplo hęc vinea vbiq; terrarum odorem afflat suauissimum.

Et præcipuè paucis ante annis Philippum Nerium sanctimoniam redolentem: & propterea illum Sanctorum catui addere intendit.

§. 2. Inter quos paucis ante annis sanctimoniam redolere satis constiterat Beatum Philippum Nerium, Congregationis Oratorij Fundatorem: cuius & vitę puritas, & omnium virtutum congeries, & miraculorum gloria plurimum elucebat; ipsius Beati Philippi Cathalogo Sanctorum adscriptioni decreuit intendere.

Anno obitus eiusdem fuit cœptum formari processus super ipsius sanctitate & miraculis eiusdem vocis oraculo fel. rec. Clem. VIII.

§. 3. Cumque iam ab ipso die, quo dictus Beatus Philippus obdormiuerat in Domino, fama sanctitatis, & miraculorum eius adeò creuisset, vt statim dignus Canonizatione acclamaretur; & multi viri graues de illa promouenda cogitassent; & apud pię memorię Clementem Octauum etiam Predecessorem nostrum desuper egissent, & eiusdem Clementis Prędecessoris auctoritate viuę vocis oraculo concessa, statim eodem ipsius Beati Philippi obitus anno, in Vrbe, & extra eam fuissent receptæ informationes, & facti processus super illius virtutibus, sanctitate, & miraculis.

Eo mortuo, fel. re. Paulo V. successori institerunt Reges & Principes, ac Presbyteri Congregationis Oratorij pro eius Canonizatione.

§. 4. Et successiuè coram similis recordationis Paulo Quinto pariter Prædecessore nostro, pro eadem canonizatione charissimus in Christo filius noster Ludouicus Franciæ & Nauarræ Rex Christianissimus, & charissima etiam in Christo filia nostra Maria, eiusdem Ludouici Regis mater, ac dilecti filij nobiles viri Senatus Populusque Romanus; & Maximilianus vtriusque Bauariæ, necnon Carolus Gonzaga Niuernensium, & dum in humanis agerent, Ferdinandus Primus, & post eius obitum Cosmus Secundus Magni Hetruriæ eis subiectæ Duces; & dilectæ in Christo filiæ nobiles mulieres Christina Colmi mater, & Catharina Caroli pręfati vxor; ac etiam dilecti filij Presbyteri dictę Congregationis instiiissent.

Qui Card. Cong. Sacror. Rituũ processum in genere & in specie desuper formari mandauit.

§. 5. Et Paulus Prædecessor prædictus Venerabilibus Fratribus nostris, tunc suis, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus; super Sacris Ritibus deputatis per suas in forma Breuis sub Annulo Piscatoris desuper expeditas litteras commisisset, vt inquirerent in genere prius, ac deinde in specie super fama Sanctitatis, virtutibus, & miraculis dicti Beati Philippi formarent iuris ordine seruato processum.

Finito processu in genere ecla[?] fuit posse deueniri ad processum in specie.

§. 6. Eoq. diligentissime peracto, & facta, per bonæ memoriæ Dominicum eiusdem Sanctæ Romanæ Ecclesię Cardinalem Pinellum nuncupatum, relatione, ex processu videlicet in genere facto, plene constare de fama sanctitatis, & miraculorum dicti Beati Philippi, ac deueniri meritò posse ad inquisitionem in specie.

Quem vt facerent vel coniunctim vel duo eorum tribus Rotæ Auditoribus demandauit.

§. 7. Dictus Paulus Prædecessor, bonæ memoriæ Francisco Peniæ Rotæ Decano, & Horatio Lancellotto; ipsoq; Horatio promoto ad Cardinalatus honorem, Alexandro Ludouisio tunc in minoribus constituto, qui deinde ad Summi Apostolatus apicem assumptus, Gregorius XV. prædictus fuit nuncupatus, ac Venerabili fratri nostro Dionysio de Marquemont Ecclesię Lugdunensi postmodum præfecto, omnibus causarum Palatij Apostolici tunc Auditoribus, vt coniunctim; vel saltem duo eorum procedentes, inquisitiones, & probationes huiusmodi facerent, factasq. referrent, demandasset.

Hic Dionysius de Marquemont creatus fuit Cardinalis Die 19. Mensis Ian. 1626.

Qui canonizandum esse retulerunt.

§. 8. Dictiq; Auditores Commissarij iniuncto sibi officio, diligenter perfuncti, totius negotij seriem in scriptis eidem Paulo Prędecessori retulissent.

Postea per octo Cong. [?] diuersis temporibus hab. [?] confirmata fuit.

§. 9. Et dictus Paulus Prędecessor relationem, vt præfertur, factam vnà cum iteratis instantijs, ac precibus dictorum Principum, & presbyterorum dictę Congregationis Oratorij, ad prędictos Cardinales, vt præfertur, deputatos remisisset, ac omnibus per bonę memorię Robertum dictę Sanctæ Romanę Ecclesię Cardinalem Belarminum nuncupatum

tum, ad id specialiter electum examinatis, & relatis in octo Congregationibus, diuersis temporibus habitis, de validitate processuum in speci e factorum, tam in dicta Vrbe, quàm extra eam, & de Fide, Spe, Caritate, Virginitate, de Prophetia, alijsq; donis, & virtutibus, de fama sanctitatis & miraculis quamplurimis tum in vita, tum post obitum dicti Beati Philippi plenè constare, seruatis seruandis conclusum, & decretum extitisset.

Pont. his auditis missam & officium vt de Confessore non Pontifice recitari posse indulsit.

§. 10. Idem Paulus Prædecessor, vt in illius honorem tanquam de Confessore non Pontifice missa celebrari, & officium recitari in Ecclesia Beatiss. Virginis Mariæ, & Sancti Gregorij in Vallicella de Vrbe licitè posset, indulsit: & successiuè indultum huiusmodi ad alias eiusdem Instituti Congregationes in alijs Ecclesijs extra Vrbem canonicè erectas extendit.

Eo mortuo facta fuit instantia Canonizationis apud Gregorium XV. per eosdem.

§. 11. Dictoq; Paulo Prędecessore viam vniuersę carnis ingresso, prędictus Gregorius Prędecessor, qui illi in Apostolatus ministerio successit, Beati Viri sanctitatem (quippe qui virtutum illius excellentiā in minoribus, vt prefertur, constitutus, bene nouerat) veneratus, & Christi fidelium deuotione, precibusque dictorum Principum instantiùs quàm vnquam repetitis permotus, negotium Canonizationis illius perficiendum constituit.

Qui cōmisit processum probandum Cardd. Congreg. Sacrorum Rituum.

§. 12. Et ad hunc effectum prædictis Cardinalibus dictę Congregationis Sacrorum Rituum mandauit, vt prędictos processus omni qua decebat diligentia, rursus inspicerent, & vniuersam causam sibi referrent.

DD. Cardd. processum approbarunt, vnaq; canonizandum iudicarunt.

§. 13. Qui quidem Cardinales dictum Robertum Cardinalem denuo elegerunt; eoque ab humanis exempto, dilectum filium nostrū, tunc eiusdem Gregorij Prędecessoris, Petrum Paulum eiusdē Sanctę Romanę Ecclesię Cardinalem Crescentium nuncupatum, in eius locum subrogarunt, & negotio exactissimè discusso, ac diligentissimè examinato, seruatis similiter seruandis, vnanimiter congregati censuerūt, plenissimè constare tam de validitate processuū, quàm de vitę sanctitate, virtutibus, & miraculis, tū in vita, tum post mortem dicti Beati Philippi: itaut si dicto Gregorio Prędecessori videretur, posset dictus Beatus Philippus in Sanctorū numerum adscribi.

Relationemque omnium fecerūt Pontifici in Consistorio secreto.

§. 14. Cumq; nihil iam superesset vlterius, idem Gregorius Prędecessor voluit in Consistorio suo secreto de his omnibus relationē fieri, & Venerabilis frater noster, tunc suus, Franciscus Maria Episcopus Ostiensis, tunc Portuensis, & Cardinalis à Monte nuncupatus, suo, & aliorum dictę Sacrorum Rituum Congregationis Cardinalium nomine summā processus exposuit, & ex rebus ab ipso Beato Philippo preclarè gestis selegit nonnullas, quas disertis planè verbis enarrauit, ac se, cęterosque dictę Congregationis Sacrorum Rituum Cardinales censuisse asseruit, dictum Beatum Philippum, si ipsi Gregorio Prędecessori visum foret, Sanctorum Cathalogo aggregari posse; in quorum sententiam reliqui omnes Cardinales in dicto Consistorio tunc assistentes, de quorum numero Nos quoque tunc eramus, suo quisque suffragio ex ordine deuenerunt.

Quā in alio Consistorio confirmarunt.

§. 15. Et successiuè idem Gregorius Prędecessor ex antiquo Romanorū Pontificum Prędecessorum nostrorum, tuncsuorum, Instituto, publico Consistorio, in quo pręter dictos Cardinales, etiam Venerabiles fratres nostri Patriarchę, Archiepiscopi, Episcopi, ac alij Romanæ Curiæ Prælati, & dicti Gregorij Prædecessoris familiares dilecti filij conuenerunt, conuocato; dilectus filius Magister Ioannes Baptista Spada iunior, Aulæ Consistorialis Aduocatus, de vita, virtutibus, & miraculis dicti Beati Philippi dixit, & nomine prædictorum Principum illius Canonizationem suppliciter petijt. Quibus auditis, dictus Gregorius Prædecessor respondit, se precibus libenter assentiri.

Dictus Gregorius hortatus fuit omnes vt super hoc diuinæ voluntatis arbitrium cōplorarent.

§. 16. Sed quoniam non audebat Sancta Sedes librum ęternæ vitæ perscrutari, nisi Spiritu sancto aperiente, velle se diutiùs immorari, ac maturiùs procedere: & propterea omnes in Domino rogauit, vt secum vnà orationibus, ieiunijs, ac eleemosynis diuinæ voluntatis arbitrium explorarent.

Et tādem in alio Consistorio omnes vnanimiter canonizandū iudicarunt.

§. 17. Demum verò Consistorio, quod semipublicum vocant, indicto, in quo prædicti omnes, ac etiam Sedis Apostolicæ Notarij, & causarum dicti Palatij Auditores dilecti filij interfuerunt; omnes Beatum Virum canonizandum esse publicis suffragijs iudicarunt: quorum vnanimi consensu audito, ipse Gregorius Prædecessor aperiens os suum in benedictiones, gratias egit diuinæ clementiæ, quòd tantam contulisset gratiam seruo suo.

Decreuitq; illum canonizare cum BB. Isidoro Agricola, Ignatio Loyola, Francisco Xauerio, & Teresia Virgine.

§. 18. Statuitque illum inter Sanctos referre vnà cum Beatis Isidoro Agricola, & Ignatio Loyola, ac Francisco Xauerio, nec non Teresia: de cuius quidem Beati Viri Philippi origine, vita, virtutum donis, & miraculis aliqua ex multis in processu deductis recensenda duxit.

Nunc nōnulla de eius origine, vita, & miraculis recensentur, natus Florentiæ anno D. 1515 Francisco Nerio & Lucretia Soldia parentibus.

§. 19. Est igitur natus Beatus Philippus Florentię, millesimo quingentesimo decimo quinto salutis anno, sedente Leone Decimo Pontifice Maximo, & in Ecclesia Sancti Ioannis Baptistę baptismali fonte ablutus. Franciscum

eiſcum Nerium,& Lucretiam Soldiam honeſtiſſimæ vitę, atque probatæ integritatis habuit; à quibus adhuc puerulus, optimis moribus imbutus, ab ipſa ineunte ętate ob prçclaram,quam præferebatnaturę indolem,non modo aliorum animos in ſui rapiebat amorem,vt Pippus bonus appellaretur,ſed diuina in omnibus iuuante gratia, videretur de ſe magnum aliquid prçponere.

Octo annorum aſellus onere preſſus, atque in cellam vinariam incolumis extractus fuit.

§.20. Nam octo annos natus,vna cum aſello, quem conſcenderat, in cellam vinariam prçceps delapſus, atque iumēti onere oppreſſus, ingenti admiratione, qui mortuus credebantur, extractus eſt viuus, & incolumis.

Anno decimo octauo ſuæ ætatis à Patre miſſus ad Patruum vt mercaturam exerceret, et valde ab ipſo diligebatur.

§.21. Vbi verò ad annum peruenit ętatis decimum octauum, miſſus eſt à Patre ad Opidum S. Germani, vt ibi apud Patruum, opibus abundantem, mercaturam exerceret: qui adoleſcentis optimi lętificatus aduentu, ipſum breui propter eius probitatem in hęreditatem vocare conſtituit.

His omnibus ſpretis Philippus Romam ſe contulit, vt virtutum officiis, ac Philoſophię, ac Theologię ſtudia adipiſceretur.

§.22. At verò Philippus cæleſtium deſiderio in dies ardentior, à Patrui gratia, & beneuolentia ſibi timere cœpit, donec duobus annis tranſactis, mercaturæ nobilioris auidus, contempta viginti millium aureorum hęreditate ab illo oblata, Romam inde ſe contulit: vbi opportunum, & aptum ad ſolida virtutum officia nactus locum, pietatis operibus, Philoſophię, ac Theologię ſtudium adiunxit.

Humi cubabat, aſſiduo ieiunio delectabatur, aliaq; pia multa exercebat.

§.23. Et interim arctam vitę viam ingreſſus, humi plerumq; cubare, tenui victu, atq; aſſiduo ieiunio delectari, & aliquando per triduum ab omni cibo abſtinere, Septem prçcipuas Vrbis Eccleſias obire, & in Cœmeterio Calliſti nuncupato, in oratione pernoctare ſępe conſueuit.

Circa 29. annum ſuæ ætatis mirabilem habebat palpitationem cordis, ac coſtarum fracturam.

§.24. Ac vix annum ętatis ſuæ vigeſimum nonum attigerat, cum inter alia diuinitus accepta dona, plane mirabilis cordis palpitatio fuit, ac fractura coſtarum: quę publico medicorum teſtimonio præter naturæ ordinem obtigit, quaſi mentis dilatato ſinu, etiam cato dilataretur, & exultaret in Deum viuum.

Ideoq; ſentiens ad animarū ſubſidium ſe vocari, multo labore quamplurimos Chriſto homines publicis adhortationibus lucrabatur.

§.25. Et ad animarum propterea ſubſidium ſe multo magis vocari ſentiēs, de ſolitarię vitę ſeueritate diuino nutu remittere cœpit, atque inter cuiuſq; conditionis homines ea mēte verſari, vt publicis adhortationibus, & priuatis colloquijs Chriſto Domino quàmplurimos lucraretur, nullo incommodo, nullo penitus deuitato labore.

Sodalitio Sanctiſſimæ Trinitatis inſtituto ſæpe noctes ad Sanctiſſimum Eucharistiæ Sacramentum orationibus ducebat inſomnes.

§.26. Eodemq; ferè tempore, quo Sanctiſſimę Trinitatis Confraternitas ad Peregrinorum, & Conualeſcentium commoditatem ipſius conſilio, atque opera fuit inſtituta, cum vnoquoque menſe quadraginta horarum ſupplicatio decreta eſſet, ipſe totas pene noctes deducebat inſomnes, & confratres ad orationē hortabatur, & exemplo mirificè incitabat.

Anno ſuæ ætatis 36 iuſſu ſui Confeſſarij Sacerdos, ac Confeſſor fit in ædibus S. Hieronymi de Charitate.

§.27. Cum verò ad trigeſimum ſextum annum perueniſſet, Confeſſarij iuſſu Sacerdos factus, & audiendis fidelium confeſſionibus præfectus, in ędibus Sancti Hieronymi de Caritate nuncupati habitauit.

Ibiq. multos diuinis collocutionibus ſcientiam ſalutis docebat.

§.28. In cuius Eccleſia ad Sacramentorum frequentiam, & ad dandam ſcientiam ſalutis ſemper intentus, in proprio etiam cubiculo pia de diuinis collocutione illos erudiebat, qui eius ſe ſe diſciplinæ tradiderant.

Indias adeundi deſiderio flagrauit, vt Martyrio pro fide Christi donaretur.

§.29. Et in hoc ipſo ſuorum progreſſu attendit animum Indias adeundi, ad vineam Domini excolendam, & fructus vberiores etiam profuſo ſanguine reportandos.

Sed admonitus Deo reuelante à Monacho Ciſtercienſi ſuas Indias Romę futuras consilium mutauit.

§.30. Vt autem ea de re ſupernum conſilium exploraret, virum Ciſtercienſis ordinis pietate inſignem conſuluit, à quo reuelante Deo admonitus eſt, eius Indias Romę futuras.

Ideoque cœpit peccatores ad Chriſtum reducere, & precipue Hebræos, & Hæreticos.

§.31. Quamobrem maiori ſuccenſus ardore, non ſolùm duriſſima peccatorum ſeruitute preſſos ad Chriſti Domini obſequium traducere ſtuduit, verum etiam ſedentes in tenebris, & vmbra mortis infideles ad clariſſimum Fidei lumen adduxit, quo illuſtrati nonnulli Hebręi Chriſtum recipere, & Hęretici ad Catholicam veritatem redire non dubitarunt.

§.32. Certè de nonatoribus reuincendis, vel ad Romanam Eccleſiam reducendis, maximè viſus eſt fuiſſe ſollicitus, cum bonę memorię Cęſarem Presbyterum Cardinalem Baronium nuncupatum, adhuc in minoribus conſtitutum, ad opus Annalium per tot annos vrgere non deſtitit, vt ipſemet poſtea Cardinalis ſcripſerit, non ſe Annalium Eccleſiaſticorum, ſed Philippū auctorē extitiſſe.

Ex ſijs quos ad Chriſtum reducebat, ſelectis nonnullis Congregationem vocatam Oratorij in Eccleſia S. Gregorij de Vrbe fundauit.

§.33. Iamque in Eccleſia Sancti Hieronymi pijs, ac familiaribus colloquijs diu ad virtutes erudierat confluentes, cum ad maiorem fructum ex verbi Dei ſemine percipiendum, ex filijs, quos Chriſto genuerat, delectis nonnullis, recolendę memorię Gregorij Decimi tertij etiam Prędeceſſoris noſtri auctoritate, apud dictam Eccleſiam Beatiſſimę Virginis MARIAE, & Sancti Gregorij, Congregationem prædictam Oratorij fundauit.

Ipſamque congruentibus inſtitutis à Pontifice confirmatis muniuit.

§.34. Et cōgruentibus inſtitutis à prędicto Paulo Prædeceſſore poſtea confirmatis in Presbyterorum ſęcularium ſtatu, abſque voti vllius, vel promiſſionis vinculo, ad quatuor familiares ſermones ſingulis in hebdomada ferijs, excepta die Sabbati, diuinis de rebus habendis, ad quotidianam ſub veſperam in Oratorio publico Orationem, ad Sacramen-

torum

torum frequentiam, & ad alias complures Christianæ pietatis exercitationes retinendas muniuit, ac stabiliuit.

Nota Pont. ad deuotionem fidelium excitandam nonnullas eius S. Virtutes recenset. Et in primis fuit amore in Deum admirabili atque sæpius illa Apostoli verba diceret Cupio dissolui & esse cum Christo.

§. 35. Vt autem speciatim tanti viri virtutes agnoscantur, & per viam salutis incedentibus subsidio esse valeant: non est omittendum, quòd is fuit in primis caritate in Deum admirabili, vt internus ille ignis nonnunquã dũ attẽderet ad diuina, redũdaret in corpus; & facies, atq; oculi scintillulis micarent, atq; etiam ex improuiso, illa Apostoli verba sæpius vsurparet, Cupio, sed mox animaduerens, suæ in Deum deuotionis occultandę gratia, reliquum sententiæ reticebat, nimirum, dissolui, & esse cum Christo.

Sãctissimæ Eucharistiæ Sacramento frequentissime reficiebatur.

§. 36. Perpetuo, atque ardenti studio venerandũ Eucharistię colebat Sacramẽtũ: vel enim laicus, vel Sacerdos celebrãs, vel ægrotans in lectulo, illius quotidiana susceptione reficiebatur. Verum inter celebrandum feruidus ligneum altaris gradum quodam exultationis tremore concutiebat.

In memoria passionis Domini, & hominum ingratitudine affi. ci [illegible] lacrymabatur.

§. 37. In ipsa Dominicę passionis memoria, atque iniquorum hominum ingratitudine gemitus fundebat vberrimos: & miraculo tribuebatur, quod præ assidua lacrymandi consuetudine vim oculorum non amisisset.

Orationis studio semper inexplicabili desiderio erat addictus.

§. 38. Inter cætera quibus ad huiusmodi caritatis gradum peruenit Philippus, summum fuit orationis studium, cui inexplicabili desiderio semper addictus, omnia Congregationis exercitia in eam quodammodo reddere curauit, vt inde meritò Oratorij Congregatio fuerit appellata.

Caritate in proximo singulariter enituit.

§. 39. Hæc ipsa Beati viri caritas miris modis redundabat in singulos cuiusque conditionis homines; nam omnium vtilitati, ac necessitati expositus, nullum sibi tempus certum esse voluit, in quo suæ parceret valetudini, & quod habitabat cubiculum non pateret aliorum commoditati, summa lenitate excipiens ad se venientes, factus omnibus omnia, vt omnes Christo lucrifaceret.

Frequentationes pia exercitia sua industria a labore sublevabat.

§. 40. Singulari præsertim industria per Christianę pietatis semitas deduxit adolescentes: qua vel septem Vrbis Ecclesias, vel Xenodochia, vel alia pia exercitia frequentantes labore, ac molestia ex parte leuarentur.

Ægrotos, & præsertim in periculo mortis non deserebat.

§. 41. Summa itẽ assiduitate visebat ægrotantes, præsertim è suis, nec eos deserebat, dum nosset mortis periculum instare.

Tentationes Diaboli, & ipsosmet Dæmones fugabat.

§. 42. Tentationes diaboli repellebat mirabiliter: atque à plurimis laborantibus in extremis, cum ipse accederet, proferretque verba, Quis istbic? Dæmones ad vocem perterriti, sese in fugam visi sunt conijcere.

Eleemosynas abũdanti[illegible] indi-

§. 43. Curabat autem hominum saluti non solum interno, sed etiam externo subuenire subsidio, & numerosis plerumque familijs necessaria suppeditare: dotem indigentibus Virginibus elargiri: egenis Religiosorum domibus opem ferre: vinctis in carcere eleemosynas abundãter impertiri: vt merito Pater animarum diceretur, & corporum: quem caritatis affectum etiam miraculis Dominus comprobauit.

gentibus suppeditabat.

Nocte eleemosynam deferẽs familiæ egenæ, incidens in foueam incolumis ab Angelo ereptus est.

§. 44. Intempesta enim nocte panem deferens ad familiam, in egestate multa constitutam, in profundam foueam incidens, ab Angelo incolumis ereptus est: qui etiam aliàs Angelo sub specie pauperis eleemosynam sibi petenti omnem pecuniam, quam apud se habebat prompto, atque hilari obtulit animo.

Virginitatis dono fuit ditatus et qua odor è corpore suo emanabat.

§. 45. Caritati Virginitatis donum adiunctum habuit: quo multi, qui cum ipso versabantur, vel vultus, atque oculorum intuitu, vel suaui fragrantia, qua illius corpus redolere consueuerat, recreabantur.

Pudicitiam ex odore, impudicitiamq. ex fœtore in alijs dignoscebat.

§. 46. Solitus ipse pudicitiam ex odore, impudicitiam ex fœtore dignoscere, soloque manuum contactu impuris tentationibus esse remedio.

Impudicas mulierum tentationes per Orationem sæpe vicit.

§. 47. Huic integerrimę puritati sæpe humani generis hostis per impudicas mulieres tetendit insidias: ipse verò ad orationem semper confugiens victor gloriosus euasit.

Abstinentiæ tam cibi, quam potus ita erat deditus, vt potius Eucharistiæ virtute, quam eorum sustentatione ad senectutem vitã traduxisse credatur.

§. 48. Eam ob causam perpetuę deditus abstinentiæ, loco prandij tenui vtebatur ientaculo, cui cœna succedebat non absimilis. Abstinuit semper à cuiusuis generis lacticinijs; rarò pisces, carnes verò rarissimè degustauit: potu fuit admodum tenui, aqua magis vsus, quàm vino. Ea demum erat potus, cibique parcitas, vt sustentari medicorum attestatione naturæ viribus non valeret. Crederetur tamen (præsertim à suis) Eucharistiæ virtute vitam ad senectutem traduxisse.

Mundum contempsit vanitatibus omnino despectis.

§. 49. Cum huiusmodi abstinentia coniunxit etiam rerum omnium mundanarum contemptum: non modò enim hæreditatem, ac patrimonium respuit, & quammultas sibi testamento relictas facultates summa animi constantia repudiauit, sed etiam dum in ędibus Sancti Hieronymi habitaret, nudis contentus cellulis, consueta stipendia recusauit.

Honores omnes adeo abhorruit, vt etiam Cardinalitiam dignitatem recusauit.

§. 50. Ab honoribus, atque Ecclesiasticis dignitatibus alienus, adduci nunquam potuit, vt pensiones, atque beneficia reciperet, Canonicatus in Vrbe primos, Episcopatum, & Cardinalitiam dignitatem, à piæ etiam memoriæ Gregorio Decimoquarto, & prædicto Clemente Prædecessoribus nostris sibi oblatam omnino recusauit.

Humilitate summopere micuit.

§. 51. Humillimus fuit, atque Beati Francisci

elsci exemplo se maximum ex peccatoribus constanter affirmabat:ideoque cõtestari quotidie solitus Deum his ferè verbis: A me tibi caneas Domine, te enim hodie traditurus sum,& omnia perpetraturus mundi peccata, nisi tua me gratia benignè protexerit.

Et maximè ægrotat aliquando.

§.52. Cumque ægrotaret aliquando, atque ipsum obsecrarent adstantes, vt suorum saltem beneficio, illam Sancti Martini dirigeret ad Deum orationem: Domine si adhuc populo tuo sum necessarius,non recuso laborem; summa animi demissione respondit:Non sum ego Sanctus Martinus,nec me talem vnquam existimaui: quòd si me vobis necessarium reputarem, perditum crederem,

Ideoq; adeo abhorrebat Fundatoris, seu Rectoris nomine appellari, vt biennio ante obitum d. Rectoris munus deposuerit.

§.53. Atque hinc est, quod se Rectoris, & Præpositi, necnon Congregationis à se erectæ Fundatoris titulo ægre admodum tuletit appellari.Quinimmo biennio ante obitũ,Cõgregationis administrandæ munus deposuit,

Patientiæ tolerantia fuit illustris, qua malevolum vexantes ad Deũ conuertit.

§.54. Tanta eius humilitati patientia non defuit. Tranquillo semper animo excitatas tam aduersum se, quàm Oratorij sui exercitia persecutiones tolerans, in quibus etiam pro persecutoribus verus Christi imitator assiduè deprecabatur: isq; fuit precationum fructus,vt ex eis plurimos sola patientia ad Deũ conuerterit; qui verò ab incoeptis non destitère, diuinam vltionem sint experti.

Et præsertim in infirmitatibus corporis, à quibus sæpe repente solebat conualescere.

§.55. Magnæ insuper patientiæ extitit in perferẽdis diuturnis corporis infirmitatibus, quibus singulis ferè annis diuexabatur:ita vt ad extremum vitæ perductus,oleo sãcto quater inũctus fuerit. quo autem tempore ægrotabat, nulla vnquã de doloribus habita querimonia,sed hilaris facie incredibilem animi lætitiam indicabat. ab ipsa verò infirmitatẹ quantumuis graui, conualescere sępe solebat repentè prorsus, ac mirabiliter.

Sensuum mortificatione, & maxime rationalis discursus præcellebat.

§.56. In Christiana mortificatione adeò præcellebat,vt meritò habitus fuerit eiusdem virtutis singularis magister: & in primis, mentis discursum, quem ipse, rationalem nominare consueuerat, assiduè cõprimere, & & captiuare intellectum in obsequium Christi studuerit: ideoq; ea ipse plerumque faciebat, & facienda proponebat alijs, quæ intuentibus animi potius leuitatem,atque stultitiam saperent.

Ecstasi & raptu frequenter patiebatur.

§.57. Iam verò nonnulla etiam dona recensenda sunt,quibus Beati Viri virtutes immensa Dei bonitas illustrauit: Frequenter enim ecstasim,captusq; diuinos patiens,è terra sursum totus vndique splendore circumfusus eleuabatur.

Visionibus & figuratis Christi, ac Beatissimæ Virginis dignatus.

§.58.Cælestibus item visionibus dignabatur assiduè, Dominicę enim Natiuitatis noctę Christum in altari pueri specie intuitus est: & aliquando in sacrarissima Hostia Paradisi gloriam conspexit. Vidit etiam Beatissimam Virginem veteris Ecclesiæ S. Mariæ in Vallicella tectum manibus sustinentem, donec imminentis casus ademptum est periculum. Eamdem iterum vidit, cum anno ante obitum ægrotaret, quem ipsa sibi obuiam sublatum in aëra mirificè recreatum repente sanauit.

Beatissimæ quę etiam vbi ex ægritudine sanauit.

§.59. Quamplurimum insuper confitentiũ, atque amicorum animas euolantes in cælum intueri, atque Angelos concinentes interim audire solitus erat:quin etiam interiorem eorum pulchritudinem qui essent in statu gratiæ diuinitus agnoscebat.

Multorũ amicorum animas euntes in Cælum vidit.

§. 60. Sanctorum Caroli Borromæi, & Ignatij Loyolæ facies miris splendoribus vidit coruscantes.

SS. Caroli Borromæi, & Ignatij Loyolæ facies splendescere aspexit.

§.61. Ea erat prudentia prędítus, & discretione spirituum ita excellebat,vt propterea cuiusque conditionis homines ad ipsum, tamquam ad oraculum consulendi gratia cõfluerent: & ipsimet Summi Pontifices Prædecessores nostri, eius consilium magni semper facerent.

Spirituum discretione excellebat.

§.62. Veras à falsis visiones discernebat; & licèt sæpissimè antiquus nostri generis hostis horribili se forma videndum offerens, deterrere ipsum conaretur; semper tamen fortis, & inuictus de eodem gloriosè triumphans,pacem, veramq; tranquillitatem, qua fruebatur interius, retinuit.

Veras à falsis visionibus discernebat, dæmonẽq; formidolose apparentem nõ timuit.

§.63. In Prophetię dono,& absentium rerum, ac si præsentes essent prçuisione, occultisq; cordis humani diuinitus dignoscendis talis erat,vt de ipso verè affirmari possit,Non est inuentus similis illi.

Prophetiæ & rerum præuisione donatus.

§.64.Illud etiam Philippo collatum à Deo fuit, vt dum vno esset in loco, in alio longè distante, vno eodemq; prorsus tempore nonnullis apparuerit.

Absens pluribus apparebat.

§. 65. Quapropter cum in ędibus Sancti Hieronymi commoraretur, cuidam è suis apud dictam Ecclesiam Beatissimæ Virginis Mariæ,& Sancti Gregorij degenti,se pręsentem ostẽdens,subsidio quo indigebat adfuit.

Manens in Ecclesia S. Hieronymi cuidã in Ecclesia S. Gregorij degenti subsidio adfuit.

§.66. Et Romæ aliàs existens, quemdam ex numero sibi confitentium, in mare penè submersum,medijs è fluctibus capillis apprehensum liberauit.

Alium sibi confitentem in mari pene submersum capillis apprehensum liberauit.

§.67. Iterumq; cum in Vrbe maneret,tunc in humanis agentem Catharinam Ricciam, sub regula S. Augustini monialem, Prati in Herruria commorantem,longo temporis spatio est allocutus.

Romæ existens Catharinam Ricciam Prati in Hetruria manẽtem longo tempore fuit allocutus.

§.68. Inter hæc miram ad patranda miracula

Miraculis in vita fuit illustris quæ

rum aliqua hic referuntur.

cula à prępotenti Domino consecutus gratiam, quamplurimos liberauit à quacumque detinerentur infirmitate.

Nonnullos Crucis signo, vel manuũ contactu tantum ob infirmitatibus liberauit.

§.69. Nonnullos enim solo sãctissimę Crucis adhibito signo: Alios salutari manuum contactu, inter quos Clemens Octauus Prędecessor noster grauissimis chiragrę doloribus oppressus, sanus illico factus est: & nobilis quidam Romanus à pestifera corporis contagione curatus. Alios prǣterea pristinę sanitati restituit sola orationis virtute.

Monialem Turris speculorum à continua febri solo iussu sanauit.

§.70. Alios morbis, quibus tenebantur, tantùm imperando: quod pręcipue contigit Mariæ Felici à Castro, in monasterio Turris speculorum moniali, quę continua febri correpta, Philippo iubente, statim conualuit.

Cardinalem stomachi ac capitis debilitate laborantem contrarijs remedijs penitus sanatum refert.

§.71. Alios remedijs omnino contrarijs curauit, quod dictus Cęsar Cardinalis est expertus, cui stomachi, & capitis debilitate ita laboranti, vt retinere vix cibum, atque orare nulla ratione posset; impetrauit, vt coram se panem integrum cum malo citreo comederet: qui statim atque Serui Dei mandatum executus est, stomachi, atque capitis molestijs sensit se omnino liberatum.

Mulierem narium vlcere infectam linteoli parte S. sanguine respersa morbo apposita subito curata est.

§.72. Alij verò, rebus, quibus vtebatur Philippus, morbo admotis, sanitatem pristinam recepere: inter quos Eugenia Mansueta de Colle Scipionis: naribus vlcere quodam decem & octo mensium spatio horrendum in modum Infectis, linteoli parte Serui Dei adhuc viuentis, sanguine respersa, vlceri summa fide apposita, confestim curata est.

Mortuum ad vitam reuocauit.

§.73. Quin etiam constat, mortuos fuisse eius voce vitę restitutos: quod Paulo Fabritij de Maximis filio contigit, qui mortuus, nomen illius inclamante Philippo, illicò ad vitam redijt, & confessione peracta, ab eodem interrogatus, an libens iterum è vita decederet, annuens, in pace quieuit.

Ob miracula sanctitatis fama illustris apud omnes, & etiam Pont. in veneratione habebatur.

§.74. His virtutibus, ac donis, quibus à Deo tam liberaliter auctus est Philippus, tantę extitit mortalibus admirationi, vt qui Seruum Dei nossent, eius sanctitatẽ vbique pręcdicarẽt; & pręedicti Prędecessores nostri summo honore, ac veneratione prosequerentur. Clemens Prędecessor prædictus eius manus etiam osculās, & Gabriel Paleottus in libro, quem scripsit de bono senectutis, Philippum, adhuc viuentẽ, tamquã verũ eximiæ sanctitatis, atque virtutum omnium exemplar proposuerit: & Augustinus dictę sanctę Romanæ Ecclesię Cardinalis Veronen̄ nuncupat. libellum quem composuit, Beato Viro itidem viuente, Philippum, seu de lætitia Christiana inscripserit. Summæ etiam venerationi habitus est à Sanctis viris, & quamplurimis Dei famulis, vt à Sancto Carolo, qui quotiescumque eum adibat, ponere genua, & manus eius osculo petere consueuit.

§.75. Verùm ingrauescente iam ętate, cum incitato semper cursu susceptam salutaris vitę rationem feliciter prosequutus esset, die mortis suę atque hora multifariam pręedictis, plenus dierum, Octauo Kalendas Iunij, anno millesimo quingẽtesimo nonagesimo quinto, qua die Dominici corporis celebritas cõtigit, cũ mane vehementi deuotionis spiritu, quasi prę lętitia concinens, sacrosanctum Missę sacrificium celebrasset, & nonnullis adstãtium, quorum confessiones audierat, Eucharistiæ Sacramentum ministrasset, consuetis exercitationibus de more expletis, post mediam noctem, ea qua pręedixerat hora, omnipotenti Deo, cui fideliter seruierat, spiritum placidissimè reddidit, & post obitum quamplurimis, tam Romę, quàm alibi gloriæ claritate illustris apparuit.

Anno Domini 1595. die 24. Iun. mane sacrosãcto Missæ sacrificio celebrato, ac pijs operibus per totam diem de more expletis, post mediam sequentem noctem obdormiuit in Domino.

§.76. Et summo mane Serui Dei corpore in Ecclesia super feretrum exposito, mortis felicissimæ fama iam diuulgata, innumerabilis cuiusque conditionis hominum illuc multitudo conuenit: inter quos multi ex viris Principibus, Præsulibus, atque Cardinalibus confluxere: & toto bidui spatio, quo corpus antequam conderetur in Ecclesia pie reseruatum est, ingenti populi frequentia, absque intermissione, manus, pedesq; exosculari, coronas, atque rosaria venerando corpori admouere non destitit: & ij, quibus præ multitudine ad corpus non dabatur accessus, feretrum in quo iacebat osculabantur.

Ad eius corpus in Ecclesia super feretrum expositum innumeris populi multitudo concurrebat de corpus, vel feretrum deosculãs.

§. 77. Eo interim tempore multa sunt, eius suffragantibus meritis, edita miracula.

Miracula nonulla eo tempore edita hic referuntur.

§.78. Inter cęteros enim adolescens vnà cum sorore, strumis diu laborantes, Serui Dei manu loco admota, vbi morbus residebat, extemplo curati sunt.

Puer ac Soror strumis laborantes subito curati sunt.

§.79. Quemadmodum & mulier quædam à diutina difficultate respirandi, & alij quamplures à varijs infirmitatum generibus conualuere.

Mulier à difficultate respirandi conualuit.

§.80. Post hæc, vbi selectiore in loco corpus reconditum est, ad ipsum venerandum populi concursus fieri, votiuę deferri tabellę, donaria permulta appendi, ac suauissimus quidam odor à multis inde percipi cœpit.

Corpus selectiori loco repositum, ad illud Populi concursus fuit, & ibi votiuas deferebant tabellas.

§.81. Septem autem post annos, integrum repertum, summa omnium lætitia translatum est in sacellum, erectum, atque ornatum à quondam Nerio de Nigris, nobili Florentino, & Domicello Romano: cui Deus Sancti huius intercessione filiũ concessit, Philippum propterea à parentibus nominatum: quem

Post septem annos integrum repertum, in sacellum à quondam nobili Florentino ornatum cui Deus S. intercessione filium concesserat eundemq; à morte liberauerat, translatum fuit.

post

post menses decem & octo, graui morbo correptum, mortiq; iam proximum Beatus vir sibi commendatum, pristinę statim sanitati restituit.

Eiusdem precer. ... Monialis splenis morbo affecta curata fuit.

§.82. Sed ne videamur singula recensere miracula, quibus seruum suum mirificauit Altissimus, nosse satis erit, alios precordijs eiusdem sanatos, vt Theodosiam Monialem monasterij Sanctę Luciæ in Silice de Vrbe, quę splenis morbo decem & quinque annos afflicta, extemplo curata fuit.

Puerum ... mortuum vt baptizaretur eius capillis ad vitam est reuocatur.

§.83. Alios verò capillis, vt puerulum natum mortuum, qui vt baptismo ablui posset, est reuocatus ad vitam.

Alios coronis à ... vlceribus affectus conualuit.

§.84. Alios quibusdam Serui Dei coronis, vt Felicem Sebastianum, quæ à diuturnis cruciatu vlceribus, statim conualuit.

Ab ... percussione oculi à ... linteolis liberata est.

§.85. Alios linteolis, vt Septimiam Neriā, quę in interiori oculi parte, ignito ferro incaute à sorore percussa, illæsa omnino remansit.

Alter à debilitate corporis ex infirmitate ... te sanatur.

§.86. Et Iosephum Sermeium, qui cum ob grauem infirmitatem eò deuenisset, vt omnium iudicio mox efflaturus animam crederetur, sanus repente factus, è lecto, in quo iacebat incredibili omnium admiratione surrexit.

A femina sollicitatus ex S. reliquijs ... quas secū deferebat pectus sibi percuti sensit, vt à peccato caueret.

§.87. Alios alijs eiusdem Reliquijs, grauissimis tentationibus ereptos, vt Stephanum Calcinardum, qui ab impurissima quadam femina sollicitatus, Sācti Viri Reliquijs, quas deuotionis ergò secum deferebat, sibi pectus occulta quadam vi percuti sensit, & vocem eius audiens increpantis se, vt à peccato caueret, atque inde festinus abiret, dicto obtemperans, continuò aufugit.

Ipsius vitam legens, à tentatione liberatur.

§.88. Nonnullos sola eius vitę lectione, vt Vincentium Valesium, qui vehementi vexatus tentatione supradictū exemplum perlegens, ex animo Philippum compellans, his verbis affatus est: cur modo non id ipsum mihi abs te Patet? eodem temporis instanti discessit omnis illa permolesta mētis agitatio.

Quamplures ex apparitionibus à corporis periculis liberauit.

§.89. Quamplures miris apparitionibus, vt Drusillā Fantinam, quę præcipiti casu prostrata, ac horribili capitis oculorum, & totius corporis collisione semiuiua iacens, tribus Serui Dei apparitionibus mirabiliter liberatur. Non absimile accidit Leonardo Rouello, cui sanitatem iam à medicis desperatam petenti, Philippus in sui festi peruigilio, noctu apparens, pronuncians; verba illa: Fili vade in pace, confestim prębuit: & adueniente die Leonardus accepti beneficij memor ad audiendam in eius sacello missam, pro gratiarum actione, ecclesiam adiuit.

... Sepulchrū eius visitantes à diuersis quibus tenebantur infirmitatibus sanantur.

§.90. Multos sepulchrum eius visitantes, veluti Claudiam Grignanam, quę post longā sexēnij in infirmitatem, nō valens in ipsa summa dolorum acerbitate loco se penitus mouere, ad Philippi sepulchrum aliorum auxilio perducta, vouens de seruando singulis annis in vigilia festiuitatis eius, panis & aquę ieiunio, statim doloribus quibus tenebatur, liberata est, & omnino sana per ecclesiam nullius adminiculo incessit.

Frater quidam Neapoli manens vouens se huic S. eodem prorsus tempore quo Romæ in eius sacello Missę votiuum Sacrum soluebatur, à tribus quibus premebatur desperatis morbis repente curatus est.

§.91. Denique ferè innumerabiles editis votis, vt Fratrem Ioannem Baptistam Massiā de Valeotia, Ordinis Sanctissimę Trinitatis redemptionis captiuorum, qui Neapoli cum esset, annumq; ageret supra septuagesimum, vouens se Dei Seruo eadem prorsus hora, qua Romæ in eiusdem Sacello Sacrum votiuum peragebatur, tribus desperatis infirmitatibus, quibus toto biennij spatio laborauerat, & ita consumptus fuerat, vt de facie vix amplius agnosceretur, repente curatus est.

Gregorius tandem Canonizationis die hortatus est populum ad eleemosynas & preces ... sępe.

§.92. Prescripto itaque Canonizationis die, in festo S. Gregorij Magni nuncupari, quarto videlicet idus Martij, Pontificatus ipsius Gregorij prędecessoris anno secundo; iterum dictus Gregorius prędecessor est hortatus ad iteratas preces, ieiunia, & eleemosynas, vt in tanto opere exequendo lumen eius, qui lucem habitat inaccessibilem, implorarent ad ea peragenda, quibus diuinæ gloriæ honor, & Catholicæ Ecclesię fides augeretur.

Hoc usque die 12 Mart. ritè, & rectè omnibus ... Greg. XV. ... B. Philippum cum BB. Isidoro, Ignatio, Francisco ac Theresia Sāctum declarat, & ... confessorum catalogo adscribit.

§.93. Omnibus verò iuxta Sanctorum Patrum traditiones, Sacrorumq; Canonum instituta, & Romanę Ecclesię consuetudinem ritè, & rectè peractis, dicta die, quarto Idus Martij, idem Gregorius prędecessor, ad Principis Apostolorum Basilicam, cum Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Prelatis, & ipsius Gregorij prędecessoris familiaribus, nec non dilectis filijs Clero sęculari, & regulari, ac maxima populi frequentia conuenit, & post iteratas, primo, secundo, ac tertio pro Canonizationis decreto, petitiones, per dilectū filium nostrum, tunc suum, Ludouicum tituli Sanctę Marię Transpontinæ Presbyterum Cardinalem Ludouisium nuncupatum, nomine prędictorum, qui pro ea institerant, post sacros Hymnos, Litanias, aliasq; preces, & post imploratam Spiritus-sancti gratiam, ad honorem Sanctissimę, & indiuiduę Trinitatis, & Fidei Catholicę exaltationem, & Christianę Religionis augmentum, auctoritate eiusdem Dei omnipotentis Patris, & Filij, & Spiritussancti, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum decreuit, & definiuit, dictum Philippum Nerium Florentinum, dictæ Congregationis Oratorij Fūdatorem, vna cū Beatis Isidoro, & Ignatio,

ac Francisco, necnon Theresia prędictis, Sanctum, & Sanctorum Catalogo adscribendum, & aggregandum esse, prout adscripsit, & aggregauit.

Et in eius honorem Ecclesias & Altaria cõstruendi facultatem concedit.

§.94. Statuens, vt ab vniuersis Christi fidelibus, in eius honorem ecclesiæ, & altaria, in quibus sacrificia Deo offerantur, ædificari.

Eiusque festum die 26. Maij agi, ipso cum officij concessione.

§.95. Et quolibet anno dicta die illius obitus, septimo videlicet Kalendas Iunij, festum ipsius, & officium tamquam de Confessore non Pontifice, ad formam in rubricis Romani Breuiarij pręscriptam, solemniter celebrari possint.

Eadem die eius Sepulchrum visitantibus Indulgentias elargitur.

§.96. Insuper eadem auctoritate omnibus vtriusque sexus Christi fidelibus, verè pœnitentibus, & confessis, qui annis singulis ipsius festo ad sepulchrum, in quo corpus eius requiescit, visitandum accesserint, vnum annum & quadraginta dies: ijs verò qui in eiusdem festi octaua id fecerint etiam quadraginta dies de iniunctis eis, aut aliàs quomodolibet debitis pœnitentijs misericorditer in Domino relaxauit.

Post hæc peractis debitis cæremonijs ad altare SS. Apostolorũ Missę solemniter celebrauit cum eorundem SS. commemoratione.

§.97. Et decantato solemniter Hymno Te Deum laudamus; & diuina ope implorata, S. Philippi, & aliorum Sanctorum prædictorum meritis, per peculiarem ad id orationem, quam dictus Gregorius prędecessor piè, & solemniter recitauit; sacrosanctum Missæ sacrificium, solemni pompa, & ritu, cum eorumdem Sanctorum commemoratione, ad Altare Principis Apostolorum celebrauit: & omnibus Christi fidelibus, tunc pręsentibus, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem ad Dei laudem, & gloriam Sanctorum eius impertitus fuit.

Et quia d. Canonizationis Bullæ expeditio non potuit ob superuenientem obitum d. Greg. modo hic Pont. illam expedit, ita ac si expedita fuisset a d. Greg. & suum effectum a d. die Canonizationis sortiri debere mandat.

§.98. Ne autem de decreto, definitione, adscriptione, aggregatione, statuto, relaxatione, alijsq; præmissis, pro eo quòd super illis ipsius Gregorij prædecessoris litterę, eius superueniente obitu, confectæ non fuerunt, valeat quomodolibet hæsitari; Volumus, & Apostolica auctoritate decernimus; quòd decretum, definitio, adscriptio, aggregatio, statutum, relaxatio, impartitio, aliaq; pręmissa à dicta die, quarto Idus Martij, suum debitum sortiantur effectum, ac si super illis ipsius Gregorij prędecessoris litterę, sub Datum eiusdem diei, confectę fuissent, prout superius enarratur. Quòq; pręsentes litterę ad probandum plenè decretum, definitionem, adscriptionem, aggregationem, statutum, relaxationem, aliaq; præmissa, vbique sufficiant, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur.

Exemplis huius Bullæ credi iubet.

§.99. Cæterum quia difficile foret, præsentes nostras litteras ad singula loca, vbi opus esset, deferri; volumus, vt earum exemplis, etiam impressis, manu publici Notarij subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem vbiq; fides habeatur, quę ipsis pręsentibus adhiberetur, si essent exhibitę, vel ostensę.

Sanctionem pœnalem imponit.

§.100. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostrarum voluntatum, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum.

Dat. Pont. Ap. S. die 6 Aug.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo sexcentesimo vigesimo tertio, octauo Idus Augusti, Pontificatus nostri Anno Primo.

Papæ subscriptio.

✠ Ego Vrbanus Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

Cardd. subscriptiones.

†

† Ego Franciscus Maria Episcopus Portuen. Card. à Monte.

† Ego Odoardus Episcopus Tusculanus Cardinalis Farnesius.

† Ego Oct. Episcopus Pręnestinus Cardinalis Bandinus.

† Ego Io. Baptista Episcopus Albanen. Cardinalis Detus.

† Ego Federicus tit. s. Marię Angelorum Presbyter Card. Borromæus.

† Ego And. tit. s. Laurentij in Lucina Presbyter Card. Perettus.

† Ego B. tit. s. Mariæ in trans Tyberim Presbyter Card. Beuilaqua.

†

†

† Ego Dominicus ss. Apostolorum Presbyter Card. Gimnasius.

†

† Ego Carolus tit. s. Cæsarij Presbyter Card. Madrutius.

† Ego S. Card. Burghesius tit. s. Chrysogoni Maior Pœnitentiarius.

† Ego Io. Garsia tit. s. Quatuor Coronatorum Presbyter Card. Millinus.

† Ego M. tit. ss. Quirici, & Iulittæ Presbyter Card. Lantes.

†

†

† Ego Io. B. tit. s. Cæciliæ Presbyter Card. Lenius.

† Ego A. tit. s. Petri ad Vincula Presbyter Card. Capponius.

†

† Ego D. tit. s. Martini in Montibus Card. Riuarola.

† Ego

† Ego Petrus Paulus tit. ss. Nerei, & Achillei Presbyter Card. Crescentius eiusdem S. Philippi Discipulus.

†

† Ego Fr. Aug. tit. s. Mariæ de Aracæli Presbyter Card. S.R.E.

† Ego G. tit. s. Crucis in Hierusalem Card. Borgia.

† Ego Felix tit. s. Anastasiæ Presbyter Card. Asculanus.

† Ego Robertus tit. s. Alexij Presbyt. Card. Vbaldinus.

† Ego Tib. tit. s. Priscę Presb. Card. Mutus.

† Ego Gabr. tit. s. Bartholomæi in Insula Card. de Trejo.

†

† Ego Iulius tit. s. Sabinæ Presb. Card. Sabellus.

†

† Ego Melchior tit. s. Marię de Pace Presbyter Card. Kleselius.

† Ego P. tit. s. Thomæ in Parione Card. Camporeus.

†

† S. Presbyter Cardinalis s. Susannæ S.R.E. Bibliothecarius.

†

† Ego Franciscus Cēninus Card. s. Marcelli.

†

† Ego Guido tit. s. Mariæ de Populo Presb. Cardinalis Bentiuolus.

†

†

† Ego Iulius s. Marię supra Mineruam Presbyter Card. Roma.

†

† Fr. Desiderius tit. s. Clementis Presbyter Cardinalis de Cremona.

†

† Ego Ludouicus tit. s. Laurentij in Damaso Presb. Cardinalis Ludouisius, S.R.E. Vicecancellarius, & Summator Sanctiss.

†

†

†

†

† Ego Cosmus tit. s. Pancratij Presbyter Card. de Torres.

†

†

†

†

† Ego C. s. Nicolai in Carcere Diaconus Card. Pius.

† Ego M. s. Eustachij Diaconus Cardinalis de Sabaudia.

† Ego Carolus s. Mariæ in Dominica Diaconus Cardinalis Medices.

† Ego Alexander s. Mariæ in Cosmedin Diaconus Card. Vrsinus.

†

†

† Ego Franciscus s. Angeli in Foro Piscium Diaconus Card. Boncompagnus.

† Ego Hippolytus s. Mariæ Nouæ Diaconus Card. Aldobrandinus S.R.E. Camerarius.

†

III.

Canonizatio S. Ignatij Loiolę Societatis IESV Fundatoris; eiusque relatio in Sanctorum Confessorum numerum; ac institutio suæ festiuitatis pro die 31. Iulij.

Aduertas lector, quòd (licèt hanc Bullam expedierit iste S.D.N. Vrbanus VIII.) istum Sanctum, vna cum Sanctis Isidoro Agricola, Francisco Xauerio, & Philippo Nerio Confessoribus, ac Theresia Virgine canonizauerat Greg. XV. qui morte occupatus litteras desuper expedire non valuit.

De rota verò Societatis, quam viuens iste Sanctus instituit, materia, plenissimè habes indicata in 2. & 3. Rubr. ad Constit. 25. Pauli. 3. incip. Regimini, sup. tom. 1. pag. 653.

VRBANVS EPISC. SERVVS SERV. DEI *Ad perpetuam rei memoriam.* Edita A. D. 1623

Exordium.

RAtioni congruit, & conuenit æquitati, vt ea, quæ de Romani Pontificis prouidentia processerūt, licèt eius superueniente obitu, litterę Apostolicę desuper confectę non fuerint, suum debitum consequantur effectū.

§. 1. Dudum siquidem felicis recordationis Gregorius Papa XV. prædecessor noster, piè attendens, quòd ineffabilis Dei bonitas, & misericordia, quę miro consilio suis quę quę temporibus aptè disponit, & pręteritis sęculis, siue ad disseminandum Euangelium inter gentes, siue cōtra subnascētes hęresiarchas, destinauit plures sanctitate, ac doctrina Illustres viros; nouissimis temporibus, cùm pij Lusitanorum Reges in longinquas Indiarum terras, ac remotissimas insulas latè patentem vineę Domini propagandę aditum aperuissent; nec minorem Catholici Castellę Reges nouum in Orbem ad Occidentem repertum patefacerent; veterem autem Religionem, omnemq; illis sanctitatem, ac perfectioris vitæ professionem Lutherus, mon-

Recitauerat Dominus spiritum Ignatij Loiolæ ad disseminandum nomen eius, ac fidem propagandam in Indijs, atq; & aliorum locorum remotissimis insulis, pro quibus magis exercendis instituit Societatem Iesu. Ideoque ex his causis Greg. XV. decreuit incendere eius Canonizationi.

ſtrum teterrimum, aliaq; deteſtabiles peſtes blaſphemis eorum linguis in Septentrionis partibus corrumpere, & deprauare, ac Sedis Apoſtolicę auctoritati detrahere conarentur; exercitauit ſpiritum Ignatij Loiolæ, qui ex medio honorum curſu, & à ſæculari, & terrena militia admirabili quadam ratione vocatus, ita ſe diuino imperio regendum, & formandum tradidit, vt demum noua Societatis Ieſu, quæ inter alia pietatis, & caritatis opera Gentilibus conuertendis, hæreticis ad fidei veritatem reuocandis, & Romani Pontificis poteſtati tuendæ ex inſtituto ſe totam impendit, religione fundata, vitam admirabili ſanctitate traductam ſanctiſſimo pariter concluſerit exitu, ac plurimis ſit miraculis illuſtratus; eiuſdem Ignatij Catalogo Sanctorum adſcriptioni, de qua dudum agebatur, decreuit intendere.

Pro quo autem Reges, & Principes, ac ipſius Societatis Religioſi, aliique apud Clem. 8. inſtiterunt.

§. 2. Quippe increbeſcente in dies in diuerſis mundi partibus ipſius Ignatij ſanctitatis fama, & miraculorum gloria; cùm claræ memoriæ Philippus Secundus, & Philippus Tertius, Hiſpaniarum Reges Catholici, & Maria ſimilis memoriæ, Maximiliani Secundi Romanorum Regis Illuſtris, in Imperatorem electi, & Margarita dicti Philippi Tertij Regis coniuges, necnon plures Eccleſiarum Præſules, & Populi, vnà cum dilectis filijs Præpoſito, & alijs dictæ Societatis Religioſis, apud piæ mem. Clementem PP. VIII. etiam prædeceſſorem noſtrum, oblatis illi proceſſibus, per diuerſos locorum Ordinarios, etiam auctoritate tunc exiſtentis Sedis Apoſtolicæ in Regnis Hiſpaniarum Nuncij, ſuper prædictis ſanctitate, & miraculis fabricatis, pro litterarum remiſſorialium, & compulſorialium, ad faciendos pro canonizatione progreſſus, conceſſione inſtitiſſent.

Ipſe Pont. negotium diſcutiendum commiſit Cardd. ſuper Sacris Ritib. deputatis qui poſtea cenſuerunt canonizandum. & Pont. placuiſſet; ſed morte præuentus nihil deſuper conſtituit.

§. 3. Ipſeq; Clemens prædeceſſor oblatos proceſſus, & petitionem ad dilectos filios noſtros, tunc ſuos, S.R.E. Cardinales ſuper Sacris Ritibus deputatos, diſcutiendos commiſiſſet; dictiq; Cardinales petitioni prædictæ ſatisfaciendum eſſe cenſuiſſent, ſi ita eidem Clementi prædeceſſori placuiſſet; & dictus Clemens prædeceſſor morte præuentus nihil deſuper conſtituere potuiſſet.

Similiter Paul. V. ad inſtantiam prædictorum, & Henrici 4 Regis Chriſtianiſſimi commiſit Rotæ Audit. qui ſimiliter cauſam huiuſmodi in ſtatu, quo tunc reperiebatur reaſſumentes vltra procederent.

§. 4. Similis record. Paulus PP. V. ſimiliter prædeceſſor noſter, repetitis per dictos Principes, ac Præpoſitum, & Religioſos, ac nouis, per claræ etiam memoriæ Henricum Quartum Francorum, & Nauarræ Regem Chriſtianiſſimum, porrectis inſtantijs permotus, prædicto Gregorio prædeceſſori, tunc in minoribus conſtituto, & officio Auditoris cauſarum Palatij Apoſtolici fungenti, ac dilectis filijs Alphonſo Manzanedo, & Ioanni Baptiſtæ Pamphilio, etiam cauſarum earumdem Auditoribus, dedit in mandatis, vt cauſam huiuſmodi in ſtatu, & terminis, quibus reperiebatur, reaſſumentes, coniunctimq; procedentes, acta omnia, & probationes perpenderent; & ſi opus eſſet, alios teſtes ſuper vita, & miraculis eiuſdem Ignatij per ſe, & alios ab eis ſubdelegandos, de nouo in genere reciperent, & ſuper his ſuum ipſorum interponerent iudicium: vt ſi ex ijs conſtaret, inquiſitiones, probationes, ac proceſſus huiuſmodi eſſe legitimè factos, cauſamq; ſufficienter eſſe inſtructam, ea poſſet ipſe Paulus prædeceſſor exequi, quæ Sanctorum dogmata, & ſacrorum Canonum poſtulant inſtituta.

Dictique Auditores omnibus bene conſideratis, ac alijs deſuper firmatis proceſſibus, eos ad Cardd. ſup. Sacr. Ritib. tranſmiſerunt, de quorum ſententia ipſe Paul. eum Beatum nuncupari, ac Miſſam, & Officium de eodem poſſe celebrari indulſit.

§. 5. Vnde dicti Auditores viſis, & diligenter diſcuſſis proceſſibus coram eis exhibitis, cenſuerunt cum illis debere coniungi proceſſus auctoritate Apoſtolica conficiendos: & ad hunc effectum per ſe ipſos in Romana Curia, & per nonnullos Archiepiſcopos, & Epiſcopos extra eam, in diuerſis mundi partibus ab eis ſubdelegatos, iuridicos proceſſus ſuper præmiſsis confici curarunt. quibus iuſſu eiuſdem Pauli prædeceſſoris, ad eoſdem Cardinales ſuper Sacris Ritibus, vt præfertur, deputatos tranſmiſsis, & per eos viſis, & perpenſis; idem Paulus prędeceſſor, ex ſententia eorumdem Cardinalium, quòd dictus Ignatius Beatus nuncupari, & de eo Miſſa, & Officium de communi Confeſſoris non Pontificis celebrari poſſet, benignè conceſſit, & indulſit.

Deindeeum preces pro d. Canonizatione in dies fierent auctiores omnia prædicta diligentiſſime examinari mandauit eiſdem Auditoribus.

§. 6. Et deinde cùm preces eorum, qui pro canonizatione eiuſdem Beati Ignatij inſtiterant, fierent in dies auctiores; volens idem Paulus prędeceſſor in huiuſmodi cauſa ſecũdum conſuetudinem S. Sedis Apoſtolicę procedere, eiſdem Auditoribus per ſpeciale reſcriptum mandauit, vt proceſſus factos etiam de nouo perpenderent, & alios teſtes ſuper veritate pręmiſſorum in ſpecie diligentiſſimè examinarent, & ipſi Paulo prędeceſſori referrent.

Qui poſtea eidē Paulo retulerunt omnia deſuper formata, rite ac recte facta per acta, ac miracula, & ſanctitatem ſatis fuiſſe probata.

§. 7. Quod quidem mandatum Auditores prædicti exequi, prout par erat, volentes, cauſam ſimiliter de nouo excutere cœperunt: & alios quam plures teſtes ſuper eidē præmiſſis per ſe ipſos receperunt in dicta Curia; & per alios ab eis ſubdelegatos extra eam examinari curarunt: ac nonnulla iura ad cauſam facientia ex Archiuio dictæ Societatis extraxerunt: & Alphonſus, ac Ioannes Baptiſta Auditores prædicti, necnon dilectus filius noſter Franciſcus, eiuſdem S.R.E. Cardinalis

dinalis Sacratus nuncupatus, tunc,tamquam Archiepiscopus Damascenus, vnus ex Auditoribus causarum dicti Palatij Locumtenens, & in locum dicti Gregorij prædecessoris, qui Iam ad Ecclesiam Bononiensem assumptus fuerat, subrogatus, in pluribus Congregationibus, inter eos habitis, de nouo fabricatos, & alios processus prædictos etiam perpenderunt: illosq; legitimè confectos, ac probationes in eis contentas ritè,& rectè peractas, ac sanctitatem, & miracula satis, superq; probata fuisse, prædicto Paulo prædecessori retulerunt.

Ipso Paulo defuncto, Præpositus Soc. Iesu institit apud d. Greg. XV. pro ipsius Beati Canonizatione, qui eam Cardd. Sac. Rit. recognoscenda remisit.

§.8. Cumque, ipso Paulo prædecessore viam vniuersæ carnis ingresso, dictus Præpositus eiusdem Societatis humiliter apud Gregorium prædecessorem prædictum Institisset, vt ad vlteriora in Canonizatione eiusdem Beati Ignatij procedere dignaretur; idem Gregorius prædecessor illius petitionem benignè audiens, relationem, vt præfertur, factam, ad eosdem Cardinales super prædictis Sacris Ritibus deputatos, recognoscendam etiam remisit.

Postea Card. à Monte suam sententiam in Consistorio secreto exposuit, in quā etiā alij Cardd. deuenerunt, vt scilicet d. Beatus Ignatius posset inter Sanctos referri.

§.9. Cumque, pendente dictæ relationis discussione, superuenissent charissimi in Christo filij nostri Ludouici Francorum, & Nauarræ Regis Christianissimi primùm; mox verò nobilis viri Maximiliani vtriusque Bauariæ Ducis, & successiuè etiam charissimi in Christo filij nostri Ferdinandi Romanorum Regis in Imperatorem electi, preces accessissent; dictiq; Cardinales relationem prædictam comprobassent; Venerabilis frater noster Franciscus Maria Episcopus Portueñ, eiusdē S.R.E. Cardinalis à Monte nūcupatus, rei summā, suamque, & aliorum, vt præfertur, deputatorum Cardinalium sententiam in nostro, tunc eiusdem Gregorij prędecessoris, Consistorio secreto exposuit: & alij, qui in illo Consistorio aderant Cardinales, dilecti filij nostri, in eamdem sententiam deuenerunt, posse videlicet dictum Gregorium prædecessorem, iuxta sacros dictæ S. R. E. ritus, dictum Beatum Ignatium inter Sanctos referre.

Et ad vlteriora deueniri voleos mandauit Pont. nonnulla de eodem recenseri.

§.10. Quare idem Gregorius prędecessor ad vlteriora procedi mandauit. voluerat autem ipse Gregorius prædecessor nonnulla ex ijs, quæ in processibus, & actis de vita, sanctitate, & miraculis eiusdem B. Ignatij constabant, in eodem Consistorio recenseri: videlicet.

Oritur in Hispaniis ex Catholicis, nobilibusq; parentibus.

§.11. Natus est B. Ignatius in ea Hispaniarum regione, quæ ad Pyrenęum pertinet, ad Oppidum Aspeithię Pampiloneñ Diœcesis, anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo primo, ex Beltramo Loiola, & Maria Sanchez nobilibus catholicis, & pijs parentibus: qui simili pietate filium educandum curarunt.

Pampilonensi Ciuitate à Gallis obsessa B. Ignatio ibi dimicanti tibia læsa fuerunt à lapide ex vi bombardæ emisso excusso, cuius vulnera patiēter ferens, cum libros sibi ad legendum offerri petijsset, profanis libris tunc non repertis, ac pijs porrectis, ex eorum lectione adeo fuit incensus, vt Christi, & Sanctorum vestigia sequi, Hierosolymam proficisci, ac alia facere decreuisset.

§.12. Adolescens ille factus, cùm esset eximia & animi, & corporis indole, missus fuit in clarę similiter memorię Ferdinādi Regis Catholici Curiam: vbi cùm inter honorarios pueros aliquandiu mansisset; ad tunc existentem Nauarrę Proregem, in Ciuitate Pampiloneñ degentem, se contulit, & rei militari operam dare cœpit. Cumque dicta Ciuitas ab exercitu Gallorum obsideretur; ipsi Ignatio ante alios dimicanti lapis, ex muro bombardę vi excussus, læuam læsit tibiam; dexteram verò ita confregit, vt semiuiuus corruerit: quorū vulnerum acerbā, grauē, & diuturnam curationem ita patienter tulit, vt omnibus esset domesticis admirationi. Cumque eidem, in lecto affixo, libros profanos, tunc sic Deo volente, non repertos, petenti, nonnulli pij libri, legendi causa porrecti fuissent, ex eorum lectione tam ardenter fuit incensus, vt ingenti sui odio concepto, decreuerit Christi, & Sāctorū vestigia sequi, Hierosolymam proficisci, vt sacra illa loca veneraretur, & fideles in spiritu promoueret, ac infideles ad Euangelium adduceret.

Curatis vulneribus, ac omnibus caducis rebus relictis ad Monasterium B. Mariæ de Mōte Serrato Ord. S. P. N. Benedicti perrexit, ibiq; armis suspensis, aspera indutus tunica, fune præcinctus, ac nudo capite se penitus diuino cultui addixit.

§.13. Curatis ergo vulneribus, patriam, parētes, res omnes fluxas, & caducas reliquit: & Christo deinceps militaturus, ad Monasteriū B. Mariæ de Monte Serrato Ordinis S. Benedicti Viceñ Diœc. perrexit: ibiq; generali confessione peracta, gladio, & pugione in templo eiusdem Monasterij suspensis, aspera talari tunica indutus, fune præcinctus, nudo capite, baculum manu gestans, totam eam noctem, cui dies festus Angelicæ salutationis illuxit, ante aram eiusdem B. Mariæ Virginis inter preces, & lacrymas vigilauit: seque penitus diuino cultui, nouum exinde militię genus sequuturum, addixit.

Minoressam inde petijt, & in quodam specu propè amnem asperam, & pauperem vitam transegit sordidis admodum hominibus inseruiens.

§.14. Minoressam inde vicinum Oppidum petijt: & ad hospitale S. Luciæ diuertit: & in eo, & quodam specu, ad pręterfluentis amnis ripam sito, faciens dignos pœnitentiæ fructus, pauperem, atque asperam vitam transegit inter egenes & sordidos homines, quibus etiam humillimis inseruiebat obsequijs,

Postea Romæ, ac Venetijs peregrinatus, annos octo Grammaticæ, Philosophiæ, ac Theologiæ studuit, socijs adhibitis, inter quos Franciscus Xauerius, contracto cum eis voto, vt post studia Hierosolymam adiret ac Euangelium contemta paupertate promoueret.

§.15. Post aliquod verò tempus Almam Vrbem nostram, & successiuè Venetias, ac postmodum Hierosolymam contendit: & per lustratis sacris locis, ibidem permanere, & animarum saluti incumbere vetitus, redijt ad partes Hispaniarum. & quò meliùs posset in spiritu proximis vtilitatem afferre, triginta natus annos, Grammaticæ primo in Ciuitate Barchinoneñ, & deinde Compluti. Philoso-

 phiæ,

saluti inseruituri, si per annum illic nauigandi occasionem habuissent, alias illo voto absoluti Romam irent, & suam ipsorum operam in d. opere Rom. Pont. offerrent.

phiæ, & Theologiæ per annum cum dimidio operam dedit: ac demum Parisijs omnia illa studia repetijt, ex eleemosynis victitans, & officia caritatis, humilitatis, & pœnitentiæ non intermittens: socijs eiusdem propositi: inter quos fuit Franciscus Xauerius, vir Sanctus, & Indiarum Apostolus; collectis: & voto cum eius nuncupato, vt consummatis studijs inceptis, Euangelica contenti paupertate, Hierosolymam omnes adirent; vnanimi, ac summo conatu saluti proximorum inseruituri: quòd si per annum nauigandi se non offerret occasio, vel Hierosolymis permanere prohiberentur; illo voto absoluti Romam irent, & suam ipsorum operam Summo Pōtifici in auxilium spirituale proximi offerrent.

Sed propter morbum stomachi quo affligebatur rediit in Patriā anno 1535. ibique victum emendicans et pauperibus inseruiens per tres menses fuit.

§. 16. Verùm cùm ex studiorum laboribus & vigilijs grauem stomachi morbum Parisijs contraxisset; iussu medicorum, & ex sociorum consilio, in patriam redijt, anno eiusdem Domini millesimo quingentesimo trigesimo quinto: ibique per tres menses in hospitali Sanctæ Mariæ Magdalenæ, ostiatim victum emendicans, & pauperibus inseruiens, tempus sedulò traduxit.

Deinde Venetias profectus ibi ad Sacerdotium promoueri voluit, & paupertatis, castitatisq; votum in manu Nuncij Sed. Apost. emisit.

§. 17. Quo transacto, cùm conualuisset, Venetias, quo socij ex composito venire debebant, etiam ipse profectus; in ea Ciuitate ad Sacerdotium promoueri voluit: & paupertatis, castitatisque in manibus Hieronymi Veralli Archiepiscopi Rossanen., in ea tunc Sedis Apostolicæ Nuncij, votum emisit.

Elapso anno, & nauigatione in Palæstinam intercluso Romam venit anno 1537 & constitutam operam Paulo 3. Pōt. obtulit paratissimam.

§. 18. Et elapso anno inter eos condicto, & nauigatione in Palæstinam, propter pacem inter Turchas & Venetos per id tempus sublatam, interclusa; Romam cum socijs venit, anno millesimo quingentesimo trigesimo septimo: vbi à quondam Quirico Garzonio Romano ciue, in quadam ipsius Garzonij vinea sub Monte Pincio receptus hospitio, constitutam operam piç similiter memoriæ Paulo Tertio, patri prædecessori nostro, ad animarum salutem obtulit paratissimam.

Quam vt vberius tractare posset, Societatem a se institutam cum tribus votis quar to adiuncto per quod Rom. Pont. peculiarem obedientiam subiit sanibus ad Infideles non petito viatico præstare, fecit confirmari à Paulo 3 ipsi curauit.

§. 19. Quam causam quo vberiùs, & cumulatiùs tractare posset, dictam Societatem à se institutam, ad tria cum alijs Religionibus communia vota quarto adiuncto, per quod peculiarem polliceretur Romano Pontifici obedientiam in Missionibus, non petito viatico, etiam ad Infideles, Turchas, Hæreticos, Schismaticos, & quoscumque alios, obeundis, à prædicto Paulo Tertio prædecessore confirmandam curauit: eamque postmodum optimis etiam constitutionibus, & legibus stabiliuit; & in Præpositum Generalem electus, summa cum prudentia, & probitatis laude moderatus est.

Anno Dom. 1556. die 31. Iul. Romæ Iesum appellans obdormiuit in Domino.

§. 20. Ac post multos labores, Iesum appellans, in eadem Vrbe piè obdormiuit in Domino, pridie Kalen. Augusti anni eiusdem Domini millesimi quingentesimiquinquagesimi sexti. Vir verè, quem praelegerat Dominus, vt eorum Dux foret, qui portarent eius sanctissimum nomen coram gentibus, & populis, & infideles ad veræ fidei cognitionem inducerent, ac rebelles hæreticos ad illius vnitatem reuocarent, suique in terris Vicarij auctoritatem defenderent.

Fide, & Spe excelluit.

§. 21. Ornauit enim illū Dominus magnitudine, & excellētia Fidei, & maxima Spe communiuit; vt satis superq́; eius testātur actiones.

Vtilitate inpro. aiunum desidario adeo exarsit vt multa loca pia ipsius cura fuerint excitata.

§. 22. Assiduum autem obsequium, quod pauperibus, & ægrotis exhibuit in hospitalibus; & eleemosynarum distributio, quas à pijs personis suo ipsius studio corrogabat; maxima etiam cura, & studium, quod iam inde à principio suç cōuersionis in eo posuit, vt rudes, & pueri doctrinam Christianā perdiscerent; & detentorum in carcere visitatio, ac subleuatio, quam instituit, & exercuit accuratè; necnon per vniuersum terrarum orbē Missiones, quas fecit; & domus, Ecclesiæ, & Collegia, quæ erexit; & in dicta Vrbe præter scholas Grammaticç, & Humaniorum litterarum, quas gratis aperuit, Collegium Germanicum, ac Orphanorum, & Catecumenorum domus, & S. Marthæ, ac S. Catharinç Monasteria, aliaq́; loca pia, quç excitari curauit; & dissidentium reconciliatio; salubria consilia data; & spiritualia exercitia ab eo composita; Sacramentorum frequentationes procuratç; iniuriarū denique remissio, & pro inimicis oratio; quā ardenter amaret proximū propter Deū, plane demonstrāt.

Dilectione erga Deum emicuit.

§. 23. Deum autem ipsum quantopere diligeret, pater ex illa summa cura, & diligentia, qua studuit propter Deum proximo in spiritualibus, & temporalibus semper benefacere: & ex maxima vigilantia, qua curauit cor suum mundum custodire. A sua enim cōuersione nullum in eo deprehensum est dictū, factumue, quod censeri posset esse peccatum mortale: omnes suas cogitationes, verba, & opera in Deū tamquam in finem referebat, & ad Deū, & Dei gloriā, & honorē destinabat: atq; hęc verba, videlicet, Ad maiorem Dei gloriā, vti symbolum in ore semper habebat.

Prudentia fuit admirabilis.

§. 24. Prudentia quoque fuit in eo admirabilis. In negotijs enim ad Dei honorem peragendis prius quidem omnia Deo commendabat: deinde solerti habita consultatione, & rationibus ad examen vocaris, cōgruentia ad optatum finem adhibebat præsidia, & eo pacto contingentia mala facilè declinabat.

§. 25. Eius

Iustitiam coluit, & in ea vsque ad finem constanter perseuerauit.

§. 25. Eius erga Deum, & homines iustitiam, aspera vita, & voluntariæ pœnitentiæ, quibus offenso iam Deo satisfacere se putabat, spiritus deuotio, & religio, qua Deo reddidit debitum cultum, & honorem; gratitudo quoque, quam erga suos, & Societatis benefactores continuo ostendit, & pura veritas, quę ex eius ore sine vlla fallacia, fuco, fictione, aut obscuritate procedebat, cum cordis puritate, & simplicitate satis commendant. Animi pręclara magnitudo ex pœnitentijs, obsequio erga ęgrotos, ex operibus caritatis, à quibus propter labores & difficultates, irrisiones, iniurias, & contumelias non recessit; sed in illis constanter vsque ad optatum finem perseuerauit.

Patientia emicuit.

§. 26. Patientia verò admirabilis, & mansuetudo ex multis, & ingentibus laboribus; ex opprobrijs, confusionibus, & persecutionibus, libenter, & alacriter pro Dei amore perpessis; ex gratiarum actione in maledicentes relata, & beneficijs in iniuriantes collatis apparent.

Ieiunium frequentauit, etiam per hebdomadam solo pane & aqua contentus.

§. 27. Ieiunium ipse adeò coluit, vt eo tempore, quo fuit Minoressæ, & Barchinonę, per totam ieiunans hebdomadam, exceptis diebus Dominicis, solo pane vesceretur, & aquâ biberet: & propter continuatas orationes, & abstinentias semel, & iterum debilis, ac ferè sinè viribus est inuentus.

Castitate emicuit.

§. 28. Castitatis fuit adeo diligens custos in se, & in alijs, vt in Constitutionibus Societatis voluerit, illam suis esse tàm perfectè seruandam, vt eniti debeant, corporis, mentisq; munditia, Angelicam puritatem imitari.

Profunda etiam fuit humilitatis.

§. 29. Profundæ etiam humilitatis non obscura dedit indicia, dum se ad nouę vitæ genus accingens, noluit suum audire germanum, sibi familię nobilitatem, opes, & in militia strenuitatem, ac futuram inde gloriam repræsentantem; sed statim atque ex morbo, & vulnere conualuit, sęculo nuntium remisit. Idem etiam denotatur, quia in patriam valetudinis causa rediens, cùm se à quodam iam cognitum esse animaduertisset, timens honorem, quem & germanum, & incolas Aspeithię sibi exhibituros esse intelligebar, noluit cũ eo, à quo cognitus fuerat, via recta Aspeithiam proficisci; sed per montes, & semitas obliquas solus illuc accessit: & nobile palatiũ cum vilitate humilis hospitalis libentissimè commutauit: nullisq; precibus adduci potuit, vt domum paternam ingrederetur.

Mundi gloriam, ac se ipsum contempsit.

§. 30. Denique non solùm vanam mundi gloriam, sed se etiã ipsum egregia magnanimitate contempsit. renunciatus enim Prępositus Generalis Societatis, tamdiu id muneris subire recusauit, quoad eius confessarius ei, vt demandatum reciperet officium, imperauit. & post receptum munus, vt eos, quos in Constitutionibus ad humilitatem hortatur verbo, firmaret exemplo; primum quidem in coquinæ ministerijs aliquot versatus est dies, rum docere aggressus est pueros, & rudes doctrinam Christianam.

Adhuc viuus vis, cum eius splendore circumdatum vidit B. Philippus Nerius.

§. 31. Excellentem vero famuli sui sanctitatem comprobari voluit etiam Altissimus supernaturali splendore vultus, quem dum viueret aliquando viderunt B. Philippus Nerius, & quondam Oliuerius Manareus Flander, eiusdem Societatis religiosus.

Miraculisque quoque clarius.

§. 32. Ac testimonio miraculorum: quorum plura etsi ab eo viuente facta in processibus recensentur, insigniora tamen post eius felicem dormitionem edita probantur.

Moniali ad terrã collapsæ cui coxendix confracta fuerat & doloribus, ac febris superuenientia cum salute naturalibus remedijs sanare non posset sanitatem restituit.

§. 33. Isabella enim Rebelles monialis, Ordinem S. Clarę in monasterio S. Elisabethę Barchionensi eiusdem Ordinis expressè professa, annos nata sexaginta septem, dum aliquid operis altò in loco molitur, repentè tam graui casu ad terram est collapsa, vt coxendicis, seu femoris os, quod maximum est in humano corpore, totum fuerit confractum: & per quadraginta dies, & vltra adhibitis per medicum, & chirurgum, euentu planè irrito, medicamentis; ac dolore, & febri, quę ex confractione superuenerant, non cessantibus; ægrota apud omnes erat citra vllam salutis opem, quę saltem naturalibus parari possent remedijs, vt eadem die moritura crederetur: petita tamen pia cum religione, & impetrata reliquia B. Ignatij, & super coxendicem applicata, statim sana est reddita, & coxendicem, ac tibiam prius tumentem, atque immobilem expedirè, ac sinè dolore mouere cœpit; & die proxima surrexit, ac liberè, & perfectè ambulauit.

Periculosam febrim cum stomachi nausea sanat.

§. 34. Ioannes Leida Maioricensis in valdè acutam, & periculosam febrim inciderat: augebat periculum maxima stomachi nausea: post duodecimum, vel tertiũdecimũ diem aucto periculo, cum Deo se se per merita B. Ignatij impensè commendasset, sequenti nocte somno excitatus, magno splendore circumfusum cubiculum vidit: & vxorem inclamans: Nonne, inquit, vides me à B. Ignatio sanatum? & illucescente die sanus, & valens sinè alicuius auxilio è lecto surrexit, & vestibus se induit, ac in gratiarum actionem templum Societatis expeditè adijt.

Puero lethale vulnus quod in supercilio prope tempora acceperat consolidauit.

§. 35. Hieronymus Honuphrius Hetruscus, incola Oppidi Gandię Valentinæ diœcef. puer decennis, cum lethale in supercilio pro-

pe

pe tempora vulnus accepisset, propter quod totius oculi tumor, & vehemens febris accesserant; & post adhibita per mensem integrum per chirurgum, ex artis præscripto, medicamenta, vulnus non solùm non solidaretur; sed adeò latum, & profundum esset, vt linamentum digitale inserendum esset; ac tanta sanies, & putredo flueret, vt chirurgus ipse miraretur, & crederet os aliquod intus confractum; & alterum chirurgum etiam vocari iussisset, & ambo coram infirmo conuenissent; remotis fascijs, quibus vulnus erat opertum, & obligatum: præter omnem expectationem, meritis B. Ignatij, cui mater pueri, voto iam facto, illum commendauerat, vulnus illud penitus obductum, clausum, & solidatum inuenerunt.

Obstructiones, seu hydropisim confirmatam ventri admota Imagine huius Sancti expulit.

§. 36. Magdalena Talauera, in eodem Oppido Gaudię commorans, cum per tres annos grauibus laborasset obstructionibus, quæ in hydropisim, quam confirmatam appellant, terminauerant; eiusq; ventrem adeò tumentem, & inflatum reddiderant, vt se de loco ad locū mouere nō posset, nisi permolestè; vidēs remedia per duos medicos adhibita sibi nihil profuisse, ad diuina confugit subsidia: & voto Deo facto, ac Imagine dicti Beati ventri admota, statim melius se habuit, depulsusq; est morbus obstructionis, & hydropisis, ita prorsus; vt intra tres, vel quatuor dies detumuerit venter, & exinde illa se benè habuerit.

Pestilentem febrim, cum mentis stupore, ac extraordinarijs horroribus suapte imagine liberat.

§. 37. Ferdinandus Pretel de Mendoza, cùm in febrim incidisset tertianam, quæ mox in duplicem, deinde in pestilentem vnà cum mētis stupore, & extraordinarijs horroribus, ex humorum abundantia, & virium naturalium defectu accidentibus, degenerauerat; & multis purgationibus incassum adhibitis, vis morbi adeò aucta esset, vt à medicis destitutus, in supremo iam mortis discrimine versaretur; ritè confessus, & communione instructus, ac sacro perunctus oleo, manibus tenens Imaginem Beati Ignatij, quam collo pendentem gestabat, & ex toto corde illi se commendans, conualescere cœpit, & morbo est liberatus.

Feminæ sexagenariæ, paralysis, ac apoplexiæ morbis vexatæ, & humanis remedijs destitutæ valetudinem reddit.

§. 38. Anna Barzellona ferè sexagenaria, cum toto biennij spatio morbo paralysis grauiter vexata immobilis esset ad omne opus laboris; & gradus ascendere, aut ex illis descendere non posset, nisi scipionibus innixa: & insuper nouus apoplexię in altero latere morbus accessisset; humanis remedijs omnino destitutam se intelligens, voto nuncupato melius se habere cœpit: & toto illo die, ac nocte insequenti inchoata, valetudo ita est aucta; vt iam illucescente mane sana omnino ad Ecclesiam Collegij dictæ Societatis occurrerit expeditissimè, gratias Deo, ac Beato Ignatio redditura.

Cæcitate laboranti visum restituit.

§. 39. Ioannæ quoque Claræ, & Noquerę, mulieri Maioricensi, annos natæ quinquaginta sex, cæcitate laboranti, videndi facultatem reddidit Beatus Ignatius.

Capitis doloribus, & oculorum inflammatione oppresso sanitatem, & visum recuperauit.

§. 40. Bartholomæus Contesti chirurgus adeò acerbis, & diuturnis capitis doloribus opprimebatur, vt prę nimio dolore sæpe ad terram allideretur: accessit in oculorum altero tam grauis inflammatio, vt alterum etiam dilaceraret; itaut ne tenuissimum quidem lucis radium perferre, aut aliquantulum quiescere posset: ob idq; in tenebroso conditus cubiculo inde non egrediebatur: & eo deuentum est, vt ex intolerando dolore non dubitaret affirmare, quòd si quidam chirurgus iam defunctus in humanis ageret, oculū sibi erui, iussurus esset: religione demū eximia erga Beatum istum incensus, illius Reliquiam ad se afferri iussit: & in puncto, quo fuit illa delata, benè se habuit, capitis, & oculorum cessauit dolor, visum recuperauit, & lucis splendorem sine vlla offensione sustinuit. vtq; intelligeretur, subitam curationē diuinæ virtuti, átque intercessioni Beati Ignatij tribuendam esse; bis, teruè sacra Reliquia è cubiculo exportata, dolor redijt: eamq; in cubiculum reducta, illicò morbus discessit: quo facto admonitus Bartholomęus, sacram Reliquiam penes se retinuit: atque ita intra tres, vel quatuor dies ita perfectè sanatus est, quasi nunquam ęgrotasset. Quo audito Columna Cortei, & Vich, quæ capitis dolore ita vexabatur, vt neque noctu quiesceret; & superuenīēre in vno oculorum tanto cruciatu, & palpebram attollere non posset; & cæca denique remansisset; misit, qui eamdem Reliquiā ad se deferret: qua allata, & super oculos, præuia inuocatione eiusdem Beati, imposita, palpebra, quę prius per chirurgos aperiri non poterat, confestim vltro, ac per se cœpit aperiri: cessauit dolor, lucis splendorem Columna pertulit, & intra tres dies paulatim visum omnino recuperauit, & perfectè conualuit.

Dolorem ex tumore, & duritie mamillę curauit, tem sanat.

§. 41. Ioanna quoque de Aragona, & Pignatella, Ducissa Terrænouæ, quæ quatuor iam menses vehementissimo dolore cruciabatur ex tumore, & duritie alterius mamillæ; eòq; reducta erat, vt neque pedes, neque brachia mouere posset, quin sibi viscera trāsfigi quodammodo viderentur. ad opem eiusdem Beati confugiens, & illius Imaginem religiosè de mane venerata, & illi se commendans, vespere eiusdem diei sana sine tumore.

tumore, sine duritie, & sine vllo doloris sensu reperta est.

Demum his, & alijs miraculis permotus d. Greg. in publico Consistorio per Consistorialis Aulæ Aduocatum meritis ipsius Beati, & Principum ac Populorum vota retulit fuerunt.

§. 42. Demum his, & quamplurimis alijs permotus idem Gregorius prædecessor, ex antiquo Romanorum Pontificum prędecessorum nostrorum, tunc suorum, instituto, publico prius, in quo præter prædictos Cardinales, etiam Venerabiles fratres nostri Patriarchæ, Archiepiscopi, & Episcopi, ac alij Romanę Curię Prælati, & dicti Gregorij prędecessoris familiares dilecti filij conuenerunt; & dilectus filius Nicolaus Zambeccarius Aulæ Pontificiæ Consistorialis Aduocatus, dicti Beati Ignatij merita, & Principum, ac Populorum super huiusmodi Canonizatione vota retulit.

Et successiuè in semipublico Consistorio omnes d. B. Ignatium canonizandum iudicarunt.

§. 43. Et successiuè altero, quod semipublicum vocant, in quo prędicti omnes, ac etiam Sedis Apostolicæ Notarij, & causarum dicti Palatij Auditores dilecti filij interfuerunt; & omnes, quòd dictus Beatus Ignatius canonizandus esset, publicis suffragijs iudicarunt; conuocatis Consistorijs, toto cordis affectu exultans in Domino, eũdem Beatum Ignatium, vna cum Beatis Isidoro Agricola, & Francisco Xauerio inter Sanctos referendum duxit.

Omnibus tandem rite, & recte expletis die 12. Mart. 1622. d. Greg. B. Ignatiũ Sanctum esse definiuit, ac SS. Confessorum catalogo vna cum BB. Isidoro, Francisco, Philippo, ac Theresia adscripsit.

§. 44. Pręscripto itaque Canonizationis die in festo S. Gregorij Magni nuncupati, quarto videlicet Idus Martij, Pontificatus ipsius Gregorij prædecessoris Anno Secundo; iterum dictus Gregorius prędecessor est hortatus ad iteratas preces, ieiunia, & eleemosynas: vt in tanto opere exequendo, lumen eius, qui lucem habitat inaccessibilem, implorarent ad ea peragenda, quibus diuinæ glorię honor, & Catholicæ Ecclesię fides augeretur. Omnibus verò iuxta Sanctorum Patrum traditiones, sacrorumq; Canonum instituta, & Romanæ Ecclesię consuetudinem ritè, & rectè peractis, dicta die quarto Idus Martij, idem Gregorius pręcessor ad Principis Apostolorum Basilicam cum Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Prælatis, & ipsius Gregorij pręcessoris familiaribus prædictis; necnon dilectis filijs Clero sęculari, & regulari, ac maxima populi frequentia, conuenit: & post iteratas primò, secundò, ac tertiò pro Canonizationis decreto petitiones per dilectum filium nostrum, tunc suum, Ludouicum tituli S. Marię Transpontinæ presbyterum Cardinalem Ludouisium nuncupatum, nomine prædictorum, qui pro ea instituerant; post sacros Hymnos, Litanias; aliasq; preces, & post imploratam Spiritus Sancti gratiam, ad honorem Sanctissimæ, & Indiuiduæ Trinitatis, & fidei Catholicæ exaltationem, & Christianæ Religionis augmentum, auctoritate eiusdem Dei omnipotentis Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum, decreuit, & definiuit, dictum Ignatium Loiolam, prędictæ Societatis fundatorem, vnà cum Isidoro, & Francisco præfatis, ac Beatis Philippo, necnon Theresia, Sanctum, & Sanctorum Catalogo adscribendum, & aggregãdum esse, prout adscripsit, & aggregauit.

Ecclesiæ quoque & altaria in ipsius honorem ædificari, & festum eius die 31. Iulij celebrari posse statuit.

§. 45. Statuens, vt ab vniuersis Christi fidelibus in eius honorem ecclesiæ, & altaria, in quibus sacrificia Deo offerantur, ædificari; & quolibet anno, dicta die illius obitus pridie Kalend. Augusti, festum ipsius, & Officium, tamquam de Confessore non Pontifice, ad formam in Rubricis Romani Breuiarij pręscriptam, solemniter celebrari possint.

Sepulchrum eius d. festo vel octaua visitantibus Indulgentiam elargitus est.

§. 46. Insuper eadem auctoritate omnibus vtriusque sexus Christi fidelibus verè poenitentibus, & confessis, qui annis singulis ipsius festo ad sepulchrum, in quo corpus eius requiescit, visitandum accesserint, vnum annum, & quadraginta dies; ijs verò, qui in eiusdem festi octaua id fecerint, etiam quadraginta dies de iniunctis eis, aut aliàs quomodolibet debitis poenitentijs misericorditer in Domino relaxauit.

Aliamque plenariam impertitus fuit præsentibus d. Canonizationi.

§. 47. Et decantato solemniter hymno, Te Deum laudamus, & diuina ope implorata, S. Ignatij, & aliorum Sanctorum prędictorum meritis, per peculiarem ad id orationem, quam dictus Gregorius prędecessor piè, & solemniter recitauit sacrosanctum Missæ sacrificium solemni pompa, & ritu, cum eorumdem Sanctorum commemoratione, ad altare Principis Apostolorum celebrauit: & omnibus Christi fidelibus tunc præsentibus plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem, ad Dei laudem, & gloriam Sanctorum eius, impertitus fuit.

Modo iste Sanctissimus Vrban. (quia d. Greg. litteræ Canonizationis superueniente obitu expedita non potuit) eas expediri ac suum effectum ab ipsa die 12. Mart. 1622 consequi debere decernit.

§. 48. Ne autem de decreto, definitione, adscriptione, aggregatione, statuto, relaxatione, impertitione, alijsq; præmissis, pro eo quòd super illis ipsius Gregorij pręcessoris litteræ, eius superueniente obitu, confectę non fuerunt, valeat quomodolibet hæsitari; Volumus, & Apostolica auctoritate decernimus, quòd decretum, definitio, adscriptio, aggregatio, statutum, relaxatio, impertitio, aliaq; pręmissa à dicta die quarto Idus Martij suum debitum sortiantur effectum, ac si super illis ipsius Gregorij prędecessoris litterę sub Datum eiusdem diei confectæ fuissent, prout superius enarratur: quodq; præsentes nostrę litteræ ad probandum plenè decretum, definitionem, adscriptionem, aggrega-

gregationem, statutum, relaxationem, impertitionem, & alia præmissa vbique sufficiat; nec ad id approbationis alterius adminiculum requiratur.

Transumptis huius Const. eadem dari fides.

§. 49. Cæterum, quia difficile foret, præsentes nostras litteras ad singula loca, vbi opus esset, deferri; Volumus, vt earum exemplis, etiam impressis, manu publici Notarij subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica cōstitutæ munitis, eadē vbique fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si essent exhibitæ vel ostēsę.

Decretum pœnale superaddit.

§. 50. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam vtriusque voluntatum nostrarum, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit; indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Datis V. An. D. ... 6. Aug.

Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo vigesimo tertio, octauo Idus Augusti, Pontificatus nostri anno Primo.

Pontificis Subscriptio.

✠ Ego Vrbanus Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

†

† Ego Franciscus Maria Episcopus Ostiensis Cardinalis à Monte.

†

†

† Ego Od. Episcopus Prænestinus Cardinalis Bandinus.

† Ego Ioannes Baptista Episcopus Albanensis Cardinalis Deius.

†

† Ego A. tit. s. Laurentij in Lucina Presbyter Cardinalis Perettus.

† Ego B. tt. s. Mariæ Transtib. Cardinalis Beuilaqua.

†

†

†

† Ego Dominicus ss. Apostolorum Cardinalis Gimnasius.

† Ego C. Cardinalis tit. s. Cæsarei Madrutius.

† Ego S. tit. s. Chrysogoni Presbyter Cardinalis Burghesius Maior Pœnitentiarius.

† Ego Io. Garsia tit. ss. Quatuor Coronatorum Presbyter Card. Millinus.

† Ego M. tit. ss. Quirici, & Iulittæ Presbyter Card. Lantes.

†

† Ego Io. B. tit. s. Cęciliæ Presbyter Cardinalis Lenius.

†

†

†

† Ego D. tit. s. Martini in Montibus Card. Riuarola.

†

†

†

† Ego G. tit. s. Crucis in Hierusalem Presb. Card. Borgia.

† Fr. Felix tit. s. Anastasiæ Presbyter Card. Asculanus.

†

† Tib. tit. s. Priscæ Presbyter Cardinalis Mutus.

† Ego Gabriel tit. s. Barth. in Insula Presb. Card. de Trejo.

†

† Ego I. tit. s. Sabinę Presbyter Cardinalis Sabellus.

† Ego M. tit. s. Marię de Pace Presbyter Card. Kleselius.

†

†

† Ego S. Presb. Card. s. Susannę S.R.E. Bibliothecarius.

†

†

†

† Ego Guido tit. S.M. de Populo Presbyter Card. Bentiuolus.

†

†

†

†

†

† Fr. Desiderius tit. s. Clementis Presbyter Card. de Cremona.

†

† Ego Ludouicus Presbyter Card. Ludouisius tit. s. Laurentij in Damaso S.R.E. Vicecancellarius.

†

†

†

†

† Ego Cosmus tit. s. Pancratij Presb. Card. de Torres.

†

†

†

†

† C. S. Nicolai in carcere Tulliano Diaconus Card. Pius.

† M. s. Eustachij Diaconus Cardinalis de Sabaudia.

†

† Ego

† Ego Alexander s. Mariæ in Cosmedin Diaconus Card. Vrsinus.

†

†

†

†

† Ego Franciscus S. Angeli In foro Piscium Diaconus Cardinalis Boncompagnus.

† Ego Hipp. s. Mariæ nouæ Diaconus Cardinalis Aldobrandinus S. R. E. Camerarius.

†

†

IV.

Confirmatio Const. Pij V. & eius successorum de non alienandis, & infeudandis Ciuitatibus, Terris, & locis S. R.E.

Prædictorum Constitutiones omnes indicaui tibi sup. in præfati Pij Const. 35. to. 2. p. 221.

Edita A.D. 1623.

VRBANVS EPISC. SERVVS SERV. DEI
Ad perpetuam rei Memoriam.

Prooemium.

SAcrosancti Apostolatus ministerij cura, quam altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei humilitatem nostram, nullo licèt meritorum suffragio, gerere voluit, iugiter Nos admonet, vt in ijs præcipuam Apostolicæ seruitutis solicitudinem adhibeamus, per quæ temporali Sanctæ Romanæ Ecclesiæ ditionis conseruationi consulitur, atque ideo Nos, quæ à Romani Pontificis prædecessoribus nostris hanc ob causam prouidè sancita fuerūt, ea non solùm ipsi inuiolatè curabimus custodire, sed etiam ab alijs perpetuò obseruari debere, statuemus.

Pius V. legem sanxit, de qua in ipsius Const. 35. tomo 2. pag. 221.

§. 1. Dudum siquidem à felicis recordationis Pio Papa Quinto prædecessore nostro litteræ tenoris emanarunt: Pius Episcopus seruus seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Admonet nos suscepti cura regiminis, &c.

Omittitur tenor huius Constitutionis, quia est sup. tom. 2. pag. 221.

Successores Pōt. eam confirmarunt, & ampliarunt.

§. 2. Quę quidem Constitutio veluti optima, & ad conseruandam S.R.E. Iurisdictionem & dignitatē, planè salutaris approbata, confirmata, & innouata fuit ab ijs, qui eidem Pio V. successerunt, recolendę memorię prædecessoribus nostris Gregorio XIII. Sixto V. Gregorio XIV. Innocentio VIII. qui etiam de fratrum suorū tunc S.R.E. Cardinalium consilio, & assensu declarauit, eadem Constitutione prohibitum fuisse, & prohiberi omnem & quamcumque infeudationem, ac alienationem Ciuitatum, Terrarum, Oppidorum, & Locorum Sedi Apostolicę tam mediatè quàm immediatè subiectorum, nō solùm ne fiat, neuè attentetur post eorum deuolutionem, sed etiam antequam Ciuitates, Terræ Oppida, & Loca prędicta deuoluantur, ac omnem & quamcumque in perpetuum, vel ad tempus prorogationem, ac extensionem infeudationum, inuestiturarum, & concessionum de dictis Ciuitatibus, Terris, Oppidis, & Locis finitarum quorumque incorporationē, quoad effectum impediendæ infeudationis, alienationis, prorogationis, & extensionis huiusmodi, non à die eorum deuolutionis, sed à die ipsius Constitutionis, etiam antequam illa deuoluantur, ipso iure cum omnibus clausulis, & decretis in prędicta Constitutione contentis, Cameræ, & Sedis Apostolicę factam censeri, adiecto etiam decreto, & declaratione, vt promissio, & iuramentum præstitum, & præstandum de seruanda ea Pij prædecessoris prædicti Constitutione per ipsum Innocentium, & successores suos Romanos Pontifices, ac prædictos S.R.E. Cardinales intelligatur de ipsa Pij V. prædecessoris Constitutione per eum vt supra declarata, & secundum huiusmodi declarationem, eamdem Constitutionem ad vnguem, & inuiolabiliter obseruari oportere, & debere, sicuti etiam se seruaturum esse promisit, ac sanctè & solemni more iurauit, prout in eiusdem Innocentij prædecessoris sub datum Pridie Non. Nouembris, Pontificatus sui Anno primo, expeditis litteris latius continentur. Subinde vero à Clemente VIII. & nouissimè à Paulo V. Romanis Pontificibus, & prædecessoribus Nostris, iuxta eamdem Innocentij IX. declarationem confirmata, approbata, & innouata fuit.

Hic vero Pont. eiusdē Pont. Cōst. approbat, confirmat, & ipsas seruare promittit ac iurat.

§. Quare Nos cùm primùm ad Apostolicæ dignitatis gradum, diuina prouidentia vocati sumus, idipsum ad exequendum nostri Pastoralis officij debitum præcipuè pertinere existimantes, præinsertas Pij prædecessoris litteras, ac omnia in eis contenta etiam iuxta declarationem prædictam per ipsum Innocentium prædecessorem factam, ac desuper confectarum litterarum continentiam, & tenorem, quem pariter præsentibus haberi volumus pro expresso, ac ad verbum inserto, auctoritate Apostolica tenore præsentium comprobamus, confirmamus, & innouamus, easque firmiter, & inuiolatè, ac iuxta declarationem prædictam Nos similiter seruaturos esse promittimus, & iuramus, atque per eos, ad quos spectat, pariter perpetuò obseruari præcipimus, & mandamus.

§. 4 Nulli

Sanctionem penalem apponit.

§. 4. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum cōprobationis, confirmationis, innouationis, promissionis, iuramenti, præcepti, & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire.

Contrarijs derogat.

§. 5. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum.

Dat. P. An. 1. die 30. Septembris.

Datum Romę apud Sanctam Mariam Maiorem, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo sexcētesimo vigesimotertio, Pridie Kal. Octobris, Pontificatus Nostri Anno Primo.

V.

Confirmatio translationis Iurium super hæreditate q. Ioannis Pizzulli Presbyteri Calabri, factæ per Fratres Conuentus Sancti Andreæ de Fractis de Vrbe Ordinis Minimorum S. Francisci de Paula, Fratribus Collegij eiusdem Ordinis Nationis Calabrensis, nuper per d. Ioānem Pizzullum in Regione Montium d. Vrbis instituti: Ac demandatio, quòd præfatum Collegium cum suis bonis, perpetuis futuris temporibus à Religiosis dicti Ordinis ex Prouincia Calabriæ tantùm, & non ab alijs ex quacumque alia Prouincia, & Natione gubernetur, & administretur.

De his Fratribus multa tibi notaui ad Const. 5. Sixti IV, Sedes, sup. t. 1. pag. 335. necnon ad Pauli V. Const. 19. Admonemur, hic sup. pag. 39. In qua eisdem ambitum omnino prohibuit, & vide etiam infra ad Const. 17. Vt ea, vbi alia plura tibi indicabo.

Edita Ann. Dom. 1623.

VRBANVS EPISC. SERVVS SERV. DEI.

Dilecto Filio nostro in Vrbe eiusq; districtu Vicario in spiritualibus generali salutem, & Apostolicam benedictionem.

Exordium.

Ex iniuncto Nobis desuper Apostolicæ seruitutis officio his quæ pro religiosorum locorum quorumlibet præsertim Iuuentuti Religionem ingredi, ac litterarum humanarum, & diuinarum studijs incumbere animum habenti destinatorum commoditati, & feliciori directione prænio superiorū examine, ac alias prouide facta fuisse dicuntur, vt firma, & illibata persistant, libenter cum à Nobis petitur, etiam voluntates testantium, ac bona sua ad id erogantium nominumq; cōmutando Apostolici mādamus adijci muniminis firmitatē.

Ioannes Pizzullus Presbyter Calaber ex oppido Regino Bisinianen. Diœc. viuēs, in omnibus suis bonis instituit hæredes Fratres Cōuentus S. Andreæ de Fractis de Vrbe Ordinis Minimorum S. Francisci de Paula.

§. 1. Exhibita siquidem Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Ioannis Baptistæ à Sancta Agatha, & Francisci de Spezzano, ac Dionisij de Paula, & Vincentij de Cusentia, necnon Laurentii etiam de Spezzano, ac Michaelis à Regina, & Pauli de Rouita, ac Ioannis etiam à Regina, & Antonij de Morano Ordinem Minimorum nuncupatorum Fratrū Ordinis S. Francisci de Paula expresse professorum petitio cotinebat, quòd cum alias tunc in humanis agens Ioannes Pizzullus presbyter ex oppido Bisignanen. diœcesis oriundus Almæ Vrbis Incola, & Ciuis, dum vixit effectus, volens de bonis sibi à Deo collatis vita adhuc sibi comite pie disponere, perpetuumq; suæ erga Sanctum Franciscum de Paula singularissimæ deuotionis monumentum relinquere, in suo vltimo quod condidit, & sub cuius dispositione decessit ab humanis testamento in omnibus, & singulis bonis suis mobilibus, & immobilibus ac se mouentibus, iuribus, actionibus, creditis, alijsq; quibuscūque præsentibus, & futuris, ac quomodolibet nuncupatis, & qualificatis vbicumque existentibus, & in quibuscumque rebus consistentibus, hæredes suos vniuersales dilectos filios Fratres domus regularis S. Andreę de Frattis nuncupatę de Vrbe eiusdem Ordinis.

Ordinando summam sex millium scutorum ad minus in emptionē alicuius fundi in Vrbe impendendam, vbique construendam esse Ecclesiam cum Collegio in quo Fratres d. Ordinis nationis Citerioris Calabriæ studiorum causa reciperentur.

§. 2. Ea tamen lege, & conditione, vt ad minimum summa sex millium scutorum monetæ in emptionem cuiusdam siti, seù fundi, aut prædij in Vrbe prędicta per eos impenderetur, Ecclesiaq; in illo, seù illa sub inuocatione Sancti Francisci de Paula vnà cum Hospitio, seù Collegio in quo Fratres dicti Ordinis Nationis Citerioris Calabrię studiorum gratia recipi, & admitti.

Ac pro eorum victu, & necessarijs aliosfuos redditus assignauit.

§. 3. Ac omnibus ad victum, & studiorum suorum prosequutionem necessarijs, & opportunis ex reliquis dictæ hæreditatis bonis, & facultatibus commodè instrui deberent, extrueretur, & ædificaretur.

Proprietatem hæreditatis inuestiendam esse ve hoc voluit.

§. 4. Necnon proprietas hæreditatis huiusmodi in censuum annuorum, aut bonorum stabilium tutorum, & securorum, siue etiam locorum montium non vacabilium emptionem ad electionem Patris Generalis pro tempore existentis dicti Ordinis, aut eius Vicarij, & cum consensu suorum exequutorum testamentariorum, vel saltem maioris partis illorum inuestiretur.

Eiusque alienationem in toto vel parte prohibuit.

§. 5. Et sic inuestita perpetuò, absque aliqua bonorum sic emptorum huiusmodi in toto, vel parte alienatione conseruaretur.

Et ex fructibus d. hæreditatis tot Fratres Theologiæ studentes iuxta redditūum quantitatem alantur pariter voluit.

§. 6. Ex fructibusq; exindè prouenientibus tot fratres studentes Ordinis prædicti, qui pręcipuè Sacrę Theologię studio incumbere deberent iuxta fructuum, & redditūum huiusmodi quantitatem proportionabiliter alerentur, & manutenerētur, & sub alijs certis

conditionibus

conditionibus licitis, & honestis vinculis, & oneribus tunc expressis instituisset.

Deinde ipse Testator viuens emit quoddã Palatium in Regione Montium, & in Platea S. Petri ad Vincula, cum suis pertinentijs, illudque ad effectum prædictum dd. Fratribus irreuocabiliter donauit.

§. 7. Ac deinde volens ipse testator, dum adhuc vita frueretur, pro tutiori, & certiori propositi sui huiusmodi complemẽto manum operi per se ipsum adhibere, quoddam Palatium Romæ in Regione Montium, & Platea S. Petri ad Vincula situm per ipsum à dilecto filio nobili viro Ioanne Georgio Cæsarino Duce emptum, vnà cum mansionibus, ac etiam sphæristerio, seu ludo pilæ, alijsque stantijs posterioribus eidem Palatio propinquis, necnon cum viridarijs, membris, & pertinentijs illius vniuersis, exceptis tamen quodam paruo viridario sito in calce Montis eiusdem Sancti Petri ad Vincula, & casaleno contiguo ad vsum caprarum hodie destinato, duabusque alijs stantijs terraneis etiã contiguis, cum stabulis existentibus in via S. Pantaleonis, dilecto etiam filio Laurentio Bonincontro per ipsum testatorem irreuocabiliter donatis dicto Ordini, & pro eo Ioanni Baptistæ, & Francisco Fratribus professis prædictis ad effectum inibi ecclesiam, & collegium huiusmodi construi faciendi, amore Dei, & ob singularem suã erga ipsum S. Franciscum de Paula, illiusq; Ordinem prædictum obseruantiam, & deuotionem, ac pro prædictæ suę voluntatis executione irreuocabiliter, & inter viuos perpetuò donasset.

Cũ onere, & pacto vt adhuc ipso viuente deberet reduci ad vsum d. Collegij &c.

§. 8 Cum onere, & pacto inter cętera, quòd dictũ Palatium etiam ipso donatore viuente reduci, & destinari deberet ad vsum collegij, seu monasterij pro condecenti mansione, studio, & habitatione Fratrum eiusdem Ordinis Theologię studijs operam dantium Nationis Citerioris Calabriæ huiusmodi.

In quo manere vult Fratres hic nominatos, & alios in defectu eorum ibi, sub poena nullitatis.

§. 9. Et in ipso collegio, seu monasterio semper commorari possent, & debeant Ioannes Baptista, & Franciscus, necnõ Dionitius, & Vincentius præsentes, omnesq; alij Fratres eiusdẽ Ordinis ex dicto oppido Reginę orti, & oriundi respectiuè, donec, & quousq; viuerẽt, sub poena nullitatis, & reuocationis dictę donationis, ac poenis, & caducitatibus in dicto testamẽto cõtentis, in reliquis verò modo, & forma, ac sub eisdẽ conditionibus, vinculis, oneribus, & caducitatibus in eodẽ testamẽto expressis, prout in publicis desuper respectiuè confectis instrumẽtis plenius dicitur cõtineri.

Ac ipsos in actualem, & corporalem d. Palatij, ac pertinentiarum introduxit possessionem.

§. 10. Et consequenter idem donator, & testator respectiuè Ioannem Baptistam, & Franciscum, ac Dionitium, & Vincentium prædictos, necnon Laurentium à Spezzano, ac Michaelem, & Paulum, ac Ioannem, & Antoniũ prædictos, dictęq; suę Patrię, ac Citerioris Calabriæ huiusmodi oriundos in actualẽ, & corporalẽ possessionẽ dicti Palatij, viridariorũq; & pertinentiarũ prædictatum introduxisset.

§. 11. Ipsique sic introducti per modũ prouisionis, ac superiorũ auctoritate templũ, vel capellã, seu oratoriũ sub inuocatione eiusdẽ sancti Francisci in certa parte eiusdem Palatij aperuissent, & clausuram conuentus appellassent, ordinationem ipsius donationis successiuè exactius ad effectum perducturi.

Qui sic introducti Templum iuxta donationis ordinationem aperuerunt, aliaque ad effectum perduxerunt.

Testatore autem mortuo Fratres S. Andreæ ex causis hic expressis omnia bona, iura, actiones, onera, & poenas dictæ hęreditatis Fratribus noui Collegij, ac Ioanni Baptistæ illius Vicario deputato cesserunt, transtulerunt, ac demandarunt, de auctoritate Generalis Collegarum, Protectoris Ordinis, ac Sedis Apost. beneplacito, cum facultate ipsam hæreditatem administrandi, gubernandi, &c. quæ omnia à d. Vicario, & Fratribus acceptata fuerunt, & desuper confecta instrumenta publica.

§. 12. Atque interea testator prædictus, sicut Domino placuit, rebus fuisset humanis exẽptus, Fratres dictæ domus S. Andreæ hęredes, vt premittitur, instituti, maturè considerantes prędictum testatorem Nationis suę Religiosos ex dicto eorum ordine existẽtes ecclesia, collegioq; seu monasterio huiusmodi honorare voluisse, omniaque ad eorũ vsum, & vtilitatem destinasse, & consequenter onera diuersa sic, & bonorum administrationẽ eis demãdare in mẽte forsan habuisse, prędictũque Ioannem Baptistam dicti collegij Vicarium deputatũ, & pro tempore existentes illius superiores idoneos, & opportunos dictæ hæreditatis administratores, eosq; qui dicti testatoris voluntatem, & ordinationem meliùs, & efficaciùs ad vnguem obseruent, & obseruari faciant fore perspicientes; de dilectorum filiorum moderni Generalis, illiusque Collegarũ assensu, ac cum interuentu, & pręsentia tàm dd. Collegarum, quàm etiam dilecti filij Hippolyti tituli Sãctę Marię Nouę Diaconi Cardinalis Aldobrãdi nũcupati dicti Ordinis Protectoris, siue eius Auditoris, ac sub nostro, & Sedis Apostolicæ beneplacito acceptatã per eosdem dicti testatoris hæreditatẽ, omneque commodum, & incommodum illius, necnon sua, & dictæ domus sancti Andreæ iura, & actiones quęcunque, eis, & eorũ cuilibet quomodolibet attributa, & competentia, ac competitura cũ omnibus, & singulis vinculis, oneribus, & honoribus, pactis, conditionibus, & poenis in dicto testamento cõtentis in Ioannẽ Baptistã Vicariũ prędictũ pręsentẽ, ac pro se, & successoribus suis, dictoque collegio, & monasterio, illiusque Religiosis acceptantem, & pro tẽpore futurũ dicti collegij, seu monasterij superiorem, ac illius Collegiales, siue Religiosos pro tẽpore existẽtes trãstulerunt, eisq; cesserũt, & mandarunt, constituentes propterea eosdẽ Io. Baptistã & futuros dicti collegij seu monasterij superiores ac Collegiales, siue Religiosos veros, & proprios Administratores Procuratores generales, Gestores, & agentes totius dictę hereditatis, cum facultate, & auctoritate illam regendi, gubernandi, & administrandi, regiq; gubernari, & administrari faciendi, ac conuentum, ecclesiam, &

S Mona-

Monasterium erigendi,& fabricandi, aliaque omnia, & singula faciendi, & adimplendi,ad quæ ex dispositione testamenti,& donationis prædictorum quomodolibet tenebuntur, & alias, prout in alio publico desuper confecto instrumento similiter dicitur contineri.

Modo Fratres d. Collegij supplicant Pont. vt ea omnia, quæ acta sunt roborare,& affirmare digne tur.

§. 13. Cum autem,sicut eadem petitio subiūgebat,firmiora sint ea,quæ à Sede prædicta approbantur,& cōfirmantur: pro parte Ioānis Baptistæ,& Frācisci,ac Dionysij,& Vincentij, necnon Laurētij de Spezzano, ac Michaelis, & Pauli,ac Ioānis,& Antonij prędictorū Nobis fuit humiliter supplicatū,quatenus trāslationē, & concessionē,ac mandatū huiusmodi, nostro, & Sedis prædictæ munimine roborare,aliàsq;eis in præmissis opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur.

Qui mandat prędicto Card. Vicario, vt omnia prædicta dummodo sint licita, & honesta, ac sacris Canonibus, & Concilio Tridentino non repugnent, Apostolica auctoritate approbet, & confirmet.

§. 14. Nos igitur certam de præmissis notitiam non habentes: ipsosque Ioannem Baptistam,& Franciscum ac Dionysium, & Vincentium, necnon Laurentium de Spezzano, Michaelem, & Paulum, ac Ioannem, & Antonium prædictos,ac eorum quemlibet à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti,alijsque Ecclesiasticis sentētijs,censuris, & pœnis à Iure, vel ab homine quauis occasione,vel causa latis,si quomodolibet innodati existunt,ad effectum præsentium dumtaxat consequendum,harum serie absoluētes, & absolutos fore censentes,necnō instrumenti, ac singulorum testamentorum tenores etiā veriores, ac datur præsentibus pro expressis habētes,huiusmodi supplicationibus inclinati; circumspectioni tuæ per Apostolica scripta mandamus,quatenus vocati qui fuerint euocandi,translationem,& cessionem,ac vltimò dictum mandatum huiusmodi, necnon instrumentum desuper, vt præmittitur confectum, & tàm præmissa,quàm alia omnia,& singula, licita tamen, & honesta, ac sacris canonibus, necnon constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, maximeque sacri Concilij Tridentini decretis non contraria,in illo contenta,cum omnibus,& singulis inde legitimè secutis, & sequendis, Apostolica auctoritate perpetuò approbes, & confirmes, illisque perpetuę,& inuiolabilis Apostolicę firmitatis robur adijcias.

Suppleatque defectus quomodolibet desuper interuenientes.

§. 15. Ac omnes,& singulos tàm Iuris,quā facti, etiā solemnitatū de Iure,vsu, consuetudine,aut aliàs quomodolibet requisitarum,& necessariarum, ac quosuis alios etiā quātumuis substantiales defectus, si qui desuper quomodolibet interuenerint, in eisdem suppleas.

Itaque omnia ab ijs ad quos spectat obseruari iubeat.

§. 16. Necnon translationem,cessionem,& mandatum huiusmodi perpetuò valida,& efficacia esse,& fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri,& obtinere,ac tā à Fratribus dictę domus S. Andreę, quā à Generali, & Superioribus nunc, & pro tempore existentibus dicti Ordinis, alijsque vniuersis,ad quos nunc quomodolibet spectat, & spectare poterit in futurum perpetuò firmiter,& inuiolabiliter obseruari,& adimpleri debere;ab illisque, & vltimo dicto instrumento desuper confecto, nullo vnquā tēpore quouis prætextu,colore,vel ingenio resiliri,vel recedi posse.

Clausula irritans.

§. 17. Sicque per quoscumque Iudices, & Commissarios, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores iudicari, & diffiniri debere, irritumque & inane; si secus super his à quoquam quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, dicta auctoritate decernas.

Clausula derogatoria.

§. 18. Non obstantibus Testatoris voluntate, quā quoad pręmissa,quatenus opus sit, illa aliàs in suo robore permansura, hac vice dumtaxat specialiter,& expresse commutamus, alijsq; pręmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon dictę domus Sancti Andreę, ipsiusque Ordinis, quatenus in aliquo obstent, etiam iuramento,confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, cęterisq; contrarijs quibuscumque.

Dat. P. A. L. die 18. Oct.

Datum Romę apud S. Mariam Maiorem Anno Incarnationis Dominicę millesimo sexcentesimo vigesimo tertio,quintodecimo Kal. Nouemb. Pōtificatus nostri Anno Primo.

Sequitur prohibitio, quod prædictū Collegium administrari, illiusq. Officia tam honoris, quàm oneris ab alys, quam Fratribus huius Ordinis Prouinciæ Calabriæ perpetuis futuris temporibus exerceri nequeant.

Edita A. D. 1624.

VRBANVS EPISC. SERVVS SERV. DEI.

Ad perpetuam rei Memoriam.

Proœmium.

INter cętera cordis nostri desiderabilia,ea quoque ex debito pastoralis officij nostris humeris,licèt imparibus,diuina dumtaxat dispositione impositi nō modicè Nos vrget cura,vt inter Christifideles quoslibet, pręsertim religiosas personas sub suaui vnius, & eiusdē instituti iugo, & caritatis vexillo, Altissimo famulātes,pręcluso discordiarū, & zizaniarū inimici hominis sementorū aditu,pax, & cōcordia vigeant; piorū restantiū volūtates adimpleātur,& iuuiolabiliter obseruentur;ac regularium loca ad diuinum cultū propagādū, & ignorantię caliginem discutiēdum,sacręq; paginæ doctrinam, qua mediāte vberiores in vinea, dextra Domini plantata, fructus colligi,& animarum salus procuraudiq;noscuntur

adipiscendam

adipiſcendã, liberè deſtinata, promoueantur, & propterea quæ ſucceſſu temporis aliquid cõtra deſideriorũ noſtrorũ huiuſmodi diſpoſitionem auſu temerario fieri, vel attentari cõtingat, ſacri Apoſtolatus officij noſtri partes interponimus, ac aliàs vltrò diſponimus, prout rerum, temporum, locorum, & perſonarum qualitatibus debitè penſatis, conſpicimus in Domino validiùs expedire.

Refertur tenor diſpoſitionis teſtamentariæ Ioãnis Pizzulli, quã hic denuo paragraphis diſtinguere ſuperfluum cenſui eo quia ſit eadem cum præinſerta Conſtitutione.

§. 1. Cum itaq; ſicuͭ Nobis innotuit, quondam Ioannes Pizzullus presbyter, dum vixit, Calaber ex oppido Reginę Biſinianeñ diœc. oriundus, Vrbis tamen incola, & eiuis, pio caritatis affectu, & ſpirituali erga Nationem Citerioris Calabriæ beneuolentia, & amore ductus, in vltimo per eum condito, ſub cuius diſpoſitione ab humanis deceſſit teſtamẽto, in omnibus ſuis mobilibus, & immobilibus, ac ſe mouẽtibus bonis, iuribus, actionibus, creditis, alijsq; quibuſcũque quomodolibet nũcupatis, & qualificatis, dilectos filios Correctorẽ & Fratres, ſeu Conuentũ domus regularis ſãcti Andreæ de Frattis nuncupari de Vrbe, Ordinis Fratrũ Minimorũ ſãcti Frãciſci de Paula hęredes ſuos vniuerſales inſtituerit, & inter cętera ordinauerit, quòd ſũma ſex mille ſcutorũ monetæ ad minus in emptionẽ alicuius fundi in prędicta Vrbe per dictos Correctorẽ, & Fratres, ſeu Conuentum impendi, & in ipſo fundo Eccleſiam ſub inuocatione eiuſdem S. Franciſci de Paula, cũ Hoſpitio, ſeu Collegio extrui, ac in eodẽ Hoſpitio, ſeu Collegio Fratres Ordinis, & Nationis, prędictorum ſtudiorũ cauſa, recipi, & cõmorari, illisq; de victu, & alijs ad ſtudiorum proſecutionem neceſſarijs prouideri, & ad eum effectum, ac pro ſeruitio, & vſu ſolùm dictorum Fratrum Studentium omnes alij redditus hæreditatis ſuæ erogari, & cõuerti deberent; ac omnem bonorũ dictæ hęreditatis in toto, vel parte alienationem ex quacũq; etiã vrgentiſſima cauſa prohibuerit, volẽs, quòd bona huiuſmodi ſẽper ad effectũ, vt ex fructibus inde pro tempore prouenientibus in dicto Hoſpitio, ſeu Collegio Fratres Studentes Ordinis, & Nationis huiuſmodi manuteneri, & ali poſſint, & debeant cõſeruarẽtur; quòdque numerus ipſorũ Fratrũ fructibus huiuſmodi, & expenſis pro eorũ manutẽtione neceſſarijs, ad arbitriũ Cardinalis Protectoris Ordinis, & executorum teſtamẽti huiuſmodi pro tempore exiſtentiũ correſpõderet, ſeu proportionatũ eſſet, necnõ inter ipſos Fratres Studẽtes, eos, qui quouis modo domũ maternam dicti teſtatoris, videlicet illorum de Grilli, etiam vſque ad quartũ gradum excluſiuè conſanguinitate attigerint, & deinde eos, qui ex dicto oppido oriundi forent, ac ſucceſſiuè illos, qui ex prouincia Calabrię Citerioris; & vltimò, ſi aliqua loca ſupereſſent, eos, qui ex prouincia Vlterioris Calabrię orti exiſterent, in ipſo Hoſpitio, ſeu Collegio pręferri, & in euentum, in quem dicti hæredes, vel Fratres dicti Hoſpitij, ſeu Collegij pro tẽpore exiſtẽtes, hæreditatẽ huiuſmodi cum cõditionibus prædictis, & alijs oneribus per ipſum teſtatorẽ iniunctis acceptare, vel ea acceptare, conditiones, ac onera huiuſmodi adimplere nollent, aut etiã pro vna vice in quauis etiã quãtumuis minima parte diſpoſitionẽ teſtamentariã huiuſmodi tranſgrederetur; tunc, & eo caſu etiã voluerit, & mandauerit, vt omni commodo, & beneficio hæreditatis prædictæ priuati remanerent, in eoq; Fratres Congregationis Colloreti nuncupatæ, ſub regula, & habitu Sancti Auguſtini militantes, & in prouincia Calabriæ Citerioris prædictæ fundatæ ſuccederent; eoſdem Fratres dictę Congregationis ipſis hęredibus, vel Fratribus Hoſpitij, ſeu Collegij huiuſmodi in dicta hæreditate ex tũc cũ eiſdẽ cõditionibus, & oneribus ſubſtituendo. deinde parochiali eccleſia SS. Sergij, & Bacchi de eadẽ Vrbe, vnà cũ dilectorũ filiorũ illius parochianorũ animarũ cura, per dilectum filium tunc exiſtentem Miniſtrum generalem dicti Ordinis, à fel. recor. Gregorio PP. XV. prædeceſſore noſtro, Ordini prædicto ad effectum Collegium huiuſmodi conſtruendi concedi obtenta: idem teſtator volẽs per ſeipſum ſuam huiſmodi diſpoſitionem ad effectum perducere, quoddam palatiũ in dicta Vrbe, & Regione Montium iuxta monaſteriũ Sancti Petri ad Vincula nuncupati ſitum, vnà cum viridarijs, membris, & pertinentijs ſuis, à dilecto filio nobili Viro Ioanne Georgio Cęſarino Duce Ciuitatis nouę emerit, illudq; ſic emptum dicto Ordini ad effectũ inibi Eccleſiam, & Hoſpitiũ, ac Collegium huiuſmodi conſtrui faciendi cum onere, quòd ipſi Corrector, & Fratres, ſeu Conuentus dictum palatiũ ad vſum Collegij pro habitatione Fratrũ dicti Ordinis Theologiæ operam nauantiũ Nationis Citerioris Calabrię huiuſmodi reducere, ſeu reduci debeant, & in reliquis ſub eiſdẽ cõditionibus oneribus, caducitatibus, modoque, & forma in dicto teſtamẽto cõtentis irreuocabiliter inter viuos perpetuò donauerit, ſubindeq; dilectos etiã filios Ioãnem Baptiſtã à ſancta Agatha, & Franciſcum de Spezzano, ac Dionyſium de Paula, necnon Vincentium de Cuſentia, & Laurentiũ etiã de Spezzano, ac Michaelem à Regina, & Paulum de Ruito, necnon Ioannẽ etiã à Regina, & Antonio de Morano, Fratres dictũ Ordinẽ expreſsẽ profeſſos, & ex Citeriori Calabria huiuſmodi

modi oriundos in dicta domo Sancti Andreæ tunc commorantes, in actualem, & corporalem possessionem palatij, viridariorum, aliorumque membrorum, & pertinentiarum prædictorum introduxerit, ipsique deniquc sic introducti, Superiorum auctoritate Capellam, seù Oratorium sub inuocatione eiusdē Sancti Francisci de Paula in quadam parte eiusdem palatij existentem, seù existens ornauerint, & clausuram Conuentus appellauerint; illis verò ordinationem ipsius conditionis exactiùs adimplere desiderantibus, dictus testator, & donator, sicut domino placuit, ab hac vita decesserit, ac post eius obitum Fratres dictæ domus S. Andreę considerãtes, ipsum testatorem, & donatorem Nationis suæ Religiosos ex dicto eorum Ordine existentes Collegio huiusmodi honorare voluisse, omniaque ad eorum vsum, & vtilitatem destinasse, & consequenter sicut onera diuersa, sic & bonorum huiusmodi administrationem eis demandare in animo habuisse, dictumque Ioannem Baptistam prædicti Collegij Vicarium deputatum, & pro tẽpore existentes illius Superiores idoneos, & opportunos dictæ hæreditatis administratores, & voluntatis eiusdem testatoris, & donatoris diligentes obseruatores, & executores futuros esse perspicientes, de eiusdẽ tunc existentis Generalis, ac dilectorũ similiter filiorũ dicti Ordinis, illiusque collegarum assensu, & cum interuentu, & præsentia, tam dictorum collegarum, quàm etiam dilecti pariter filij nostri Hippolyti sãctæ Mariæ Nouę Diaconi Cardinalis Aldobrandini nuncupati, moderni eiusdem Ordinis Protectoris, seù eius Auditoris ad id ab eodem Hippolyto Cardinale specialiter deputati, ac sub nostro, & Sedis Apostolicæ beneplacito acceptatã per eos dicti testatoris hæreditatem, omneque commodum, & incommodum illius, necnon sua, & dictæ domus Sancti Andreæ iura, & actiones quæcumque eis, & eorum cuilibet quomodolibet attributa, ac cõpetentia, & competitura, cum omnibus, & singulis conditionibus, oneribus, vinculis, & pœnis in dicto testamento contentis, in prædictum Ioannẽ Baptistã Vicariũ pro se, ac successoribus suis, dictoque Collegio, & illius Religiosis acceptantẽ, & eiusdẽ Collegij Superiorem, & Collegiales, seù Religiosos pro tempore existentes transtulerint, ac Ioannem Baptistam, & pro tempore existentes dicti Collegij Superiores, & Collegiales, seù Religiosos prædictos veros, & proprios administratores, procuratores generales, gestores, & agẽtes totius hæreditatis prędictę cum facultate illã regendi, gubernãdi, & administrandi, regique, gubernari, & administrari faciendi, necnon conuentum, & ecclesiam, ac domum regularem erigendi, & fabricandi, omniaque, & singula faciendi, & adimplendi, ad quę ex dispositione testamẽti, & donatione prædictorum obligati fuerunt, constituerint; postmodumq; idem Gregorius prædecessor supplicationibus testatoris, & donatoris, ac Ioãnis Baptistę, & Frãcisci de Spezzano prædictorũ inclinatus, donationẽ prędictã, ac desuper cõfectũ instrumẽtũ Apostolica auctoritate approbari, & confirmari mãdauerit.

§. 2. Ac insuper Nos translationem, & donationem, ac instrumentum huiusmodi eadẽ auctoritate approbauerimus, & confirmauerimus, prout in testamento, ac instrumentis, singulisque litteris Apostolicis exinde confectis plenius cõtinetur: ex forma verò, & tenore, tã testamẽti, quàm donationis huiusmodi clarè, & manifestè appareat, dictũ testatorem Collegium prædictum pro Religiosis suæ Nationis tantùm, & non pro alijs fundare, & dotare, ac eamdẽ Nationem suã speciali hoc beneficio, ad testãdam, & declarandam sui erga patriam animi pietatem prosequi voluisse, & Fratres dictæ domus Sancti Andreę intentionem eiusdem testatoris, & donatoris talem fuisse existimantes, adhęrendo ad translationem, & cessionem prædictas sponte, & libenter deuenerint, ac ab eo tempore citra dictus Ioannes Baptista Vicarius, & Franciscus, ac Dionysius, necnõ Michael, & Paulus, ac Ioãnes, & Antonius prædicti hęreditatem huiusmodi, illiusque bona, ac dictum Collegium administrauerint, & gubernauerint, & licèt tã ipsi, quàm postea alij Religiosi dicti Ordinis ex dicta Natione oriũdi super libero gubernio, regimine, & administratione eiusdem Collegij, & illius bonorum molestari, & in ipso Collegio alij Religiosi, quàm ex dicta Prouincia Calabriæ Citerioris orti recipi, & commorari non posse videatur.

Pont. ea omnia idest dispositionis implementũ ac translationẽ factã a Conuẽtu S. Andreæ de Fratis acceptationẽ hæreditatis, & alia inde sequuta approbauit & confirmauit in pendiculo Const.

§. 3. Nihilominus, quia successo temporis facilè contingere poterit, vt Religiosi aliarũ Prouinciarum, & nationum in Collegio prędicto recipi, & ad illius regimen, & gubernium assumi petant, & procurent, id autem non solum menti, & intentioni dicti testatoris omnino contrarium: sed etiam Religiosis dictę Prouincię Calabrię graue præiudicium allaturum esse, exindeq; probabile sit inter Religiosos dicti Collegij rixas, odia, cõtentiones, & dissidia, aliaque non leuia incõuenientia cum graui status dicti Collegij perturbatione, & forsan totali illius ruina, & excidio fine dubio passim oritura esse: Nos prę missis inconuenientibus, & incõmodis nostræ & Sedis

Modo ob causas hic allatas mandat quod officia, munera tam onerosa, quã honorosa, ad illius Collegij redditus & bona administrãda, Religiosi d. Ordinis ex Prouincia citerioris Calabriæ tantùm (dũ modo idonei reperiantur,) & non aliarum Prouinciarum admittantur sub correctione tamen, & superioritate Ministri generalis d. Ordinis.

& Sedis prædictę prouidentia ministerio consultum esse desiderantes, Ioannem Baptistam, & Franciscum, ac Dionysium, necnon Vincentium, ac Michaelem, & Paulum, ac Ioannem, & Antonium prædictos aliosq; dictę Nationis Calabrię Religiosos sub Regula dicti Ordinis Sancti Francisci de Paula nunc, & pro tempore militantes, specialis gratię fauore prosequi volẽtes, eosq; & eorum quemlibet à quibusuis excommunicationis, suspẽsionis, & interdicti, alijsq; Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existant, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes, necnon testamenti, & instrumentorum, ac prædictarum litterarum tenores etiam veriores præsentibus pro expressis habentes, Motu nostro proprio, non ad Ioannis Baptistæ, aut Francisci, vel Dionysij, seù Vincentij, nec ad Michaelis, vel Pauli, seù Ioannis, aut Antonij prędictorum, vel alicuius eorum, aut cuiusuis alterius Nobis pro eis oblatę petitionis instantiam, sed ex mera deliberatione nostra, dictaq; Apostolicę potestatis plenitudine, quod ex nunc de cætero perpetuis futuris temporibus dictum Collegium, necnõ tàm prędictæ hæreditatis, quàm alia Collegij huiusmodi proprietates, iura, & bona vniuersa præsentia, & futura in quibuscumque rebus consistentia, & vbicumque existentia, ac etiam officia, & munera, tàm oneris, quàm honoris per Religiosos dicti Ordinis ex Prouincia Citerioris Calabriæ prædictæ nunc, & pro tempore oriundos, tantùm dũmodo Superiores dicti Ordinis ex Calabria ad regendum, & gubernandum dictum Collegium, ac illius redditus, & bona administrandum idonei reperiantur, & non per alios quarumcumque aliarum Prouinciarum, & Nationum eiusdem Ordinis Religiosos, quos ad id omnino incapaces, & inhabiles esse volumus, & declaramus, sub obedientia tamen, visitatione, correctione, & omnimoda superioritate eiusdem tunc, & pro tempore existentis dicti ordinis Ministri generalis regi, gubernari, & administrari.

Et quod Fratres d. Prouinciæ habeantur in ipso Collegio, & alij manuteneri nullatenus possint.

§. 4. Ac in eodem Collegio nulli alij Religiosi, quàm ex dicta Prouincia Citerioris Calabriæ oriundi, & aliàs iuxta testamenti, & donationis prędictorum formam qualificati, recipi, commorari, ali, & manuteneri possint, & debeant.

Statuit ea quæ fiant vllo vnquã tempore contra prædicta nullius esse roboris.

§. 5. Et si vllo vnquam tempore alios Religiosos, quàm, vt præfertur, oriundos, ad regimen, gubernium, & administrationem Collegij, ac proprietatum, iurium, & bonorum, necnon ad officia, & onera huiusmodi, etiam per dictum Ministrum generalem, & Prouinciales, aliosque Superiores dicti Ordinis nunc, & pro tempore existentes, seù eorum auctoritate, etiam ex quacumque quantumuis vrgenti, legitima, & necessaria causa deputari, & assumi, aut in Collegio prędicto manutenendos, & alendos etiam studij causa mitti, vel in eis consignari, aut deponi contigerit, Religiosi eiusdem Collegij ex dicta Prouincia Calabriæ Citerioris oriundi ibi pro tempore commorantes, illos recipere, & admittere nullatenus teneantur. & si qui aliquando recepti, & admissi fuerint, eos inde dimittere, & expellere possint, & debeant, auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuò statuimus, & ordinamus.

Inhibetque Superioribus ad Ordinis ea facere.

§. 6. Necnon Ministro generali, & dilectis filijs Prouincialibus, alijsq; Superioribus, nunc, & pro tempore existentibus dicti Ordinis in virtute sanctę obedientiæ, ne ad regimen, gubernium, & administrationem Collegij, iuriumque, & bonorum prędictorũ, ac officia, & onera huiusmodi alios Religiosos, quàm ex dicta Prouincia Calabrię Citerioris oriundos, & vt pręmittitur qualificatos, quouis prętextu, colore, vel ingenio, & ex quacumque etiam lecturę, & studij causa per se, vel alios deputare, & assumere, seù in Collegio huiusmodi manutenẽdos, & alendos mittere, aut in illis consignare, seù deponere, aut deputari, assumi, mitti, consignari, & deponi facere quomodolibet audeant, seù præsumant, motu, deliberatione, ac de potestatis plenitudine, necnon auctoritate, & tenore similibus districtiùs pręcipimus, & inhibemus.

Clausulas præseruatiuas apponit.

§. 7. Decernentes, pręsentes nostras litteras etiã ex eo, quod dictus Minister generalis, dilecti filij Prouinciales, ac Superiores prędicti, alijque quicũque in pręmissis interesse habẽtes, vel habere pręrendentes illis nõ cõsenserint, ad eaq; vocati, & causę propter quas illa fiãt examinatę, iustificatæ, aut alias approbatę nõ fuerint, seù quouis alio prętextu, & ex quacũque quãtumuis legitima, & iuridica causa de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seù intẽtionis nostrę, vel quopiã alio defectu, notari, impugnari, inualidari, retractari, in ius, vel controuersiã, vocari, ad viã, & terminos iuris reduci, aut aduersus illas quodcumque iuris, gratię, vel facti remedium impetrari, aut concedi non posse, neque sub quibusuis similium, vel dissimilium gratiarum reuocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, aut alijs contrarijs dispositionibus per quoscumque Romanos

Pontifices sub quibusuis tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis facientibus comprehendi, sed ab illis semper exceptas, & quoties illæ emanabũt, toties in pristinũ, & eum, in quo ante præmissa quomodolibet erant statum, restitutas, repositas, & plenariè reintegratas, & de nouo etiã sub quacumque posteriori data per dictos Ioannem Baptistam, & Franciscum, ac Dionysium necnon Vincentium, & Michaelem, ac Paulum, & Ioannem, ac Antonium, eorumque successores eiusdem Collegij Collegiales quandocũque eligenda, concessas, semperque validas, & efficaces esse, & fore, suosq; plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere.

Aliter iudicandi potestatē aufert.

§. 8. Sicq; per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, etiam de latere Legatos, Vicelegatos, dictæq; Sedis Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane quicquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Executores huius Const. deputat.

§. 9. Quocirca dilectis filijs nostris Archipresbytero Ecclesiæ Lateranen. ac nostro, & pro tempore existentis Rom Pont. in Vrbe, eiusque districtu Vicario in spiritualibus generali S.R.E. Card. ac venerabili fratri Archiepis. Cusentin. per Apostolica scripta mãdamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seù alios, easdem præsentes nostras litteras, & in eis contenta quęcumque, vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte dicti Ioannis Baptistæ, & pro tempore existentis Hospitij, seù Collegij huiusmodi Superioris, ac Collegialium, seu Religiosorum, aut alicuius eorum fuerint requisiti, solemniter publicantes; eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra easdem præsentes litteras, & in eis contenta huiusmodi, ab omnibus ad quos nunc spectat, & pro tempore spectabit quomodolibet in futurum, inuiolabiliter obseruari; necnon Ioannem Baptistam, ac pro tempore existentem Hospitij, seù Collegij huiusmodi Superiorem, & Collegiales, seu Religiosos prædictos, illis pacificè frui, & gaudere: non permittentes eos, aut eorum aliquos desuper quomodolibet indebitæ molestari; contradictores quoslibet, & rebelles per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo; inuocato etiam adhoc si opus fuerit, brachij sęcularis auxilio,

Cum facultate contradictores puniendi ac pœnis vi his cogendi.

§. 10. Nos enim Archipresbytero, & Vicario, ac Archiepiscopo pręfatis, & eorum cuilibet, quoscumque molestatores, perturbatores, contradictores, & rebelles, etiam per edictum publicum constito summariè de non tuto accessu, citandi, eisque, ac quibus, & quoties inhibendum fuerit, etiam per simile edictum quoad Archiepiscopos, & Episcopos sub interdicti ingressus Ecclesię; quo verò ad alios inferiores, etiam sub censuris Ecclesiasticis, & etiam pecuniarijs, eorum arbitrio imponendis, moderandis, & applicandis pœnis inhibendi; necnon eos, quos censuras, & pœnas prædictas incurrisse constiterit, eas incurrisse, seruata forma Concilij Tridentini, declarandi, ac legitimis super litteris habendis seruatis processibus, censuras, & pœnas ipsas etiam iteratis vicibus aggrauandi, reaggrauandi, & interdicendi, plenam, & liberam, motu, scientia, auctoritate, & tenore pręmissis, concedimus facultatem.

Contraria remouet.

§. 11. Non obstãtibus pręmissis, ac pię me. Bonifacij Papę VIII. etiã prędecessoris nostri, qua cauetur expressè, ne quis extra suã ciuitatẽ, vel diœcesim, nisi in certis tũc expressis casibus, & in illis vultra vnam dietã à fine suę diœcesis, ad iudicium euocetur, seù ne Iudices à Sede prędicta deputati extra ciuitatem, vel diœcesim, in quibus deputati fuerint cõtra quoscumque procedere, aut alij, vel alijs vices suas committere audeant, seu prȩsumant, ac in Concilio generali de duabus dietis edita, dummodo quis vltra tres dietas vigore earumdem pręsẽtium extra suam ciuitatem, vel diœcesim ad iudicium non trahatur, necnon quibusuis alijs Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac dicti ordinis, & iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis Statutis, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis, illi, illiusq; Ministro generali, Prouincialibus, & Superioribus prędictis, ac alijs personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis in contrarium forsan pręmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis. quibus omnibus, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mẽtio, seu quęuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hęc seruanda esset, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse harum serie derogamus, cęterisque contrarijs quibuscũque, aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab eadem sit Sede indultum, quòd interdici,

dici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

Decretum penale superaddit.

§. 12. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, voluntatis, declarationis, statuti, ordinationis, præcepti, inhibitionis, decreti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum.

Dat. P. An. 4. die 4. Dec.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis &c. 1624. pridie nonas Decembris, Pontificatus nostri anno Secundo.

VI.

REGVLAE, ORDINATIONES, & Constitutiones Cancellariæ Apostolicæ.

Has Constitutiones, tamquam amplissimas, ac quotidie necessarias, pro publica Curialium commoditate posui.

Edita A. D. 1623.

Sanctissimus in Christo Pater, & D.N. D. Vrbanus diuina prouidentia Papa VIII. suorum prædecessorum vestigijs inhærendo, normam, & ordinem rebus gerendis dare volens, in crastinum suæ assumptionis ad Summi Apostolatus apicem, videlicet die septima mensis Augusti, Anno ab Incarnatione Domini millesimo sexcentesimo vigesimo tertio, reseruationes, constitutiones, & regulas infrascriptas fecit, quas etiam ex tunc, licèt nondum publicatas, & suo tempore duraturas obseruari voluit, ac quas Nos Ludouicus tit S. Laurentij in Damaso Presbyter Cardinalis Ludouisius S. R. E. Vicecancellarius, die 21. mensis Octobris dicti Anni in Cancellaria Apostolica publicari fecimus.

Reseruationes generales, & speciales.

1. In primis fecit easdem reseruationes, quæ in constitutione fel. record. Benedicti Papæ XII. quę incipit, *Ad regimen*, continentur, & illas innouauit, ac locũ habere voluit, etiamsi Officiales in eadem Cõstitutione expressi, Apostolicę Sedis Officiales ante obitũ eorum esse desierint, quo ad beneficia, quæ tempore, quo officiales erant, obtinebant. Declarans nihilominus, beneficia, quæ dictæ Sedis Officiales, qui ratione officiorum suorum huiusmodi, eiusdem Sedis Notarij erant, etiam dimissis ipsis officijs, & quandocumque assecuti fuerint, sub huiusmodi reseruationibus comprehendi. Ac reseruauit beneficia, quæ per Cõstitutionem piæ mem. Ioãnis Papæ XXII. quæ incipit, *Execrabilis*, vacãt, vel vacare contigerit, quam Constitutionem, & reseruationem S. S. tàm ad beneficia obtenta, quàm alia quæcumque, de quibus, Ordinarij, & alij Collatores, contra Concilij Tridentini decreta disposuerunt, & disponent in futurum, extendit, & ampliauit. Et ea etiam beneficia omnia dispositioni suæ reseruauit, de quibus per dictos Ordinarios, aut alios Collatores, contra eiusdem Concilij decretorum formam dispositum fuerit.

Reseruatio Cathedralium Ecclesiarum, & Monasteriorum, ac de tempore vacationis Episcopatuum vacaturorum beneficiorum.

2. Item reseruauit generaliter omnes Ecclesias Patriarchales, Primitiales, Archiepiscopales, Episcopales, necnõ omnia Monasteria virorum, valorẽ annuum ducentorum florenorum auri communi ęstimatione excedentia, nunc quomodocumque vacantia, & in posterum vacatura. & voluit, quòd excessus huiusmodi in litteris exprimatur. Ac etiam reseruauit dignitates, & beneficia omnia ad collationem, præsentationem, & electionem, & quamcumque aliam dispositionem Patriarcharum, Primatuum, Archiepiscoporum, & Episcoporum, necnon Abbatum, ac aliorum quorumcumque collatorum, & collatricum, sæcularium, & regularium, quomodolibet (non tamen ad collationem, cum alio, vel alijs, aut etiã ad alterius pręsentationem, vel electionalem, pertinentia) quæ post illorum obitum, aut Ecclesiarum, seu Monasteriorum, vel aliarum dignitatum suarum dimissionem, seu amissionem, vel priuationem, seu translationem, vel aliàs quomodocumque vacauerint, vsque ad prouisionem successorum, ad easdem ecclesias, aut monasteria, vel dignitates Apostolica auctoritate faciendã, & adeptam ab eisdem successoribus pacificam illorum possessionem; quomodocumque vacauerint, & vacabunt in futurum.

Extensio reseruationis Beneficiorum per assecutionem pacificam vacaturorum.

3. Item, qui de beneficijs Ecclesiasticis, præsertim curam animarum habentibus, seu aliàs personalem residentiam requirentibus, dum pro tempore vacant, Apostolica auctoritate prouisi, seu prouidendi, ante illorum assecutionem alia cum eisdem incompatibilia beneficia Ecclesiastica per eos tunc obtenta, in fraudem reseruationis suæ resignarent, seu dimitterent, Voluit, decreuit, & declarauit, quòd

quòd si in posterum, quibusuis personis de aliquibus beneficijs Ecclesiasticis tunc vacantibus, seu vacaturis, per Sanctitatem suã, aut eius auctoritate prouideri; ipsosq; prouisos seu prouidendos, intra vacationis, & prouisionis, seu assecutionis eorum beneficiorum tempora, quæcumque alia cum illis incompatibilia beneficia Ecclesiastica sęcularia, vel quorumuis ordinum, ac etiam hospitalium, regularia per eos tunc obtenta, nulla speciali, & expressa de eisdem in prouisionibus prędictis facta mentione, simpliciter vel causa permutationis, ac aliàs quomodolibet, siue in Sanctitatis suæ, vel alterius Romani Pont. pro tempore existentis, aut Legatorum, vel Nunciorum dictę Sedis, siue Ordinariorum, vel aliorum Collatorum quorumcumque manibus resignare, seu dimittere, aut iuribus sibi in illis, vel ad illa competentibus cedere contigerit; omnes & singulæ concessiones, collationes, prouisiones, & quæuis aliæ dispositiones de beneficijs, seu iuribus sic resignandis, dimittendis, & cedendis, pro tempore faciendæ, cum inde secutis quibuscumque, cassæ & irritæ, nulliusq; roboris, vel momenti existant, nec cuiquam suffragentur; sed beneficia, & iura, vt præfertur resignata, dimissa, & cessa, eo ipso vacent, & vacare, ac sub reseruatione prędicta, quam S.S. etiam quo ad hoc extendit, & ampliauit, comprehensa censeantur. ita quòd de illis per alium quàm eamdem S.S. vel pro tempore existentem Romanum Pontificem nullatenus disponi possit in omnibus, & per omnia, perinde ac si per pacificam assecutionem beneficiorum aliorum huiusmodi verè & realiter vacauissent. Decernens irritum &c. attentari.

Reseruatio Dignitatum, necnon suorum, & S.R.E. Cardinalium familiarium, beneficiorum.

4. Item reseruauit generaliter dispositioni suæ omnes dignitates maiores post Pontificales in Cathedralibus, etiam Metropolitanis, & Patriarchalibus, necnon valorem decem florenorum auri communi ęstimatione excedentes, principales in Collegiatis Ecclesijs. reseruauit etiam Prioratus, Præposituras, Præpositatus, ac alias dignitates conuentuales, & Perceptorias generales Ordinum quorumcumque (sed nõ militiarum) ac quęcumque beneficia, quæ sui, etiam dum Cardinalatus fungebatur honore, existentes, ac S.R.E. viuentium nunc, & qui erunt suo tempore Cardinalium, familiares, continui commensales obtinẽt, & in posterum obtinebunt, eorum familiaritate durante, ac in quibus, seu ad quæ, ius eis competit, aut competierit, etiam si ab ipsa familiaritate per obitum Cardinalium eorumdem, vel aliàs recesserint. Declarans, dignitates, quæ in Cathedralibus, etiam Metropolitanis post Pontificales maiores existunt, & quæ ex Apostolicæ Sedis indulgentia, vel ordinaria auctoritate, aut consuetudine præscripta, vel aliàs quouis modo in Collegiatis ecclesijs principalem præeminentiam habere noscuntur, sub reseruatione prædicta comprehendi debere.

Reseruatio beneficiorum Collectorum, & Subcollectorum.

5. Item reseruauit generaliter omnia, & singula beneficia Ecclesiastica quorumcumque Collectorum, & vnicorum in quacumque ciuitate, vel diœcesi, qui suo tempore officia exercuerint. Subcollectorũ fructuum, & prouentuum Cameræ Apostolicæ debitorum, illa videlicet beneficia dumtaxat, quæ durante eorum officio obtinebant, & in quibus, seu ad quæ ius eis competebat.

Reseruatio beneficiorum Curialium, dum Curia transfertur.

6. Item reseruauit omnia, & singula beneficia Ecclesiastica quorumcumque Curialium, quos dum Curia Romana de loco ad locum transfertur, eam sequendo, decedere contigerit in quouis loco quantumcumque etiam à dicta Curia remoto.

Reseruatio beneficiorum Cubiculariorum, & Cursorum.

7. Itẽ reseruauit generaliter idẽ D.N. Papa dispositioni suę omnia beneficia Cubiculariorum, etiam Honoris nuncupatorũ, ac Cursorũ suorũ. Declarans, in prædecessorum suorũ Romanorũ Pontificũ Cõstitutionibus, & regulis reseruatorijs beneficiorum Cubiculariorium, etiã Cubicularios Honoris nuncupatos, etiã à die earũ editionis, & publicationis intelligi, & comprehendi, ac comprehensos fuisse, & esse. Irritumque &c. attentari decernens.

Reseruatio beneficiorum ecclesiarum S. Io. Lateranen. & S. Petri, ac B. Mariæ Maioris de Vrbe, & beneficiorum titulorum Card. à Curia absentium.

8. Item reseruauit dispositioni suæ generaliter quoscumque canonicatus, & præbendas, ac dignitates, personatus, & officia in S. Ioannis Lateranẽ, & Principis Apostolorum, ac B. Marię Maioris de Vrbe ecclesijs, necnon ad collationem, prouisionem, & præsentationem, seu quamuis aliã dispositionem S. R. E. Cardinalium à Rom. Cur. absentium ratione suorum Episcopatuum, Cardinalatus, ac ipsorum Cardinaliũ titulorũ, & Diaconiarum spectantia, quamdiu absentia sua durauerit, canonicatus, & pręebendas, dignitates,

personatus,

personatus, administrationes, & officia, cęteraque beneficia Ecclesiastica cum cura, & sine cura vacantia, & in antea vacatura, tam in eadem Vrbe, quàm in Ecclesijs, Ciuitatibus, & Diœcesibus dictorum Episcopatuum consistentia. Ac decreuit irritum, &c.

Reseruatio mensium Apostolicorum, & Alternatiua pro Episcopis residentibus.

9. Item cupiens idem D. N. Papa pauperibus clericis, & alijs benemeritis personis prouidere, omnia beneficia Ecclesiastica cum cura, & sine cura, sæcularia, & quorumuis Ordinum regularia, qualitercumque qualificata, & vbicumque existentia, in singulis Ianuarij, Februarij, Aprilis, Maij, Iulij, Augusti, Octobris, & Nouembris mensibus, vsque ad suę voluntatis beneplacitum, extra Romanam Curiam, aliàs quàm per resignationem quocumque modo vacatura, ad collationem, prouisionem, pręsentationem, electionem, & quamuis aliam dispositionem quorumcumque collatorum, & collatricum, sæcularium, & quorumuis Ordinum regularium (non tamen S. R. E. Cardinalium, aut aliorum sub Concordatis inter Sedem Apostolicam, & quoscumque alios initis, & per eos, qui illa acceptare, & obseruare debuerant, acceptatis, & obseruatis, quæ lędere non intendit, comprehensorum) quomodolibet pertinentia, dispositioni suæ generaliter reseruauit. Volens in supplicationibus, seu concessionibus gratiarũ, quę de dictis beneficijs tunc vacantibus, etiam Motu proprio fient, de mense in quo vacauerint dispositiuè mentionem fieri, alioquin gratias nullas esse. Ac consuetudines, etiam immemorabiles, optandi maiores, & pinguiores pręben das, necnon priuilegia, etiam in limine erectionis concessa, & indulta Apostolica circa ea, ac etiam disponẽdi de huiusmodi beneficijs, aut quòd illa sub huiusmodi reseruationibus nunquã comprehendantur, etiam cum quibusuis derogatoriarum derogatorijs, & fortioribus, efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & alijs decretis, quorum tenores pro expressis haberi, & latissimè extendi voluit, quibusuis personis, & collegijs cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, & conditionis existentibus, quomodolibet concessa, aduersus reseruationem huiusmodi minimè suffragari. Insuper Sanctitas Sua ad gratificandũ Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis intẽta, ipsis, quamdiù apud ecclesias, aut diœceses suas verè, ac personaliter resederint dũtaxat, de omnibus, & quibuscũque beneficijs Ecclesiasticis, cum cura, & sine cura, sęcularibus, & regularibus (ad liberam ipsorum dumtaxat, non autem aliorum cum eis dispositionem, seu pręsentationẽ, vel electionem, nec etiam cum consilio, vel cõsensu, seu interuentu Capitulorum, vel aliorum, aut aliàs pertinẽtibus) quę in antea in mensibus Februarij, Aprilis, Iunij, Augusti, Octobris, & Decembris, extra curiam ipsam vacare contigerit, (dummodo aliàs dispositioni Apostolicę reseruata, vel affecta non fuerint) liberè disponendi facultatem concessit. Ac etiã voluit, vt si ipsi in collatione, aut alia dispositione beneficiorum in alijs sex mensibus, videlicet Ianuarij, Martij, Maij, Iulij, Septembris, & Nouembris vacaturorum (quę etiã dispositioni suę, vt pręfertur, reseruauit,) seu etiam aliorum dispositioni, suæ, & dictę Sedis aliàs quomodolibet reseruatorum, vel affectorum, sese intromiserint, aut quominus prouisiones, & gratię Sanctitatis Suę de illis debitum effectum consequantur, impedimentũ quoquo modo præstiterint, vsu, & beneficio prędictę facultatis eo ipso priuati existant, ac collationes, & aliæ dispositiones de beneficijs, illius pretextu deinceps faciendæ, nullius sint roboris, vel momenti. Illi verò, qui gratiam alternatiuæ prædictę acceptare voluerint, acceptationem huiusmodi per patentes litteras manu propria subscriptas, suoque sigillo munitas, & in sua quisque ciuitate, vel diœcesi datas, declarare, & litteras ipsas huc ad Datarium Sanctitatis Suæ trãsmittere teneantur, quibus ab eo receptis, & recognitis, tunc demum, & non antea vti incipiant gratia supradicta. Decernens, sic in præmissis omnibus per quoscumque, &c. iudicari debere, ac irritum, &c.

De litteris in forma Rationi congruit expediendis.

10. Item voluit idem D. N. Papa, quòd concessa per fel. rec. Paulum. V. & Gregorium XV. prædecessores suos, & de eorum mandato, expediantur in forma Rationi congruit, à die Assumptionis suę ad summũ Apostolatus apicem. Et idem quoad concessa per piæ mem. Leonem XI. etiam prædecessorem suum, ad sex menses dumtaxat, ab ipso die Assumptionis incipiendos, obseruari voluit.

Declaratio reseruationis Ecclesiarum, & beneficiorum per Prædecessores reseruatorum.

11. Item declarauit, omnium, & singularum ecclesiarum Cathedralium, & Monasteriorum prouisiones, quas prædicti Prædecessores sui, ordinationi, & dispositioni eorum, necnon omnia, & singula beneficia Ecclesiastica, quæ dicti Prędecessores, etiam prædictę dispositioni cum interpositione decreti

creti referuauerant, (quę quidem ecclesiæ, monasteria, necnon sic reseruata beneficia, tempore obitus eorumdem Prædecessorum vacabant, aut ecclesiæ ipsæ, vel monasteria huiusmodi, si commendata, vel eis administratores deputati non fuissent, etiam tunc vacassent) remansisse, & remanere per huiusmodi reseruationem, & decretum, affecta, nullumq; de illis, præter Romanum Pontificem, ea vice se intromittere, vel disponere potuisse, siue posse quoquo modo. Decernens irritum, & inane, si secus super illis attentatum forsan erat tunc, vel in posterum contingeret attentari.

Reualidatio litterarum Prædecessoris, gratiæ, & iustitiæ infra annum concessarum.

§ 2. Item prædictus D.N. omnes & singulas, ab ipsis Paulo V. & Gregorio XV. Rom. Pont. prędecessoribus suis infra annum ante diem obitus eorum concessas, gratiæ, vel iustitiæ litteras, temporibus debitis eorum executoribus seu iudicibus nõ pręsentatas, omnino reualidauit, & in statum pristinum, in quo videlicet antea fuerant, vel pro quibus erant obtentæ, quo ad hoc plenariè restituit, ac decreuit, per executores, seu iudices prædictos, vel ab eis subdelegandos, ad expeditionem negotiorum in eis contentorum procedi posse, & debere, iuxta illarum formam.

Reuocatio vnionum.

§ 3. Item, rationabilibus suadentibus caussis, ipse D. N. omnes vniones, annexiones, incorporationes, suppressiones, extinctiones, & dismembrationes, etiam perpetuas, de quibusuis Cathedralibus, necnon alijs ecclesijs, eorumvè domibus, prædijs, & locis, per cessũ, vel decessum, aut quamuis aliam dimissionẽ, vel amissionem, qualiacumque fuerint, inuicem, vel alijs ecclesijs, monasterijs, & mensis etiam capitularibus, dignitatibus, personatibus, officijs, beneficijs, ac pijs, & alijs locis, vniuersitatibus, etiam studiorum generalium, & Collegijs etiam in fauorem S.R.E. Cardinalium, seu ecclesijs, Monasterijs, & beneficijs per eos obtẽtis, quomodolibet, Apostolica, vel alia quauis (nõ tamẽ Cōcilij Tridẽtini) auctoritate, necnõ pro fundatione, seu donatione, augmento, vel cõseruatione collegiorũ, & aliorum piorũ, & religiosorum locorum ad fidei Catholicę defensionẽ, & propagationem, bonarumq; artiũ, cultum, institutorum factas, quæ suum nõ sunt sortitæ effectum; ac quæcumque concessiones, & mandata super vnionibus, annexionibus, incorporationibus, & alijs pręmissis taliter faciendis, reuocauit, cassauit, & irritauit, nulliusque decreuit existere firmitatis. Nec alicui quascumque clausulas, vel adiectiones, aut decreta, quæ Sanctitas sua pro expressis haberi voluit, in quibusuis Apostolicis, etiam quæ Motu proprio, aut ex certa scientia, & consistorialiter processerunt, & emanarunt litteris, etiamsi in eis decretum esset, illas ex tũc effectum sortitas esse, aut ius quęsitum fore quomodolibet contenta aduersus reuocationem, & irritationem huiusmodi, voluit aliquatenus suffragari.

Reuocatio facultatum quibusuis concessarum.

§ 4. Item reuocauit quascumque facultates concessas quibusuis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & alijs Prælatis, & personis, necnon Apostolicæ Sedis Nuncijs, ac fructuum, & prouentuum Cameræ Apostolicæ debitorum Collectoribus, de dispensãdo cum quibusuis personis super matrimonio contracto, vel contrahendo in gradu prohibito, ac natalium, & ætatis defectibus, & de incompatibilibus beneficijs ecclesiasticis insimul retinendis, necnon de Notarijs publicis creandis, ac de disponendo quomodolibet de quibusuis beneficijs ecclesiasticis, & aliàs à præmissis officia ipsorum Nunciorum, & Collectorum directè non concernentes, etiam si in litteris desuper confectis sint clausulæ restitutoriæ, & derogatiarum derogatoriæ, & alię efficaciores, quas pro expressis haberi voluit quoad omnia, in quibus facultates ipsę non sunt sortitæ effectum, etiamsi Nuncijs eisdem, dictę Sedis Legatis de latere competens sit concessa potestas. Decernens irritum, &c.

Reuocatio facultatum conferendi beneficia reseruata.

§ 5. Item reuocauit quascumque facultates, & litteras desuper confectas, per quas quicumque sui Prędecessores Romani Pontifices quibusuis personis ordinariam collationem, seu aliam dispositionem beneficiorum Ecclesiasticorum, de iure, vel consuetudine habentibus, & quauis etiam Patriarchali, Archiepiscopali, Episcopali, vel alia dignitate, vel alio, non tamen Cardinalatus honore fulgentibus, quauis consideratione, vel intuitu, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicę potestatis plenitudine, cum quibusuis clausulis, etiã derogatoriarũ derogatorijs, ac irritantibus, & alijs decretis, quorũ tenores haberi voluit pro expressis, concesserant, vt quandiù viuerent, vel suis Ecclesijs, seu Monasterijs pręessent, aut ad aliud tẽpus, de beneficijs Ecclesiasticis generaliter reseruatis, seu affectis ad eorũ collationem, prouisionem, præsentationem, electionem, & quamuis aliam dispositionem com-

communiter, vel diuisim, spectantibus, disponere liberè, & licitè valerent, aut etiam ad id per eosdem Prædecessores, Vicarij perpetui, vel ad tempus constituti forent, decernens irritum, & inane, &c.

De dictionibus numeralibus.

16. Item vt in Apostolicis litteris committendi crimen falsi per amplius tollatur occasio, voluit, & ordinauit, quòd dictiones numerales, quæ in dictis litteris ante Nonas, Idus, & Kal. immediatè poni consueuerũt, per litteras, & syllabas extensæ describantur, & illæ ex prædictis litteris, in quibus huiusmodi dictiones aliter scriptæ fuerint, ad Bullariam nullatenus mittantur.

De concurrentibus in Data.

17 Item voluit, quòd de concurrentibus in Data eiusdem diei super vacantibus, seu certo modo vacaturis beneficijs, illi quibus gratiæ Motu proprio cõcedũtur, cæterisq; simili modo gratias non habentibus, aliàs graduati non graduatis, aut inter graduatos prius graduati, ac inter æqualiter graduatos priùs graduati, necnon colorato titulo possessores non possessoribus, ac inter personas alias in Curia præsentes absentibus ab ea, ac inter præsentes non beneficiati beneficiatis; & similiter inter absentes, cæteris paribus, oriũdus nõ oriundo, & diœcesanus non diœcesano. In reliquis verò singuli, qui priùs Apostolicas desuper litteras eorum executoribus præsentauerint, alijs, in ipsorum, de quibus agi contigerit, beneficiorum assecutione præferantur.

De non tollendo ius quæsitum.

18. Item, ne per varias, quæ pro commissionibus, seu mandatis, & declarationibus habendis in causis, plerumque fiũt suggestiones, iustitia postponatur, idem D.N. decreuit, & declarauit, suæ intentionis fore, quod deinceps per quamcumque signaturam, seu concessionem, aut gratiam, vel litteras Apostolicas, pro commissionibus, seu mandatis, aut declarationibus huiusmodi, etiam si Motu proprio, ex certa scientia, ac etiam antemoram litem, à Sanctitate sua emanauerint, vel de eius mandato faciendas, nulli ius sibi quæsitum quomodolibet tollatur.

Regula de viginti.

19. Item voluit, quòd si quis in infirmitate constitutus resignauerit aliquod beneficium, siue simpliciter, siue ex causa permutationis, vel alias dimiserit, aut illius commendæ cesserit, seu ipsius beneficij vnionis dissolutioni consenserit, etiam vigore supplicationis, dum esset sanus signatę, & postea infra viginti dies à die per ipsum resignantem præstandi consensus, computandos; de ipsa infirmitate decesserit, & ipsum beneficium quauis auctoritate conferatur per resignationem sic factam, collatio huiusmodi sit nulla, ipsumq; beneficium nihilominus per obitum censeatur vacare.

De Idiomate.

20. Item voluit, quòd si contingat, ipsum, alicui personæ de parochiali ecclesia, vel quouis alio beneficio exercitium curę animarum parochianorum quomodolibet habente, prouidere, nisi ipsa persona intelligat, & intelligibiliter loqui sciat idioma loci, vbi ecclesia, vel beneficium huiusmodi consistit, prouisio, seu mandatum, & gratia desuper, quo ad parochialem ecclesiam, vel beneficium huiusmodi, nullius sint roboris vel momenti.

De non impetrando beneficium per obitum viuentium.

21. Item, si quis supplicauerit sibi de beneficio quocumque tamquam per obitum alicuius, licèt tunc viuentis, vacante prouideri, & postea per obitum eius vacet, prouisio, & quęuis dispositio, dicto supplicanti, per obitum huiusmodi, denuo faciendę nullius sit roboris, vel momenti.

De vnionibus, & vnionum confirmatione.

22. Item voluit, quòd petentes beneficia Ecclesiastica alijs vniri, teneantur exprimere verum annuum valorem secundum communem æstimationem, tam beneficij vniendi, quàm illius, cui vniri petitur, alioquin vnio non valeat, & semper in vnionibus commissio fiat ad partes, vocatis quorum interest; & idem voluit obseruari in quibusuis supplicationibus, perpetuis concessionibus, dismembrationibus, & applicationibus, etiam de quibuscumque fructibus, & bonis Ecclesiasticis, ac etiam in confirmationibus vnionum, singularumque dispositionum huiusmodi.

De Mendicantibus transferendis.

23. Item de Mendicantibus transferendis qui ad alios Ordines transierint pro tempore, Constitutionem fel. rec. Martini PP. V. Prędecessoris sui desuper factam, & in libro Cancellariæ Apostolicæ descriptam, quæ incipit, *Viam ambitiosæ cupiditatis*, &c. firmiter obseruari.

De male promotis.

24. Item de Clericis extra tempora à iure statuta, siue ante ętatem legitimam, aut absque dimissorijs litteris ad sacros Ordines se promoueri facientibus pro tempore, etiam voluit Constitutionem piæ mem. Pij II. similiter Prædecessoris sui desuper editam in dicto Cancellarię Apostolicæ libro descriptam, quæ incipit, *Cum ex sacrorum ordinum, &c.* pari modo obseruati.

De

De Moneta.

25. Item, declarauit idem D.N. quòd libera Turonensium paruorum, & florenusauri de Camera, pro æquali valore in concernentibus litteras, & Cameram Apostolicam, computari, & æstimari debeant.

De beneficijs vacaturis per promotionem ad Ecclesias, & Monasteria.

26. Item, prædictus D. N. Papa voluit, decreuit, & ordinauit, quòd quæcumq; concessiones, gratiæ, & mandata, etiam Motu proprio, & cū derogatione huius constitutionis, quæ ab eo, pro quibusuis personis emanauerint, de prouidendo eis de quibusuis beneficijs vacaturis per promotionem quorumcumque ad ecclesiarum, & monasteriorum regimina, si huiusmodi concessiones, & mandata diem promotionis promouendorum ipsorum præcessetint, necnon quęcumque collationes, prouisiones, & dispositiones pro tempore faciendæ de præmissis, ac quibusuis alijs beneficijs ecclesiasticis, sęcularibus, & regularibus, quæ per promouendos, vel assumendos ad quascumque Prælaturas inter illarum vacationis, & huiusmodi promotionis, vel assumptionis tempora simpliciter, vel ex causa permutationis vbicumque resignari, vel aliàs dimitti contigerit, cum inde secutis pro tempore, sint cassæ, & irritæ, nulliusq; roboris, vel momenti.

De non iudicando iuxta formam supplicationum, sed litterarum expeditarum.

27. Item, cum ante confectionem litterarum, gratia Apostolica sit informis, voluit, statuit, & ordinauit idem D. N. quòd Iudices in Romana Curia, & extra eam pro tempore existentes, etiam si sint S.R.E. Cardinales, causarum Palatij Apostolici Auditores, vel quicumque alij, non iuxta supplicationum signatarum super quibusuis impetrationibus, (nisi in dicta Curia dumtaxat sint commissiones, iustitiam concernentes, per Placet, vel per S. R. E. Vicecancellarium, iuxta facultatem super hoc sibi concessam signatæ) sed iuxta litterarum super eisdem impetrationibus, & concessionibus confectarum tenores, & formas, iudicare debeant. Decernens irritum, &c. Etsi litteræ ipsæ per præoccupationem, vel aliàs minus bene expeditæ reperiantur, ad illorum, quorum interest, instantiam, ad Apostolicam Cancellariam remitti poterunt, per eius Officiales, quibus huiusmodi tenores, & formas restringere conuenit, ad formas debitas reducendę.

De Regulis Cancellariæ producendis.

28. Item, attendens D.N. Papa, quòd super habēdis de Cancellaria Apostolica regulis, & constitutionibus inibi descriptis, faciliter per eos, qui in Romana Curia indigne rint, ad ipsam Cancellariam recursus dirigi potest, nec consultum foret, quod super earumdem regularum, & constitutionum (quæ iuxta veritatem occurrentium causarum, & negotiorum aliquoties immutari conuenit) probando tenore, vel effectu, testium plerumque tenacem desuper memoriam non habentium dispositionibus stari deberet, voluit, statuit, & ordinauit, quòd deinceps quilibet ex Auditoribus causarum Palatij Apostolici, & alijs (etiamsi S. R. E. sint Cardinales) in ipsa Curia pro tempore deputatis auctoritate Apostolica iudicibus, etiam in causis actu pendentibus, super huiusmodi tenore, vel effectu probando dumtaxat, stet, fidemq; adhibeat cedulæ, seu scripturę desuper a duobus maioris Pręsidentiæ, quòd danda sit, à tergo signatę, & etiam à duobus alijs litterarum Apostolicarum Abbreuiatoribus in ipsa Cancellaria auscultatę, & Vicecancellarij, seu dictam Cancellariam Regentis manu subscriptę, vt moris est. Quicquid autem secus fieri contigerit, nullius sit roboris, vel momenti.

De subrogandis Collitigantibus.

29. Item, D. N. cupiens litium succidere anfractus, & ne noui collitigantibus aduersarij dentur, prouidere voluit, statuit, & ordinauit, quòd quoties deinceps aliquem super quouis beneficio ecclesiastico collitigantem in iure, vel ad ius, si quod forsan eius aduersario in dicto beneficio competierit, subrogari concesserit (dummodo prędictus collitigans in dicto beneficio intrusus nō fuerit, nec super eo contra dictum aduersarium, postquàm illud per triennium pacificè possederit, lis tunc mota fuerit) aliorum quorumlibet de pręmisso iure, siue tunc vacet, vel cum vacauerit, impetrationes, vel concessiones, etiam Motu proprio, infra mensem ante concessionem huiusmodi factę, nullius sint roboris vel momenti. Et nihilominus cupiens eorum fraudibus obuiare, qui viuentiū beneficia illorum pręsertim, quibus, aut propter seniū, aut propter infirmitatē immineret vitę periculū, impetrāt, vt illis decedētibus, tamquam collitigantes in eorum iuribus facilius subrogentur, voluit, vt deinceps nullus in iure, vel ad ius in beneficio defuncti, quod illo viuente in casibus premissis, vel similibus impetrauerit, aliquo modo subrogetur, ac subrogatio, vel gratia Si neutri, Si nulli, seu Nouę prouisionis, aut Perinde valere, taliter impetrāti nullatenus suffragetur. Quod etiam

etiam strictissimè obseruari mādauit in impetrationibus beneficiorum per priuationem, & amotionem ex quibusuis criminibus, & excessibus forsan perpetratis, etiamsi vsque ad diffinitiuam sententiam, quæ tamen in rem non transiuerit iudicatam, processum foret.

De verisimili notitia.

30. Item, voluit, & ordinauit, quòd omnes gratiæ, quas de quibusuis beneficijs Ecclesiasticis, cum cura, vel sine cura, sęcularibus, vel regularibus, per obitum quarumcumque personarum vacantibus, in antea fecerit, nullius roboris, vel momenti sint, nisi post obitum, & ante Datam gratiarum huiusmodi, tātum tempus affluxerit, quòd interim vacationes ipsæ de locis, in quibus personę prędictę decesserint, ad notitiam eiusdem D. N. verisimiliter potuerint peruenisse.

Non valeant Commissiones Causarum nisi in litteris expeditis.

31. Item, quòd omnes, & singulæ commissiones causarum, quas in antea fieri contigerit, obtentę, vel occasione concessionum dumtaxat Apostolicarum de beneficijs Ecclesiasticis gratiarum, super quibus litteræ Apostolicę confectę non fuerint, ac processus desuper habendi, nullius sint roboris, vel momenti.

De impetrantibus beneficia per obitum familiarium Cardinalium.

32. Item voluit, quod impetrans beneficium vacās per obitū familiaris alicuius Cardinalis, teneatur exprimere nomen, & titulum ipsius Cardinalis, & si ille in Curia fuerit, eius ad id accedat assensus, aliàs desuper gratia sit nulla. Et idem seruari voluit, si Cardinales quomodolibet, ab ipsa Curia absentes, & vbilibet etiam in locis infra duas dietas vicinis degentes, familiamq; & lares in eadem Curia retinentes, ab ipsa Curia recesserint ad eamdem illicò reuersuri, & infra decem, vel ad summum quindecim dies verè, & personaliter reuersi fuerint, ita quòd Cardinalibus aliàs quàm vt pręfertur, ex quacumque causa quantumlibet necessaria, ac qualibet alia hic necessariò exprimenda, absentibus, facultas pręstandi consensum huiusmodi non competat, sed beneficia huiusmodi ad liberam Sanctitatis suæ, & Sedis Apostolicæ prouisionem, & dispositionem pertineant. Declarans Regulas, & Constitutiones suorum Prædecessorū, etiam à die earū editionis, & publicationis super assensu huiusmodi pręstando, sic intellectas, & intelligēdas fuisse, irritumq; &c. attentari decernens. Quodq; si prædicti familiares, eorūdem Cardinalium familiares esse desierint, seu ad aliorum Cardinalium familiaritatem similem transierint, quoad beneficia, quæ familiaritate priori durante obtinuerint, & in quibus, vel ad quæ, priori ipsa familiaritate durante ius eis competierit, Cardinales, quorum prius familiares fuerint, suum habeant adhibere consensum. Declarans, præsentem Constitutionem locum non habere in illis beneficijs, quæ familiares ipsi tempore obitus eorum, in dicta Curia, vel extra eam obtinerent, aut antea obtinuissent, & ratione officiorum per eos obtentorum dictę dispositioni generaliter reseruata, vel affecta fuisse apparerent. Necnon illos, quoad effectum dictę Constitutionis, familiares eorumdem Cardinalium censeri, qui ipsorum Cardinalium familiares continuè commensales ad minus per quatuor menses, etiam ante Cardinalatum, fuisse probarentur. Decernens irritum, &c.

Super eadem familiaritate.

33. Item, idem D. N. ad euitandas lites, & contentiones, quæ ex pręcedenti sua Constitutione exoriri possent, vestigijs Prædecessorum suorum inhærendo, voluit, statuit, & ordinauit, quòd si beneficia, quæ per obitum familiarium continuorum commensalium eorumdem Cardinalium in futurum vacabunt, cessantibus Apostolicis reseruationibus, ad alterius Cardinalis collationem, vel aliam dispositionem pertinere deberent, in dicta præcedenti Constitutione non comprehendantur, quo ad hoc, vt in prouisionibus talium beneficiorum, super expeditione litterarum illius Cardinalis, cuius familiaris defunctus ille extitit, consensus requiri debeat, sed beneficia huiusmodi ad collationem, seu quamuis dispositionem Cardinalis Ordinarij collatoris, vt præfertur, liberè spectare censeantur. Et si apud Sedem Apostolicam beneficia huiusmodi per obitum dictorum familiarium vacauerint, tunc in prouisione talium beneficiorum, super expeditione litterarum, illius Cardinalis exigatur consensus, si in Rom. Curia præsens fuerit, ad quem eorumdem collatio, & dispositio, vt præfertur, pertinere deberet.

Signatura per Fiat, præferatur alteri per Concessum.

34. Item, voluit D. N. quòd concurrentibus, eadem die super quocumque beneficio, per Fiat, & Concessum, Signaturis; ex eis, per Fiat, etiam vt petitur, habens, alteri per Concessum, etiam Motu proprio habenti præferatur, etiamsi in illa per Concessum prægnantiores, & quamtumlibet priuilegiatiuæ essent clausulæ.

De Annali possessore.

35. Item, S.D.N. vt improbi lites exquirẽtium motus reprimantur, voluit, statuit, & ordinauit, quòd quicumque beneficium Ecclesiasticum tunc per annum immediatè præcedentem pacificè possessum, & quod certo modo vacare prętenditur, deinceps impetrauerit, nomen, gradum, & nobilitatem possessoris eiusdem, & quotannis ipse illud possederit, ac specificam, & determinatam, ex qua clarè poterit constare, quòd nullum ipsi possessori in dicto beneficio ius competat, causam in huiusmodi impetratione exprimere, & infra sex menses ipsum possessorem ad iudicium euocari facere; causamq; ex tunc desuper infra annum vsque ad sententiam diffinitiuam inclusiuè prosequi debeat, & teneatur: alioquin impetratio prædicta, & quæcumque inde secuta nullius existant firmitatis, & idem impetrans, de damnis, & interesse possessorem præfatum propterea contingentibus, ei satisfacere, & si possessorem ipsum iniustè, friuolè, & indebitè molestasse repertus extiterit, quinquaginta florenos auri persoluere Cameræ Apostolicæ sit adstrictus. Nec alios quàm præmissæ vacationis modos, etiam per litteras Si neutri, aut subrogationis, aut aliàs sibi quo ad hoc, vt beneficium huiusmodi ea vice consequi aut obtinere valeat, quomodolibet suffragetur, illudq; nullatenus in antea litigiosum propterea censeatur. Quod etiam extendi voluit ad impetrantes beneficia Ecclesiastica cuiuscumque qualitatis, per priuationem, & amotionem, vel aliàs propter commissa excessus, & crimina, vacantia, vel vacatura, & similiter ad impetrantes beneficia tamquam vacantia per deuolutionem.

De triennali.

36. Item, statuit, & ordinauit idem D.N. quòd si quis quęcumque beneficia Ecclesiastica qualiacũque sint, absque simoniaco ingressu, ex quouis titulo, Apostolica, vel Ordinaria collatione, aut electione, & electionis huiusmodi confirmatione, seu prętentatione, & institutione illorũ, ad quos beneficiorũ huiusmodi collatio, prouisio, electio, & prętentatio, seu quęuis alia dispositio pertinet, per triennium pacificè possederit (dummodo in beneficijs huiusmodi, si dispositioni Apostolicę ex reseruatione generali in corpore iuris clausa reseruata fuerint, se non intruserit) super eisdẽ beneficijs taliter possessis molestari nequeat, necnon impetrationes quaslibet de beneficijs ipsis sic possessis factas, irritas, & inanes censeri debere, decreuit; antiquas lites super illis motas penitus extinguendo.

De non appellando ante sententiam diffinitiuã.

37. Item, idem D.N. vt finis litibus celeriùs imponatur, & litigantium parcatur sumptibus, & expensis, suorum Prædecessorum constitutionibus, & statutis inhęrendo, statuit, & ordinauit, quòd in causis pendentibus, & quas in posterum contigerit agitari, nulli ante diffinitiuam sententiam liceat appellare, nec appellatio, si fuerit emissa, debeat admitti, nisi ab interlocutoria, quę vim habeat diffinitiuæ; vel à grauamine minimè concernente negotium principale, quod non possit per appellationem à diffinitiua sententia reparari; Nullæq; causæ appellationum committantur, nisi in commissione exprimatur, quòd interlocutoria vim diffinitiuæ habeat, vel grauamen sit tale, quòd in appellatione à diffinitiua non valeat reparari. Alioquin appellationes, & commissiones in posterum, & quicquid inde secutum fuerit, nullius sint roboris, vel momenti; commissionibus appellationum iam iudicibus prętentatis, & exhibitis, in suo robore permansuris, in quibus latis super eisdem sententijs, contendo, vel vlterius ab eis non liceat appellare. Appellantes verò, & appellationes, etiam ab interlocutorijs, & grauaminibus huiusmodi, suo, vel alterius nomine prosequentes, si succubuerint, vltra expensas, & damna, ad quæ resarcienda de iure condemnatus compellitur, viginti florenorum auri pœna mulctentur.

Non stetur commissioni post conclusionem.

38. Item statuit, & ordinauit, quòd in commissionibus de iustitia, seu mandatis etiam consistorialibus, per eum, seu de eius mandato, vel auctoritate in causis, in quibus conclusum existat, in posterum concedendis, etiam si in eis de conclusione huiusmodi implicitè vel explicitè, mentio facta fuerit, nihil censeatur esse concessum, nisi per concessionem commissionis huiusmodi derogetur expressè.

De litteris Religiosorum expediendis.

39. Item, voluit, & ordinauit, quòd si aliqui Religiosi petunt aliquod beneficium ad nutum amouibile cum clausula, quòd exinde pro solo nutu Abbatis, vel Superioris amoueri non possint; litterę, quo ad ipsam clausulam, nullatenus expediantur, nisi eidem D.N. ponat in signatura, quòd nõ possit amoueri, vel ad partem clausulam ipsam cõcedat.

De clausula ponenda in litteris permutationum beneficiorum.

40. Item, si committatur alicui beneficio resignationis receptio, ponatur clausula, Attentè quoque prouideas, &c. & si ex

ex causa permutationis resignationes fiant, ponatur clausula, Quòd neuter permutantium ius acquirat, nisi quilibet ipsorum ius habuerit iu beneficio per ipsum resignato.

De supplendis defectibus.

41. Voluit, quòd si petatur suppleri defectus in genere, nullatenus litterę desuper concedantur, nisi in petitione desuper huiusmodi defectus exprimantur, vel, per Fiat vt petitur, supplicatio signata fuerit.

De derogatione Iurispatronatus.

42. Item voluit, quòd super quouis beneficio Ecclesiastico de iurepatronatus laicorũ, non expediantur litteræ, nisi ponatur expressè, quòd tale beneficium tanto tempore vacauit, quòd eius collatio ad Sedem Apostolicam legitimè est deuoluta, vel quia tempus patronis laicis ad præsentandum à Iure præfixum, lapsum existat, aut ad id patronorum ipsorum accedat assensus. Et si per ipsum iurispatronatus huiusmodi derogari contigerit, iurispatronatus huiusmodi mentio dispositiuè, ac specificè, & determinatè, non autem conditionaliter fiat, si illud ad aliquem Regem, Ducem, Marchionem, vel alium Principem pertineat, & de hoc in litteris prouisionis, vel mandato de prouidendo de dicto beneficio, similis mentio facta non fuerit, non censeatur quomodolibet derogatum.

De Commendis.

43. Itẽ voluit, quòd nulli sęculari de regulari, nec religioso de sęculari, beneficijs Commenda detur, nisi in signatura, per clausulam Ad partem, super petitione Commendæ huiusmodi, de Commenda ipsa mentio fiat.

De Reformationibus.

44. Item voluit, statuit, & ordinauit, quòd super quibuscumque reformationibus signatis super Impetrationibus quotumcumq; beneficiorum vacantium, vel certo modo vacaturorum, in quibus petitur, quòd litteræ super prima Data expediri possint, si ex huiusmodi expeditione sub tali Data, cuiquam videatur posse fieri præiudicium, litteræ huiusmodi sub ipsa prima Data nullatenus expediantur, nisi reformationes huiusmodi per Fiat, sub prima Data signatæ fuerint.

De consensu in resignationibus, & pensionibus.

45. Item, voluit, & ordinauit, quòd super resignatione cuiuscumque beneficij Ecclesiastici, seu cessione iuris in eo, quam in manibus suis, vel in Cancellaria Apostolica fieri contigerit; Apostolicæ litteræ nullatenus expediantur, nisi resignans, vel cedens, si præsens in Rom. Curia fuerit, personaliter, alioquin per procuratorem suum ad hoc ab eo specialiter constitutum, expeditioni huiusmodi in eadem Cancellaria expressè consenserit, & iurauerit, vt moris est. Et si ipsum resignantem seu cedentẽ, pluries super vno, & eodẽ beneficio, in fauorẽ diuersarũ personarũ successiuè cõsentire contigerit, voluit Sanctitas Sua, quòd primus consensus tenere debeat, & alij posteriores cõsensus, ac litterę illorũ prętextu etiã sub priori Data expeditæ pro tẽpore, nullius sint roboris, vel momenti. Nec litteræ reseruationis, vel assignationis, etiam Motuproprio, cuiusuis pensionis annuę super alicuius beneficij fructibus expediri possint, nisi de consensu illius, qui pensionem persoluere tunc habebit.

De ingressu Religionis.

46. Item non dentur litteræ super beneficijs vacaturis per ingressum Religionis, nisi ille præcesserit Datam desuper petitionis.

Non valeat impetratio facta per modum in Cancellaria exprimendum.

47. Item voluit, quòd si petatur aliquod beneficium vacans per modum in Cancellaria Apostolica exprimẽdum, talis impetratio non valeat, nec litteræ desupèt expediantur.

De executione facienda.

48. Item, voluit statuit, & ordinauit, quòd quotiescumque per signaturam suam, vel de eius mandato factam, super exequendis aliquibus cum adiectione proprij nominis, vel dignitatis cuiusuis, Iudex datur, litteræ desuper expediantur cum expressione, quòd idem Iudex executionem faciat per se ipsum.

De dispensationibus in gradibus consanguinitatis.

49. Voluit, quòd in litteris dispẽsationum super aliquo gradu consanguinitatis, vel affinitatis, aut aliàs prohibito, ponatur clausula. Si mulier rapta non fuerit. Et si scienter; ponatur clausula, Addita in quaterno.

Super defectu natalium.

50. Voluit, quòd in dispensationibus super defectu natalium, quòd possint succedere in bonis temporalibus, ponatur clausula; Quòd non pręiudicetur illis, ad quos successio bonorum ab intestato pertinere debeat.

Super dispensationibus.

51. Item, quòd per quamcumque signaturam in quauis gratia, nullatenus dispensatio veniat, nisi dicta gratia totaliter effectum huiusmodi dispensationis concernat, vel alias nihil conferat, aut operetur.

Nulli suffragetur dispẽsatio nisi litteris cõfectis

52. Item, cum concessiones super gratijs dispensationum quarumcumq; quibusuis per ipsum D.N. concessarum, vel concedẽdarum, per regulas Cancellarię Apostolicę sint prouidè limitatæ, licèt aliquando in petitionibus

nibus super huiusmodi cōcessionibus oblatis multa sint petita, ne quis talium concessionū prætextu, id dispensatiuè tenere, aut facere præsumat, ad quod concessiones huiusmodi se non extēdant; voluit idem D.N. quòd nulla talis dispensatio cuiquam, in iudicio, vel extra, suffragetur, antequàm super ea litteræ Apostolicæ sint confectæ.

De clausulis ponēdis in litteris Indulgentiarū.

53. Item voluit, quòd in litteris Indulgentiarum ponatur, quòd, si Ecclesię, vel Capellæ, vel aliàs, aliqua Indulgentia fuerit per ipsum concessa, de qua inibi specialis mentio facta non sit; huiusmodi litteræ sint nullæ.

De Indulgentijs concessis Ad instar.

54. Item, voluit idem D. N. quòd litteræ super Indulgentijs non expediantur Ad instar, nisi specificentur.

De exprimendo valore beneficiorum in impetrationibus.

55. Item voluit, quòd in gratijs, quas quibusuis personis, de beneficijs vacantibus, seù certo modo vacaturis, fieri contigerit, illorū, & aliorum quorumcumq; beneficiorum, quæ dictæ personę tunc obtinuerint, seù de quibus eis fuerit prouisum, vel concessum, aut mādatum prouideri, verus annuus valor per Marcas Argenti, aut Sterlingorū, vel libras Turonesi paruorū, seù Florenos auri, aut Ducatos, vel vncias auri, seù aliam monetā secundum communē æstimationē exprimatur, nisi personæ prædictę, beneficia, quę tūc obtinuerint, aut in quibus, vel ad quæ ius eis competit, iuxta ipsarum oblationes, aut aliàs dimittere teneantur, Alioquin gratiæ prædictę sint nullæ. Et idem seruetur in gratijs, quas à Sāctitate Sua Motu proprio emanare cōtigerit: quo ad beneficia, tamen de quibus per Sanctitatē Suam pro tempore prouidetur, seù prouideri mandatur, aut aliàs disponitur, ac litteras, per quas pro tempore ad ecclesiarum Patriarchalium, & Cathedralium, ac monasteriorum regimina promotis cōceditur, vt monasteria, & alia beneficia Ecclesiastica, sæcularia, & regularia per eos obtenta, & in quibus & ad quæ ius eis competit, retinere possint.

De clausulis in beneficijs vacantibus ponendis.

56. Voluit & ordinauit, quòd quando prouidet, seu mādat prouideri alicui de beneficio Ecclesiastico vacāte, tunc dari potuerūt clausulę, si petantur; etiā si illud quouis modo, &c, seu per Constitutionem, *Execrabilis*, vacet, ac specialiter reseruatū, inter aliquos litigiosum sit, & eius collatio deuoluta fuerit, & si pro collitigante, vel subrogationem, aut si neutri, vel si nulli, &c. petente, si tūc lis specificè exprimatur. Nec detur aliqua generalis reseruatio dispositiuè, nisi desuper in cōcessione, speeialis & expressa, ac purè, & non sub conditione, mentio fiat, & tunc reliquæ reseruationes ibi cōtentę veniāt. Si verò tempore expeditionis inde litterarum, generalis reseruatio huiusmodi probari nō possit, aut in nouis prouisionibus, seu pro collitigantibus, si neutri, vel si nulli, &c. sit expressum, quòd ab aliquibus asseritur, illum, cuius beneficium cōceditur, Collectorem, vel vnicum Subcollectorē, Abbreuiatorem, vel Familiarem, Notariū, aut dictæ Sedis Officialem, fuisse, clausula ponatur, Etiam si dictum beneficium ex eo quod talis Collector, vel vnicus Subcollector, Abbreuiator, vel Familiaris, Notarius, aut dictæ Sedis Officialis, fuit, dispositioni Apostolicæ generaliter reseruatum existat, dummodo nō sit in eo alicui specialiter ius quæsitum. In reliquis verò nulla clausula detur, vnde reseruatio generalis elici possit, nisi desuper signatura per duplex Fiat signata sit, aut reseruatio; vel aliàs specialiter habeatur.

De expressione qualitatum beneficiorum in impetrationibus.

57. Item voluit, quòd super beneficijs Ecclesiasticis, de qualitatibus illorum, videlicet an dignitates, personatus, vel officia sint, eisq; immineat cura animarum, & ad illa consueuerint, qui per electionem assumi, mentio fiat. aliàs gratiæ desuper factę fiot nullę. Et si qualitates huiusmodi, affirmatiuè, vel conditionaliter non exprimantur, negatiua expressè desuper fiat, in beneficijs, quæ tales qualitates, vel ex eis aliquas consueuerint habere.

De beneficijs vacantibus per contractum Matrimonij.

58. Item, si reseruetur beneficium per contractum Matrimonij, nō dentur alij modi vacationum de futuro, nec censeatur beneficiū reseruatum specialiter, vel affectū; nisi sequatur Matrimonium. Sed in beneficijs per promotionem, aut ingressum Religionis, vel assecutionem, vacaturis, ponatur clausula, etiam si non petatur, Cùm beneficia huiusmodi pręmisso, vel aliàs quouis modo, &c. præterquam per obitum obtinentis, vacare contigerit, etiam si vacent.

De clausulis ponendis in litteris Religiosorum.

59. Item voluit, quòd si petatur, aliquem in Religionem recipi, & sibi de quouis beneficio Ecclesiastico prouideri, per simplicem Signaturam fiat. Recepto huiusmodi dumtaxat detur, adiecto, si petens idoneus sit, aut aliud canonicum non obsistat, & exprimatur, si certus numerus Regularium sit ibidem, cui etiam non derogetur, nisi expressè concędatur. & si numerus istę non existat, ponatur.

tur, Dummodo receptionis locus huiusmodi nimium propterea non grauetur. Possintque executores prouisionis huiusmodi, ad receptionem emissionia professionis, non expectato probationis anno, prouidere.

De translatione Religiosorum.

60. Item, si regularis petat sibi de beneficio, ab aliquo monasterio, vel alio regulari loco dependente, prouideri, & appareat ex petitione huiusmodi, quòd alterius monasterij, vel loci religiosus sit, licèt ibi translatio non petatur, nihilominus illa veniat.

De clausula, Si est ita.

61. Itē, quòd in litteris super beneficijs, per constitutionē, *Execrabilis*, vacātibus, ponatur clausula, Si est ita; similiter de quibuscumque narratis informationem facti requirentibus.

Petentis prouideri de vacaturo, dentur litteræ de vacanti.

62. Item, petenti sibi prouideri de vacaturo, dentur litteræ de vacanti, prout expedierit impetranti.

Reuocatio decimarum, & aliarum impositionum.

63. Item, reuocauit quascumque decimarum (non tamen nuper pro defensione Fidei Catholicæ in Germania contra hæreticos, & Imperij rebelles impositarum sub Dat. Idibus Ianuarij anno quintodecimo Pōtificatus eiusdem Pauli prædecessoris) necnon subsidiorū vigesimæ, & aliorum onerum impositiones, quæ à prædicto Paulo V. prædecessore suo ex quauis causa etiam in subsidium expeditionis contra Turcas; & orthodoxæ Fidei hostes, emanarunt; & quascumque facultates super decimarum, vigesimæ, & onerum huiusmodi exactione, quibusuis fructuū, & prouentuum Cameræ Apostolicæ debitorum Collectoribus, & Apostolicæ Sedis Nuncijs, ab eisdem Prædecessoribus concessas. Suspendit quoque ad Suę Sanctitatis, & Sedis Apostolicæ beneplacitum, quascumque plenarias Indulgentias, ab eisdem Prędecessoribus ex quauis causa, etiam expeditionis huiusmodi concessas, si quę per Nuncios, vel Quęstores deferebantur. necnon deputandi, & eligendi Confessores, qui plenariè absoluant, & alia faciant ad earumdem Indulgentiarum suspensarum effectum, reliquasque facultates, ipsas Indulgentias quomodolibet concernentes, prętetquā quoad ea in quibus Indulgētię & facultates, in aliqua sui parte sint sortitę effectum. ita vt illis, qui implentes iniūcta eis in litteris Indulgentiarum huiusmodi, iā consecuti sunt facultatem eligendi Confessores, qui absoluant eos plenariè in mortis articulo, per huiusmodi suspensionem non prȩiudicetur, quin facultate ipsa vti possint in futurum. Decreuit quoque irritum, & inane quicquid facultatum reuocatarum earumdem prętextu in posterum contigerit attentari.

Reuocatio facultatum percipiendi pretium Officiorum.

64. Item, reuocauit, cassauit, & annullauit, ac irritas declarauit quascumque facultates percipiendi pretium Officiorū Romanę Curię pro tempore vacantium, in toto vel in parte, ac quasuis concessiones, & collationes, aliasq; dispositiones per fel. record. Gregorium XV. prędecessorem suum de dictis officijs, etiam ex die collationum, concessionum, & dispositionum earumdem in antea vacaturis, in fauorē quarumcumque personarum, ecclesiarū, monasteriorum, piorum locorū, collegiorum, seu eorū mensarum etiam perpetuò, etiam in vim cōtractus, & ex titulo oneroso, & sub alia quauis verborum forma, quam, & pręmissorū tenores pro expressis haberi voluit, concessas, & factas, quo ad Officia, quę post obitum ipsius Prędecessoris vacarunt, & in posterum quomodolibet vacabunt.

Item reuocauit quoque, cassauit, & annullauit, ac irritas declarauit quascūq; infeudationes, inuestituras, gratias, concessiones quomodo etiā in emphyteusim, ad tēpus, seu in perpetuum, etiā Motu proprio, & de plenitudine potestatis, ac cū quibusuis derogatoriarū derogatorijs (extra tamen Consistoriū, & sine S.R.E. Cardinaliū cōsilio, & cōsensu) à die constitutionis fel. recor. Pij Papę V. prędecessoris sui super prohibitione alienādi, & infeudandi Ciuitates, & loca S.R.E. sub Dat. Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicę millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, quarto Kal. Aprilis, Pontificatus sui Anno secundo, vsque in præsentē diē, per quoscumq; Romanos Pontifices suos prędecessores, aut mandato, vel auctoritate eorum, quomodocūque, ac qualitercūque, & quouis colore factas, & cōcessas, de Ciuitatibus, Terris, Oppidis, Castris, Arcibus, & locis S.R.E. & Sanctæ Sedis Apostolicę, & tam mediatè quàm immediatè subiectis, tunc, videlicet de tempore dictarum infeudationum, inuestiturarum, gratiarū, & concessionū, nondū deuolutis. Necnon quascumque prorogationes, & extēsiones quarumcumq; infeudationū, inuestiturarum, gratiarum, & concessionum de dictis Ciuitatibus, Terris, Oppidis, Castris, Arcibus, & Locis, tunc, videlicet de tempore dictarum prorogationum, & extensionum nondum finitarum quibusuis personis cuiuscumque gradus, status, & cōditionis, ac præeminētię, etiamsi Imperiali, Regali, Ducali, aut alia

Est in 2. Tomo p. 221. nu. 14.

alia quauis præfulgeant dignitate, etiam in vim contractus, ex quocumque titulo, etiam oneroso, & per quascumque, tam sub plumbo, quàm in forma Breuis sub Annulo Piscatoris, aut etiam aliàs quomodocumque, & qualitercumque, expeditas litteras, ac sub quauis verborum forma; quam, & præmissorum omnium tenores Sanctitas Sua pro expresso haberi voluit, latissimè extendendos.

Quòd fructus in Tertia parte augeri possint vigore clausulæ.

65. Item, cùm nonnulli in impetrationibus beneficiorum ecclesiasticorum pro tempore vacantium, & certo modo vacaturorum, asserendo, illorum fructus, &c. certum per eos expressum annuum valorem non excedere, nonnunquam obtineant à Sanctitate Sua, vt huiusmodi valorem annuum augere possint, vt veriùs possit in confectione litterarum super huiusmodi impetrationibus, summa, aut valor annuus exprimi, aliter desuper non specificato: ne de veritate huiusmodi concessionis in posterum hæsitari contingat, Declarauit, prætextu concessionis huiusmodi, valorem ipsum vsque ad Tertiam partem valoris expressi, & in prima, quæ desuper fiet litterarum expeditione, dumtaxat augeri posse, & eas, quas, litteris iam expeditis cum expressione valoris specificati, aut nõ integro augmẽto prædicto, denuo desuper expediri cõtigerit litteras, cũ aliquo augmẽto valoris huiusmodi, nullius esse roboris, vel momẽti, etiã si Motu proprio beneficiales gratiç, & dispositiones quçcũq; à Sãctitate Sua emanarint.

De insordescentibus.

66. Item, ne personis, pro quibus litteræ Suæ Sanctitatis emanabunt, ob generalem absolutionem à censuris ecclesiasticis, quibus ligati forent, ad eorum effectum indifferenter concedi, & in litteris Apostolicis apponi solita, præstetur occasio censuras ipsas vilipendendi, & insordescendi in illis, statuit, & ordinauit, huiusmodi absolutionẽ, & clausulam in litteris, quas in futurum cum illa cõcedi continget, non suffragari non parentibus rei iudicatæ, incendiarijs, violatoribus ecclesiarum, falsificatoribus, & falsificari procurantibus litteras, & supplicationes Apostolicas, & illis vtentibus, receptatoribus, & fautoribus eorum, ac res vetitas ad infideles deferentibus, violatoribus ecclesiasticæ libertatis, via facti, ausu temerario, Apostolicis mandatis non obtemperantibus; & Nuncios, vel executores, Apostolicæ Sedis, & eius Officialium, & eius commissa exequentes, impedientibus, qui propter præmissa, vel aliquod eorum excommunicati à iure, vel ab homine, per quatuor menses, scienter excommunicationis sententiam huiusmodi sustinnerint; & generaliter quibuscumque alijs, qui censuris aliquibus, etiam alias, quàm vt præfertur, quomodolibet ligaris, in illis per annum continuum insorduerint.

Officiales nihil exigant vltra debitum.

67. Item, idem D. N. exactionibus, quas Sanctitas Sua, non sine displicentia, plerumque fieri intellexit per Officiales Romanæ Curiç; qui constitutis sibi emolumentis pro exercitio Officiorum quæ obtinent, non contenti, vltra, à prosequentibus negotiorum quorumdam expeditionem in eadem, exigere non verentur, obuiare volens, districtè prçcipiendo inhibuit omnibus, & singulis, quçuis Officia in eadem Curia obtinentibus, ne de cçtero quicquam prçtextu Officiorum, quç obtinent, quouis colore, etiam celerioris expeditionis, vltra emolumenta huiusmodi exigere, seu ad hunc effectum expeditionem eorum, quç eis incũbunt, malitiosè differre, sub excommunicationis, & præter illam, suspensionis à perceptione emolumentorum huiusmodi pro prima ad semestre, & pro secunda ad annum, & pro tertia vicibus, quibus sic excederent, priuationis Officiorum per eos obtentorum, in quibus sic excesserint, pœnis. Ac voluit, quòd Sanctç Romanæ Ecclesiæ Vicecancellarius, & Camerarius, excedentes ipsos, respectiuè prout eis subsunt, per subtractionem emolumentorum eorumdem, ac alias, vt præfertur, compellant ab huiusmodi illicitis exactionibus abstinere, & contra eos, per prædictas pœnas, & alias, prout meliùs expedire viderint, procedant.

Reseruatio beneficiorum vacantium Sede Apostolica vacante.

68. Item S. D. N. prouidè considerans, consueuisse quandoque Rom. Pontifices prçdecessores suos, beneficia, quç vacante Sede Apostolica vacare contigerat, dispositioni suç reseruare, intendens de beneficijs huiusmodi tàm Conclauistis, quàm pauperibus Clericis, & alijs benemeritis personis prouidere. omnia, & singula beneficia per regulas Cancellariç Apostolicæ, aut quaslibet alias Apostolicas Constitutiones temporales Romani Pontificis pro tempore existentis dispositioni quomodolibet, & ex quauis causa reseruari solita, quç à die obitus fel. recor. Gregorij XV. prædecessoris sui vsque ad diem supradictam septimam Augusti vacauerunt, & de quibus per quoscumq; Ordinarios Collatores tũc dispositũ non fuerat, suæ dispositioni reseruauit, decernens irritum, &c.

Reuo-

Reuocatio indultorum superuiuentiæ.

69. Item, quia ad importunam nonnullorum suggestionem quandoque contigit, Prædecessores suos Rom. Pontifices pro tempore existentes sub contractorum debitorum, vel diuersis alijs prætextibus concessisse, & indulsisse beneficiatis, vt fructus suorum beneficiorum, aut partem eorum anticipatis solutionibus ad tempus elocare, vel erga creditores, aut quascumque alias personas obligare, vel hypothecare, in solutum dare, aut aliàs quomodolibet de eis disponere liceret ad tempus minime restrictū ad vitam supplicantium, cum graui successorum præiudicio, & ecclesiarum detrimento. Ideo indemnitati ecclesiarum, & successorum in beneficijs huiusmodi salubriter consulere volens: reuocauit, cassauit, & annullauit omnia, & singula indulta, & facultates in ea parte, qua nec dum verè, & realiter suum sunt sortita effectū, per quoscumque Rom. Pontifices Prædecessores suos hactenus ad fauorem quarumcūque personarum concessas, quibus eis, vel eorum singulis vllo modo, & ex quauis causa, vel prętextu permittitur, fructus certos, vel incertos, iura, obuentiones, & emolumenta quæcumque quorumlibet beneficiorum per eos obtētorum anticipatis solutionibus vltra vnicum annum elocare, arrendare, ad firmam, vel responsionem concedere, vel eos ad fauorem quarumcumque personarum quomodolibet, obligare, vel hypothecare, in solutū dare, aut de eis quomodolibet, & ex quauis causa disponere pro tempore ad vitam beneficiatorū, & tempus, quo beneficia huiusmodi obtinuerint minimè restricto, & coarctato, illorum tenores, &c. decernens irritum, &c.

Quòd Cardinales non comprehendantur sub regulis facien.

70. Item, cum S. R. E. Cardinales ipsi Sanctissimo D. N. assistant, ac propterea debeant specialibus prærogatiuis, & priuilegijs gaudere, idem D. N. statuit, ordinauit, decreuit, & declarauit, quòd in quibuscumque Constitutionibus, & regulis per Sanctitatem Suam in posterum post hanc primam editionem, & suarum Constitutionum, & regularum publicationem, faciendis, non includantur ipsi Cardinales, nisi illæ eorūmdem Cardinalium fauorem concernant, vel ipsę Constitutiones edendæ de eorumdem Cardinalium, vel maioris partis eorum, consilio, editæ fuerint.

De potestate Reuerendissimi Domini Vicecancellarij, & Cancellariam Regentis.

71. Primò, quòd possit committere absolutionem illorum, qui ignoranter in supplicationibus, vel in litteris Apostolicis, aliquid scriberent, corrigerent, vel delerent.

Item, quòd possit corrigere nomina, & cognomina personarum, non tamen eorum, quibus gratia, & concessiones fiunt, ac beneficiorum, dum tamen de corpore constet.

Item, quòd possit omnes causas beneficiales etiam non deuolutas, committere in Curia, cum potestate citandi ad partes.

Item, quòd processus Apostolica auctoritate decretos aggrauare possit, cum inuocatione brachij sęcularis, & sententias executioni demandari facere contra intrusos, & intruendos per litteras Apostolicas desuper conficiendas, & non aliàs.

Item, quòd possit signare supplicationes, manibus duorum Referendariorum signatas, de beneficijs ecclesiasticis, sæcularibus, & regularibus dispositioni Apostolicæ generaliter non reseruatis, quorum cuiuslibet valor centum florenorum auri de Camera, vel totidem in alia moneta secundum communem æstimationem valorem annuum non excedet.

Item, quòd possit signare supplicationes, etiam duorum Referendariorum manibus signatas, de nouis prouisionibus, Si neutri, & subrogationibus pro collitigantibus, in quibus non detur clausula, generalem reseruationem importans.

Item, quòd possit, ad Ordines suscipiendos arctatis prorogare terminos de dictis suscipiendis Ordinibus, vsque ad proxima tunc à iure statuta tempora, in quibus sic arctati successiuè ad ipsos Ordines promoueantur.

Placet, publicentur, & describantur M. *Papæ subscriptio*

Lectæ, & publicatæ fuerunt suprascriptæ regulæ, ordinationes, & Constitutiones in Cancellaria Apostolica ab vno ex R.P.D. Maioris Præsidentiæ Abbreuiatoribus, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo sexcentesimo vigesimotertio, die verò vigesima prima mensis Octobris, Pontificatus prælibati Sanctissimi D.N. Anno Primo. *Publicatio in Cancellar. P. An. I. die 21. Oct.*

Petrus Gentilis Procustos.

VII.

Indictio Orationis Quadraginta Horarum ad diuinum auxilium initio sui Pontificatus, pro salutari Catholicæ Ecclesię regimine implorandum.

Similes indictiones vide sup. in const. 1. Sixti V. tom. 2. pag. 486. vbi non tamen inuenies

sub

sub hac forma Orationis Quadraginta Horarum, sed sub forma Iubilei, quod etiam indixit Greg. XV. in sua Const. 2. Spiritus, hic sup. pag. 54.

Edita A. D. 1623.

VRBANVS PAPA VIII.

Vniuersis Christifidelibus, ad quos præsentes litteræ peruenerint, salutem & Apostolicam benedictionem.

Prœmium, & causa huius const.

Aeternus rerum Conditor, cuius iudicia abyssus multa, eò vel maximè imperscrutabilis, eius sapientiæ atque inexhaustæ potentiæ thesauros recludit, & manifestat, quòd maximis in rebus, non fortiorum, sed imbecilliorum operâ plerumquè vti non dedignatur. Quod quidem in Catholicæ Ecclesiæ administratione, quam in hac temporũ difficultate nullo nostrorum suffragio meritorum, sed eius misericordia Nobis demandatam agnoscimus, tantò luculentiùs apparet, quãto maiora earum, quibus circumdamur infirmitatũ, argumenta extare dignoscuntur. Hinc fit, vt quemadmodum misericordiam Dei humillimè suscepimus, ita etiam trepidè vereamur, ne ingenti onere prægrauati, Christiani orbis necessitatibus Apostolica prouidentia, vt par est, succurrere valeamus. Tantæ rei cogitatione permotis, illud Nobis sæpius occurrit, beatum planè illum esse, quem Deus ipse erudierit, ac ne facies nostræ confundantur, ad eum, vt illuminemur, accedendum esse.

Non indicit Iubileum de more Prædecessorum, sed aliter disponit temporũ habita ratione videlicet.

§. 1. Quoniam verò tanti Regis Maiestatẽ tum proprijs cuiusq; tum etiam aliorum orationibus adiri certum est; id vt faciliùs assequi possemus, Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorũ exempla Nobis ob oculos proponẽtes, vniuersis Christifidelibus Iubileum de more indicere statuissemus, vt salubérrimis pœnitentię operibus orationes sociarẽ, & rogantium merita cumulassent, & diuinæ Nobis largitatis munera vberiùs impetrassent. Verùm habita temporis ratione, necnon alijs æquissimis causis, ea qua decuit maturitate, perpensis, aliam opportuniorem spiritualibus, quibus vrgemur necessitatibus, consulendi rationem inire decreuimus.

Orationem Quadraginta horarũ ferijs 4. & 6. ac Sabbato in certis Vrbis Ecclesijs haberi decernit.

§. 2. Piam igitur Quadraginta horarum orationem in Ecclesia Lateranensi, ac Principis Apostolorum, & Sanctæ Mariæ Maioris Basilicis, necnon in vna sæculari, & altera regulari Ecclesijs cuiuslibet regionis Almæ Vrbis nostrę, per dilectum filium nostrum in eadem Vrbe Vicarium in spiritualibus generalem, extra verò dictam Vrbem, in quibuslibet virorum tàm sæcularium, quàm regularium Ecclesijs vbilibet existentibus per Ordinarios locorum proxima, vel altera subsequẽti hebdomada post pręsentium notitiam respectiuè designandis, & quoad Ecclesias, & Basilicas Vrbis prędictę Quarta, & Sexta ferijs, ac Sabbato pręsentis, & sequentis hebdomadę; quo verò ad Ecclesias extra Vrbem diebus ab eisdẽ Ordinarijs pro vtraquè hebdomada præscribendis, incohoandam, & semel pro qualibet Ecclesia peragendam; tenore pręsentium indicimus, & instituimus; ad quas quidem Ecclesiam Lateranensem, ac Basilicas Nos ipsi priuatè accedere; eidemq; orationi interesse statuimus.

Ecclesias illarum ditiõe quid orãdum sit ostendit.

§. 3. Et propterea, vt diuinam opem efficaciùs imploremus, & simul effusis molrorum precibus, fructuosiùs exaudiamur: omnes, & singulos vtriusquè sexus Christifideles vbiq; existentes enixè in Domino hortamur, & paterna caritate monemus, vt durante oratione prędicta, pias ad Deum preces effundant, vt Ecclesiam suam Sanctam tueatur, & protegat, hæreses vndiq; euellere, & extirpare, Fidem Sanctam Catholicam augere, & propagare, pacemq; & cõcordiam largiri dignetur: Nobis verò vires tribuat, quibus susceptum onus ad eius nominis gloriam, fideliumquè, & animæ nostræ salutem, administrare valeamus.

Confessis, ac sacra Communione refectis, & visitantibus dictas Ecclesias, & ibi (ac etiã Monialibus in Ecclesijs proprijs) orantibus, Indulgẽtiam plenariam impertitur.

§. 4. Quæ, vt eò libentius præstare studeãt, quò vberius spiritualibus muneribus, & gratijs à Nobis se refectos esse cognouerint, De omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, auctoritate confisi, Omnibus, & singulis prædictis verè pœnitentibus & confessis, ac sacra Communione refectis, qui quamcumquè Ecclesiam vbi oratio eiusmodi indicta, & instituta fuerit, deuotè visitauerint, & ibi per aliquod tẽporis spatium, prout vnicuique suggeret deuotio, pias ad Deum, vt præfertur, preces effuderint; Monialibus verò similiter verè pœnitentibus, & confessis, ac sacra Communione refectis, quæ tempore orationis prædictæ in suorum Monasteriorum Ecclesijs similiter, vt supra orauerint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus.

Omnibus vtriusque sexus personis etiã Regularibus Confessariũ sibi posse eligere concedit, qui valeat absoluere ab omnibus casibus, exceptis contentis in Bulla Cœnę Domini, & hic expressis, pro hac vice tantum.

§. 5. Necnon eisdem fidelibus etiam cuiuscumque Ordinis, Congregationis, & Instituti regularibus vtriusque sexus facultatem impartimur, eligendi sibi presbyterum Confessarium tàm sæcularem, quàm cuiusuis Ordinis, & Instituti regularem ex approbatis, ab Ordinarijs locorum, qui eos ab omnibus & singulis peccatis, criminibus, excessibus, & delictis, non tamen à casibus contentis in litteris, quæ die Cœnæ Domini legi consueuerunt, necnon violationis immunitatis, & libertatis

bertatis Ecclesiast. ac clausuræ Monasterioꝝ monialium, si videlicet sine necessaria, & vrgenti causa, ac sine Superiorum licentia, vel etiam si causa, & licentia aburentes, prędicta monasteria ingressi fuerint, necnon violentæ manus iniectionis in Clericum, ac singularis certaminis, siue duelli, ac ab alijs etiam casibus tàm à Nobis, quàm à præfato nostro in dicta Vrbe Vicario, & locorum Ordinarijs respectiuè reseruatis, nec etiam à quauis excõmunicatione ab homine lata in foro conscientiæ tantùm, hac vice dumtaxat absoluere, iniuncta tamen eis, & eorum cuilibet pœnitentia salutari, ac alijs iniungendis, possint, & valeant.

Ordinarijs locorum, huiusmodi Cõstit. vbiq. publicare percipit.

§. 6. Mandantes insuper Venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & alijs quibuscumque Ecclesiarum Prælatis, & locorum Ordinarijs in virtute sanctę obedientię, vt cum harum nostrarũ transumpta, seu exempla acceperint, illas statim per suas Ciuitates, Diœceses, & Territoria publicent, & publicari faciant, gregemq; eorum curę diuinitus commissum, vt corde contrito, & humiliato pię huiusmodi orationi, vt præfertur, interfint, sedulò moneant. Per pręsentes autem super aliqua irregularitate publica, vel occulta, nota, defectu, incapacitate, aut inhabilitate quomodolibet contracta, nec etiam in foro conscientię dispensare, vllamvè facultatem dispensandi tribuere non intendimus. Declarantes, has ipsas pręsentes quoad absolutionem in foro conscientiæ tantùm, non autem in foro fori consequeñ vllo modo suffragari.

Contrarijs derogat.

§. 7. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon quorumcumque Ordinum, Congregationum, & Institutorum regularium, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis eisdem Ordinibus, Congregationibus, & Institutis quomodolibet concessis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, & singulis etiam si de illis, earumque totis tenoribus specialis, specifica, & indiuidua, non autẽ per clausulas generales idem importantes mentio, aut expressio habenda, vel quęuis alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac formam in illis traditam penitus pro seruata habentes, hac vice specialiter, & expressè ad effectum præsentium tantùm derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumquę.

Transumptis credi iubet.

§. 8. Volumus autem, vt præsentium transumptis, vel exemplis etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides vbiquegentium, & locorum adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris, Die xxij. Octobris. M. DC. XXIII. Pontificatus nostri Anno Primo.

Dat. P. An Primo die 22. Octobris.

VIII.

Extensio Indulti recitãdi Officium, & Missam celebrandi de Beata Margarita de Cortona, Moniali Tertij Ordinis S. Francisci pro omnibus tàm Viris, quàm Mulieribus d. Ordinis vbique existentibus.

VRBANVS EPISC. SERVVS SERV. DEI. *Ad perpetuam rei Memoriam.*

Edita An. D. 1623

Exordium.

CAelestis aquæ flumen, quod ab inexausto vitæ fonte procedens, impetu perpetuo fluit, fidelium mentes septem charismatum donis felici inundatione fœcundãs, multo cernitur admirabilior, cum erga vascula infirmiora, & sexum consilij imbecillioris apponens cor suum, misericordiarum suarum diuitias superabundanter elargitur.

Leo X. indulsit posse celebrari Missam cũ Officio de hac Beata Ciuitati Cortoneñ. & illius Diœcesi quotannis die 22 Februarij.

§. 1. Aliàs siquidem fel. rec. Leo Papa X. prædecessor noster ex præclaris attestationibus à piæ me. Bonifacio VIII. & Eugenio IIII. Romanis Pontificibus etiam prædecessoribus nostris de B. Margarita de Cortona, Moniali Tertij Ordinis S. Frãcisci de Pœnitentia prolatis motus, quòd Festum ipsius B. Margaritæ cum Officio, nec Virginis, nec Martyris in Ecclesia S. Margaritę Ciuitatis Cortoneñ singulis annis die xxij. mensis Februarij celebrari eademque B. Margarita à quibuscis Christifidelibus in Ciuitate prędicta, & illa Diœcesi priuatim, & publicè venerari, liberè, & licitè valeret, Apostolica auctoritate indulsit, prout in suis exinde confectis litteris plenius continetur.

Postea hoc Indultum Congreg. Cardd. super Ritibus deputatorum extendit ad omnes Fratres, & Moniales Ord. S. Francisci vbiq. existentes.

§. 2. Nuperrimè verò Congregatio Venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium super Sacris Ritibus deputatorum, considerata sanctitate prædictæ B. Margaritæ, quæ à trecentum annis, & vltra continuò miraculorum splendore coruscat, necnon mirabili illius corporis integritate, quæ bis etiam diebus supra naturæ vires odorem efflat suauissimum, ad instantiam non solùm Cleri, & Populi Cortoneñ, sed etiam Fratrum Ordinis Sancti Francisci de Obseruantia nuncupatorum dilectorum filiorum ad omnes eiusdem Ordinis S. Francisci viros, & mulieres indultũ prædictum

prędictum extendi posse, habito super hoc fel. mem. Gregorij Papæ XV. similiter prędecessoris nostri beneplacito, ac omnibus eiusdem S.R.E. Cardinalibus vnanimiter consentientibus, decreuit.

Ibi Fratres modo supplicant Pont. vt illud Decretū confirmare, & extendere dignetur.

§. 3. Quare pro eorumdem Cleri, & Populi, ac Fratrum parte Nobis nuper fuit humiliter supplicatum, quatenus pro eorum desiderio, vt infra, annuere de benignitate Apostolica dignaremur.

Qui illud confirmat.

§. 4. Nos igitur attendentes, quòd sicut ipsa Beata Margarita corruscat in Cælis, ita quasi multiplici rutilantium honore gemmarum corona decora, Cęli vniuerso pręfulgeat; Cleri, & Populi, ac Fratrum prędictorum singulares personas à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum pręsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutas fore censentes; necnon litterarum prædictarum, & inde secutorum quorumcumque tenores pręsentibus pro expressis habētes, huiusmodi supplicationibus inclinati, De voto eiusdem Congregationis S.R.E. Cardinalium super Ritibus Ecclesię deputatorum, indultū, & desuper confectas litteras huiusmodi ad omnes, & singulas personas, tàm viros, videlicet, quàm mulieres, nunc, & pro tempore existentes eiusdem Ordinis S. Francisci, earumque Ecclesias, tàm intra Italiam, quàm extra eam vbicumque consistentes; ita quòd ex nunc de cętero, perpetuis futuris temporibus, possint huiusmodi Festum dictę B. Margaritę in earum Ecclesijs huiusmodi quotannis dicta die xxij. Februarij, cum Officio nec Virginis, nec Martyris celebrare, & eamdem Beatam Margaritam priuatim, & publicè venerari, liberè, & licitè possint, & valeant; Apostolica auctoritate prędicta extendimus, ac extensam, & extensas, ex nunc esse, & fore, dictasque personas desuper à quoquam quouis pretextu, colore, vel ingenio molestari, perturbari, aut quoquomodo impediri nullatenus vnquam posse; necnon quicquid secus super his à quoquam quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane dicta auctoritate decernimus.

Contraria remouet.

§. 5. Non obstantibus premissis, ac quatenus opus sit, regula nostra de gratijs ad instar non concedendis, alijsque quibusuis Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus illis, quę dictus Leo predecessor in dictis litteris voluit non obstare, cęterisque contrarijs quibuscumque.

Sanctionem penalem adiungit.

§. 6. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrę absolutionis, extensionis, & decreti infringere, vel ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum.

Dat. Romę apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicę Millesimo sexcentesimo vigesimo tertio, Idibus Decembris, Pontificatus Nostri Anno Primo.

Dat. P. An. Primo die 13. Decemb.

IX.

Priuilegia, Indulta, Gratiæ, & Exemptiones pro Dapiferis, qui huic Sanctissimo Pont. cæterisque S.R.E. Cardinalibus in Conclaui, in quo Summus Pontifex fuit electus, inseruierunt.

URBANVS EPISC. SERVVS SERV. DEI. *Ad futuram rei memoriam.*

Edita An. D. 1623.

Exordium.

Romanus Pontifex, ad quem gratiarum omnium distributio spectat, & pertinet, singulorum merita, & probitatem æqua lance perpendens, personas illas potiori fauore attollere, maiorique prerogatiua decorare cōsueuit, quas sibi, & Sedi Apostolicę obsequiosas, & in laboribus, & vigilijs pro eadem Sede sufferendis indefessas, & pluribus cognoscit meritis adiuuari.

Causa concessionis horum Priuilegiorum.

§. 1. Hinc est, quòd Nos volentes dilectos filios, nostrū, dum Cardinalatus honore fungebamur, & Venerabilium fratrum nostrorū S.R.E. Cardinalium Dapiferos, qui Nobis, & eisdem Cardinalibus in Cōclaui, in quo Nos, diuina fauente clementia, ad Summi Apostolatus apicem assumpti fuimus, existētibus inseruierunt, quique ea de causa labores, & incommoda plura subierunt, habita ratione obsequiorum, fauoribus, gratijs, & priuilegijs pro cuiuscumque meritis exonerare.

Scilicet Nobilitatis, Ciuilitatis, Familiaritatis Notariatus Apostolici, &c.

§. 2. Ac eosdem Conclauistas, & eorum singulos à quibusuis excommunicationis, suspēctionis, & interdicti, alijsq; Ecclesiasticis sententijs, censurjs, & pœnis à iure, vel ab homine, quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum pręsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutos fore cēsentes; Motu proprio, non ad ipsorum Dapiferorum, vel alterius pro ipsis Nobis super hoc oblatę petitionis instantiam, sed ex mera liberalitate, certaque scientia nostris, ac de Apostolicę potestatis plenitudine, eosdē Dapiferos, & eorum singulos, in veros, indubitatos, & non fictos familiares, continuos Cōmensales

mensales nostros, & eos, qui ex illis Clerici existunt, seu militiæ Clericali adscribi desiderant, quosque tres ex prædictis Cardinalibus in quolibet ordine antiquiores gradu, nobilitate, & alijs meritis dignos, tali dignitate iudicauerint, in nostros, & Apostolicę Sedis Notarios, sine tamen præiudicio dilectorũ filiorũ Notariorum de numero Participantiũ, tenore præsentiũ recipimus: & tàm illos, quàm alios Dapiferos singulos, qui sigillatim ab eisdem tribus Cardinalibus digni tali honore approbati fuerint, Sacri Palatij, & Aulæ Lateraneñ Comites, & Milites; ac tàm illos, quàm alios omnes, & quoscũq; Dapiferos indistinctè, qui Nobiles nõ sunt, Nobiles; quiq; Vrbis, vel alicuius alterius ex Ciuitatibus tẽporali dominio dictæ Romanæ Ecclesiæ mediatè, vel immediatè subiectis Ciues esse voluerint, singulos in ea ipsa Ciuitate, quam sigillatim quisq; eorum elegerit, & ad quam se ab eisdem Cardinalibus admitti petierit, veros Ciues ad instar, & nulla prorsus differentia inter eos, & singulos alios veros, originarios, & antiquissimos etiã nobiles, & participãtes Ciues ipsius Vrbis, vel Ciuitatis, itavt ipsum Ius Ciuitatis ad quoscumq; illorum hæredes eodem modo transeat; creamus, cõstituimus, & assignamus; ac Nobilitatis, & Ciuilitatis titulo, honore, & insignibus decoramus, aliorumque familiarium continuorum Commensalium Nobis actu in Palatio nostro Apostolico seruiẽtium, & illius Tinello comedentium, & bibentium, nostrorum, & Sedis prædictę Notariorum, Palatijque & Aulę prædictarum Comitum, Militum, & Nobilium, ac Ciuium huiusmodi originariorum numero, & consortio fauorabiliter aggregamus, ac pro veris, indubitatis, & non fictis Familiaribus, continuis Commensalibus, ac Notarijs nostris, Comitibusque, Militibus, Nobilibusque, ac Ciuibus deinceps haberi, & reputari volumus, & mandamus.

Ac eisdem frui & gaudere etiam si habitum eorumdem non deferat indulget.

§. 3. Eisq; vt in quibuscũque impetrationibus, concessionibus, & litteris tàm gratiam, quàm iustitiam cõcernentibus, se Familiares, continuos Commẽsales nostros, & Comites, Milites, Nobiles, ac Ciues etiam originarios nominare, nec propterea impetrationes, concessiones, & litteræ ipsæ subreptionis vitio subiaceant, sed validę, & efficaces existant; ac ex nũc deinceps in perpetuũ omnibus, & quibuscumque, ac prorsus similibus antelationibus, antelationum prærogatiuis, priuilegijs, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, decretis, declarationibus, derogationibus, mandatis, suspensionibus, fauoribus, gratijs, priuilegijs, indultis, ac iuribus, quibus alij nostri Familiares tẽpore Dat. assumptionis nostræ ad Summi Apostolatus apicẽ, ac quibus alij eiusdem Sedis Notarij etiam de numero Participantiũ existentes, etiamsi habitum, & roccbettũ Notariorũ ipsius Sedis non deferant, Palatijque & Aulæ prædictarum Comites, & Milites, ac Nobiles, & Originarij, ac antiquissimi Ciues eiusdem Vrbis, vel Ciuitatis, quam, vt præfertur, elegerint quicũque ex vtroque Patente verè Nobili, & Ciue originario, & antiquissimo procreati de Iure, statuto, consuetudine, vel aliàs ex aliquo speciali priuilegio, seu aliàs etiam per quascumque litteras, seu cõstitutiones Apostolicas pro tẽpore editas vtuntur, potiuntur, fruuntur, & gaudent, ac vti, potiri, frui, & gaudere poterunt quomodolibet in futurũ, vbiq; locorũ in iudicio, & extra, sine tamen eorumdem Notariorum de numero Participãtium præiudicio, vti, frui, potiri, & gaudere, liberè, & licitè valeant, realiter, & integrè, in omnibus, & per omnia, etiamsi in Vrbe, & Ciuitate huiusmodi non habitauerint, perindè ac si de verè nobili genere ex vtroque Parente originatio, & antiquissimo Ciue procreati forent, & huiusmodi prærogatiuæ, priuilegia, exemptiones, gratiæ, fauores, concessiones, indulta, & iura, quæ pro alijs Nobilibus, & Ciuibus originarijs emanarunt, & quæ ratione Nobilitatis, & Ciuilitatis naturalis, & originariæ alijs competunt, pro eisdem Dapiferis in specie emanassent, seu emanarent, & eis naturaliter de iure, statuto, consuetudine, fundatione, vel aliàs competerent; earumdem tenore præsentium indulgemus.

Exemptio à solutione decimarũ.

§. 4. Ac singulos Dapiferos prædictos à solutione, & exactione Decimarum Ecclesiasticarum vbique locorum, & ex quacumque quantumuis vrgentissima, & inexcogitabili causa, & occasione, & ad instantiam Imperatoris, Regum, & Rerumpublicarũ, etiam Venetiarum, & quorumcumque aliorum Principum impositarum, & imponendarum pro tempore liberamus, & eximimus, liberosque & exemptos fore, & esse decernimus.

Remissio fructuũ male perceptorũ ob non recitationem horarum Canonicarum.

§. 5. Ipsisque Dapiferis singulis quoscumque fructus, reditus, & prouentus Ecclesiasticos, tàm occasione pensionum annuarum ipsis, vel eorum alicui reseruatarum, quàm ratione omisionis recitationis Horarum Canonicarum indebitè perceptos, cuiuscumque quantitatis fuerint, gratiosè remittimus, & condonamus.

Dispẽsatio sup inhabilitate ad Ordines etiã sacros. De qualit. promoueñ vide Concil. Trid. sess. 23. cap. 11. & 12.

§. 6. Ac cum eis super inhabilitate per eos propterea quomodolibet contracta, vel etiam ex eo, quòd censuris huiusmodi legati Missas, & alia Diuina Officia, dũmodo ramen non

non in contemptum Clauium celebrauerint, aut aliàs diuinis se immiscuerint, vt illa, & eisdem præmissis non obstantibus, ad omnes etiam sacros, & presbyteratus ordines aliàs ritè promoueri, & in illis, ac in susceptis per eos alias ritè ordinibus, etiam in altaris ministerio ministrare etiam liberè, & licitè valeant, dispensamus.

Legitimatio Dapiferorum illegitimorum.

§. 7. Ac eosdem Dapiferos, si qui eorum defectum natalium ex quocumque damnato, & illicito coitu, etiamsi ex nobilissimis Parētibus,& vilibus fœminis forsan procreati sint, etiamsi legitimati aliàs existāt, legitimamus, omnemque ab illis geniture huiusmodi maculam, siue notam abstergimus,& abolemus, ac natalibus restituimus.

Habilitatio ad successiones bonorum nonnullis hic exceptis. De testament. ad fauorem illegit. vide const. 117. Pij V. to. 2 p. 145.

§. 8. Ac cum eorum singulis, vt in quibuscumque bonis paternis,& maternis, & aliorū consanguineorum,seu cognatorum,vel aliorū quorumcumque, non tamen fœudalibus, & empbyteoticis, aut Ecclesiasticis, vel ab Ecclesia acquisitis, ac sine præiudicio venientiū ab intestato, vel ex fideicommisso, seu aliàs de iure valida dispositione succedere, & illa donationis, vel alio quouis titulo consequi,& habere, ac ad æquales portiones cum legitimis succedere, eos ad omnia iura legitima, successiones ex testamento, vel ab intestato, hæreditatis legata, libertates restituendo, & reintegrando realiter, & cum effectu.

Necnon ad Dignitates, honores, & Officia. Prohibetur: hoc Greg. XI. vt const. 3 to. 1. p 226 Et de Dignit. Eccl. est C. c. Trident. sess 24. cap 14 de Reformat.

§. 9. Necnon ad dignitates, honores, & quæcumque alia officia sęcularia publica, vel priuata etiam assumi, illaque gerere, & exercere in omnibus,& per omnia, ac si de legitimo matrimonio procreati forent, ac eodem defectu non obstante, si aliud canunicum eis non obsistat impedimentum, ac clericali charactere,qui illo nōdum insigniti sunt, insigniri,ac ad omnes etiam sacros, & presbyteratus ordines,si nondum ad illos promoti sunt,promoueri,ac postmodum charactere, & ordinibus huiusmodi, illorumque priuilegijs vti, ac in eisdem ordinibus etiam in altaris ministerio ministrare, ac quæcumque & qualiacumque cum cura,& sine cura beneficia Ecclesiastica,etiamsi personatus, administrationes, & officia etiam curata, & electiua in Cathedralibus, etiam Metropolitanis, vel Collegiatis Ecclesijs,seù Parochiales Ecclesiæ, vel earum perpetuę Vicarię,ac Canonicatus, & Pręebendę,non tamen in Cathedralibus; ac Dignitates, non tamen in eisdem Cathedralibus post Pontificalem maiores,nec principales in Collegiatis Ecclesijs huiusmodi fuerint, si sibi aliàs canonicè conferantur, aut ipsi eligantur pręsententur, vel aliàs assumantur ad illa, & instituantur in eisdem,recipere, & dummodo plura simul non sint, quàm quę à Concilio Tridentino permittuntur,retinere libère,& licitè valeant, similiter dispensamus.

Ad in sess 24. c. 1. d. Reform. Expeditio literarum Apostolicarum pro eisdē gratis fiat.

§. 10. Quodque omnes, & quęcumque gratiæ, prouisiones, commendę,ac pręsentes, & quęuis aliæ litterę Apostolicæ, ac etiam in forma Breuis pro illis expediēdis gratis vbiq; expediantur,tàm de capienda possessione nomine Cameræ Apostolicę, quàm in fauorem litterarum Apostolicarum,vbi illis super prouisionibus quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum dari poterunt, prout nostris familiaribus, continuis Commensalibus etiā gratis denrur, & concedantur, ac dari, & concedi debeant, præcipimus, & mandamus.

Indultum Dapiferorū circa reseruationem pensionū vsq; ad sum mam 100. Ducatorum.

§. 11. Ac Dapiferis prędictis,& eorum singulis, vt quicumque loci Ordinarij, vel Canonici Metropolitanarum, seu aliarum Ecclesiarum, aut personæ quęcumque Ecclesiasticæ, tàm in Romana Curia, quàm extra eam ad id per eos, & eorum singulos eligendi, seu eligendę, quascumque pensiones annuas eis, & eorum singulis super quibuscumque fructibus, redditibus, & prouentibus quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum cum cura, & sine cura, sęcularium, aut quorumuis Ordinum regularium, seu fructus, reditus, & prouentus huiusmodi beneficiorum reseruatas, seu reseruatos, ac reseruandas, seu reseruandos, etiamsi aliàs, semel,vel pluriès translatæ, seu translati fuerint, vsque ad summam centum ducatorum similium in toto, vel in parte, ac etiam mortis articulo cassare, & extinguere, ac postquam cassatæ fuerint, alias similes pensiones annuas, seu fructus, reditus, & prouentus huiusmodi vsque ad summam prædictam vni, vel pluribus alijs personis Ecclesiasticis per eosdem Dapiferos, & eorum singulos nominandis, & quæcumque, quotcumque, & qualiacumque beneficia Ecclesiastica obtinentibus, & expectantibus, similiter eis quoad vixerint, vel eorum procuratoribus legitimis, eisdem modo, & forma, quibus eisdem Dapiferis reseruatæ, seu reseruati fuerint, etiam absque beneficia prædicta obtinentium coosensu, integrè persoluendas, seu persoluendos, & per eos percipiendas, exigendas, & leuandas, seu percipiendos, exigendos, & leuandos, reseruare, constituere, concedere, & assignare valeant, atque in possessione dictas pensiones exigendi, in qua ipsi Dapiferi tempore translationis per eos præsentium vigore faciendæ existebant, in omnibus, & per omnia surrogati esse censeantur, etiam concedimus, & indulgemus.

§. 12. Et si

Illudque cumulatiue concedit.

Et si similem gratiã à Prędecessoribus nostris aliàs forsan obtinuerint, seù quilibet eorum obtinuerit, illius effectu cumulatiuè eos gaudere, & potiri volumus. Decernentes, ipsas translationes, & nouas reseruationes, constitutiones, & assignationes pensionum, seu fructuum, redditum, & prouentuum huiusmodi plenam roboris firmitatem obtinere, ipsosq; beneficia, super quorum fructibus, redditibus, & prouentibus reseruatæ fuerint, obtinentes, ad illas persoluendas efficaciter obligatos fore.

Dispensatio super gestatione habitus Clericalis ac Tonsuræ, ac Facultas pensiones vsq; ad summam 200 ducatorum etiam si matrimonium contraxerint retinendi.

§. 13. Ac eidẽ Dapiferis, quòd ratione quarũcumque pensionũ eis, & eorũ cuilibet super quibuscũq; beneficijs Ecclesiasticis, vt præfertur, vel alias quomodolibet qualificatis, nõ tamen vltra sũmã ducentorũ ducatorũ pariũ pro quolibet nunc, & pro tempore reseruatarum, seu reseruatorum, ac reseruandarum, & reseruandorum, habitum, & tonsuram clericales gestare, & in illis, dummodò alias ipsi habitum decentem, & honestum deferant, incedere minimè debeant, nec ad id à quoquam cogi, seù compelli, minusq; aliquas sententias, aut censuras, ac etiam priuationis, seu cessationis ipsarum pensionum ad prædictam summam ducentorum ducatorum ascendentes, & reseruatas, vt præfertur, etiãsi matrimoniũ contraxerint, cũ vnica tamen, & virgine, recipere, & retinere.

Ipsorum bona à spolijs liberat, & ad ea hæredes vocat.

De spolijs vide Const. 18. Pauli V. to. 3 p. 199.

§. 14 Postremò, quòd bona quæcumque ad dictos Dapiferos, & eorum quemlibet spectantia, & per eos, etiam ratione quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum, etiam canonicatuum, & præbendarum, ac dignitatum, etiam maiorum, & principalium, etiam speciali nota, & expressione dignarum quarumcumq; per eos aliàs obtentorum, & obtinendorum, aut alias quomodolibet, & quouis quæsito colore, vel ingenio, seu eorum industria, licitè tamen, & licitè acquisita, & acquirenda etiam in Vrbe, eiusq; districtu, ac vbicumque existentia, spolijs minimè subiaceãt; sed ipsi Dapiferi, etiamsi Religioni alicuius militiæ, etiam Sancti Ioannis Hierosolymitani adscripti fuerint; de illis in fauorem quarumcũque personarum, de iure tamen capacium, etiamsi Curiales esse desierint, & in quocumque loco quantumuis remoto eos decedere cõtigerit, testari, & aliàs disponere, ijsq; ab intestato decedentibus, eorũ hęredes quicũq; succedere liberè, & licitè valeant, simili modo concedimus, & indulgemus.

Executionem huius Const. præcipit.

§. 15. Præcipientes, & mandantes dilectis filijs nunc, & pro tempore existentibus Romanæ Ecclesiæ Camerario, Thesaurario, Præsidentibus, Clericis Cameræ nostræ Apostolicæ & quibuscumque alijs Spoliorum huiusmodi Collectoribus, & Subcollectoribus, ac Militiarum prædictarum Officialibus, aut Procuratoribus, ne in huiusmodi bonis manus apponant, neque hæredes prædictorum Dapiferorum desuper molestare audeant, seu præsumant. Ac etiam decernentes, donationes etiam per viam testamenti, & codicillorum per ipsos Dapiferos de eorũ bonis huiusmodi, seruatis de iure seruandis, faciendas, semper, & perpetuò validas, & efficaces fore.

Registrationem, & insinuationem huius constit. remittit.

§. 16. Nec eosdem Dapiferos, eorum vel aliquem ad præsentes litteras in dicta Camera insinuandum, aut admitti, & registrari petendum, teneri; nec illas, etiamsi intra tempus legitimum insinuatæ, admissæ, seu registratæ non fuerint, propterea minus validas censeri, sed suos plenarios effectus sortiri debere.

Clausula præseruatiua.

§ 17. Easdemq; præsentes, & in eis contenta quæcũq; sub quibusuis reuocationibus suspensionibus, limitationibus, modificationibus, decretis, & constitutionibus Apostolicis similium gratiarum reuocatorijs, vel quæ eas limitarent, vel moderarent, quæ a Nobis, & d. Sede pro tempore, & ex quibusuis causis etiã vrgentissimis, etiam in fauorem fidei, & diuini cultus augmentum, etiam consistorialiter, vel aliàs quauis auctoritate hactenus, vel imposterum emanauerint, minimè comprehendi, sed quoties illę emanabunt, toties in pristinum statum repositas, & reintegratas esse, & censeri.

Clausula sublata.

§. 18 Sicque per quoscumque Iudices, & Commissarios quauis auctoritate fungentes, in quauis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate vbique iudicari, & diffiniri debere; irritum quoque, & inane si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Huiusmodi litteræ gratis expediantur.

§. 19. Et insuper dilectis filijs Rescribendario, & Computatori Collegij Scriptorum litterarũ Apostolicarum, & alijs ad quos spectat, in virtute Sanctæ Obedientiæ, & sub pœna indignationis nostræ, Motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus mandamus; vt easdem præsentes, & forsan alias litteras Apostolicas super præmissis omnibus, & singulis tam coniunctim, quàm diuisim, ac pro singulis quibuscũque derogationibus, & decretis, & clausulis in eis contentis gratis de mandato nostro vbique in omnibus officijs, & Abbreuiatorum, Sollicitatorum, Secretariorum, Plumbiq; & Registri absq. aliqua pecuniarum exactione, etiã per viam compositionis facienda, omni contradictione, & dilatione cessantibus, signent, expediant, & expediri faciant.

Contrariorum derogatio.

§. 20. Non obstantibus præmissis, ac de certo eorumdem Notariorum numero, etiamsi ad illud nondum sit deuentum, cui per præsentes aliàs non intendimus derogare, ac regula

nostra de præstando consensu in pensionibus, felicis recordationis Pij Papæ IV. prædecessoris nostri de similibus, vel dissimilibus gratijs in Camera Apostolica infra tres menses præsentandis, & registrandis, ac recolendæ memoriæ Pij Papæ V. etiam prædecessoris nostri contra illegitimos, ac Pictauen Concilij, & alijs Apostolicis, ac etiam in vniuersalibus, prouincialibusq; Concilijs editis specialibus, vel generalibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Monasteriorum, Ecclesiarum, Ordinum, etiam Sancti Ioannis Hierosolymitani, ac etiam Vrbis Romæ, & aliarum Ciuitatum, Oppidorum, & Terrarum, aut Cameræ prædictæ, & quarumuis Vniuersitatum, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, stabilimentis, vsibus, & naturis, decretis, ac etiam nouis reformationibus, & etiam legibus tam Pontificijs, quàm Imperialibus, Regijs, & Ducalibus, etiam sacris Canonibus, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis, Superioribus, & personis, ac locis quibuscumque in genere, vel in specie, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cũ quibusuis derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusq; & alijs decretis etiam vim contractus, etiam statuti perpetui continentibus, etiam Motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, ac etiam Consistorialiter, & aliàs in contrarium forsan quomodolibet concessis, approbatis, & innouatis, inter alia disponentibus quòd beneficia Vrbis nonnisi personis, certis modo, & forma qualificatis, & oriundis ex certis locis, ac trium Ordinum, Militarũ & expressè professis conferri, & commendari soleant: quibus omnibus, etiamsi aliàs pro illorũ sufficienti derogatione de illis eorumq; totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, eorum tenores, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata, inserti forent, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè harum serie derogamus contrarijs quibuscumque, aut si quibusuis communiter, vel diuisim ab eadem sit Sede indultum, quòd interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

§. 21. Volumus autem, quòd earumdem præsentium transumptis etiam impressis, ac sigillo, & manu alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, & subscriptis, eadem fides tam in iudicio, quàm extra illud adhibeatur, quæ originalibus litteris adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Transumptorum fides.

Nomina autem singulorum Dapiferorũ, qui Nobis, & eisdem Cardinalibus in Conclaui existentibus inseruierunt, sunt hæc, &c.

§. 22. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, receptionis, creationis, constitutionis, assignationis, aggregationis, liberationis, exemptionis, remissionis, condonationis, legitimationis, abstersionis, dispensationum, decretorum, concessionum, præceptorum, mandatorum, indultorum, derogationis, & voluntatum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurũ.

Sanctio pœnalis.

Dat. Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo sexcentesimo vigesimo tertio, decimo Kalend. Ianuarij, Pontificatus Nostri Anno Primo.

Dat. P. an. P. die 23. Decembris.

X.

Quòd Professi in Religione Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis ad Sacerdotium destinati, in Domibus Nouitiatuum, vel alijs distinctis Domibus, donec presbyteri ordinentur, ex illarum perpetuis redditibus viuere possint.

De tempore emittendæ professionis ab vtriusque sexus Regularibus personis statuit Conc. Trid. sess. 25. cap. 15. Et de hac Religione habes indicata ad Const. 25. Sixti V. Ex omnibus, sup. tom. 2. pag. 519. De electione vero officialium nonnulla demum ordinauit hic idem Sanctiss. Pont. inf. in Const. 85. Romanus.

VRBANVS EPISC. SERV. SERVOR. DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Edita A.D. 1623.

Proœmium.

SAcrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, quam Dei filius Iesus Christus auctor pietatis instituit, regimini præsidentes, pia, & salubria vota fidelium, præsertim sub regularis obseruantiæ disciplina in humilitatis spiritu Altissimo famulantium, ex quibus in eorum locis regularis disciplina, & obseruantia peramplius conseruatur, & augetur, pij Patris affectione prosequimur, & vt optatum sortiantur effectum, cùm à Nobis petitur, pleniùs fauoribus confouemus.

Exibita

Expositum fuit Congr. Cardd. sup. negot. Regul. nõ expedire Nouitios huius Relig ad Sacerdotium destinatos statim post emissã professionem ad Domus professas transferre ex causis vt hic.

§. 1. Exhibita siquidem Nobis nuper pro parte dilecti filij Sanctij Cicatelli moderni Præfecti Generalis Congregationis Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis petitio continebat, quòd cùm in dicta Congregatione longa, & diuturna multorum annorum experientiâ compertum sit, pro conseruanda, & augenda in ea regulari disciplina, & obseruantia, non expedire, vt Nouitij ipsius Congregationis ad Sacerdotium destinati, statim post emissam ab eis solemnem professionem, ad domos professas eiusdem Congregationis mitti, & inibi inter professos antiquos connumerari debeant. Et habito ad Sacram Congregationem Venerabilium Fratrum nostrorũ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium super negotijs, & consultationibus Regularium deputatorum, per Superiores primodictæ Congregationis recursu pro consequẽdo super præmissis salubri aliquo remedio.

Quæ decreuit dd. Clericos vsque dum Sacerdotes ordinentur in alijs separatis Domibus arbitrio Generalis permanere debere.

§. 2. Secundodicta Congregatio, negotio huiusmodi per eam maturè, & prudenter discusso, per suum decretum censuerit primodictæ Congregationi concedendum esse, vt de cætero illius Nouitij ad Sacerdotium destinati tantùm, non autem Fratres Laici, nec illi, qui iam in presbyteros ordinati habitum in ea suscipiunt, possint post professionis emissionem, in domibus Nouitiatuum, habitatione tamen separata, aut alijs domibus distinctis, arbitrio Præfecti Generalis primodictæ Congregationis, & illius Consultorum pro tempore existentium, donec presbyteri ordinentur, permanere.

Ibiq; ex redditib. dd. domorũ ac si Nouitij essent, viuere, non obstante voto paupertatis.

§. 3. Ibique, non obstante voto Paupertatis, ex redditibus, & prouentibus perpetuis Domorum huiusmodi, perinde ac Nouitij, viuere.

Et deinde supplicatum fuit Pont. vt super his committere prouidere dignaretur.

§. 4. Proindeque dictus Sanctius Præfectus Generalis cupiat, primodictæ Congregationi iuxta formã decreti huiusmodi, per Nos, & Sedem Apostolicam, vt infra, perpetuò indulgeri. Quare pro parte eiusdẽ Sanctij Præfecti Generalis Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus eius pijs votis huiusmodi annuere, ac aliàs in præmissis opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur.

qui prędicta omnia à Cardd. Cõgreg. huiusmodi sancita, & decreta approbat, eisque vti indulget.

§. 5. Nos igitur dictum Sanctium Præfectum Generalem à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, Ex voto secundodictæ Congregationis negotiorum huiusmodi, primodictæ Congregationi, quod deinceps in perpetuum illius Nouitij nunc, & pro tempore existentes, ad Sacerdotium destinati dumtaxar, non autem Fratres laici, nec illi, qui iã in presbyteros ordinati, habitum regularem susceperunt, & in futurum susceperint; post emissam ab eis solemnem professionem, in Domibus Nouitiatuum, habitatione tamen separata, aut alijs Domibus distinctis, arbitrio Præfecti Generalis, & illius Consultorum præfatorum nunc, & pro tempore existentiũ, donec, & quousque presbyteri ordinentur, permanere, ibique, non obstante Paupertatis voto, ex redditibus, & prouentibus perpetuis earumdem Domorum, perinde ac Nouitij, viuere, liberè, & licitè valeant, Apostolica auctoritate, tenore præsentium, de speciali gratia, perpetuò concedimus, & indulgemus.

Ac superbia tollere nullo modo molestari posse decernit.

§. 6. Ac primodictam Congregationem, illiusque Præfectum Generalem, & alios Superiores, ac personas nunc, & pro tempore existentes super præmissis à quoquam publicè, vel occultè, directè, vel indirectè quouis quæsito colore, vel ingenio molestari, inquietari, perturbari, aut aliàs quoquomodo impediri nullatenus vnquam posse.

Decretum irritãs apponit.

§. 7. Necnon quicquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane dicta auctoritate decernimus.

Contraria prohibet.

§. 8. Non obstantibus primodictæ Cõgregationis iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis, illi, eiusque Præfecto Generali, ac alijs Superioribus, & personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis in contrarium forsan quomodolibet concessis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, etiamsi de illis, illorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, non autem per clausulas generales idem importãtes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruãda foret, illorum tenores præsentibus pro expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Sanctione neque pœnale adiicit.

§. 9. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis concessionis, indulti, decreti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignatio-

V 2 nem

nem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum.

Dat. V. Kal. die 20 Ianuarij.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo sexcentesimo vigesimo tertio, Vndecimo Kalend. Februarij, Pontificatus Nostri Anno Primo.

XI.

Erectio Religionis Militiæ Christianæ sub titulo Conceptionis B. Mariæ Virg. immaculatæ, & Regulę S. Francisci, cum eius Priuilegiorum, Exemptionum, & Indultorum concessione.

Deputauit hic idem Pont. Iudicem, vt infra in Const. 27. Cum Nos nuper: Confirmauitque Statuta huius Religionis inf. Const. 41. Aliàs supplicationibus.

Edit. A. D. 1623 1624 & 1625.

VRBANVS EPISC. SERV. SERVOR. DEI.
Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium, & causa Constitutionis.

IMperscrutabilis diuinorum Iudiciorum Altitudo statim atque humilitatem nostram ad Pontificiæ dignitatis culmen, nullo licèt meritorum suffragio, euexit, inter multiplices, grauissimasque Apostolatus nostri curas, ad Militares Ordines, qui anteactis temporibus maximo Christianę Reipublicæ bono instituti, in Catholica re firmanda, varia terrâ, marique discrimina subeuntes, gloriosè desudant, peculiari sollicitudinis studio mentis nostræ aciē iure optimo conuertimus. Quemadmodum enim spiritualibus Euangelicæ iustitiæ armis inuisibiles militantis Ecclesiæ hostes felici certamine profligantur, ita aduersus perditas gentes, quæ superno fidei lumine destitutæ, Christianoque nomini infensæ, eidem Ecclesiæ perniciem afferre moliuntur, visibilium armorum vsu Orthodoxa Religio opportunè propugnatur. Quamobrem inæstimabili gaudio perfundimur, cum Principes viri vel ad veteres eosdem Ordines amplificandos, vel ad nouos Apostolica auctoritate instituendos, animos generosè conuertunt. Verùm præcipuè in Domino oblectamur, dum institutionem vnius Militaris Religionis sub inuocatione Conceptionis Deiparæ Virginis Immaculatæ meditantur, quam Christifideles omnes propitiam apud Vnigenitum Filium suum nacti sunt Aduocatam, Vtpotè quæ Mater gratiæ, & pietatis pro humani generis salute sedula oratrix, apud Regem, quem genuit, semper intercedat, sperantes, huiusmodi institutionem eiusdem Virginis Cælorum Reginæ intercessione præfatæ Christianæ Reipublicæ vberrimos fructus allaturam, præter quàm quòd hoc pacto Ecclesia ipsa circumamicta varietate, cælestis eius Sponsi iucundiorem se præbet obtutui: ac terribilis vt Castrorum acies ordinata, dissipat gentes, quæ bella volunt, diuinoque suffulta præsidio, nunquam aduersus se portas Inferi præualituras ostendit. Hinc vero fit, vt eorum, qui saluberrimū huiusmodi opus sedulò promouere student, & porrectas Nobis preces pronis auribus excipiamus, & piè conceptis votis, Pontificiæ benignitatis memores, quantum in Domino possumus, annuamus.

Ferdinandus Mantuæ, & Carolus Niuernensium Duces, ac Adolphus Comes ab Althan ad fidei Christianæ propagationem pro Militiæ Christianæ erectione huic Pont. humiliter supplicant.

§. 1. Exhibita siquidem Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum, nobilium virorum, Ferdinandi Mantuæ, & Caroli Niuernensium Ducum, & Adolphi Comitis ab Althan petitio continebat, quòd nuper ipsi Ferdinandus, & Carolus Duces, & Adolphus Comes, animos ad cælestia erigentes, probèque cognoscentes, nihil Christiano Principi conuenientius esse posse, quàm ad Dei Optimi Maximi bonorum omnium largitoris, cultum promouendum, Fidem Catholicam propagandam, Christianorum omnium defensionem, Orthodoxæ Fidei hostium depressionem, cogitationes, operasque suas conuertere: Spiritu sancto inspirante, vnius Militiæ Christianæ institutionem, in qua omnium nationum, qui Christiano nomine censentur nobiles, & ingenuè nati viri, pro Fide Catholica, & aduersus illius hostes Terra, Marique, exigente occasione, certaturi reciperentur, meditati sunt. Cumque (sicut eorum petitio subiungebat) multi iam ex varijs nationibus Catholici hoc institutum amplecti, talique Militiæ se adscribere summopetè desiderent; sperandumque sit, eam (si Sedis Apostolicæ auctoritate instituatur) Reipublicæ Christianæ non ornamento tantùm, sed etiam adiumento futuram. Quare ijdem Ferdinandus, & Carolus Duces, & Adolphus Comes, desiderantes, pium hoc, & laudabile opus, auspicijs nostris ad effectum perduci, Nobis humiliter supplicari fecerunt, quatenus in præmissis opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur.

Qui propria sub titulo Conceptionis B. M. Virg. Immaculatæ, & Regula S. Francisci, ac protectione S. Michaelis Archangeli, & Basilij instituere, cuius M. Magister, & Militiæ caput, vnus sit, & in loco assignando in capitulo eligatur.

§. 2. Nos igitur, qui diuini cultus augmentum, Fideique Catholicæ propagationem vbique vigere sinceris desideramus affectibus, eosdem Ferdinandum, & Carolum Duces, ac Adolphum Comitem, in tam laudabili Militiæ Christianæ promouendæ proposito confouentes, ipsosque, & eorum singulos à quibusuis excommunicationis, suspēsionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sen-

sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, vnam Militiam Christianam nuncupandam, sub titulo Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis Immaculatæ, quam Ferdinandus, & Carolus Duces, ac Adolphus Comes præfati semper habuerunt, & habent apud misericordem Filium suum Aduocatam, ac sub Regula S. Francisci, nec non sub protectione SS. Michaelis Archangeli, & Basilij, pro vno Magistro, qui Magnus nuncupetur, & ipsius Militiæ Caput, & Superior existat; cuiusque Sedes, & Conuentus in loco apto, & commodo ei assignando, sit: & qui in ipsius Militiæ Capitulo eligi, & infra tres menses à die suæ electionis computandos, illius confirmationem à Sede Apostolica, à qua confirmari, vel infirmari debeat, prout ordo exegerit rationis, impetrare teneatur.

De Mag. Magistri electione vide c. 10. Statutorum quæ sunt infra in const. 24. Cum Nos. Et de Capitulo vide dd. Statutorum cap. 1.

§. 3. Necnon Militum, ac Ministrorum numero eidem Magistro beneuiso.

Militum, & Ministrorum num. sibi committitur.

§. 4. Qui Magister, & Milites Habitum ipsius Militiæ gestare.

Habitum Militiæ omnes gestent.

§. 5. Et quilibet pro sua receptione, seu admissione, seu (vt dicitur) Passaggio, ducenta scuta aurea ad rationem duodecim iuliorum pro quolibet scuto, huiusmodi Conuentui, seu illius Thesauro, vel communi Aerario soluere.

Pro admissione scut. 200. aurea persoluant.

§. 6. Et Nouitiatum, seu Probationem in aliqua dictæ Militiæ regulari domo, eis à Magistro Militiæ huiusmodi, seu ab eo ad id deputando, assignanda, facere.

Nouitiatum in loco Militiæ faciant.

§. 7. Et postea Castitatis coniugalis, ac Paupertatis, iuxta Statuta, seu Stabilimenta dictæ Militiæ, ac Obedientiæ Vota, & professionem Fidei, ac iuramentum fidelitatis Sedi Apostolicæ, & Romano Pontifici pro tempore existenti præstandæ, emittere.

Votaque, & professionem Fidei, ac iuramentum fidelitatis, emittant. Vide c. 6. & 7. Statutorum.

§. 8. Et quotiescumque eis præcipietur, aut occasio, vel necessitas postulauerit, Terra, Marique contra Infideles, ac S. R. E. ac Fidei Catholicæ hostes militare teneantur.

Contra Infideles & Fidei hostes militent. Vide c. 7. & 8. dd. Statutorum.

§. 9. Et ad Habitum, seu Crucem, et professionem dictæ Militiæ, nobiles, & ingenuè nati Viri, etiam qui cum vnica, vel, ea defuncta, cum altera tantùm Muliere Virgine, vel etiam Vidua coniugati sint, vel fuerint, & non aliàs, absque dispensatione Apostolica, admittantur; seu ipsi Milites non coniugati, etiam dicta professione emissa, matrimonium cum vnica, vel ea mortua, cum altera tantùm Virgine, vel Vidua absque simili dispensatione contrahere possint.

Nobiles viri, & ingenuè nati strà coniugati recipiantur.

Vide etiam ampliationem hic mox subsequendã & cap. 4. Statutorum infra in cõst. 152. Cũ Nos.

§. 10. Cum Mensa Magistrali, Officijs, Iuribus, Iurisdictionibus, & Insignibus consuetis, ad instar aliarum huiusmodi Militiarum, vbiuis institutarum, sine tamen alicuius præiudicio, Apostolica auctoritate, tenore præsentium, perpetuò erigimus, & instituimus.

Mensam, officia, iurisdictiones, & insignia consueta hæc Militia habeat ad instar aliarum.

§. 11. Illique sic erectæ, & institutæ, pro eius dote omnes, & quascumque pecuniarum quantitates ex receptione, seu admissione, vel passaggio cuiuslibet Militis, prouenientes; ita vt illæ in alios quàm dictæ dotis vsus, donec aliter à Sede Apostolica mãdatum fuerit, conuerti nequeant. necnon alia bona, non tamen Ecclesiastica, sed merè laicalia, ei à quibusuis, quandocumque, & quomodocumque pro tempore assignanda, eroganda, & largienda; salua semper Constitutione fel. rec. Clementis Papæ VIII. prædecessoris nostri, quæ incipit: *Romanum decet Pontificem*, sub Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, pridie Nonas Iulij, Pontificatus sui Anno Decimo; ex nunc, prout ex tunc, & è contra, postquã assignata, erogata, & elargita fuerint, etiam perpetuò applicamus, & appropriamus.

Militiæ sic instit. certa dos tribuit.

Clemen. Const. est tom. 3. pag. 124. n. 98.

§. 12. Ipsamque Militiam, ac illius Conuentum, Prioratus, Præposituras, Ecclesias, & loca, necnon Magistrum, Priores, Præpositos, Milites, tàm Ecclesiasticos, quàm Laicos, eorumque Ministros, Personas, Vassallos, Seruitores, & Colonos, ac res, prædia, grangias, & bona quæcumque ratione dictæ Militiæ ad eos spectantia, à quorumuis Primatum, Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum, Ordinariorum, & aliorum Prælatorũ iurisdictione, & subiectione eximimus, & liberamus, illosque, & illa Nobis, & Sedi Apostolicæ immediatè subijcimus, ac sub nostra, & dictæ Sedis tutela, & protectione suscipimus.

Illãq. eiusq. personas, & bona Sedi Apost. subijcit. Hoc declaratur hic infra.

§. 13. Præterea dictæ Militiæ Magistro, & Militibus, vt (etiamsi matrimonium cum vnica, vel, ea defuncta, cum alia Virgine, vel Vidua, contraxerint, vel contrahant) vnam, seu plures pensiones annuas, quæ tamen in totum trecenta scuta monetæ Romanæ ad rationem decem iuliorum pro quolibet scuto huiusmodi in singulas personas non excedant, super Cathedralium, etiam Metropolitanarum, & aliarum etiam Abbatialium, Conuentualium, & Capitularium mensarum, necnon Monasteriorum, etiam Consistorialium, Prioratuum, Canonicatuum, & Præbendarum, Dignitatum, Personatuum, Administrationum, & Officiorum, aliorumque Beneficiorum Ecclesiasticorum, cum cura, & sine cura, sæcularium, & quo-

Milites etiam bigamus super beneficijs Ecclesiast. cũ pensiones vsque ad scuta 300. habere posse decernit.

& quorumuis Ordinum, & Militiarum regularium, qualitercumque qualificatorum fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, obuentionibus, & emolumentis vniuersis, ac etiam distributionibus quotidianis, aliàs sibi canonicè reseruandas, recipere, percipere, exigere, ac in suos vsus, & vtilitatè conuertere, ipsasq; pensiones vnà cum Præceptorijs, Prioratibus, aut alijs Beneficijs quibuscumque dictæ Militiæ, quoad vixerint, retinere liberè, & licitè possint.

M. Magistro, & Capitulo ad bonam Militiæ directionem Statuta, per Sedem Apostolicam postea approbanda edere posse conceditur.

§ 14. Eisdemq; Magistro, & Capitulo generali dictæ Militiæ, vt quascumque Constitutiones, Statuta, Ordinationes, Capitula, & Stabilimenta ad prosperam dictæ Militiæ directionem facientia, licita tamen, & honesta, ac Sacris Canonibus, Concilijq; Tridentini Decretis minimè contraria, à dicta Sede tamen approbanda, condere, illaq; pro rerum, & temporum qualitate, & varietate alterare, reuocare, mutare, moderare, corrigere, & alia de nouo condere, possint; quæ postquam condita, alterata, reuocata, mutata, moderata, correcta, & de nouo edita, & a dicta Sede approbata fuerint, & non aliàs, valida, & efficacia existant, suosq; plenarios, & integros effectus sortiantur, & per Milites Fratres Religiosos, & alias eiusdem Militiæ personas, inuiolabiliter obseruari debeant, ita, & taliter, quòd Milites, & alij Religiosi dictæ Militiæ ab illis nullo modo resilire possint, sed ad illorum obseruationem teneantur, & obligati existant, & ad id censuris Ecclesiasticis, & alijs pœnis cogi, & compelli possint.

Statuta postea edita & ab isto Pontifice approbata habes infra in Const. ... Non.

Carolo supradicto Niuernensi Duci vique ad primũ futurũ Capitulũ die Pentecostes anni 1625. celebrandum ... dicetur ... admittedaz tribuit.

§ 15. Et quoniam iustis ex causis electio Magni Magistri Militiæ per præsentes erectæ vsque ad Capitulum generale in Vrbe in Festiuitate Sãctissimę Pentecostes Anni Millesimi sexcentesimi vigesimi quinti celebrãdum, differenda est, ne interim præfatæ Militiæ progressus retardetur, & vt ad Illius Habitum admitti volentium deuotioni satisfieri possit; eidem Carolo Duci, vt duodecim eiusdem Militiæ Milites, in Orientalis, Meridionalis, Occidentalis, & Septentrionalis districtuum Directores, vnum videlicet Ecclesiasticum, & duos alios eiusdem Militiæ Milites pro quolibet districtu huiusmodi deputare, ipsisq; Directoribus sic deputatis, vt pro felici directione dictæ Militiæ aliqua Statuta, & Ordinationes, quæ ad locorum, rerum, & temporis qualitatem, secundum eorum conscientiam, accomodata iudicauerint, ab ipsis Militiæ Militibus in dictis respectiuè districtibus obseruanda, vsque ad dictum Capitulum generale, & tempus, vt præfertur, ad illud celebrandum præfixum, & non vltra, licita tamen, & honesta, ac sacris Canonibus, & Concilij Tridentini De-

Huius Capituli tempus ... ... fuit prorogatum ... sub hac ... habetur, & ... dicto Capitulo ... Ca... inter ... supradicta.

cretis minimè repugnantia, condere, & præscribere: & per se, vel alios ab eis respectiuè deputandos, quibusuis personis idoneis, & qualificatis præfatæ Militiæ se adscribi petentibus, Habitum illius tradere, & eas ad Militiam huiusmodi admittere, aliaq; ad id dicto medio tempore necessaria facere, & exequi respectiuè possint, amplam, liberam facultatem, & potestatem, auctoritate, & tenore præfatis concedimus, & impartimur.

Seruetur huius Bullæ adiungit.

§. 16. Præsentes verò litteras etiam ex eo quòd causa, seu causæ, propter quam, seu quas illæ a Nobis emanarũt, iustificatæ, & verificatę, & interesse forsan habentes, seu habere prætendentes, vocati non fuerint, seu quibusuis alijs ex causis de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, aut quopiam alio defectu notari, aut impugnari, seu ad viã, & terminos iuris reduci nõ posse: sed sẽper validas, & efficaces esse, & fore, suosq; plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere.

Decretum irritans addit.

§. 17. Sicq; per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos, & Vicelegatos, necnon dictæ Sedis Apostolicæ Nuncios, in quacumque instantia, vbicumque, & quomodocumque iudicari, decidi, diffiniri, ac etiam terminari posse, atque debere, auctoritate Apostolica, & earumdem tenore præsentium decernimus.

M. Magistro, & Militiæ personis Indulgentias elargitur.

§. 18. Postremò eisdem Magistro, Militibus, & alijs dictæ Militiæ personis pro tempore existentibus verè pœnitentibus, & confessis, ac sacra Communione (si id commodè fieri poterit) refectis, tàm die illorum professionis, si verè pœnitentes, & confessi, ac sacra Communione præfata refecti, quàm quocumque die, quo alicui expeditioni, vel runctioni, aut prælio contra Fidei Catholicæ hostes interfuerint, si saltem contriti fuerint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem elargimur.

Contrarijs omnibus derogat.

§. 19. Non obstantibus nostra de gratijs ad instar non concedendis, & alijs quibusuis Apostolicis, necnon Prouincialibus, & Synodalibus, Vniuersalibusq; Concilijs editis, & edendis, specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & ordinationibus, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, etiam derogatoriarum derogatorijs, irritantibusque, & alijs etiam vim contractus inducentibus Decretis, in contrarium forsan quomodolibet

con-

conceſſis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus latiſsimè, hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcumque.

Priuilegium de quo ſupra 12. §. 19. declarat.

§. 20. Volumus autem, quòd exemptio præfata non comprehendat Eccleſias, neque perſonas, in eis, quæ ad animarum curam pertinent, in quibus Decreta Concilij Tridentini omnino ſeruari debeant.

Sanctionẽ pœnalem contrauenientibus imponit.

§. 21. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, erectionis, inſtitutionis, applicationis, appropriationis, ſubiectionis, ſuſceptionis, conceſsionis, impartitionis, decreti, elargitionis, derogationis, & voluntatis, infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum.

Dat. P. A. 1. die 12 Februarij.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo tertio, pridie Idus Februarij, Pontificatus Noſtri Anno I.

Subſequitur ampliatio auctoritatis Magni Magiſtri, & gratiarum Militum eiuſdem Militiæ.

Edita A. D. 1624.

VRBANVS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Narrat erexiſſe Militia Chriſtianam, vt hic ſupra

Cvm Nos nuper Militiam Chriſtianam Conceptionis Deiparæ Virginis Apoſtolica auctoritate erexerimus, & inſtituerimus, ac ſub noſtra, & Sedis Apoſtolicæ protectione ſuſceperimus, illique, & eius Militibus, ac Magno Magiſtro varia priuilegia, indulta, immunitates, prærogatiuas, gratias, & fauores, prout in litteris erectionis prædictæ Militiæ ſub Dat. Romæ apud S. Petrum Pridie Id. Februarij Pontificatus noſtri Anno I. expeditis plenius continetur, Apoſtolica auctoritate conceſſerimus;

Et pro eius ampliatione auctoritatem M. Magiſtro concedit, vt certos Prælatos Rom. Curiæ in eamdẽ Militiã recipere valeat.

§. 1. Ad ampliandum eo magis dictæ Militiæ feliciſſimum incrementum, ita vt Militantis Eccleſiæ infenſiſsimi hoſtes tàm potentum, & illuſtrium Virorum fortitudine, quàm etiam Eccleſiaſticorum Principum maieſtate, & auctoritate perterriti, ab aſsiduis, quas erga Chriſtianam Rempublicam moliuntur, inſidijs deſiſtant, & Catholicæ Fidei propagatio in dies magis augeatur. Motu proprio non ad alicuius ſuper hoc Nobis oblatę petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia, meraque deliberatione noſtris, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, eiuſdẽ Militiæ Magno Magiſtro pro tempore exiſtenti, ſeu ab eo delegandis, vel deputandis, ac eiuſdem Militiæ Inſtitutoribus plenam, & omnimodam facultatem concedimus per præſentes, vt quoſcumque Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, necnõ Cameræ noſtræ Apoſtolicæ Clericos, Protonotarios de numero Participantium, necnõ vtriuſque Signaturæ noſtræ Referendarios, qui ſaltem per biennium actu officia ſua exercuerint, Sedis Apoſtolicæ ſeruitijs realiter inſiſtendo ſecundum dictæ Militiæ ſtatuta, & conſtitutiones à Nobis approbatas abſque alijs ab eis faciendis probationibus in eamdẽ Militiam recipere, admittere, ac illis Habitum, & Crucem per eiuſdem Militiæ Milites geſtari ſolitum, conferre liberè, & licitè poſsint.

Qui ſic recepti omnibus Militiæ indultis gaudeant in ſuiſq. gradibus remaneant ad maiores aſcendere, ac alia beneficia Eccleſiaſtica, & quaſcumque penſiones habere poſſint.

§. 2 Qui omnibus, & ſingulis priuilegijs, indultis, præeminentijs, prærogatiuis, gratijs, fauoribus, immunitatibus, & exemptionibus, quibus alij dictæ Militiæ Milites vtuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, vti, frui, potiri, & gaudere, ac Habitum, & Crucem huiuſmodi geſtare, necnon vocem actiuam, & paſsiuam in Capitulis, conſilijs, etiam ſupremo, ſecundum dictæ Militiæ conſtitutiones faciendis, ſi ad hoc deputati fuerint, ac alijs dictæ Militiæ actibus habere, & in tali habitu, ac ſuis dignitatibus, quas obtinent, remanere, necnon ad quoſcumque alios maiores, & nobiliores gradus aſcendere ſimiliter poſsint, necnon quæcumque, quotcumque, & qualiacumque Beneficia Eccleſiaſtica, Prioratus, Præceptorias, Commendas, Præpoſituras, Abbatias, Perſonatus, Adminiſtrationes, ac Officia, Dignitates, Canonicatus, ac Præbendas in Cathedralibus, ſeu Metropolitanis, vel Collegiatis Eccleſijs, ſi ſibi aliàs canonicè conferãtur, aut ipſi eligantur, præſententur, vel aliàs aſſumantur ad illa, & inſtituantur, in eiſdem, recipere, ac dummodo plura ſimul non ſint, quàm quæ à Concilio Tridentino permittuntur, quoad vixerint, retinere, & quaſcumque penſiones annuas, vſque ad quamcumque ſummam ſuper Cathedralium, etiam Metropolitanarum, & Abbatialium, Conuentualium, & Capitularium menſarum, necnon Monaſteriorum, etiam Conciſtorialium, Prioratuum, Canonicatuum, ac Præbendarum, Dignitatũ, Perſonatuum, Adminiſtrationum, & Officiorum, aliorumque Beneficiorum Eccleſiaſticorum cum cura, & ſine cura ſæcularium, & quorumuis Ordinum, & Militiarum regularium qualitercumque qualificatorum fructibus, reditibus, prouentibus, iuribus, obuentionibus, & emolumentis vniuerſis, ac etiam diſtributionibus quotidianis, aliàs ſibi canonicè reſeruandas, percipere, exigere, & in ſuos

suos vsus, ac vtilitatem conuertere, ipsasque pensiones vnà cum Praeceptorijs, & Beneficijs quibuscumque, quoad vixerint, retinere libere, & licitè possint, & valeant, Apostolica auctoritate tenore praesentium indulgemus, sicque ab omnibus, & singulis censeri decernimus.

Obstantia quęcumque remouet.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon dictae Militiae etiam iuramento, confirmatione Apostolica, aut quauis alia firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, caeterisque contrarijs quibuscumque.

Dat. P. A. 2. die 14. Nouembris 1624.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die 14. Nouembris MDCXXIV. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Subsequitur prorogatio Capituli generalis de quo supra.

VRBANVS EPISC. SERV. SERVOR. DEI.
Ad futuram rei memoriam.

Edita A. D. 1625.

Causa huius cōst.

ORthodoxae Fidei, Religionisque zelus, Nobilitas generis, ac eximiae deuotionis affectus, quo dilectus filius Nobilis vir Carolus Dux Niuernen. Nos, & Romanam reueretur Ecclesiam, promerentur, vt petitiones suas ad exauditionis gratiam admittentes, ea fauorabiliter concedamus, per quae Reipublicae Christianę progressui, semotis impedimentis consulitur.

Narratio praecedentis institutionis huius Militię.

§. 1. Nuper siquidem supplicationibus dicti Caroli Ducis Nobis porrectis annuentes, Militiam Christianam sub denominatione Conceptionis Deiparae Virginis Immaculatae Apostolica auctoritate ereximus, & instituimus, ac illius Magni Magistri electionem vsque ad Capitulum generale in Festiuitate Penthecostes praesentis Anni Millesimi sexcentesimi vigesimiquinti in Alma Vrbe nostra celebrandum differendam, & ne interim praedictae Militiae progressus retardaretur, eiusdem Militiae Consilium supremum nuncupandum, in dicta Vrbe vsque ad beneplacitum nostrum cum certo personarum numero statuendum duximus.

Causa huius prorogationis Capituli ad annū annū.

§. 2. Cum autem, sicut exhibita Nobis nuper pro parte dicti Caroli Ducis petitio continebat, propter praesentium temporum calamitates, & vndique imminentia bellorum pericula, necnon hostis insidias dictae Militiae felicissimam propagationem non parum impedientes, Capitulum praedictum in festiuitate Penthecostes huiusmodi haberi minimè possit, sicque Magni Magistri electionem huiusmodi retardatam esse comperiatur. Etiam pro parte eiusdem Caroli Ducis Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus in praemissis opportunè prouidere, eumque amplioris gratiae fauore prosequi de benignitate Apostolica dignaremur.

Prorogatio d. Capituli generalis.

§. 3. Nos igitur, qui honestis fidelium quorumlibet, praesertim nobilitatis genere pollentium, Votis libenter annuimus, eaque fauoribus prosequimur opportunis, dictum Carolum Ducem à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & poenis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutum fore censentes, posterioribus supplicationibus huiusmodi inclinati, tempus ad Capitulum generale praedictum, ac electionem Magni Magistri eiusdem Militiae faciendam, vt praefertur praefixum, quod adhuc durat, ad vnum Annum tantum à die ipsius festiuitatis computandum, Apostolica auctoritate tenore praesentium prorogamus, extendimus, & ampliamus.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, dictaeque Militiae, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus contrarijs quibuscumque.

Sanctio Poenalis.

§. 5. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae absolutionis, prorogationis, extensionis, ampliationisque infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum.

Dat. P. A. 2. die 10 Maii.

Datum Romae apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicae Millesimo sexcentesimo vigesimoquinto, sexto Idus Maij, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

XII.

Diffinitiones, & declarationes super reassumptione Calopodiorum, depositione Soleatum, & dilatione Caputij rotundi, largiorisque Mozzettae, ac protensi Mantelli, à Fratribus Minoribus Ordinis S. Francisci strictioris Obseruantiae deferendi.

Quoad huiusmodi Habitū habes etiam sup. const. 11. Paul. 3. t. 1. pag. 632. & Greg. 14. const. 11. tom. 2. pag. 699. Et quoad d. Fratres strictioris Obseruantiae multa notaui supra in const. 35. Clem. 7. tom. 1. pag. 603. et pariter notaui

notaui ad Const. 8. Greg. XV. Onerosa, hic sup. pag. 79. Quo verò ad Capuccinos notaui ad Const. 21. Clem. 7. sup. tom. 1. pag. 589.

Edita A.D. 1624.

VRBANVS PAPA OCTAVVS.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

IN supremo Apostolatus solio, meritis licèt imparibus, diuina dispositione constituti, circa statum religiosorum Ordinum quorumcumque in Ecclesia Dei militantium prosperè dirigendum, mentis nostræ aciem assiduè intendimus, eaque statuimus, & ordinamus, per quæ prospero, felicique eorum statui, atque directioni consulitur, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

Præuia examinatione, & discussione Cardinales Congregationis super Regularium causis.

§. 1. Cum itaque, causa inter dilectos filios Fratres eiusdem Ordinis Minorum Sācti Francisci Capuccinos nuncupatos ex vna, ac Fratres eiusdem Ordinis Strictioris Obseruātiæ ex altera, partibus, de, & super reassumptione Calopodiorum, & distinctione Habitus ad præscriptum Bullarum per diuersos Romanos Pont. prædecessores nostros emanatarum, diu agitata, ac de mandato nostro in Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotijs Regularium præpositorum iterum proposita, per eosdem Cardinales auditis partibus visisque scripturis maturè, & diligentissimè perpensa, & examinata fuerit.

Hic Pōt. decernit Fratres Strictioris obseruantiæ Franciscanos calopodia reassumere debere. Hoc declaratur hic infra.

§. 2. Nos eorumdem Religiosorum paci, & quieti, felicique ac prosperæ directioni, quantum in Nobis est, prouidere volentes, De eorumdem Cardinalium consilio, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, eisdem Fratribus Strictioris Obseruantiæ quatenus Calepodia reassumere, Soleasque vbique per totam Italiam deponere, nec eas in posterum recipere debeant, sub excommunicationis latæ sententiæ, ac priuationis vocis actiuæ, & passiuæ, necnon quo ad Superiores, etiam suspensionis ab officijs ipso facto incurrendis pœnis tenore præsentium iniungimus, ac insuper locorum Ordinarijs, vt in casu transgressionis, regulares Strictioris Obseruantiæ prædictos ad id cogant, & compellant.

Recollectosq; Galliæ rotundum caputium, & latiorē mozzettam deferre.

§. 3. Quo verò ad eiusdem Ordinis Fratres recollectos nuncupatos Galliæ, qui non deferunt soleas, sed calopodia; cùm constet, eos capuccium aliquantisper acuminatum deferre, Venerabili fratri Bernardino Archiepiscopo Damaten. moderno, & pro tempore existenti nostro, & Apostolicæ Sedis in Regno Franciæ Nuncio, per præsentes similiter mandamus, vt opportunè curet, quòd omnino rotundum capuccium, mozzettamque largiorem assumant.

Supradictos Fratres vilioribus pannis, & despecti coloris vti posse indulget.

§. 4. Præterea ad pleniorem, certioremq; prouisionem, inhærendo præsertim literis fel. rec. Clementis VII. & Gregorij XIII. Rom. Pontif. etiam prædecessorum nostrorum, per easdem præsentes pariter mandamus, prædictos Fratres Strictioris Obseruantiæ non molestari, quin vilioribus, & repetiatis pannis, & despecto colore vtantur, sed volumus sub eisdē pœnis, quod eorum forma habitus quo ad Caputium rotundum, Mozzettam latam, & Mantellum perpetuò protensum, sit, & esse debeat Obseruātiæ Fratribus omnino conformis, illumque intra duos menses aptare, ac gestare debeant.

Et ita & non aliter iubet posse iudicari.

§. 5. Atque ita per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quocumque quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus, & declaramus.

Cōtrarijs derogat.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, dicti Ordinis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis eisdem Fratribus Strictioris Obseruantiæ, illorumque Superioribus, & quibusuis alijs sub quibuscumque tenore, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & alijs decretis in genere, vel in specie, ac aliàs in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum omnium tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habētes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Transumptis credi mandat.

§. 7. Volumus autem, quòd præsentium transumptis etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. 10. Ianuarij.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die decima Ianuarij, MDCXXIV. Pontificatus Nostri Anno I.

Sequitur declaratio supradictæ Constitutionis.

VRBA-

Edita A. D. 1624

VRBANVS PAPA OCTAVVS.

Ad perpetuam rei memoriam.

Refertur tenor Const. praecedentis

§. 1. NVper cum causa inter dilectos Filios Fratres Ordinis Minorum S. Francisci Capuccinos nuncupatos, ex vna, ac Fratres eiusdem Ordinis Strictioris Obseruantiae ex altera partibus, de, & super reassumptione Calopodiorum, & distinctione Habitus ad praescriptum Bullarum per diuersos Romanos Pontifices praedecessores nostros emanatarum agitata, ac de mandato nostro in Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotijs Regularium praepositorum proposita, & examinata fuisset, eisdem Fratribus Strictioris Obseruantiae, quatenus Calopodia reassumere, Soleasq; vbique per totam Italiam deponere, nec eas in posterum reassumere deberent, sub excommunicationis latae sententiae, ac priuationis vocis actiuae, & passiuae, necnon quoad Superiores, etiam suspensionis ab officijs ipso facto incurrendis poenis iniuximus, & alias prout in nostris desuper in simili forma Breuis sub die 10. Ianuarij proximè praeteriti expeditis litteris, quarum tenores praesentibus pro expresso haberi volumus, plenius continetur.

Sequitur ipsius declaratio.

§. 2 Nunc autem, cùm experientia docuerit, nonnullos ex dictis Fratribus Strictioris Obseruantiae Calopodijs vti egrè posse. Nos, Fratres Strictioris Obseruantię huiusmodi specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsq; Ecclesiasticis sententijs, censuris, & poenis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati. Superioribus eorũdem Fratrum Strictioris Obseruantiae, Fratribus senio confectis, aut qui ita infirmi fuerint, vt Calopodia deferre non valeant, vt in domibus regularibus huiusmodi, necnon itinerantibus dumtaxat, qui iter saltem vnius diei, cum Calopodijs habere non possunt, non autem quaestuantibus soleas cum calcaneo vsque ad talos circiter; superiori autem pedis parte vnicà tantùm fasciâ vsque ad digitos in circa coopertas deferre absque poenarum, & censurarum incursu, liberè, & licitè possint, & valeant, super quibus eorumdem Superiorum conscientiam oneramus concedendi, & indulgendi, licentiam Apostolica auctoritate tenore praesentium concedimus, & impartimur. Decernentes, eosdem Fratres Strictioris Obseruantiae praemissorum occasione nullo modo molestari, perturbari aut inquietari posse, seu debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariorum derogatio

§. 3. Non obstantibus litteris nostris praedictis, ac omnibus illis, quae in eis voluimus non obstare, caeterisque contrarijs quibuscumque.

Transumptorum fides

§. 4. Volumus autem, quòd praesentium transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis, eadem prorsus fides vbique adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae.

Dat. R. A. I. die 31 Martij

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die 31. Martij M. DC. XXIV. Pontificatus Nostri Anno Primo.

XIII.

Confirmatio, & Innouatio Constitutionum Gregor. xiij. Clement. viij. & Pauli V. super bono regimine Fratrum Reformatorum Strictionis Obseruantiae Ordinis s. Francisci editarum. Et additio aliarum ordinationum pro feliciori eiusdem regiminis progressu.

Constitutiones horum Pontificum habes sup. videlicet Greg. xiij. Const. 55. Cum illius, tom. 2. pag. 429. Clement. viij. Const. 45. Prouincti, tom. 3. pag. 60. & Pauli V. Const. 31 Postulat, d. tom. 3. pag. 218. Et pro eisdem Fratribus per totam Italiam nonnullas edidit ordinationes Greg. xv. vt sup. Const. 8. Onerosa, pag.

De horum Reformatorum primaeua Congregationis approbatione, totoque eius statu multa habes indicata in Clement. vij Const. 35. In supremo, sup. tom. 1. pag. 603. Cuius Custodiam Bauariae in Prouinciam erexit, ac eidem communicauit gratias omnes alijs Hispaniarum Prouincijs concessas hiemet Sanctis. Pont inf Const. 36. Sacrosanctum.

Edita A. D. 1624

VRBANVS PP. VIII.

AD perpetuam rei memoriam.

Exordium

ROmanus Pontifex, in quo, dispositione incommutabili, diuina prouidentia vniuersalis Ecclesiae constituit principatum, auctoritatem à Christo per Beatum Petrum Apostolorum culmen, sibi traditam intelligens, vt noxia euellat, & destruat, vtiliaq; plantet, & aedificet,

ædificet, & interdum, quæ rationalibus ex causis à Sede Apostolica sancita sunt, ipsa subinde rerum experientia suadente, & maioribus ex causis alterat, & immutat; In hisq; pastoralis officij sui partes sollicitè, & prudenter interponit, prout, rerum, temporumq; qualitatibus debitè pensatis, conspicit in Domino salubriter expedire.

Greg. XV. edidit const. circa Reformatos Strictioris obseruantiæ, Fra. cisci, quæ à nobis prætermissæ sunt quia in § seq. reuocantur.

§. 1. Aliàs siquidem fel. rec. Gregorius Papa XV. prædecessor noster dilectos filios Antonium Strozium, & postea, eo à munere infrascripti officij absoluto, Aloysium a Cruce Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Strictioris Obseruantiæ Reformatorum nuncupatorum professores, præuia electione de eius persona ad idem officium a Fratribus facta, in Vicarios generales omnium Fratrum Reformatorum, citrà montes commorantium, & existentium sub certis modo, & forma tunc expressis fecit constituit, deputauit, ac respectiuè confirmauit, aliaq; tunc expressa, tam super ipsius Vicarij generalis auctoritate, & iurisdictione, necnon Capituli generalis eorundem Fratrum Reformatorum celebratione, quàm aliàs Fratrum ipsorum gubernio, regimine, atq; directione statuit, decreuit, & ordinauit, prout in diuersis ipsius Gregorij prædecessoris desuper in simili forma Breuis, & præsertim sub die xxiiij. Nouembris 1621. ac die 7. Decembris 1622. expeditis litteris, quarum tenor præsentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur.

Hic Pont. eas pro eorū magis prospero regimine reuocat.

§. 2. Nunc verò Nos dictorum Fratrum paci, & quieti, necnon salubri, prosperoq; eorumdem regimini, atq; directioni, quantum cū Domino possumus, peramplius consulere volentes, De consilio dilectorum filiorum nostrorum Dominici Basilicæ ss. Duodecim Apostolorum Gimnasij, Fabritij S. Augustini Verallj, Gabrielis S. Bartholomæi in Insula de Trejo, Scipionis S. Susannæ, ac Petri S. Saluatoris in Lauro titulorum S.R.E. Presbyterorum Cardinalium Valerij nuncupatorum, quibus negotium vnionis eorumdem Fratrum Reformatorum Fratribus eiusdem Ordinis de Obseruantia, seu de familia nuncupatis examinandum commisimus; Deputationes electiones, & confirmationes, de Antonij, & successiuè de Aloysij prædictorum personis in eorumdem Fratrum Reformatorum Vicarios per eumdem Gregorium prædecessorem, vt præfertur, respectiuè factas, singulasq; ipsius Gregorij prædecessoris litteras, ac omnia, & singula in illis quomodolibet contenta, & expressa, dicta auctoritate, tenore præsentium perpetuò reuocamus, cassamus, & annullamus, viribusq; & effectu omnino euacuamus.

Sub obedientia gen. Ministri de obseruantia degere statuit, vero 1 ... Greg. 13. Clem. 8 & Pauli V. Hos indicauit hic sup. in rube.

§. 3. De cætero autem perpetuis futuris temporibus eosdem Fratres Reformatos nuncupatos sub obedientia Ministri generalis Minorum de Obseruantia, seu de familia similiter noncupat. degere, prout degebant, & viuebant ante primodictas litteras Gregorij prædecessoris, ac aliàs in omnibus, & per omnia secundum dispositionem litterarum, seu constitutionum recol. mem. Gregorij XIII. Clementis VIII. & Pauli V. etiam Rom. Pont. prædecessorum nostrorum.

Eidem Ministro hospitium s. Isidori ... in Vrbe pro discalceatis Hispaniæ, & Indiarum ... subijcit.

§. 4. Hospitium vero S. Isidori de Vrbe, pro Prouincijs Reformatorum Discalceatorū Hispaniæ, & Indiarum, dicto Ministro generali subijci, qui pro sua prudentia Religiosis ex illis Prouincijs ad Romanam Curiam venientibus prouidere valeat, reseruatis omnibus iuribus Ecclesiæ fundatori, seu constructori, quomodolibet competentibus, quatenus adsint, & competant.

Const. Clem. viij. quæ est sup. ... pag. ... obseruari mandat

§. 5. Constitutiones prætereà dicti Clementis prædecessoris, sub Dat. Tusculi 12. Octobris 1596. Pontificatus anno 5. quæ incipit *Pro iniuncti Nobis*, omnino obseruari.

Reformati quam vocem habeant in Capitulis declarat

§. 6. In Capitulis autem tàm prouincialibus, quàm generalibus Fratrum de Obseruantia, seu de familia prædictorum, eosdem Fratres Reformatos, passiuam; qui verò deputati, seu electi fuerint in Capitulis prouincialibus, iuxta Constitutiones Clementis, & Pauli prædecessorum prædictorum, etiam actiuam vocem habere.

Ministri generalis auctoritatem in eosdem

§. 7. Ministrumque generalem prædictum quemuis ex Religiosis Reformatis huiusmodi in alicuius Prouinciæ Commissarium interdū ad sui libitum deputare posse; eumdemque Ministrum generalem, eos ex Reformatis, qui ad illos de Obseruantia, seu de familia de vtriusque Superioris, & aliorum licentia iuxta litteras dicti Pauli prædecessoris desuper editas transire voluerint, recipere, & admittere debere; illi autem sic transeunti, si durante deliberationis anno, ad Reformatos redire voluerit, regressum non denegandum: finito autem deliberationis anno, huiusmodi, regressum illi concedendum nullatenus, nisi eo modo, quo transitus ad Reformationē Fratribus de Obseruantia, seu de familia conceditur: à Fratribus verò de Obseruantia, seu de familia ad Reformatos transire volentibus; Clementis, & Pauli prædecessorum prædictorum constitutiones, ipsiusq; Pauli decreta super hoc emanata inuiolabiliter obseruanda.

Cust. ... Reformatorum ... congregari posse, & ...

§. 8. Ad hæc in Capitulis generalibus eiusdem Ordinis in Italia celebrandis, omnes Custodes congregari ad statuta felici eorum gubernio opportuna condenda. Et quando

Capitula

Capitula generalia, siue Congregationes huiusmodi non celebrabuntur, Custodes singulis triennijs in Alma Vrbe nostra cum assistentia Protectoris pro tempore existentis pariter congregari.

Visitatoresq; duo vt eligi valeant.

§. 9. Vnum verò pro Regnorum Neapolis & Siciliæ, & alterum ex ipsis Reformatis Visitatores pro reliquis Italiæ Reformationibus ab eisdem Custodibus de trienoio in trienniũ, de nostro tamen, vel Rom. Pont. ac eiusdem Ordinis apud Nos, & Apostolicam Sedem Protectoris pro tempore existentium respectiuè consensu eligi.

Et quomodo Minister generalis contra Reformatos procedere possit.

§. 10. At cootra quos seu eorum quemlibet, si deliquerit, Generalem Ministrum, cum interuentu Procuratoris eorumdem Reformatorum, ac maiori parte Custodum sui districtus procedere posse, ac debere.

Vel à conuentibus remouere.

§. 11. Porrò Fratres Reformatos ab eorũ Conuentibus, nisi ex causa in Diffinitorio illius Reformationis, vel ab eodem Protectore probata remoueri minimè posse.

Const. Clem. 8 de Nouitijs recipiendis innouat. Hæc est const. 45. sup. tom. 3. pag. 60

§. 12. Constitutionem autem de non admittendis ad habitum ab Obseruantibus, seu de familia Nouitijs, sed à Reformatis, tum inxta decreta eiusdem Clementis prædecessoris innouari, ac inuiolabiliter obseruari volumus, decernimus, innouamus, constituimus, & declaramus.

Decretũ irritans, & clausula sublato

§. 13. Decernentes etiam, præsentes litteras, & in eis contenta quæcumque, semper, & perpetuò valida, firma, ac efficacia esse, & fore, ac ab omnibus, quos illa concernunt, etiam inuiolabiliter obseruari; sicq; per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores iudicari, & diffiniri debere, & irritum, & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum

§. 14. Non obstantibus ipsius Gregorij prædecessoris litteris, necnon omnibus illis, quæ in eis voluit non obstare, cęterisq; contrarijs quibuscumque.

Transumptorum fides

§. 15. Volumus autem, quòd præsentium transumptis etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud adhibeatur, que ipsis originalibus litteris adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. A. die 7. Martij

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die vij. Martij M.DCXXIII. Pontificatus Nostri Anno Primo.

XIV.

Indictio Visitationis omnium Ecclesiarum, Monasteriorum, & locorum piorum Almæ Vrbis; nec non orationis Quadraginta horarum cum indulgentiarum elargitione pro recta dictæ Visitationis directio oc. Et multarum facultatum concessiones pro eiusdem Visitationis felicioti progressu, & expeditione.

Similem constitutionem edidit Clem. VIII. vt in eius Bulla, Speculatores, 8. sup. tom. 3. pag. 7.

VRBANVS EPISCOPVS seruus seruorum Dei.

Edita A. D. 1624

Dilectis filijs vniuerso Clero, & Populo Romano salutem, & Apostolicam benedictionem.

Proœmium, & causa huius constit.

Militantem Ecclesiam, quæ vel cælestis eius Spõsi commendata præconio progreditur, quasi Aurora consurgens in Euangelicæ perfectionis via subsistere oon decet, sed nouis semper supernæ gratiæ fulgoribus illustratam, ad vberiorem, veluti virtutum lucem, ac sanctitatis decorem æquum est properare. Hac io re Nobis cogitationem defigentibus anticipauerunt vigilias oculi nostri, ac vt Ecclesiastica res maiora in dies vbique suscipiat incrementa, tantò magis ad Nos pertinere intelligimus, quantò in hoc rerum vertice constituti, apertius agnoscimus, imperscrutabili omnipotentis Dei prouidentia Nos fuisse acceptos pascere Iacob seruum suum, & Israel hæreditatem suam. Quoniam verò nulla ratione fieri potest, vt in Agro Domini Christianæ virtutes feliciter ferantur, nisi spinæ, quæ suffocant sementem Patrisfamilias, inde prius euellantur: Nos vt id faciliùs assequamur, eumdem agrum, & vineam, quam plantauit dextera eius, diligenter repurgare, nihilque eorum prætermittere decreuimus, quæ corruptis moribus corrigendis, sanctisque operibus, quæ, vel temporis iniuria, vel humanæ naturæ imbecillitate io desuetudinẽ abierunt, restituendis, opportuna esse arbitramur. Licèt autem Christiana Respublica vniuersa multiplici malorum genere vexetur, omnibusque eius partibus, quod maximè deplorandũ est, medicina opus esse intelligamus, eam tamen Almæ Vrbis nostræ oon vno nomine præcipuè duximus adhibendam: quandoquidem hæc est Ciuitas supra montem posita, quæ totius Orbis patet obtutui: hæc eadem pietatis exemplum cunctis ad imirandum propositũ, primaque Catholicæ Religionis Sedes tantis diuina

diuina munificentia honorum prærogatiuis decorata, vt verè de ea dicatur: Diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob.

Indicit hic Pont. visitationem Ecclesiarum, & piorum locorũ Vrbis eamq. sex Episcopis committit. Deputationem, & facultates ipsorũ vide in Constitut. seqq.

§. 1. Cum igitur hæc ita se habeant, pro nostro pastorali munere peculiarem hunc agrum,& gregem nostrum recognoscere,& Romanæ Vrbis omnes tàm Patriarchales, quàm Collegiatas,earumque Capitula, necnon parochiales, cæterasque alias Ecclesias, & personas, Item Monasteria, Conuentus, & Ecclesias quorumuis Ordinum Regulares, tàm Virorum, quàm Mulierum, Hospitalia, Collegia, Confraternitates laicorum, Montem Pietatis, & omnia quocumque nomine censentur loca pia,per infrascriptos Archiepiscopum, & Episcopos visitare statuimus. Quod quidem saluberrimum opus, etsi per Nos ipsos inchoare, prosequi, & perficere vehementer optamus,nihilominus dum ad alia quamplurima, eaque grauissima negotia, quorum mole assiduè præmimur,cogitationem conuertimus, alijs eam prouinciam cogimur demandare.Quapropter Venerabilibus Fratribus Vlpiano Archiepiscopo Theatiñ,necnõ Raphaeli Zacynthieñ,Octauio Caballiceñ,Ludouico olim Adrieñ, Antonio Casertañ,ac Alexandro nuper Hieraceñ Episcopis,de quorum pietate, & Ecclesiasticarum rerum peritia Nobis ipsi multa possumus polliceri ad hoc munus obeũdum, maturo consilio delectis,ad laudem, & gloriam omnipotentis Dei,& Sanctæ Romanę Ecclesiæ exaltationem Visitationem huiusmodi committimus, illamque vobis omnibus indicimus, quam in proxima futura Dominica in Albis in Sacrosancta primaria Lateraneñ Ecclesia ijdem Archiepiscopus,& Episcopi inchoabunt, ac statutis diebus Deo iuuante prosequentur.

Hortatur omnes, vt corrigẽdo prauos mores vitæ propria eandem visitationẽ præueniant.

§. 2. Vt autem nostram Visitationem ea spiritualia commoda, quæ Nos diuini cultus amplificationi, & propagationi, necnon animarum saluti paterna caritate studentes, & cupimus, & speramus, feliciter cõsequantur. Omnes per viscera misericordiæ Dei nostri, qui visitauit nos oriens ex alto, hortamur,& monemus, vt memores vocationis suæ,opportuna vitæ, & morum emendatione eandem Visitationem præueniant. Quod quidem eos facilè, & libenter præstituros confidimus, si memoria repetierint, se in ea Vrbe Clericalis officij munera obire, quam in montibus sanctis fundatam, ac sanctissimorum Martyrum sanguine respersam, & irrigatam, non nisi vberrimos pietatis, & religionis fructus ad totius Christiani orbis ædificationem beata fœcunditate proferre decet.

Iubet in Ecclesijs ... per Vicar. ... Orationem quadraginta horarum celebrari implorandũ auxilio pro bona directione ... dictæ visitationis.

§. 3. Quoniam autem non sumus sufficiẽtes cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est, ac nisi Dominus ædificauerit Domum, in vanum laborauerunt, qui ædificant eam. Nos infirmitatem nostram humiliter agnoscentes, ad cælestem opem implorandam, volumus, vt sexta Feria eamdem Dominicam antecedente, in nõnullis Ecclesijs Vrbis Patriarchalibus, Collegiatis, & alijs præcipuis per dilectum filium nostrum in eadem Vrbe Vicarium in spiritualibus generalem præscribendis, sanctiss. Eucharistiæ Sacramentum solemni ritu in Altari proponatur, ac Quadraginta Horarum Oratio de more celebretur.

Hortatur omnes ad efficaciter orã dum.

§. 4. Quæ vt sollicitudinem nostram magis subleuet, ac laborem illorum, qui hac in re Vicariam Nobis operam præstituri sunt,efficaciùs adiuuet, vniuersos Christifideles in hac Alma Vrbe commorantes, hortamur, vt Deo, qui Cor contritum, & humiliatum non despicit, dignis pœnitentiæ fructibus placere studeant.

Visitãtibus ... Ecclesias ... & sacra ... elargitur.

§. 5. Quod quidem, vt libentius, & salutarius fiat, omnibus, & singulis vtriusque sexus Christifidelibus Romæ degentibus, qui visitatis Ecclesijs huiusmodi, seu eorum aliqua eodem ipso proximo Dominico die post diligentem peccatorum suorum cõfessionem factam Eucharistiam sumpserint, & vt hæc nostra Visitatio ad Dei gloriam, & animarum salutem feliciter eueniat, piè in quauis Ecclesia orauerint,plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam concedimus, & elargimur.

Vniuersos h ... tur, vt feruentes Deo ...

§. 6. Omnes igitur simul dilecti filij,siue ex Clero, siue ex Populo veterem hominem exuentes,in nouitate spiritus ambulemus sollicitudine non pigri,spiritu feruentes Domino in toto corde seruiamus, vt eius misericordiã copiosam,cum ad hoc sanctæ Visitationis opus tum ad cæteras necessitates nostras, fratrumq; nostrorum bonis operibus, & sedulo pietatis cultu impetremus.

Dat. P. A. die 29 Martij.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo sexcentesimo vigesimo quarto,sexto Kal. Aprilis,Pontificatus Nostri Anno Primo.

Sequitur demandatio visitandi nomine Pontificis in Parochialibus Ecclesijs infirmos existentes eisq. eleemosynam elargiendi.

VRBANVS PAPA VIII.

Venerabilibus Fratribus Archiepisc. Theatiñ necnon Raphaeli Zacynthieñ, Octauio Caballiceñ, Ludouico olim Adrieñ, Antonio Casertañ, & Alexandro nuper Hieraceñ Episcopis.

Edita A.D. 1624.

Venerabiles Fratres salutem, & Apostolicam benedictionem.

Exordiũ & causa

CVpientes in hac nostra pastorali Ecclesiarum Almæ Vrbis Visitatione non solùm diuini cultus conseruationem, & incrementum, quantũ in Nobis est, modis omnibus procurare, verum etiam animarum saluti prodesse, & corporales Christi Pauperum, præsertim Infirmorum indigentias, quantum cum Domino possumus, paterna caritate subleuare.

Quibus permotus Pont. mandat dd. Visitatoribus vt eius nomine visitent in singulis Parochialibus Ecclesijs pauperes Infirmos grauiter decumbentes.

§. 1. Cũ hæc omnia per Nosmetipsos exequi, ob assiduas, quibus detinemur occupationes, nequaquam possumus; Fraternitati vestræ, & vestrũ cuilibet per præsentes mandamus, vt coniunctim, vel diuisim Parochias Ecclesiarum diligenter perlustrare, ac perquirere studeatis, atq; earũ pauperes Infirmos grauiter decũbẽtes singulos nostro nomine visitetis.

Eisque Apostolicã benedictionem semel impertiatur.

§. 2. Apostolicã, & nostrã eis benedictionẽ, vt moris est, semel impertiatis, paternis monitis & salutaribus consolationibus recreetis.

Et ad patientiam, ac Ecclesiastica sacramenta suscipienda hortetur.

§. 3. Hortãtes ipsos, vt in humilitate, & patiẽtia propter Deũ, corporis infirmitatẽ, & dolores sustineant, & ad parendũ diuinę voluntati, quãdocũq; ei placuerit ipsos ex hoc seculo reuocare, se piè, & christianè præparẽt; sinceroq; corde ad Deum conuersi, humiliter ab eo suorum peccatorũ veniã petant, atq; omnia Ecclesiastica Sacramẽta, quibus Christifideles ex hac vita migraturi, se præmuniri solent, & debent, deuotè, & reuerenter, suscipiant.

Confessis, ac sacra Communione refectis plenariam Indulgentiam.

§. 4. Nos enim eorũ singulos ante vel post vestrã visitationem, vt præmittitur pœnitentibus, cõfessis, & sanctiss. Eucharistię Sacramẽto refectis semel plenariã omniũ peccatorũ suorũ Indulgentiam, & remissionem elargimur.

Ac Eleemosynas per Eleemosynariũ Palatij Apost. secum adducẽdũ habita egestatis & personarum ratione elargitur.

§. 5. Volumus autẽ, vt eo interim vobiscũ adducatis dilectum filiũ nostrũ, & Palatij Apostolici Eleemosynarium, qui prout cuiusq; eorũ ægestas, & personarũ conditio postulauerit, etiam oblatis nostra impensa caritatis subsidijs, pecunijs, cibis, potu, pharmacis, vestibus, medicorum ope, cæterisq; ad victum, seu ad recuperandam valetudinem necessarijs, temporalibus, quibus nunc vrgentur, eorum necessitatibus succurrat.

Dat. D. A. 1624. die 29 Martij.

Dat. Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die 29. Martij M.DC.XXIIII. Pontificatus Nostri Anno I.

Sequitur facultas cognoscendi Causas quascumque etiam criminales absque irregularitatis incursu.

VRBANVS PAPA VIII.

Ven. Vulpiano Archiepiscopo Theatin. nec non Raphaeli Zacynthien., Octauio Caballicen., Ludouico olim Adrien., Antonio Casertan., & Alexandro nuper Hieracen., Episcopis.

Edita A.D. 1624.

Veñ Fratres salutem, & Apostolicam benedictionem.

Causa huius Constitutionis.

QVoniã in prosequeñ munere Visitationis Ecclesiarũ, & piorũ locorũ huius Almę Vrbis nostræ, ad quos vos nominatim ex Episcoporũ ordine delegimus, facilè cõtingere poterit, vt aliqua negotia criminalia pertractanda sint.

Indultum de quo in Rubr.

§. 1. Nos conscientiarũ, ac status vestrorũ securitati opportunè prouidere volentes, vobis, & cuilibet vestrũ, vt tàm coniunctim, quàm diuisim, durante huiusmodi Visitatione, ac illius occasione dũtaxat, quascumq; querelas, accusationes, denuntias contra quascũq; personas tàm Ecclesiasticas seculares, vel regulares, quã laicas cuiuscumq; status, gradus, dignitatis, & præeminentiæ existentes, recipere, & audire, causásque exinde, aut aliàs quomodolibet ex dicta Visitatione, vel illius causa emergentes tàm Ecclesiasticas, quàm prophanas, & tàm ciuiles, quàm criminales, & mixtas, siuè ad Procuratoris Fisci, siuè ad aliorum quorumcũque instantiã, aut ex officio, audire, cognoscere, quãdoq; Nobis referre, Nobiscũq; cõmunicare, ac iuxta mãdata nostra, seu aliàs prout Iustria suaserit, & ordo dictauerit rationis, illas dicidere, & terminare, aliásq; in illis vos immiscere, ac sinè aliquo conscientiæ scrupulo, aut censurarũ Ecclesiasticarũ, vel etiã irregularitatis incursu, etiã si inde sãguinis effusio, mẽbrorũq; mutilatio, aut etiã vltimi supplitij pœna infligẽda venerit, dũmodo Nos ipsi à sẽtẽtia sãguinis per vos ipsos ferẽda abstineatis, liberè, & licitè valeatis, licentiam concedimus, & indulgemus.

Eiusque extensio ad omnes tã denũciantes, vel quomodocumque cõsilium, auxilium, seu fauorem præstantes.

§. 2. Vtque liberiùs ab omnibus denunciationes, querelæ, & accusationes, ac causę quecumque ad dictam Visitationem pertinentes deferri possint, omnibus similiter, & singulis personis, tam laicis quam clericis, etiam in sacris, & presbyteratus Ordinibus constitutis, sæcularibus, & quorumuis ordinum, congregationum, & instituti regularibus, quauis etiam Episcopali, vel maiori Ecclesiastica, vel mundana

dana dignitate, vel præeminentia fulgentibus, qui in actu eiusdem visitationis, seu aliàs illius occasione aliquid, quod ad prædictas causas pertineat per viam denunciationis, querelæ, vel accusationis, palam, vel occulte, sponte, vel ad aliorum etiam Procuratoris Fisci instātiam in iudicio vel extra iudicium reuelauerint, aut in præmissis testimonium dixerint, vel aliquid propterea scripserint, subscripserint, indicauerint, dictauerint, detulerint, interrogauerint, vel interrogati responderint, vel ad reos detegendos, conuincendos, capiendos, custodiendos, puniendos, iudicia, votum, consilium, auxilium, vel fauorem per se vel alium directè, vel indirectè præstiterint, siue tamquā Iudices ordinarij, vel delegati, Custodes, Scribæ, Testes Tabelliones, Consultores, Procuratores, Aduocati, seu aliàs se in præmissis quomodolibet ingesserint, nullam propterea pœnam vel censuram Ecclesiasticam, aut irregularitatis notam incurrant, concedimus pariter, & indulgemus.

Contrariorum remotio.

§. 3. Non obstantibus generalis Concilij, atque alijs constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac cuiuscumque Ordinis, & Monasterij, atque Ecclesiarum, & aliorū piorum locorum quorumcumque, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Dat. P. 29. Martij.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die vigesimanona Martij M DC XXIV. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Sequitur Indultum dd. Visitatoribus concessum exercendi vbique Pontificalia.

VRBANVS PAPA OCTAVVS.

Venerabilibus Fratribus Vlpiano Archiepiscopo Theatiñ, necnon Raphaeli Zacynthieñ, Octauio Caballicceñ, Ludouico olim Adrieñ, Antonio Caserrañ, ac Alexandro nuper Hieraceñ Episcopis.

Edita An. D. 1624.

Venerab. Fratres salutem, & Apostolicam benedictionem.

Proœmium.

Officij nostri est, pastoralia munera, quæ diuina fauente clementia administranda suscepimus, ea prompto, hilariq; animo prosequi; eos verò, quos in eisdem pastoralibus muneribus prosequendis assumpsimus, & deputauimus, nostræ item mentis est, opportunis facultatibus adhuc munire, vt illis suffulti, incumbentia onera melius subire, & incœptum onus perficere quamprimum valeant.

Causa huius Constitutionis.

Cum itaque occasione Visitationis nostræ Apostolicæ, quā in vniuersæ Almę Vrbis, eiusq; districtus Ecclesijs, Monasterijs, locisq; sacris, & pijs proximis diebus indiximus, & quā nupet etiā inchoauimus, experientia comprobante cognouerimus aliquando necesse esse in compluribus eiusdem Vrbis, ac illius districtus Ecclesijs Altaria consecrari, campanas, ornamenta, indumentaque Ecclesiastica benedici, Sacramenta ministrari, & alia pontificalia munia exerceri.

Qua conceditur Visitatoribus prædictis exercendi Pontificalia in quibuscumq; Ecclesijs etiam Patriarchalibus quā ius exemptis.

§. 1. Vobis, & vestrum cuilibet, quos in eadem Visitatione operarios, & adiutores delegimus, & deputauimus, plenam per præsentem concedimus facultatem, vt in quibuscumque tàm intra eamdem Vrbem, ac propè, & extra illius muros, quàm etiam intra eiusdem Vrbis districtum sitis Ecclesijs, etiam Patriarchalibus, necnon Monasterijs, Prioratibus & domibus regularibus, seu cuiuscumque ordinis mendicantium, vel non mendicantium, militiæ, congregationis, aut instituti regularibus tàm virorum, quàm mulierum, atque hospitalibus, oratorijs, sacellis, cœmeterijs, locisque pijs, aut religiosis, tàm exemptis, Nobilque, & Apostolicæ Sedi immediatè subiectis, quàm etiam non exemptis, & cuiusuis, etiam S. R. E. Cardinalibus ratione tituli, aut denominationis, seu Cardinalatus, aut aliàs quomodolibet, & ex quauis causa subiectis.

Altaria, & Ecclesias consecrandi, ac paramenta, vasa, & similia benedicendi.

§. 2. Altaria, ac ipsasmet Ecclesias consecrare, aut illa, vel easdem Ecclesias, aut illis annexa reconciliare, seù etiam cœmeteria, campanas, calices, patenas, cruces, indumenta, & ornamenta Ecclesiastica quæcumque, & aquam, vt moris est benedicere.

Sacramentū Confirmationis ministrandi.

§. 3. Sacramēta Cōfirmationis, quod ex ritu in Visitatione ministrari cōsueuit, quibus, vbi, quando, & quoties vobis, seu cuique vestrum expedire videbitur ministrare.

Missam, & Vesperas Pōtificali ritu celebrandi, & cantandi.

§. 4. Sacrosanctum quoque Missæ sacrificium; Necnon Vesperas, & quæcumque alia diuina officia solemni, ac pontificali ritu in Ecclesijs, & locis, in quibus vos id ad maiorem animarum consolationem, spiritualemque profectum; & ad ipsam etiam, quam intendimus reformationem induceñ pertinere iudicaueritis, celebrare, & decantare.

Ne non concionādi ea publicè, quā priuatim.

§. 5. Verbi Dei prædicationes, & conciones ad Dei amorem, & timorem in cordibus fidelium excitandum, & accendendum publicè ad Clerum, & Populum, seu alias priuatim, prout occasio, & necessitas postulabit, habere.

Et alia oīa munia Pontificalia quæ speciali cōcessio. ne indigerent simpliciter exercendi.

§. 6. Aliaque omnia, & quæcumq; munia

Pontificalia etiam, quæ notam, aut expressionem requirerent magis specialem, & sub generali huiusmodi concessione non comprehenduntur, etiam erga personas alioquin habiles, & idoneas exercere, etiam nullo alio à Nobis expectato, aut requisito mandato, libere, & licitè valeatis.

Contraria tollit.

§. 7. Non obstantibus constitutionibus Apostolicis, ac in Concilijs etiam generalibus editis, dictarumq; Ecclesiarum, Monasteriorum, Ordinum, Congregationum, Militiarum, Hospitalium, aut domorum iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboraris statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Dat. 7. Aprilis die 29. Martij

Dat. Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die 29. Martij 1624. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Sequitur aliarum facultatum concessio pro d. Visitationis felicitori progressu.

VRBANVS PAPA OCTAVVS.

Ven. Fratribus Vlpiano Archiepiscopo Theatino, necnon Raphaeli Zacynthien, Octauio Caballi en, Ludouico olim Adrien, Antonio Caserran, & Alexandro nuper Hieracen Episcopis.

Venerabiles Fratres salutem, & Apostolicam benedictionem.

Edita An. D. 1624.

CVm in pastorali Visitatione, quam nuper vobis mandauimus, quamq; Deo adiuuante prosequen intendimus, Cleri nimirum Romani, & omnium Almæ huius Vrbis Ecclesiarum, & piorum, ac religiosorum locorū vos potissimum ex Episcoporum ordine delegerimus, & Nobis in eo munere operarios, & adiutores assumpserimus: Nos, vt vestrum ea in re ministerium plus habeat auctoritatis, & firmitatis, vberioremq; ad cultus diuini propagationem, & animarum salutem, Deique gloriam pariat fructum, prouidere volentes.

Iubet obtemperari eorum mandatis tàm à Porte, vel viuæ vocis oraculo, vel iam factis.

§. 1. Vobis, & vestrum cuilibet insolidum circa Visitationem ipsam, eaq; durante mandata quæcumq; etiam viuæ vocis oraculo per vos, & vobis accepta, illis, ad quos ea res pertinet, referendi, & oretenus per Nos ordinata mandandi, quibus relationi, ac mandatis vestris, & cuilibet vestrum de ordine nostro factis huiusmodi, plenam, & indubiam fidem ab omnibus adhiberi, atque firmiter obtemperari, tamquam mandatis nostris Apostolicis volumus, & iubemus.

Et exequi ea quæ mādāt pro d. Visitationis præparatione, statu, progressu, & executione.

§. 2. Mandata quoque, & præcepta quæcumq; necessaria, & opportuna illis in rebus, quæ Visitationis huiusmodi præparationem, statum, progressum, & executionē concernunt, decernendi, faciendi, eaq; exequi iubendi.

Dat ipsis facultatē vocandi ad se quascumq; personas tàm Ecclesiasticas quam laicales.

§. 3. Personas quascumq; tam Ecclesiasticas, sæculares, & cuiusuis Ordinis regulares, necnon etiam laicas pro rebus, & negotijs ad Visitationem huiusmodi pertinentibus, ad vos vocandi, & ad personaliter coram vobis citandi, opportunisq; iuris, & facti remedijs compellendi.

Easq; examinandi, & recusātes id facere cōpellendi.

§. 4. Similes itē personas quascumq; & tanquā principales, & tāquam reles, seu tamquā principales quoad se, & tāquā testes quoad alios examinādi, & vt veritati testimoniū perhibeātadmonendi, & etiā cogendi, iuramēta eis deferendi, & ab eis exigendi, & recipiendi ad sacrorum Canonum præscriptum, ac recusantes per censuras Ecclesiasticas, aliasque pœnas, etiam corporales vobis beneuisas compescendi.

Memorialia eis inscripta, querelas, & similia recipiendi, ac super eis prouidendi.

§. 5. Memorialia etiam vobis inscripta, & directa, atque instructiones, relationes, delationes, quærelas etiam secretas contra quascumque personas accipiendi, & Nobis referendi, seu aliàs, prout rerum, & personarum qualitas requiret, iuxta ordinationes nostras, & ex auctoritate vobis tradita prouidendi.

Congregationes aliarū personarū pro cōsilio, & tractatu d. visitationis faciendi.

§. 6. Congregationes aliquarum personarum, quæ vobis in consilium super præmissis adhibenda videbuntur, faciendi, & illas easdem personas auctoritate nostra vocandi, & cum eis de negotijs Visitationis huiusmodi tractandi, consultandi, & deliberandi.

Necnon Cōmissariū fiscalē vnū siue plures creandi ac mutandi.

§. 7. Commissarium siue fiscalem visitationis vnum, siue plures, eligen, & deputan electum, siue electos cassandi arbitrio vestro, toties quoties vobis videbitur, remouen, & alium, seu alios locorum, cassati, & amoti subrogan.

Modo potestatem cōcedit omnia loca religiosa, & pia Vrbis vel quocūq; alio nomine censeantur visitandi, ingrediendi Archiuia libros ac similia &c. & quę opportuna iudicabunt ordinandi.

§. 8. Quotiescumque vobis etiam videbitur, & etiam seorsum a vobis, & iteratis vicibus quarumuis d. Vrbis, seu extra illam intra tamen illius districtum consistentium Patriarchalium, Collegiatarum, Parochialium, seu aliarum Ecclesiarum, etiam cuius uis, etiam S. R. E. Cardinalibus ratione tituli, aut denominationis, seu Cardinalatus, aut aliàs quomodolibet, vel ex quauis causa subiectarum, seu cuiusuis Capellæ, vel Oratorij, necnon Monasteriorum, tàm virorum, quàm mulierum, Prioratuum, Domorum,

rum, & locorum sæcularium, seu cuiuslibet Ordinis, etiam Mendicantium, Congregationis, Militiæ, aut Instituti regularium, aut Hospitalium, etiam exemptorum, Nobisque, & Apostolicæ Sedi immediatè subiectorum, eorumque Capitulorum, Conuentuum, Vniuersitatum, Collegiorum, Confraternitatum, Archiconfraternitatuum, etiā laicorum, etiam nullo alio speciali nostro expectato ordine, vel mandato, aut etiam requisito consensu, vel licentia, illa, & quælibet illorum visitandi, ac in illorum statum, formam, regulas, instituta, regimen, statuta, consuetudines, vitamque, ritus, mores, disciplinam, doctrinam, & idoneitatem singularum personarum coniunctim, vel diuisim, & tàm in capite, quàm in membris, necnon circa diuinum cultum, religiosam functionem, Ecclesiarum decorem, fructuum, & introituum dispositionem, regularem Religiosorum, tàm virorum, quàm mulierum obseruantiam, aliaque omnia, & singula ad actum huiusmodi Visitationis quomodocumque spectantia, diligenter inquirendi, & ad hunc effectum quæcumque illorum Archiuia, Bibliothecas, librorum quæcumque in illis continentur documenta, & instrumenta authentica, scripturas, libros rationum dati, & accepti, computa, & ratiocinia perlustrandi, inspiciendi, perscrutandi, præsertim verò sacras Reliquias, & quibus ipsæ sacræ Reliquiæ, necnon sanctum Eucharistiæ Sacramentum, & res ad alia Ecclesiastica Sacramenta pertinentes continentur, sacra vasa, thecas, tabernacula, necnon indumenta, ornamenta, & instrumenta, vtensilia, & supellectilem Ecclesiasticam, & pretiosam diligenter inspiciendi, & ad prædicta exhibenda quascumque personas cogendi, compellendi, ac in præmissis omnibus, & singulis quæcumque correctione, emendatione, reformatione indigere cognoueritis, corrigendi, emendandi, reformandi, processusque necessarios desuper faciendi, & Nobis referendi, seu iuxta ordinationes nostras, in his opportunè prouidendi, mandata, decreta, statuta, & ordinationes executioni demandandi, & custodiri, & obseruari præcipiendi, demumque omnia alia, & singula, quæ huiusmodi Visitationis negotium, vlteriorem progressum, executionem, & in ea facta, & facienda mandata, decreta, statuta, & ordinationes concernunt, & concernent, seu ad ea quomodolibet spectant, & spectabunt, faciendi, gerendi, exequendi, mandandi, & ordinandi.

Contradictores quosque & rebelles compescendi

§. 9. Contradictoresque, & vobis in præmissis inobedientes, & rebelles, eisque auxilium, consilium, vel fauorem publicè, vel occulte, directè, vel indirectè quomodolibet præstantes, per suspensionis, ac etiam priuationis beneficiorum, & officiorum Ecclesiasticorum, ac censuras, & pœnas Ecclesiasticas, & temporales, etiam mancipationis carceris, aliaque opportuna iuris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendi, auxiliumque brachij sæcularis, si opus fuerit, inuocandi, plenam, liberam, amplam, & vniuersam tribuimus potestatem.

Mandat obedientiam dd. Visitatoribus præberi.

§. 10. Mandantes propterea omnibus, & singulis, ad quos spectat, & spectabit, quacumque dignitate, auctoritate, potestate, & præeminentia fulgentibus, vt vobis, & cuilibet vestrum in præmissis omnibus, & singulis promptè pareant, & obediant, alioquin sententias, seu pœnas, quas ritè tuleritis, seu statueritis in rebelles, ratas habebimus, & faciemus auctore Domino, vsque ad satisfactionem condignam inuiolabiliter obseruari.

Contraria tollit

S. 11. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, atque Ecclesiarum, Monasteriorum, Hospitalium, Ordinum, Congregationum, Militiarum, Confraternitatum, & aliorum piorum locorum huiusmodi, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, priuilegijs quoque, indultis, exemptionibus, & litteris Apostolicis illis, & cuiuis illorum, ac superioribus, & personis eorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis, quibus omnibus, quibuscumque sint concepta verborum formis, & tenoribus, quos præsentibus pro expræssis haberi volumus, specialiter, & expræsse, ac latissimè ad effectum præsentium derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Dat. P. Ar. die 30 Martij.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris, die 30. Martij 1624. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Sequitur deputatio Secretarij prædictæ Visitationis.

VRBANVS PAPA OCTAVVS.

Edita A.D. 1624

Venerabili Fratri Octauio Caballiceñ, Venerabilis frater salutem, & Apostolicam benedictionem.

Exordium

Rerum, quæ Nobis cordi sunt, & quibus vniuersæ, quā meditamur Reformationis pars non vltima continetur, curam fidis, & diligentibus viris libenter committimus.

Visitationem prædictam cōmiserat nonnullis Episcopis, inter quos erat iste Caballicē.

§. 1. De tua itaque singulari, & Nobis iam pridem perspecta fide, & diligentia plurimum in Domino confidentes Visitationis nostræ Apostolicæ, quàm in omnibus Almæ Vrbis eiusq; districtus Ecclesijs, Monasterijs, locisq; sacris, & pijs sæcularibus, & regularibus, vniuersoque Clero, & Populo Romano indiximus, ac Venerabilibus Fratribus Vlpiano Archiepiscopo Theatino, nec non Raphaeli Zacynthieñ, Octauio Caballiceñ, Ludouico olim Adrieñ, Antonio Casertañ, & Alexandro nuper Hieraceñ Episcopis vnà tecum commisimus, & demandauimus.

Quē modo creat in Secretarium d. Visitationis.

§. 2. Te & Secretarium duximus deligendum prout etiam per præsentes munus huiusmodi cum omnibus, & singulis facultatibus, auctoritatibus, prærogatiuis, priuilegijs, & iuribus quæ tale officium obtinenti, & exercenti quomodolibet competere possunt, & debent Motu proprio tibi committimus, & demandamus teque etiam Secretarium Visitationis prædictæ creamus, constituimus, & deputamus.

Cum facultate exercendi omnia quæ ad d. munus quomodolibet spectare possunt.

§. 3. Dantes tibi plenam, & liberam facultatem eiusdem Visitationis Decreta, Statuta, Ordinationes, Mandata, Præcepta, Inhibitiones, Informationes, Relationes ordinem, & seriem adnotandi, describendi, & in libellos, seu commentarios, siue etiam in publica, & authentica documenta, & instrumenta redigendi, cæteraque omnia, & quæcumque ad idem munus spectantia gerendi, & exercendi etiam si notam, & expressionem requirerent magis specialem, & sub generali commissione huiusmodi non venirent.

Mandat ordinationibus seu decretis &c. d. Secretarij manu, & signo munitis omnino fidem dari tàm in iudicio, quā extra

§. 4. Nos enim volumus ijs, quæ à te de rebus in Visitatione gestis, & ordinatis fient, & emanabunt documentis, & scripturis tua manu, ac signo munitis plenam, atque indubitatam fidem nunc, & perpetuis futuris temporibus, tàm in iudicio, quàm extra illud omnino haberi, neque ad id probationis alterius adminiculum requiri.

Hortatur vt benè se gerat in isto munere.

§. 5. Tu igitur in delato tibi munere ita re gere, vt fidem, & diligentiam nunquam à te desiderasse lætemur.

Dat. R. A. s. die 30 Martij

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die trigesima Martij M. DC. XXIV. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Subsequitur alia facultas auocandi ad se quascumque causas occasione d. Visitationis in alijs Tribunalibus, & coram alijs Iudicibus antea cœptas, vel instructas, ac in statu, in quo tunc reperientur.

VRBANVS PAPA OCTAVVS.

Edita A.D. 1624.

Veñ Fratribus Vlpiano Archiepiscopo Theatiñ, necnon Raphaeli Zacynthieñ, Octauio Caballiceñ, Ludouico olim Adrieñ, Antonio Casertañ, & Alexandro nuper Hieraceñ Episcopis.

Veñ Fratres salutem, & Apostolicam benedictionem.

Causa huius Cōst.

Vt in prosequendo Visitationis Ecclesiarum, & piorum locorum huius Almæ Vrbis nostræ munere, ad quod vos nominatim ex Episcoporum ordine delegimus, causæ occurrentes omni qua fieri potest celeritate, iustitia mediante terminentur, quantum cum Domino possumus, prouidere volentes.

Facultas Visitatorum auocandi ad se quascumq. causas occasione d. Visitationis corā quibuscūis Iudicibus pendentes, seu instructas, ac in statu in quo reperientur, easque manu regia, & prout iuris fuerit terminandi.

§. 1. Motu proprio, & ex certa scientia, nostra vobis, vt vltra aliàs facultates per diuersas nostras in simili forma Breuis expeditas litteras vobis attributas, vt omnes, & singulas causas occasione Visitationis huiusmodi, coram quibuscumque Iudicibus, tàm ordinatijs, quàm delegatis pendentes, & etiam instructas, in statu, & terminis, in quibus reperiuntur, cum omnibus, & singulis earum incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis, totoque negotio principali ad vos, auctoritate nostra auocare, illasque summariè, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij, sola facti veritate inspecta, & manu regia audire, cognoscere, & fine debito, prout iuris fuerit terminare.

Necnon in Ecclesijs, in quibus Missarū oneribus ad Altare priuilegiatum satisfieri vna die nō potest, dd. onera, seu ipsorū partem ad aliud, seu alia Altaria non priuilegiata, & nō priuilegiata transferendi, & commutandi, & aliàs prouidendi.

§. 2. Præterea vbi contigerit, alicui Altari, etiam pro defunctis priuilegiato, seu Capellæ tam magnum Missarum celebrandarum numerum ex varijs defunctorum legatis impositum esse, vt singulis diebus præscriptis nequeat illis satisfieri, quicquid magis ad Dei honorem, Ecclesiarum vtilitatem, salutemque animarum eorum, qui legata prę reliquerunt, etiam per translationem partis Missarum huiusmodi ad aliud Altare, seu Altaria, etiam non priuilegiata videritis expedire, re tamen diligenter perspecta, statuere, & ordinare, vt in eis commodiùs, ac pleniùs piæ defunctorum voluntati satisfiat, transferre. cęteraq; omnia, & singula in præmissis, & circa ea neces-

necessaria, seu quomodolibet opportuna etiã si talia sint, vel fuerint, quæ magis specialem specificam, & expressam requirent mentionem. facere, dicere, gerere, & exequi liberè, & licitè possitis, & valeatis, Apostolica auctoritate tenore præsentium plenam, & amplam facultatem concedimus, & impartimur.

Contrariorum derogatio

§. 3. Non obstantibus quibusuis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Dat. P. A. I. die 11 Iulij

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub Anoulo Piscatoris die 11. Iulij M. DC. XXIIII. Pontificatus nostri Anno I.

XV.

Confirmatio, & approbatio Priuilegiorum, Indultorum, Facultatum, Exemptionum, Immunitatum, Libertatum, & aliarum gratiarum omnium quomodolibet concessorum Hospitali, & Religioni Sancti Ioannis Hierosolymitani.

Alia de hac Militia habes sup ad Const. 2. Anastasius IV. Christiana tomo 1. pagina 22 Præter quæ habes etiam Const. 30. Pauli V. de promouendis ad magnam Crucem sup. tom. 3. pagina 217.

Nouissimè hic Sanctissimus Pontifex confirmauit Decretum à Sacra Congregatione Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum, ad fauorem huius Militię emanatum circa Constitut. Gregorij XV. de Coseruatoribus infr. in Constitut. 78. Exponi. Et etiam quamplura in electione Magni Magistri supradictæ Militiæ obseruanda sanciuit in Const. 84. In specula, hic infra.

Edita a.D. 1624

VRBANVS PAPA OCTAVVS.
Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

VNiuersalis Ecclesiæ regimini per ineffabilem diuinæ sapientiæ prouidentiam, meritis licèt insufficientibus præpositi, inter multiplices pastoralis officij curas illam peculiari sollicitudine libenter amplectimur, qua priuilegia, gratiæ, & indulta Militijs, & Hospitalibus quibuslibet ad maiorem Dei gloriam, suæq; Ecclesiæ Sãctæ exaltationem; illius verò hostium profligationem piè, prouideq; instructis, à Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris concessa, quo maioris validitatis munimine subsistant, Apostolicæ confirmationis patrocinio muniuntur, prout rerum, temporumque qualitatibus debitè pensatis, conspicimus in domino salubriter expedire.

Leo X. & alij Pont. multa priuilegia concesse-runt Hospitali, & eius personis ac inter alia exeme-runt à solutione decimarum, & aliorum onerum.

§. 3 Cum itaque, sicut accepimus, aliàs fel. rec. Leo X. Clemens VII. Paulus III. Pius IIII. & Pius V. Romani Pontifices prædecessores nostri inter alia priuilegia, & indulta dilectis filijs Magno Magistro, ac Conuentui Hospitalis Sancti Ioannis Hierosolymitani à Sede Apostolica concessa, eumdem, & pro tempore existentem Magnum Magistrum, Baiuliuos, Castellanum Empostæ, Priores, Præceptores, Milites, familiares, aliasq; personas Hospitalis huiusmodi, necnon etiam subditos, vassallos, colonos, seruitores, & alios in eorum obsequijs, & dicti Hospitalis beneficijs quomodolibet nuncupatis existen̄, etiam presbyteros coram animarum exercentes, quamdiu illam exercent, & illorum obsequijs forent, illorumque animalia, prædia, domos, molendina, & bona quæcumque, quæ obtinebant, ac in posterum obtinerent, & possiderent, à solutione, & exactione decimarum, censuum, iurium etiam synodalium, & canonicarum portionum, seu caritatiui subsidij, aut iucundi aduentus, seu quartæ, aut aliàs quomodolibet, aut aliorum quorumcumque onerum sub certis, modo, & forma exemerint, & liberauerint, prout in diuersis ipsorum Prædecessorum desuper confectis litteris plenius continetur.

Et quia Ordinarij locorum, & aliæ personæ eos molestabãt Greg. XIII. & alij Pont. dicta priuilegia approbarunt, ac perturbari, districtius prohibuerunt.

§. 2. Et licèt ipsi Milites, & aliæ personæ prędictæ non debuissent à quoquam contra dictorum priuilegiorum ten̄, & formam molestari, perturbari, vel inquietari, cum ipsi non modo eorum facultatibus, & fortunis, verum etiam sanguini, & vitæ pro tuitione Fidei Catholicæ non parcant; Nihilominus cum diuersi locorum Ordinarij, ac parochialium Ecclesiarum Rectores, & multæ Capitulares personæ id sibi omnino iuxta Sacri Concilij Tridentini decreta, licere asserentes, eosdem Magnum Magistrum, Baiuliuos, Castellanum Empostæ, Priores, Præceptores, Milites, & personas, diuersis oneribus contra eorum priuilegia prægrauarent, illósq; ad decimas, census, subsidia etiam caritatiua, congruas portiones, iucundum aduentum, Pastor bonus, aut aliàs nuncupata onera, etiam iura synodalia cogere præsumerent in maximum ipsius Hospitalis detrimentum, & grauamen; fel. rec. Gregorius XIII. Sixtus V. & Gregorius XIIII. similiter prædecessores nostri ex certa scientia, & Apostolicæ potestatis plenitudine omnia, & singula priuilegia, indulta, facultates, exemptiones, immunitates, libertates, & alias gratias, eisdem Magno Magistro, & Conuentui, quomodolibet concessa

cessa, confirmantes, approbantes, & innouantes; eos super præmissis quomodolibet molestari, inquietari, ac perturbari districtiùs prohibuerunt.

Pius IV. concessit eidem Conuentui vniendi, & dismembrandi beneficia facultatem.

§. 3. Et præterea cum inter alia fel. record. Pius Papa IV. prædecessor noster eisdem Magno Magistro, & Conuentui inter cætera priuilegia Prioratus, Baiuliuatus, Castellaniam Empostæ, Commendas, & alia eiusdem Hospitalis beneficia liberè vniendi, & dismembrandi, facultatem concessisset,

Quam Greg. 14. in const. § sup. t. 1. p. 640. extendit, ac declarauit, & Clemens viij. Paul. v. & Greg. xv. approbarunt.

§. 4. Et nihilominus à quibusdam quandoque dubitaretur, an ante, vel post mortem possessorum vnio, seù dismembratio ipsa fieri posset, ac deberet; idem Gregorius prædecessor ad rollendum omne dubiū, & ambiguitatem, quæ in præmissis in futurum oriri poterant, vt quandocumque eis videretur, siuè ante, siue post mortem possessorum, Prioratus, Baiuliuatus, Castellaniam Empostæ, & alia eiusdem Ordinis beneficia vnire, & dismembrare, liberè, & licitè possent, & valerent; Necnon omnia, & singula priuilegia, & exemptiones prædictas etiam ad Confratres, & Donatos eiusdem Hospitalis extendi deberent, decreuit, & declarauit; Ac decretorum, & declarationem huiusmodi, aliaque præmissa fel. record. Clemens VIII. Paulus V. & Gregorius XV. Romani Pontifices, similiter prædecessores nostri approbarunt, & confirmarunt, prout in eorumdem prædecessorum litteris pleniùs continetur.

Nunc Pont. priuilegia, gratias, exemptiones, immunitates per alios Pont. Magno Magistro, Conuentui concessas approbat, & confirmat.

§. 5. Nos itaque attendentes præclara eiusdem Hospitalis erga fidem Catholicam, & Sedem Apostolicam promeritò, ac cupientes, vt priuilegia, exemptiones, & gratiæ eò firmiùs subsistant, quæ sæpiùs ab eadem Sede confirmata extiterint, Magnum Magistrum, Priores, Baiuliuos, Castellanum Empostæ, Præceptores, Milites, & Fratres, & eorum singulos, singularesque dicti Hospitalis personas à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequenā harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes, necnon omnium, & singulorum priuilegiorum, indultorum, facultatum, exemptionum, immunitatum, libertatum, & gratiarum, per prædictos, & alios quoscumque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac Sedem Apostolicam Hospitali prædicto, illiusque Magno Magistro, Conuentui, & Fratribus Militibus, aliisque personis prædictis concessorum, ac litterarum desuper confectarum tenores præsentibus pro expressis habentes, Motu proprio, non ad Magni Magistri, & Conuentus Hospitalis huiusmodi, aut alicuius alterius super hoc pro eis Nobis oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia, & de mera nostra liberalitate, ac Apostolicæ potestatis plenitudine, omnia, & singula priuilegia, indulta, facultates, exemptiones, immunitates, libertates, & alias gratias eisdem Magno Magistro, & Conuentui quomodolibet concessa, Apostolica auctoritate tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis robur adijcimus, ac omnes, & singulos tàm iuris, quàm facti defectus, si qui forsan interuenerint in eisdem, supplemus.

Clausulas præseruatiuas ponit.

§. 6. Decernentes, præsentes litteras vllo vnquam tempore de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ, vel quopiam alio defectu, etiam ex eo, quòd locorum Ordinarij vocati non fuerint, notari, impugnari, vel inualiditi minimè posse, minusque sub quibuscumque similium, vel dissimilium gratiarum reuocationibus, limitationibus, restrictionibus, & derogationibus comprehendi posse; sed semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinū statum restitutas, repositas, & plenariè reintegratas esse, sicq; ab omnibus censeri.

Ita iudicari debere.

§. 7. Et ita per quoscumque Iudices, & Commissarios quauis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter, contigerit attentari.

Executores deputat.

§. 8. Quocirca dilectis filijs in Regnis Hispaniarū, & Neapolitañ, nostris, & Sedis Apostolicæ pro tēpore existentibus Nuncijs, ac Curiæ causarū Cameræ Apost. generali Auditori per præsentes motu simili mādamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorū per se, vel aliū, seù alios præsentes litteras, & in eis contenta quæcumque, vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte eorumdem Magni Magistri, & Conuentus fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra eosdem Magnum Magistrum, & Conuentum, confirmatione, approbatione, decreto, & alijs præmissis, vti, frui, & gaudere; non permittentes eos per Ordinarios prædictos, aut quoscumque alios contra præsentium tenorem quomodolibet molestari, perturbari,

aut

aut inquietari, contradictores quoslibet,& rebelles per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, appellatione postposita, compescendo,ac legitimis super his habendis, seruatis processibus,sentẽtias,censuras,& pœnas huiusmodi incurrisse declarando, illasque etiam iteratis vicibus aggrauando, interdictumque Ecclesiasticum apponendo,innocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis.

Contraria prohibet.

§. 9. Non obstañ piæ mem.Bonifacij Papę Octaui etiam prædecessoris nostri de vna, & Concilij generalis de duabus dietis, dummodo vltra tres dietas aliquis auctoritate præsentium ad iudicium non trahatur, ac alijs quibusuis Apostolicis,necnon in Prouicialibus,& Synodalibus Concilijs editis, specialibus, vel generalibus constitutionibus, & ordinationibus, necnon iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis,& cõsuetudinibus,priuilegijs quoque,indultis, & litteris Apostolicis quibusuis personis,etiam prædictis locorũ Ordinarijs sub quibuscumq; tenoribus,& formis,ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsq; efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & alijs decretis,etiam Motu, & scientia similibus,etiam consistorialiter,& de Fratrum nostrorum consilio, in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis,& innouatis. Quibus omnibus, etiamsi de illis, eorumq; totis tenoribus, specialis, specifica,expressa, & indiuidua mentio, seù quæuis alia expressio habẽda,aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruañ foret,illorũ tenores,ac si de verbo ad verbum inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, contrarijs quibuscumque. Aut si aliquibus communiter,vel diuisim ab Apostolica sit Sede indultum, quòd interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

Const. 136. Pij V. sup. t. 2. p. 147. & Greg. XIII. const. 67. p. 448. & circa animarum curam Conc. Trid. censeri iubet.

§. 10. Eorumdẽ autẽ Prædecessorũ vestigijs inhærentes, volumus quòd fel. record. Pij V. xxij. Septembris anno sexto,ac Gregorij XIII. prædecessorum nostrorum litteris sub Annulo Piscatoris xxv. Nouembris anno nono,Pontificatuum suorum expeditis,in suo robore,& efficacia permanentibus; præsentes litteræ Ecclesias, & personas in his, quæ ad curam animarum pertinent, in quibus decreta Concilij Tridentini huiusmodi, omninò seruari debere intendimus, minimè comprehendant.

Exemplis huius bullæ credi mandat.

§. 11. Ac quòd præsentium litterarum transumptis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personę in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, in iudicio, & extra illud vbique locorum plena,& indubitata, eademque prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die xxix Martij MDCXXIV. Pontificatus nostri Anno Primo.

Dat. P. A. 1. die 29 Martij.

XVI.

Indictio Sanctissimi Iubilei pro Anno 1625. quo plenaria peccatorum venia indulgetur ijs, qui Basilicas Sanctorum Petri, & Pauli Apostolorum, & Sancti Ioannis Lateranensi, ac Sanctæ Mariæ Maioris de Vrbe visitauerint, & ibi pro totius populi Christiani salute pias ad Deum preces effuderint. Ac suspensio quarumcumque aliarum Indulgentiarum dicto Anno durante. Necnon eiusdem Iubilei concessio pro Sanctimonialibus, Anachoretis, Eremitis, alijsq; Christifidelibus carceratis, & infirmis Romam venire impeditis.

De hac materia vide supra in secunda rubr. Const. 56. Clem. VIII. tom. 3. pag. 74. Scias autem quòd post huius Iubilei indictionem multa Oppida, Ciuitates, & Terræ Regni Siciliæ pestilentiæ morbo grauiter affligi cæperunt; iste verò Summus Pontifex ad Vrbem Romam, totamque Ecclesiam ditionem conseruandam ab huiusmodi periculo, & ad remouenda impedimenta, quibus retardari possent Christifideles à visitatione quatuor Ecclesiarum Vrbis, deputauit Ecclesiam Sanctæ Mariæ Transtyberim loco Ecclesiæ Sancti Pauli extra mœnia existentis vnius ex prædictis quatuor, eidemq; concessit (cumulatiuè tamen) omnes Indulgentias Ecclesiæ antedictæ S. Pauli vt hic infra Cõst. 34. Paterna. Aliam quoque deputatione trium Ecclesiarum in Vrbe loco altarum trium ex septem extra Vrbem positarum, eadem ex causa factam habes, inferius Const. 35. Paterna. Et paulo deindè bellorum turbine, & sanguinis effusione vexata est tota ferè Europa. Ideò hic Pontifex ad Patrem misericordiarum recurrens, aliam plenariam peccatorum Indulgentiam promulgauit, vt infra Const. 39. Diuinæ.

VRBANVS EPISC. SERV. SERVOR. DEI.

Edita A.D. 1624.

Vniuersis Christifidelibus præsentes litteras inspecturis salutem, & Apostolicam benedictionem.

OMnes Gentes plaudite manibus, iubilate Deo in voce exultationis non enim vt

Euangelizat appropinquantem annum sanctum Iubilei celebrationem.

vt in veteri lege sacerdotalis buccinæ clangore, sed Apostolicæ vocis oraculo sacrosanctum Iubilei Annum, iam Regis sæculorum beneficio appropinquantem, Vobis euangelizamus. Annum diuino cultui dicatum, ac feruentioribus Christianæ pietatis studiis destinatum. Annum remissionis, ac veniæ, tempus acceptabile, dies salutis. Licèt enim nulla excurrant tempora, quæ Diuinæ largitatis muneribus fœcunda, spiritualibus nos non cumulent bonis, ac nunquam ad ineffabilem Dei misericordiam, eius aspirante gratia, nobis aditus præcludatur; nihilominus tot tantaque eo Anno ad hominum sanctificationem beneficia cælitus promanant, vt penè omnes sacros thesauros diuina munificentia in Christifideles diffundere videatur. Quapropter si quinquagesimus Annus, quem Deus Moysen santificare iussit, incredibili Hæbreorum plausu, atque inæstimabili gaudio excipiebatur, quanto magis decet Christianum orbem, sacto Iubilei Anno recurrente, lætari? Laboriosa eo tempore agricultura opera intermittebantur: nunc proprio quisque parcens labori, fructus, quos Christi Domini, Deiparæ Virginis, ac Sanctorum merita protuletunt, yberrimos percipit. Distracta tunc prædia, alienique iuris effecta recuperabantur: nunc virtutes, dona, & merita, quibus peccando meritò exuimur, liberali Dei misericordia recipimus. Exules tunc patriam repetebant: nunc ad cælum, vnde exulantes in hac lacrymarum valle miserè pererramus, iter nobis præmonstratur, & aperitur.

Principes, & omnes ad illius celebrationem conuocat, & inuitat.

§. 1. Vos igitur Catholici Principes, qui tot decorum prærogatiuis insigniti, ad Christianam pietatem promouendam arctioribus, quàm cæteri, obligationis nexibus obstricti estis. vos omnes Christifideles, quos Romana Ecclesia materno gremio complectitur; ad iucundissimam sacrosancti huius Iubilei celebrationē, paterna, quæ vrget Nos, caritate, vocamus, & inuitamus, ac quasi tubam exaltātes vocem nostram, prophetica in vos oracula conuertimus, & clamamus. Audite hæc omnes gentes, auribus percipite qui habitatis Orbem; Adueniunt dies pœnitentiæ ad redimenda peccata, ad saluandas animas. appropinquat tempus, quo Dei misericordia eos tādem conuertat, quos fera eius vlciscendi volūtas diù tolerauit. humanæ vitæ breuitatem vobis ipsi ob oculos proponite: cogitate, nos instar aquæ dilabi, ac vitam nostram, velut à texente præcidi. Et quamuis nonnulli ex Romanis Pont. prædecessoribus nostris eidem Iubilei Anno concelebrando præscriptum olim temporis spatium prouidè arctantes, tàm solēnem culparum remissionem, diuinæq. Iustitiæ debitarum pœnarum relaxationem, intra angustiores annorum limites contraxerint; nihilominus ob paucitatem dierum nostrorum paucis illam redituram putantes, quæramus Dominū dum inueniri potest, inuocemus eum dū propè est. Venite ergo ad locū, quē elegit Dominus, ascendite ad mysticā hāc Hierusalē, tot, tantisq. à Deo beneficijs auctā, tot muneribus cumulatā, vt verè de ea dicatur, fluminis impetum lætificare Ciuitatē Domini, cælestiū nempe fluminis gratiarū, cuius opportuna irrigatione fideliū Animæ fœcundantur. Venite, & afferte Domino gloriā nomini eius, adorate Dominū in Atrio sancto eius. Hic, filij dilectissimi, verè cōfitebimini Deo in Ecclesia Magna in populo graui laudabilis eum; quandoquidē hæc est, cæterarum Ecclesiarū Magistra, prima Catholicæ Religionis Sedes, Mater credentiū, Orbis caput, Vertex rerum, quapropter, & cælestes benedictiones, quas sitis, hic non ex riuulis petetis, sed haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris, aquas videlicet saluberrimas, quibus haustis, efficietur in vobis fons aquæ salientis in vitam æternam.

Iubilei celebrationē in proximū Annum 1625 indicit, & plenissimam impartitur indulgentiam visitantibus quatuor Cathedr. Vrbis Ecclesias.

§. 3. Hæc igitur Nos præ oculis, atq; in votis habentes, Romanorumq; Pont. Prædecessorum nostrorū vestigijs inhærentes, & eorū piū ac saluberrimū institutū retinentes, de Venerabiliū nostrorū S.R.E. Cardinalium assensu, Iubilei celebrationē in Annum proximum 1625. à primis Vesperis vigiliæ Natiuitatis D.N. Iesu Christi proximè futuræ inchoandam, & per totum Annum ipsum finiendā, auctoritate Dei omnipotētis, & Beatorū Apostolorum Petri, & Pauli, ac Nostra, quāto maximo possumus animi nostri gaudio, ad ipsius Dei gloriam, & Catholicæ Ecclesiæ exaltationē indicimus, & promulgamus. Quo ipso Iubilei Anno durante, omnibus vtriusq. sexus Christifidelibus verè pœnitentibus, & confessis, qui Ecclesiam Lateranēn, Beatorū Petri, & Pauli Apostolorū, necnon S. Mariç Maioris de Vrbe Basilicas semel saltem in die, per triginta continuos, aut interpolatos dies, si Romani, vel Incolæ Vrbis; si verò Peregrini, aut aliàs externi fuerint, per quindecim saltem dies deuotè visitauerint, & pro ipsorū fidelium, ac totius Christiani populi salute pias ad Deum preces effuderint, plenissimam omnium peccatorum suorum Indulgētiam, remissionem, ac veniam misericorditer in Domino concedimus, & impartimur.

Impeditis iter agēdi, vt Ecclesias visitare, benignè prouideturr; de his vide latius hic inf.

§. 3. Et quoniam euenire potest, vt ex ijs, qui hac de causa iter agressi fuerint, vel ad Vrbem se contulerint, aliqui in via, aut etiam in ipsa Vrbe, morbo, vel alia legitima causa impediti, aut morte præuenti, præfinito, dierum numero

numero non completo, ac ne quidem fortasse inchoato præmissa exequi, ac Ecclesiam, & Basilicas huiusmodi obire nequeant; Nos piæ, promptæque illorum voluntati, quantum in Domino possumus, benignè fauore cupientes, eosdem verè pœnitentes, & confessos, prædictæ Indulgentiæ, & remissionis participes perindè fieri volumus, ac si Ecclesiam, & Basilicas prædictas diebus à Nobis præscriptis reipsa visitassent.

Prælatis præcipit vt omnes moneat, & instituant ad pia opera peragenda pro huiusmodi Iubilei consecutione.

§. 4. Vos autem Venerabiles Fratres nostri Patriarchæ, Primates, Archiepiscopi, & Episcopi in partem sollicitudinis nostræ vocati, capite tubas argenteas, quarum vsus est in Iubileo, adhibite prædicationem verbi Dei, & prænunciate populis gaudium magnum, vt sanctificentur, & Dei iuuante gratia, parati sint ad ea cœlestia dona capienda, quæ bonorum omnium largitor Deus filijs dilectionis suæ per ministerium humilitatis nostræ præparauit. Ad cœlestia munera in hac Vrbe percipienda, vocate cœtum, congregate populum, sanctificate Ecclesiam, docete oues fidei vestræ creditas, quia aduenæ, & peregrini sumus in hac vita, & ciuitatem hic permanentem non habemus, sed futuram inquirimus. Docete omnes, si vnquam alias, nunc potissimum iras, rixas, contentiones, & inueterata odia extinguenda propter Christum; nunc præcipuè omnes carnis sordes esse detergendas, vt templum Dei mundum sit, & vnusquisque vas suum possideat in honore, & sanctificatione, & portet Deum in corpore suo. Docete eos nunc maximè scelera detestanda esse, dandamq; operè, ne quis Christiano nomine abutatur. Docete, sacros Indulgentiarum thesauros lucrandi, spē omnem inanem esse, nisi quis contrito, & humiliato corde se ipsum præparare, & Christianis operibus exercere studeat. Qui autem diuitijs abundant, aperiant viscera sua, fratrum suorum pauperum inopiam subleuent, præcipuè verò erga Peregrinos Romam venientes, misericordes sint, & sanctā hospitalitatem Deo gratissimam, & quam vetustissimi illi Christiani, etiam inter persecutionum fluctus, diligētissimè coluerunt, ipsi quoque multa hilaritate spiritus renouent, atque obseruent, faciantque sibi amicos de mammona iniquitatis, vt recipiantur in æterna tabernacula. Admonete etiā omnes, vt orent pro Regibus, & Principibus Christianis; vt quietam, & tranquillam vitam agamus, & pax, ac concordia perpetuò conseruetur. Postremò docete eos, cum sanctā peregrinationem susceperint, qua modestia, qua deuotione, qua fraternæ pacis obseruantia connecti eos oporteat, vt sint Christi bonus odor in omni loco. Præbete autē vosipsos Fratres Venerabiles, & omnem Clerum exemplū in primis bonorum operum, & formam gregis, vt vestræ virtutis, ac religionis veluti sale cæteri condiantur, & omnem peccati putredinē abhorreāt, & deniq; omnes vnanimes in vno spiritu Christianæ caritatis, atq; in omni sanctitate, & iustitia Deo seruiamus.

Principesq; hortatur vt ad pia opera, & præcipue ad pere... ardeant... se agant.

§. 5. Hortamur quoq; & rogamus in Domino charissimos in Christo filios nostros Imperatorem electum, ac Reges, & Principes omnes Catholicos, vt quò pluta, & magis illustria beneficia ab eo per quem Reges regnāt, acceperunt, tantò ardentiùs, vt par est, ad Dei gloriam procurandam, pio zelo excitētur; præcipuè verò Fratrum nostrum Episcoporum, & superiorū Antistitum pastoralem sedulitatem, & vigilantiam adiuuent, & magis à suis magistratibus, ac ministris adiuuari mandet, vt improborum licentia coerceatur, & bonorum studia eorum regia ope, & gratia foueantur. maximè autem erga peregrinos beneficientiam, & liberalitatē exerceant, curentq; vt tutis incedant itineribus, & nulla hominum perditorum vexatione perturbentur, sed hospitalibus, domibus, & publicis hospitijs amanter excepti, & commeatu, & rebus ad vitā necessarijs recreati, sine vlla cōcussione, & iniuria institutum iter læti peragāt, & cum gaudio in patriam reuertantur. his enim hostijs Reges potissimū, & Principes Deum sibi placabilem, reddent, vt diu in terris felices viuant, & demum in æterna tabernacula recipiātur ab illis ipsis pauperibus, erga quos misericordiam exercuerint, in quibus Christus pascitur, & nutritur.

Exemplis huius conf. credi mādat.

§. 6. Vt verò præsentes litteræ, ad omnium fidelium quibuscumq; locis existeñ notitiam facilius perueniant, volumus earum exemplis etiam impressis, manu Notarij publici subscriptis, ac personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ sigillo munitis, eamdem prorsus fidem haberi, quæ haberetur ijsdem præsentibus, si exhibiræ forent, & ostensæ.

Sanctionem poenalem adiungit.

§. 7. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ indictionis, promulgationis, concessionis, impartitionis, hortationis, rogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotētis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum.

Dat. P.A. die 28 April.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo sexcentesimo vigesimo quarto, Tertio Kal. Maij Pont. Nostri Anno I.

Lectio. &

Anno à Natiuitate Domini 1624. Ind. 7. die vero 16 Maij Pontific. Sanctiss. in Christo Patris, & D.N.D. Vrbani Papę VIII. Anno primo,

fu-

supraſcriptæ litteræ Apoſt. lectæ & public. fuerunt in atrio Baſilicæ Principis Apoſt. de Vrbe per me infraſcriptum Abbreuiatorem de Curia.

Auguſtinus Hurandus Abbreuiator de Curia.

Publicatio die 17 Maij 1624.

Anno Domini 1624. Ind. 7. die 17. Maij Pontif. Sanctiſſ. D. N. Vrbani VIII. Pontificatus ſui Primo ſupraſcriptæ litteræ Apoſtolicæ public. & affixæ fuerunt ad valuas Baſilicarum S. Ioannis Lateran. Principis Apoſt. de Vrbe, ac Cancell. Apoſt. & in acie Campi Floræ, dimiſſis ibidem earumdẽ litterarum originalibus appẽſis per aliquod temporis ſpatium, & exindè amotis, deindè dimiſſis earumdẽ litterarum copijs affixis, vt moris eſt, per nos Camillum Fundatũ, & Brandimartem Latinum prælibati S. D. N. Papæ Curſores.

Octauius Spada Mag. Curſ.

Sequitur ſuſpenſio aliarum Indulgentiarum hoc Anno Sancto durante.

VRBANVS EPISC. SERV. SERVOR. DEI.
Ad perpetuam rei memoriam.

Ariatio prædicti Indictionis Iubilei

CVm nuper Sãcti Iubilei celebrationẽ à vigilia Natiuitatis D. N. Ieſu Chriſti Anni proximè vent. inchoandã, & vſq; ad finẽ eiuſdẽ Anni duraturã, vniuerſo populo Chriſtiano de Ven. Fratrũ noſtrorũ S. R. E. Cardinaliũ aſſenſu indixerimus, ac omnibus vtriuſq; ſexus Chriſtifidelibus verè pœnitentibus, & confeſſis, qui Beatiſſimorum Petri, & Pauli Apoſtolorum Baſilicas, & Sancti Ioannis Lateranẽ, ac Beatæ Mariæ Maioris de Vrbe Eccleſias viſitarent, pleniſſimam omnium peccatorum ſuorum indulgentiam, remiſſionem, & veniam conceſſerimus, prout in noſtris nuper deſuper confectis litteris plenius continetur.

Suſpenſio omnium aliarum Indulgentiarum, & facultatum abſoluendi pẽdẽte hoc anno Iubilei.

§. 1. Cupientes, vt Chriſtianæ nationes ex omnibus terrarũ orbis locis in Alma Vrbe noſtra in fidei, ac religionis vnitate congregatæ, eodẽ pietatis, ac deuotionis ſpiritu, Baſilicas, & Eccleſias prædictas, quo maximo fieri poterit concurſu, durante eodẽ Iubileo, viſitent, & frequẽtent; multorũ Romanorũ Pontificũ Prędeceſſorum noſtrorũ exemplo adducti, omnes, & ſingulas Indulgentias, etiã perpetuas, & peccatorũ remiſſiones, ac facultates, & indulta abſoluendi etiam in caſibus Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, etiam in litteris die Cœnæ Domini legi ſolitis contentis, quibuſuis Eccleſijs, Monaſterijs, Hoſpitalibus, etiã S. Ioannis Hieroſolymitani, Domibus, Militijs, Ordinibus, etiã Mendicantium, Congregationibus, Confraternitatibus, etiam laicorum, Vniuerſitatibus, & pijs locis, illorumq; Ordinibus, Capitulis, Conuentibus, Magiſtris, Superioribus, & tàm ſæcularibus, quàm quorumuis etiã Mendicantiũ Ordinũ regularibus perſonis, Coroniſq; Granis, Imaginibus, & Numiſmatibus ex metallo, ſeù quacumque alia materia confectis, tàm ſingulariter, quàm vniuerſaliter per quoſcumq; Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac etiam Nos, etiam ad inſtantiam Imperatoris, Regum, Ducum, & aliorum Principum, aut ipſis etiam Imperatori, Ducibus, & Principibus, vel alijs quacumq; alia mundana, vel Eccleſiaſtica dignitate, etiam ſpeciali nota digna fulgentibus, etiam ad inſtar Iubilei, aut alias quomodocũq; & ex quibuſuis cauſis, & occaſionibus, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis, etiam Motu proprio, & ex certa ſciẽtia, ac aliàs quomodolibet conceſſis, quorũ omnium tenores, formas, derogationes, & decreta pręſentibus pro expreſſis haberi volumus, Apoſtolica auctoritate, de eorumdem Fratrum conſilio, & aſſenſu, ac Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ſuſpendimus, & ſuſpenſas eſſe declaramus, eaſque & ea, eodem Anno durante, nulli prodeſſe, aut ſuffragari debere, irritũ quoq; & inane decernimus, ſi ſecus ſuper his a quoquã quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter cõtigerit attẽtari.

Et prohibitio eas publicandi.

§. 2. Quocirca per præſentes auctoritate Apoſtolica præcipimus, & mandamus, ne interim aliæ quàm indicti à Nobis prædicti Iubilei Indulgentiæ, ſiuè publicè, ſiuè priuatim quouis prætextu, vbiuis locorum, & gentium, ſub excommunicationis, eo ipſo incurrendæ, alijſque arbitrio Ordinariorum infligẽdis pœnis publicentur, vel nũcientur, aut in vſum demãdentur.

Contrariorum derogatio.

§. 3. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, nec non Eccleſiarum, Monaſteriorum, Conuentuum, Ordinum, Congregationum, Hoſpitalium, Confraternitatum, Vniuerſitatum, Collegiorum, & locorum, aliorumque prædictorum, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque, exemptionibus, & indultis Apoſtolicis illis, eorumq; Superioribus, & perſonis, ac alijs quibuſcumq; per eoſdem Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac Nos, & dictã Sedem eiuſq; Legatos, ſub quibuſcumq; tenoribus, & formis, ac cũ quibuſuis clauſulis, & decretis, & ex quibuſuis cauſis cõceſſis, cõfirmatis, & innouatis, quibus omnibus, etiãſi in illis caueatur expreſsè, quòd ſub ſimilibus, vel diſſimilibus ſuſpen-

ſuſpenſionibus nequaquam comprehendantur;niſi de illis ſpecialis,& indiuidua mentio fiat, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad effectum præmiſſum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſq; contratrijs quibuſcumque.

Exemplorū fides.

§.4. Et quia difficile nimis eſſet, præſentes, quocumque, vbi illis opus fuerit, præferri; Volumus earum exemplis etiam impreſſis, Notarij publici manu, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutę obſignatis, eamdem prorſus fidem in iudicio, & extra vbique locorum adhiberi, quæ adhiberetur præſentibus, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ ſuſpenſionis, declarationis, decreti, præcepti, mandati, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario cōtraire: ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit; indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum.

Dat. P. Ann. 1. die 2. Maij.

Dat. Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo quarto, Sexto Non. Maij, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Publicatio die 17. Maij.

Anno à Natiuitate D. N. Ieſu Chriſti Milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo quarto, Indictione ſeptima, die verò 17. menſis Maij, Pontificatus Sanctiſſ. in Chriſto Patris, & D. N. D. Vrbani diuina prouidentia Papæ VIII. Pontificatus ſui primo, ſupradictæ litteræ Apoſtolicæ publicatæ, & affixæ fuerunt ad valuas Baſilicarum S. Ioannis Lateranē, Principis Apoſtolorum de Vrbe, ac Cancellariæ Apoſtolicæ, & in acie Campi Floræ dimiſſis ibidem earumdem litterarum originalibus appenſis per aliquod temporis ſpatium, & exinde amotis, deinde dimiſſis earumdem litterarum copijs affixis, vt moris eſt, per nos Camillum Fundatum de Ceſis, & Brandimartem Latinum S. D. N. Papæ prælibati Curſ.

Octauius Spada Mag. Curſ.

Sequitur eiuſdem Iubilei conceſſio pro Sanctimonialibus, Anachoretis, Eremitis, alijſque Chriſtifidelibus carceratis, & infirmis hoc anno 1625. Romam venire impeditis.

Edita An. D. 1625

VRBANVS PAPA VIII.
Ad futuram rei memoriam.

Sanctimoniales eo quod in clauſura viuunt.

Pontificia ſollicitudo, quamuis omnium Chriſtifidelium ſaluti proſpiciat, præcipuè tamen ſpiritualibus Sanctimonialium profectibus, paternæ caritatis affectu, ſtudet prouidere; ipſæ enim ſunt filiæ, quæ oblitæ populum ſuum, & domum patris ſui, animi ſplendore cæleſtem Regem oblectant: ipſæ ſunt prudentes virgines, quæ lampades ſuas, caritatis flamma ſuccenſas, prouidè aptantes, meliorem partem elegerunt, & dum vitam cælitùs petitam ducunt, non modo ſibi ipſis ad cælum viam ſternunt, ſed ieiunijs, vigilijs, & orationibus cæteris quoque Chriſtifidelibus eam aperire ſtudent. Quare ſummoperè optandum eſt, vt vitę rationem, quæ eas Angelis quodammodo æquat, conſtantiſſimè retineant, ac dent operam, vt ſicuti præclaros hic agunt de carne in carne triumphos, ita poſt huius vitę certamina in cæleſti patria feliciter coronentur.

Anachoretæ, & Eremitæ ſimile vitæ genus ducunt, ideoque ipſi Romam venire non valent.

§.2. Quoniam autem conſimile vitæ genus quamplurimi Anachoretæ, atque Eremitæ, vt ſupernarum rerum contemplationi ſecuriùs vacent, laudabiliter elegerunt; ſpiritualibus quoque ipſorum incrementis, paternis viſceribus, maximè ducimus conſulendū. Cum igitur tam ipſi, quàm prædictæ Sanctimoniales perpetua viuāt clauſura mācipatæ.

Neque carcerati, & infirmi.

§.3. Necnon multi, vt accepimus, vtriuſque ſexus Chriſtifideles, partim carceribus detenti, partim verò diuturna infirmitate præpediti, non ſolùm in Alma Vrbe noſtra, & Italia, ſed alijs etiam regionibus, prouincijs, & locis reperiantur, qui, & quæ reſpectiuè impedimentis huiuſmodi remotis, pro percipiendis præſentis anni Iubilei fructibus, ad Almam Vrbem noſtram omnino venirent, & Baſilicas, Eccleſiaſq; ad id deputatas, benedicente Domino, indubitanter viſitarent; ob prędicta impedimenta, ad Vrbē huiuſmodi minimè venire, neque reſpectiuè Baſilicas, & Eccleſias ipſas viſitare valeant.

Hic ideo Pontifex eiſdem eo modo hic praeſcripto eiuſdem Iubilei indulgentiam concedit.

§.4. Nos pro paſtoralis officij noſtri debito, paternaq; caritate, illorum omnium animarum ſaluti, quantum cum Domino poſſumus, proſpicere volentes; Omnibus, & ſingulis Sanctimonialibus, necnon Anachoretis, atque Eremitis huiuſmodi, necnon vtriuſque ſexus Chriſtifidelibus, tam carceratis, quàm infirmis prædictis tantùm, & qui, aliàs impedimentis longæ carcerationis, ac diuturnę infirmitatis ceſſantibus, ad hanc Almam Vrbem, pro theſauris ſpiritualibus huiuſmodi conſequendis, venturi fuiſſent, verè pœnitentibus, & confeſſis, quòd in locis, vbi eos eſſe contigerit, pia Chriſtianę pietatis, & caritatis opera, iuxta formam ab Ordinarijs locorum, ſeu Sanctimonialium, & Anachoretarum, Eremitarumq; huiuſmodi

Superioribus, vel de eorum mandato, à prudente Confessario; in Alma verò Vrbe à dilecto filio nostro Vicario, seu eius Vicesgerẽ tantùm, præscribenda, pro cuiuslibet statu, & conditione, ac loci, & temporis ratione habita; exercendo, & alia nostris in litteris Indictionis Anni Iubilei contenta adimplendo, omnes, & singulas Indulgentias, & peccatorum remissiones etiam plenissimam consequantur, & eorum quilibet consequatur, quas consequerentur, & consequi possent, si in hoc præsenti anno Iubilei, diebus ad id statutis, quatuor ad id deputatas Basilicas, & Ecclesias Almę Vrbis, & extra illius muros, pro quibus visitandis Iubileum, & Indulgentię prædictę concessę sunt, personaliter visitarent, & eorum quilibet visitaret.

Et dat facultatẽ eligendi ad hoc effectum Confessarios à locorum Ordinarijs approbatos, qui eas ab omnibus peccatis absoluere possint.

§. 5. Eisdemq. Sanctimonialibus, & Christifidelibus impeditis huiusmodi, vt ad effectum præsentium, Confessarios presbyteros sęculares, vel cuiusuis Ordinis regulares, ab eisdem Ordinarijs locorum ad id probatos, qui confessionibus eorum diligenter auditis, eos, & eorum quemlibet à quibusuis peccatis, criminibus, & delictis quantumcumque grauibus, & enormibus, etiam Apostolicę Sedi reseruatis, etiam in Bulla Cœnę Domini contentis, iniuncta eis pœnitentia salutari, absoluere possint, eligere valeant, auctoritate Apostolica, tenore præsentium concedimus, & indulgemus.

Contrarijs derogat.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cęterisq; contrarijs quibuscumque.

Huiusq. concessionis exemplis credi iubet.

§. 7. Volumus autem, quòd præsentium litterarum transumptis etiam impressis, manu Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personę in dignitate Ecclesiastica constitutę munitis, eadem prorsus vbique fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitę, vel ostensę.

Dat. P. An. 2. die 28. Ianuarij.

Dat. Romę apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die xxviij. Ianuarij M. DC. XXV. Pontificatus nostri anno Secundo.

XVII.

Approbatio quorumdam statutorum in Capitulo generali Fratrum Minorum Sancti Frãcisci de Paula Romę in Conuentu Sanctissimę Trinitatis anno 1623. editorum, circa ea, quę agenda sunt in casu mortis Patris Generalis totius Ordinis.

Vltra ea, quæ habes ad Const. 5. Sixti 4. Sedes, sup. t. c. pag. 335. scias istis Fratribus ambitum prohibuisse Paul. V. in Const. eg. Admonemur, hic sup. pag. 39. Et paulo post à quodam Ioanne Pizzullo in Vrbe institutum fuisse Collegium pro Fratribus Studentibus huius Ordinis Nationis Calabrensis, prout videre est in Const. 5. Ex iniuncto, huius Sanctissimi Pont. hic sup. pag. 200. Cum alia Const. incipiẽ. Inter cætera, prædicta subsequẽ. qua prohibetur administratio tam dicti Collegij, quàm eius bonorum alijs Fratribus, quàm dicti Ordinis, ac Prouincia Calabriæ. Confirmationem demum omnium Priuilegiorum ipsius Ordinis ab ipso S.D.N. factam lege inf. Const. 19. Iniuncti. pag. 255.

VRBANVS PAPA VIII.

Edita An. D. 1625

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

VT ea, quæ pro personarum quarumlibet, præsertim Regi sæculorum obsequijs sub suaui Religionis iugo Altissimo famulantium, prospero, felicią; regimine facta fuisse dicuntur, vt firma perpetuò, & illibata persistant, libenter, cum à Nobis petitur, Apostolicæ confirmationis patrocinio communimus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

Expositum fuit Pont. multa olim statuta fuisse à Capitulo generali circa electionem Vicarij in casu mortis Patris Generalis, eaq. Apostolica auctoritate confirmata.

§. 1. Sanè nomine dilecti filij Aegidij Camart Correctoris Generalis Ordinis Fratrum Minimorum Sancti Francisci de Paula Nobis nuper expositum fuit, quòd aliàs pro felici eiusdem Ordinis directione, & prçsertim illius Vicarij generalis electione nonnulla statuta condita fuerunt tenoris subsequentis, videlicet.

Primò, statutum fuit in Capitulo generali eiusdem Ordinis habito Paulę anno M. DXXXV. auctoritate Apostolica confirmato, quòd si contingeret (quod Deus auertat) Reuerendissimum Patrem Generalem diem claudere extremum, fiat de Vicario generali electio per eiusdem Generalis socios cum Reuer. Patre Prouinciali illius Prouinciæ, in qua morietur, vel ei proximioris, si extra Prouinciam quamdam morietur, ac socijs illius, & Correctore locali vbi morietur, vel proximioris Conuentus. Qui omnes simul prędicti electores de toto gremio religionis vnũ in Vicegeneralem vsque ad proximum Capitulum generale celebrandum eligant, ita tamen quòd nullus prędictorum eligentium ad prędictum officium assumi valeat; hic autem in prędictum Vicarium, etiam pro quocumque tempore assignatus, in Generalem immediate, & postmodum reeligi, & deputari valebit.

§. 2. Deinde in vltimo generali Capitulo eiusdem Ordinis habito Romæ in Conuentu San-

Quibus postea in alio capitulo generali Romæ celebrato an. 1627. nonnulla alia addidisse, vt hic.

Sanctissimę Trinitatis anno M.DC.XXIII. sessione decima quęsitum fuit, an in casu mortis Reuerendissimi Patris Generalis (quod absit) standum esset in numero electorum iam ab alij Capitulis deputatorũ; an potius idem numerus esset augendus: & varijs hinc inde discussis rationibus, tandem negotium remiserunt Patri Generali, qui vnà cum suis Collegis, consulto etiã Illustrissimo Protectore, determinarēt quid esset agendũ: Quapropter facta circa hoc matura consideratione, prout infra statuendum consentaneum duximus.

Dispositio circa electionem Vicarij generalis. Primo de morte Generalis, & quis erit eius Vicarius vsque ad electionem.

Patre Generali claudente diem extremum, continuò antiquior ex Collegis, qui tunc præsentes aderunt, accipiat vtrumque sigillum Ordinis, & Vicegeneralis fungatur officio tantisper, donec cum Patribus electoribus, ad electionem Vicarij generalis procedatur.

Secundò de monendis Superioribus Ordinis circa mortem Generalis.

Præfatus Pater Collega in Vicarium institutus, vt primum mors Patris Generalis acciderit, notam illam faciat omnibus Prouincialibus Ordinis, tum vt debitæ orationes, & sacrificia pro anima defuncti offerantur, tum vt electores futuri Vicarij generalis præparent se ad electionem faciendam.

Tertio, de potestate Collegarum Sede Generalis vacante.

Quãdiu Sedes Generalis vacabit, non poterunt Collegæ vllam visitationem facere, neque instituere vllos Prouinciales, aut alios Superiores, neq; illos deponere. Non poterut etiam vlla statuta condere, vel aliquem fratrum priuare, aut rehabilitare, neque vllam rem magni momenti expedire, sed omnia reseruabuntur Vicario Generali futuro. Poterunt autem vrgentia negotia, & quæ celerem resolutionem requirunt, expedire, fratresq; scandalosos punire.

Quartò, de electoribus Generalis.

Ex qualibet natione Italiæ, Galliæ, & Hispaniæ quatuor Patres conueniẽt ad locum destinatum cum tribus Patribus Collegis Generalis prædefuncti, vt eligant simul Vicarium generalem, nempe duo Prouinciales, & duo Commissi ex qualibet natione.

Quintò, de Prouincialibus, & quomodo assumi debeant.

Porrò Prouinciales assumentur secundum ordinem antiquitatis Prouinciarum, mutando de sexennio in sexennium iuxta seriem dictarum Prouinciarum, exempli gratia in hoc sexennio habebunt ius electionis pro Italia Patres Prouinciales S. Francisci, & Messanæ; pro Gallia Turonensis, & Franciæ, pro Hispania Granatensis, & Castellæ; in futuro autem sexennio duo alij Prouinciales Prouinciarum proximè succedentium in qualibet natione secundum antiquitatem, & ita deinceps de sexennio in sexennium, donec impleatur numerus Prouinciarum cuiuslibet nationis. Poterunt autem Prouinciales, quibus continget in suo ordine interesse electioni Vicarij generalis, causa euidentis infirmitatis substituere Vicarium, prout fit in Capitulo generali.

Sextò, de Collegis Patris Generalis morbo detentis.

Similiter si Patres Collegæ Generalis, vel illorum alter morbo aliquo ita detineantur, vt non possint adire locum ad electionem destinatum, poterunt substituere aliquem Patrem idoneum ex illa natione, cuius sunt Collegæ, qui litteris authenticis munitis ius habebit in electione.

Septimò, de Commissis.

Commissi verò non assumentur ex eisdem Prouincijs, ex quibus Prouinciales venient ad electionem, sed ex duabus prouincijs proximè succedẽtibus, ad hoc, vt plures cuiuslibet nationis concurrãt ad electionem Vicarij generalis:

Octauò, à quibus fieri debeat electio Commissorum.

Ipsi verò Commissi eligantur respectiuè in suis Prouincijs à Prouinciali, Collegis, & Diffinitoribus Prouinciæ, veniantque ad locum deputatum muniti litteris authenticis suæ deputationis.

Nonò, de Correctore Conuentus vbi moritur Generalis.

Cæterùm si Pater Generalis decedet in aliquo Conuentu, Superior illius Conuentus veniet ad electionem Vicarij generalis futuri, & tunc pro illa natione, in qua est ipse Corrector, non eligatur nisi vnus Commissus, nempè in antiquiori Prouincia ex duabus, quæ venient in ordinem, ad hoc vt votorum sit paritas in qualibet natione, & Prouincia, in qua non fuit electio, pro hac vice carebit suo voto, ita vt in subsequẽti sexennio assumãtur Cõmissi ex alijs duabus Prouincijs immediatè subsequentibus.

Decimò, de morte Generalis extra Conuentus.

Si verò contingat Patrem Generalem mori extra Conuentum, vt puta in itinere, vel in mari, vel in alio quouis loco, secundum quod frequenter accidit inter immensa pericula viarum, tunc nullus ex Correctoribus viciniorib loci decessus huiusmodi intererit electioni, sed tantùm Prouinciales, & Commissi.

Vndecimò, quòd semper Corrector Conuentus vbi morietur Pater Generalis, votum habeat.

Quamquam verò Commissi nullo modo assumi debeant ex eisdem Prouincijs, ex quibus Prouinciales votum habebunt in electione, nihilominus Pater Corrector Conuentus, in quo obierit Reuerendissimus Pater Generalis, semper votũ habeat, etiã si reperiatur in illa Prouincia, in qua cõtinget Prouincialẽ esse vocalẽ.

Duodecimò de notificatione electorum in Capitulis generalibus.

Vt autem tota Religio noscat, qui nam ex Prouincialibus, & Commissis debeant habere votum pro futuro sexennio in electione Vicarij generalis causa mortis, in quolibet generali Capitulo, inter reliqua statuta ponatur huiusmodi decretum. Si contingat Reuerendiss. Patrẽ Generalẽ diẽ obire (quod Deus auertat) pro futuro sexennio ij erũt electores Vicarij generalis vnà cum Patribus Collegis defuncti Generalis, nempè pro natione Italica Patres Prouinciales talis, & talis, & talis, & talis Prouincia mittant suos Commissos; pro natione verò Gallica talis, & talis Prouincialis, & talis, & talis Prouincia mittant suos Commissos; pro natione vero Hispanica talis, & talis Prouincialis, & similiter talis, & talis Prouincia suos Commissos destinabunt: & hoc inuiolabiliter seruabitur in futuris Capitulis generalibus.

Decimotertiò, de notificatione loci, in quo obijt Pater Generalis.

Spectabit autem ad Patrẽ Collegã, cui commissa erunt sigilla Religionis, dum significabit mortem Generalis omnibus Prouincijs Ordinis, simul etiam notificare Conuẽtum, in quo prædictus Pater Generalis obierit, vt sciatur quòd superior illius Conuentus debet habere votum in electione, & quòd proinde in illa natione, in qua situs est ille Conuentus, non debet fieri electio, nisi vnius Commissi, nempè in antiquiori Prouincia, ex duabus illis, quæ veniunt in vice sua, quoniam superior Cõuentus cum sit eiusdem nationis, supplet pro altero Commissio. Si verò extra Conuentum obeat Pater Generalis, & hoc ipsum notificabit prædictus Pater Collega Generalis, vt sciant quælibet nationes, sibi deligendos esse duos Commissos.

Decimoquartò de loco, in quo fieri debet electio.

Si Pater Generalis diem claudat Romæ, electio fiet Romæ, & illuc omnes electores conuenient, & quidem si moriantur in Conuentu Sãctissimæ Trinitatis, Pater Corrector illius Cõuentus votum habebit in electione, & computabitur pro natione Gallica; si verò in Conuentu S. Andreæ, vel S. Francisci super illorum respectiuè Conuentuum votum habebit pro natione Italica. Porrò in quocumque horum trium Conuentuum obierit Pater Generalis, in eo conueniant Patres electores ad faciendam electionem Vicarij generalis.

Decimoquintò, de Patre Zeloso.

Pater Zelosus votum habebit in electione Vicarij generalis in quocumque Conuentu Romano decesserit Pater Generalis. Quo casu natio illa, de qua est Pater Zelosus, non mittet alium Cõmissum, verbi gratia si Pater Zelosus sit Italus, & Pater Generalis diẽ claudat in Conuẽtu S. Andreæ, vel S. Frãcisci, superior illius Conuẽtus & Pater Zelosus erunt electores, & cũ sint ambo Italicæ Prouinciæ, quæ deberent eligere Cõmissos, nõ eligent pro hac vice. Si Gallus fuerit, & Pater Generalis obeat in Conuentu Sanctissimæ Trinitatis, Corrector, & Zelosus similiter erunt electores, & ex Gallia non mittentur Commissi. Si Hispanus, tunc vnus tantum Commissus veniet ex Hispania, nempè is qui eligetur ab antiquiori Prouincia ex duabus, vt supra dictum est.

Decimosextò, de loco electionis quando Pater Generalis diem claudit extra Romam.

Ac si cõtingerit Patrem Generalem obire extra Romam, vt puta dum visitat Prouincias, conueniant omnes electores ad Conuẽtum commodiorem pro nationibus, exempli gratia si decedat Pater Generalis in Italia, omnes electores veniant ad Conuentum Ianuensem, qui est cõfinio Italiæ, Galliæ, & Hispaniæ; si in Gallia decesserit, electio fiet in Conuentu Massiliensi, qui est vicinior alijs nationibus; si in Hispania, conueniant ad electionem in Conuentu Barchionẽsi, & hoc sẽper seruetur pro regula in omnibus futuris electionibus Vicarij generalis.

Decimoseptimò, quo tempore debent conuenire electores.

Quia verò Ordo valde extẽsus est, & oportet aliquod temporis spatiũ ad hoc vt mors Patris Generalis toto Ordini innotescat. dabitur spatium quinq; mensium à die obitus Patris Generalis vsque ad diem electionis, sufficient enim duo menses ad notificandam mortem toto Ordini, & reliquum, ad hoc, vt electores conueniant ad locum electionis.

Decimooctauò, cuius erit indicere tempus, & diem, ac locum electionis.

Spectabit ad P. Collegam Generalem, qui in manibus habebit sigilla Religionis, eodem tẽpore, quo significabit mortem Generalis simul etiam indicare tempus, & diem, ac locum supra in capitulo decimosexto determinatum futuræ electionis, ita quod semper sint quinque menses integri inter obitum, & diẽ electionis; Prouinciales vero, & Commissi, sub pœnis ijsdem,

quæ

quæ sunt statuta contra eos, qui non intersunt capitulis generalibus, sint obligati statuto tempore præsentes esse in loco, in quo fieri debet electio futuri Vicarij generalis, si qui verò fuerint absentes; elapso tempore præfinito, continuo præsentes procedant ad electionem, amplius non expectando.

Decimononò, de Præside capituli in electione.

Quando omnes electores conuenerint, præsidebit in capitulo Pater Collega Generalis, cui commissa sunt sigilla Ordinis absque aliquo respectu Prouincialium.

Vigesimò, quisnam potest eligi in Vicarium generalem.

Omnes electores sic coadunati poterūt ex toto Ordine eligere in Vicarium generalem, quem magis idoneum iudicauerint, etiam ex corpore ipsorum electorum, si qui inter ipsos magis capaces, et ad hoc officiū magis idonei reperiūtur.

Vigesimo primo, De potestate Vicarij generalis electi.

Qui verò electus fuerit in Vicarium generalem, statim fungetur officio suo secundum exigentiam negotiorum iuxta priuilegia eiusdem Ordinis, sicut hactenus factum est.

Vigesimo secundò, de notificatione electionis Vicarij generalis.

Statim atque facta fuerit electio Vicarij generalis, curabunt Patres electores, vt notificetur per omnes Prouincias Ordinis, & ideo mittent ad omnes Patres Prouinciales authenticas litteras electionis à se factæ.

Vigesimo tertiò, quibus expensis Patres conuenient ad electionem.

Iustum est, vt Patres Collegæ Generalis conueniant ad locum electionis expensis suarum respectiuè nationum, Patres verò Prouinciales, & commissi expensis suarum Prouinciarum sicuti fit in Capitulis generalibus.

Vigesimo quartò, quid faciendū in casu, quo Pater Generalis diem claudat extremum post expletū quadriēnium sui generalatus.

Si Pater Generalis obeat post expletum quadriennium sui officij, tunc ij eligent Vicariū generalē, qui iam olim deputati fuerūt à capitulo generali Panlitano, quibus adiungentur Pater Prouincialis viciniores Prouinciæ cum suis Patribus Collegis, vt maior sit votorum numerus, si verò fuerit discrepantia, quæ nam sit vicinior Prouincia, tunc posita æquali distantia, antiquior Prouincia votum habebit.

§. 3. Cum autem sicut eadem expositio subiungebat, Aegidius prędictus plurimum cupiat statuta huiusmodi pro firmiori illorum subsistentia, & inuiolabili obseruatione Apostolicæ nostrę confirmationis robore communiri. Ideo Nobis totius Ordinis prædicti nomine humiliter supplicari fecit, vt desuper opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur.

Modo sunt supplicaur Pont. vt ea omnia Apostolica auctoritate communiri dignetur.

§. 4. Nos igitur eiusdem Aegidij desiderijs in præmissis annuere, illumque specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, & à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsq; Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum pręsentium dumtaxat consequen, harum serie absoluentes, & absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati. De Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacri Concilij Tridentini Interpretum consilio, statuta præinserta huiusmodi, ita tamen vt à Capitulo generali eiusdem Ordinis proximè celebrādo rursus examinentur, atque approbentur, alioquin ex eo tempore præsens confirmatio nulla prorsus atque irrita sit, Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuò approbamus, & confirmamus, illisque inuiolabilis Apostolicæ firmitatis robur adijcimus, ac omnes, & singulos tam iuris, quàm facti defectus, si qui desuper quomodolibet interuenerint, supplemus.

Qui ea approbat & cōfirmat, supplétque defectus, dummodo in Capitulo proximè celebrando iterum examinetur, & approbetur.

§. 5. Ipsaque statuta in prædicto Ordine, si ab eodem capitulo denuo examinata, & probata fuerint, vt petitur, perpetuò obseruari debere, irritumquē, & inane si secus super his à quocumque quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Et ita approbata obseruari decernit.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, dicti Ordinis etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alias roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisq; contrarijs quibuscumque.

Contrarijs tollit.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die 29. Maij. 1624. Pontificatus nostri Anno Primo.

Dat. Pont. An. 1 die 29. Maij.

XVIII.

Comprobatio omnium gratiarum, & priuilegiorum Congregationis Ioannis Dei sub regula S. Augustini degentis, vnà cum elargitione, & communicatione quarumcumq; prerogatiuarum, & indultorum Ordinibus Mendicantium, & Congregationi Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis, eorumq; locis, & personis hactenus concessorum, & concedendorum.

Institutionem Congregationis horū Fratrum perlege in Pij V. const. 143. tom. 2. pag. 354. vbi notani. Et illius erectionem in veram Religionem habes sup. in Pauli V. Const. 69. tom.

tom.3.pag.261.& hic sup.in 4 tom.Const.2. Romanus,vbi vide notata.Quibus nunc addo,quòd iste Sanctiss.Pôt.postea prohibuis ne Fratres Sacerdotes Pralaturas, aut dignitates ipsius Religionis exercere possent, cum declaratione quanam earũdem nominibus veniant,ac impositione pœnarũ tam electis, quàm eligentibus contra huiusmodi prohibitionem,vt inf.Const.84. Circumspecta.Et nouissimè eorumdem Pracedentiam cum Ordinibus Mendicantium declarauit, & confirmauit in Const.76. Commissi.

Edita A.D.1624.

VRBANVS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

SAcrosanctum Apostolatus officium,quod humilitatem nostram, nullo licèt meritorum suffragio, gerere voluit Altissimus,iugiter postulat, vt paternam Sacrarum Religionum, atque Congregationum vberes, & suaues in militanti Ecclesia fructus assiduè præstantium, curam gerentes,priuilegia,gratias, & indulta illis à Rom.Pont. prædecessoribus nostris concessa, non solùm approbemus,verùm alia eis cõcedamus, prout rerum, & temporum qualitatibus debitè pẽsatis,conspicimus salubriter in Domino expedire.

Cõprobatio gratiarum, & priuilegiorum, vt in Rubrica.

§.1. Hinc est, quòd Nos dilectos filios fratres Coogregationis Ioannis Dei sub Regula S. Augustioi, qui sicut accepimus, ab ipso Congregationis prædictæ initio multiplicia atq; insignia pietaris, & Christianę caritatis opera erga pauperes,& infirmos in eorum Hospitalibus degeotes,magno cum Reipublicæ Christianæ spirituali commodo, & vtilitate exercuerunt, & in dies exercere non desinunt, spirirualibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, & à quibusuis excõmunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsq; Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet inoodati existunt, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes,supplicationibus eorum nomine Nobis per dilectum filium Gasparem Diaz Campomanes istius Congregationis in Regnis Hispaniarum Procuratorem generalem super hoc humiliter porrectis inclinati:omnia, & singula priuilegia,immunitates, exemptiones,libertates, prærogatiuas, fauores, conseruationes, declarationes, facultates, dispensationes, gratias, concessiones, indulgentias, & indulta spiritualia, & temporalia, etiam per modum communicationis, & extensionis, seu aliàs per quoscumque Rom Pont.prędecessores nostros,ac Nos, & Apostolicam Sedem sub quacumque verborum forma, & expresione in genere, & in specie quomodolibet concessa, ac pluries confirmata, cum omnibus, & singulis in eis contentis clausulis, decretis, & declarationibus,ac singulas litteras, tàm sub plũbo,quàm in forma Breuis, aut alias desuper confectas, quatenus tamen sint in vsu, & non sint reuocata, seu sub aliquibus reuocationibus comprehensa, ac sacris Canonibus, & Concilij Tridentini decretis non aduersentur,tenore præsentium perpetuò approbamus, & confirmamus,ac illis perpetuæ,& inuiolabilis Apostolicæ firmitatis robur adijcimus, omnesq; & singulos tàm iuris, quàm facti, & quosuis alios etiam quantumuis substantiales defectus, si qui desuper quomodolibet interuenerint, supplemus.

Communicatio prærogatiuarum, & indultorũ Ordinibus Mendicantium,& Congregationi Clericorum Regulatium Ministrantium infirmis cõcessorum,& concedendorum.

§.2. Et insuper, vt fratres Congregationis huiusmodi tantò feruentiùs diuinis beneplacitis, priorumq; operum huiusmodi exercitio insistant, quanto maioribus se viderint spiritualibus gratijs fore munitos, omnia, & singula priuilegia, prærogatiuas, concessiones, fauores, facultates, declarationes, conseruatorias, immunitates, exemptiones, libertates, cæterasq; gratias præeminentias, & indulta cuiusuis generis existentia spiritualia,& temporalia,qualiacumque illa sint,quę pariter sint in vsu, & non sint reuocata, vel sub aliquibus reuocationibus comprehensa, neque sacris Canonibus, & Concilij Tridentini decretis,aut Apostolicis constitutionibus aduersentur,vt præfertur, Ordinibus Mendicantium, & Congregationi Clericorũ Regularium Ministrãtium Infirmis, eorumq; Conuentibus, domibus, & alijs locis regularibus, necnon Ecclesiasticis, & dilectis filijs Ordinum, & Congregationis huiusmodi Generalibus, Pręsidentibus, & quibusuis alijs Superioribus Prelatis, & Capitulis etiam generalibus, prouincialibus, seu intermedijs, eorumq; Diffinitoribus,Prioribus,Nouitijs,Fratribus, Conuersis, Donatis, ac quibusuis eorum regularibus personis, tàm in Vrbe,quàm etiam in quibuscumque Mundi partibus existentibus, & illorum intuitu, aut aliàs quomodolibet per quoscumque Rom. Pont. prędecessores nostros,seu per Nos,& successores nostros,aut alios auctoritatem habentes,concessa sunt, & concedentur, ac quibus de iure, vsu,cõsuetudine, vel priuilegio,seu cõcessione Apostolica in genere, vel in specie,ac tàm coniunctim, quàm diuisim, aut aliàs quomodolibet vtuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent,ac vti,frui, potiri, & gaudere possunt,&,

poterunt

poterunt quomodolibet in futurũ, ad dictam Congregationem Ioannis Dei, & singula illius Monasteria, Domos, Hospitalia, & alia loca regularia, illorumq; Superiores Prælatos,& quascumque regulares personas auctoritate, & tenore prædictis etiam perpetuò extendimus,illaq; eis communicamus,& de nouo concedimus, ac suffragari volumus.

Deputatio execu torum harum Bullar.

§. 3. Quocirca Venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiscopis,& Episcopis,alijsq; locorum Ordinarijs quibuscumque,necnon dilecto filio causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ generali Auditori per præsentes committimus, & mandamus, quatenus quilibet eorum quandocumque per se vel alium, seu alios præsentes litteras, & in eis contenta quæcũque,vbi,& quando opus fuerit,ac quoties pro parte Generalis,& Fratrum Congregationis Ioannis Dei prædictorum fuerint requisiti,solemniter publicantes,eisq; in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes,faciant auctoritate nostra easdem plenum eorum effectum sortiri,illisq;omnes,quos cõcernunt, pacificè frui, & gaudere. Non permittentes quemquam desuper contra præsentium tenorem sub quouis prætextu, & causa, etiam defectu intẽtionis nostræ per quoscumque quomodolibet indebitè molestari, quinimo quicquid in contrarium attentari, vel fieri contingет, omnino semper in pristinum reponi, contradictores quoslibet,& rebelles, etiam per quascumque de quibus eis videbitur censuras, & pœnas Ecclesiasticas, & alia opportuna iuris, & facti remedia,appellatione postposita compescendo, ac legitimis super his habendis seruatis processibus censuris, & pœnis ipsas, etiam iteratis vicibus aggrauando,inuocato etiam ad hoc si opus fuerit,auxilio brachij sæcularis.

Derogatio contrariorum.

§.4. Non obstantibus præmissis, ac piæ me. Bonifacij Papæ VIII. etiam prædecessoris nostri de vna,& in Cõcilio generali edita de duabus dietis, dummodo vltra tres dietas aliquis auctoritate præsentium ad iudicium non trahatur,alijsq; Apostolicis constitutionibus,& ordinationibus,ac Ordinum,& Congregationum huiusmodi statutis,& consuetudinibus etiam iuramento, cõfirmatione Apostolica,vel quauis firmitate alia roboratis,priuilegijs quoque,indultis, & litteris Apostolicis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, efficacissimis,& insolitis clausulis quomodolibet etiã pluries concessis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumq; totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, nõ autem per clausulas generales idẽ importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda,aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, etiam quod in eis caueatur expresse,quod illis nullatenus, aut nonnisi sub certis modo, & forma derogari possit, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes hac vice dumtaxat specialiter,& expressè derogamus,ceterisq; contrarijs quibuscumque. Aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab Apostolica sit Sede indultum, quòd interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

Fides transumptorum.

§.5. Verum quia difficile foret præsentes litteras vbicumque opus esset deferri, volumus,& pariter auctoritate Apostolica decernimus, quòd illarum transumptis etiam impressis,manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis,eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. An. 1. die 20. Iunij.

Datum Romæ apud sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris, die xx. Iunij M. DC. XXIIII. Pontificatus Nostri Anno Primo.

XIX.

Confirmatio omnium priuilegiorum, immunitatum,prerogatiuarum,gratiarum,& indultorum tam spiritualium, quàm temporalium, etiam per modum communicationis,ac extensionis Ordinis Fratrum Minimorum S. Francisci de Paula concessorum, quatenus sint in vsu, nec reuocata, seu sub reuocationibus comprehensa, neque sacris Canonibus, aut Concilio Tridentino aduersentur.

Attende quæ sunt signata ad Const. 5. Sixti 4. t. 1. pag. 335. & etiam ad Const. 17. Vt ea, hic sup. pag. 250.

Edita A.D. 1624.

VRBANVS PAPA VIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

Iniuncti Nobis Apostolici muneris ratio postulat, vt sacrarum Religionum in militanti Ecclesia suaues in Domino fructus assiduè præstantium,paternã curam gerentes, priuilegia, gratias, & indulta illis à Romanis

nis Pontif. Prædecessoribus nostris, & Apostolica Sede concessa, quo validiùs perpetuò subsistant, Apostolicæ confirmationis robore libenter communiamus.

Confirmatio, de qua in Rubrica.

§.1. Volentes igitur vniuersum Ordinem fratrum Minimorum S. Francisci de Paula, ex quo vberrimi in eadem Dei Ecclesia fructus ad ipsius omnipotentis Dei laudem, & Christianæ Reipublicæ spirituale commodũ, & vtilitatem ab ipsius Ordinis initio semper prodierũt,& in dies prodeunt, ac ipsius Ordinis Correctorẽ generalẽ,& Fratres vniuersos specialibus fauoribus, & gratijs prosequi, ac eorũ quemlibet à quibusuis excõmunicationis,suspensionis,& interdicti,alijsq; Ecclesiasticis sententijs,censuris,& pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit,ad effectum præsentium dumtaxat consequẽ, harum serie absoluentes, & absolutum fore censentes, supplicationibus eorum nomine per dilectum filium Deodatum Lomellinum fratrem,& Procuratorem generalem eiusdem Ordinis Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, omnia, & singula priuilegia, immunitates, exemptiones, libertates, prærogatiuas, fauores, conseruationes, declarationes,facultates,dispensationes,gratias,concessiones, indulgentias,& indulta spiritualia, & temporalia, etiam per modum communicationis, & extensionis inter se, & cum alijs Ordinibus Mendicantium,& non Mendicantium eidem Ordini Minimorum, eiusq; Correctori generali, ac fratribus, & sororibus, alijsq; religiosis vtriusque sexus, eorumq; Domibus, Monasterijs, Ecclesijs, & locis regularibus quibuscumque, per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac Nos, & Apostolicam Sedem, sub quibuscumque verborum formis, & expressionibus in genere, vel in specie, aut aliàs quomodolibet concessa,ac pluries confirmata cum omnibus, & singulis in eis contentis clausulis, decretis, & declarationibus, ac singulas litteras tam sub plumbo,quàm in forma Breuis, aut aliàs desuper confectas,quarum tenorem præsentibus pro expresis haberi volumus, quatenus tamen sint in vsu, & non sint reuocata, seu sub aliquibus reuocationibus comprehensa, ac sacris Canonibus, & Concilij Tridentini decretis non aduersentur, ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine tenore præsentium perpetuò confirmamus, & approbamus; illisq; perpetuę, & inuiolabilis Apostolicæ firmitatis robur adijcimus.

Supplementum defectuum.

§.2. Ac omnes, & singulos tam iuris, quàm facti defectus,si qui interuenerint in eisdem,supplemus.

Executorum deputatio.

§.3. Quocirca Venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, alijsq; locorum Ordinarijs quibuscumque, necnon dilecto filio causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ Generali Auditori per præsentes committimus, & mandamus, quatenus quilibet eorum, quandocumque fuerint requisiti,per se, vel alium, seu alios præsentes litteras, & in eis contenta quęcumq; vbi, & quando opus fuerit,& quoties pro parte Correctoris generalis, & fratrum prædictorum fuerint requisiti,solemniter publicantes,eisq; in pręmissis efficacis defensionis pręsidio assistentes, faciant,easdem plenum eorum effectum sortiri,illosq; omnes, quos concernunt, pacificè frui, & gaudere, non permittentes quempiam desuper contra pręsentium tenorem sub quouis pretextu, & causa etiam defectu intentionis nostræ per quoscumque quomodolibet indebitè molestari, quinimmo quicquid in contrarium attentari, vel fieri contingat, omnino semper in pristinum reponi, Contradictores quoslibet, & rebelles etiam per quascumque de quibus eis videbitur censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaq; opportuna Iuris, & facti remedia,appellatione postposita,compescendo, ac legitimis super his habendis seruatis processibus, etiam iteratis vicibus aggrauando,inuocato etiã ad hoc,si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis.

Contrariorum remotio.

§.4. Non obstañ præmissis, ac piæ mem. Bonifacij Papę VIII.etiam prędecessoris nostri de vna, & in Concilio generali edita de duabus dietis,dummodo vltra tres dietas aliquis auctoritate pręsentium ad iudicium non trahatur, alijsq; Apostolicis constitutionibus, & ordinationibus,ac Ordinum prædictorum statutis, & consuetudinibus etiam iuramento, confirmatione Apostolica,vel quauis firmitate alia roboratis,priuilegijs quoq; indultis, & litteris Apostolicis sub quibuscumq; tenoribus,& formis,ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsq; efficacioribus, efficacissimis,& insolitis clausulis quomodolibet etiam pluries concessis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis,eorumq;totis tenoribus specialis,specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quęuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruañ foret, etiam quòd in eis caueatur expresè, quòd illis nullatenus, aut non nisi sub certis modo, & forma derogari

possit

possit, tenore huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata, inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, Motu, scientia, & auctoritate similibus derogamus contrarijs quibuscumque. Aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab Apostolica sit Sede indultum, quòd interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

Transumptorum Fides

§. 5. Verum quia difficile foret, præsentes litteras vbicumque opus esset, deferri, volumus, & pariter auctoritate Apostolica decernimus, quòd illarum transumptis manu alicuius ex Secretarijs cuiuluis prædictorum Prælatorum generalium, ac Romanæ Curiæ Commissarij, & successorū, aut Notarij publici subscriptis, & sigillo officij alterius eorūdē, aut personæ in dignitate Ecclesiastica cōstitutæ, seu Curiæ Ecclesiasticæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. An. 1. die 28. Iunij.

Datum Romæ apud sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris, die 28. Iunij M. DC. XXIIII. Pontificatus Nostri Anno Primo.

XX.

Edita A. D. 1624.

Reuocatio facultatum disponendi de officijs vacabilibus Romanæ Curiæ, eorumq; pretio; & moderatio Indultorum transferendi pensiones.

Causa huius Constitutionis.

Sanctissimus D. N. D. Vrbanus diuina prouidentia Papa VIII. pro Sedis Apostolicæ indemnitate officiorum quorumcumque vacabiliū Romanæ Curiæ ad collationē, seu concessionem dictæ Sedis quomodolibet pertinentium liberæ dispositioni, & deuolutioni ex personis illa obtinentium prouenire solitę, & quandoq; imminenti, necnon exonerationi beneficiorum Ecclesiasticorum quorumlibet prospicere, prout par est, intendens.

Reuocatio facultatum disponendi de officijs vacabilibus Romanæ Curiæ eorumq; pretio.

§. 1. Omnes, & quascumque facultates, indulta, & priuilegia disponendi quouis modo de officijs prædictis, seu eorum pretio absque speciali suo, & successorum suorum Romanorum Pontificum pro tempore existentium assensu, & beneplacito de tempore dispositionis huiusmodi interponendo, etiam per viam surrogationis, translationis, vel deputationis, etiam prætextu concessionis titulē, & officiorum huiusmodi locis pijs, etiam motu proprio, & ex ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine cum quibuscis etiam derogatiorarum derogatorijs, & vim contractus importantibus, ac alijs clausulis, necnon irritantibus, & alijs decretis, quorum tenores haberi voluit pro expressis, vel aliàs quouis modo, & ex quauis causa factæ, etiam si illorum vigore ad deputationē, & resignationem huiusmodi, vel aliā quamuis dispositionē processum fuisset, ac etiamsi officia ipsa tempore concessionis indultorum huiusmodi actu vacarent in ea parte, qua viuente Rom. Pont. illorū auctore cōsumata, & realē effectū sortita nō sunt, saluis tamē remanentibus decretis, & reseruationibus dispositionū in concessione officiorum tunc actu vacantium, particularibus personis dumtaxat, non autem Collegijs, Confraternitatibus, Congregationibus, vel Capitulis facta interpositis, ipsorumq; decretorum translationibus.

Moderatio indultorum transferendi pensiones.

§. 2. Necnon transferendi quascumque pensiones annuas super Patriarchalium, Metropolitanarum, Cathedralium, & Abbatialium mensarum, & quorumuis Ecclesiasticorum, tam sęcularium, quàm regularium beneficiorum quomodocumque qualificatorum fructibus tam certis, quàm incertis, ac etiam distributionibus quotidianis reseruatas, quę tamen per exactionem integrarum pensionum huiusmodi ab ipsis translatarijs factam realem, & actualem effectum similiter sortita non sunt, pro summa, quæ medietatem veri annui valoris fructuum mensę, seu beneficij, super quibus pensio transferenda, seu translata reseruata reperitur, excedat, quibusuis personis etiā Abbatiali, Episcopali, Archiepiscopali, Patriarchali, vel alia quauis dignitate, etiā Cardinalatus honore fulgētibus, siue etiā ad fauorem quorumcumq; locorum piorum, & collegiorum quouis intuitu, & consideratione etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, necnon clausulis, & decretis paribus, quorum tenores similiter pro expressis haberi voluit, tam per quoscumque Rom. Pontifices prędecessores suos, quàm Sanctitatem Suam concessa hactenus, reuocauit, cassauit, & annullauit, ac viribus, & effectu euacuauit; ita tamē vt facultates transferendi pensiones huiusmodi pro ea parte, quæ medietatem fructuum etiam incertorum, vel distributionum, quatenus super illis sint impositæ, non excedat, firmæ, & illesæ remaneant. Et insuper voluit, & ordinauit eos, qui prætextu excessus medietatis fructuum, seu distributionum huiusmodi partem pensionum translatarum soluere recusauerint, ad excessum ipsum probandum teneri; nec interim præsentis dispositionis pretextu processum executiuum, aut solutionem integræ pensionis,

nis;quatenus alias illis locus sit, impediri, aut retardari debere.

Appositio decreti irritantis.

§. 3. Decernens, sic in præmissis per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apost. Auditores, ipsosmet Cardinales, sublata eis, & eorum cuiuslibet qualibet aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere, necnon irritum, & inane quicquid secus super pręmissis per quoscumque, etiam prętextu facultatum, indultorum, & priuilegiorum prędictorum scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio omnium contrariorum.

§. 4. Facultatibus, indultis, & priuilegijs, alijsq; pręmissis, necnon statuto, ordinatione, & declaratione Suę Sanctitatis in crastinum eius assumptionis ad summi Apostolatus apicem editis, & in Cancellaria Apostolica sub die xxj. mensis Octobris anni millesimi sexcentesimi vigesimi tertij publicatis; quòdq; dicti S.R.E. Cardinales constitutionibus, & regulis per Sanctitatem suam post priorum suarum constitutionum, & regularum editionem, & publicationem, faciendis non includantur, nisi illæ eorumdem Cardinalium fauorem concernant, vel ipsę constitutiones, & regulę edendę, de ipsorum Cardinalium, vel maioris partis eorum consilio edirę fuerint, alijsq; regulis, constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cęterisque contrarijs quibuscumque nequaquam obstantibus.

Placet, publicetur, & describatur M.

Lecta, & publicata fuit supradicta Constitutio Romæ in Cancellaria Apostolica Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo sexcentesimo vigesimo quarto, Die verò Veneris vigesima quarta mensis Ianuarij, Pontificatus Sanctissimi D.N. Vrbani diuina prouidentia Papæ Octaui Anno Secundo.

Marcus Antonius Ascentius Procustos.

XXI.

Cõfirmatio Cõstitutionis Pauli V. circa eleemosynam, quam Rectores Ecclesiarũ Parochialium Indiarum Occidentaliũ, & Orientaliũ habere possunt ab his, qui in Ecclesijs domorũ vtriusq; sexus S. Francisci de Obseruantia sepeliuntur, aut pro eorum anima Missas celebrandas reliquerint. Cũ deputatione hęreticæ prauitatis Inquisitorũ pro eiusmodi Constitutionis executione.

Parochi autem, & Clerici quam pro sepulturis, & Missis eleemosynam petere possint, vide supra in Clem. 8. Const. 96. to. 3. pag. 144. & Const. 47. Pauli V. pag. 239.

De istis Fratribus vide notata ad Const. 23. Leon. X. sup. t. 1. pag. 511. & infra ad Const. 36. huius Pont. quę incipit, Sacrosanctum.

VRBANVS EPISC. SERVVS SERV. DEI.

Edita A.D. 1624.

Dilectis filijs hæreticæ prauitatis Inquisitoribus in Limañ, & Mexicañ, alijsque Orientalium, & Occidentalium Indiarum ciuitatibus, & diœcesibus, commorantibus, salutem & Apostolicam benedictionem.

Paul V edidit eã Const. quæ est sup. to. 1. pag. 239. cuius summa hic refertur.

§. 1. Aliàs fel. recor. Paulo Papa V. prædecessori nostro pro parte tunc in humanis agentis Matthæi de Recalde etiam tunc Vicecommissarij generalis Indiarum Occidentalium Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Obseruantia exposito, quòd Rectores Parochialium Ecclesiarum Indiarum Occidentalium, & Oriẽtalium, ne Christifidelium, qui pro tempore ab humanis decedebant cadauera ita commodè in Ecclesijs Fratrum, & Monialium dicti Ordinis Ecclesiasticæ sepulturæ tradi valerent, de consilio forsan Superiorum suorum abusum introduxerunt, vt maiorem scilicet eleemosynam exigerent ab illis, qui in Ecclesijs dicti Ordinis sepeliebantur, quàm si in proprijs Ecclesijs sepelirẽtur, itaut Christifideles, qui in Ecclesijs huiusmodi sepeliri desiderabant, parem ad minus parochialibus Ecclesijs eleemosynam relinquere debebant ratione eorum sepulturæ ea, quã Ecclesijs Ordinis huiusmodi relinquebant, & quod peius erat, si quis pro animæ suæ refrigerio nonnullas Missas, a Fratribus prædicti Ordinis, celebrandas reliquisset, prætendebant Parochi eleemosynam ratione missarum huiusmodi relictam, inter ipsos, & Fratres prædictos diuidendam esse, & vlterius ijdem Rectores de mandato forsan Ordinariorum suorum filios, quorum Patres in Ecclesijs dictorum Fratrum, & Monialium sepulti erant, aut sepulturam particularem pro se, & suis habebant nulla consuetudine legitima suffulti in eorum parochialibus Ecclesijs sepeliri, & dictos Patres ad hoc vt in dictis Parochialibus Ecclesijs sepelirentur cogere, & compellere contendebant, & quotquot Fratres regulares ad sepulturam Ecclesiasticam in suas regulares Ecclesias comitabantur, tot Sacerdotes sęculares, aut Clericos assumi volebant in maximum domorum Monasteriorum dicti

Ordinis

Ordinis præiudicium, eo quod multi duplicis huiusmodi funerum impensæ difficultate deterriti in dictis regularibus Ecclesijs sepulturam eligere non poterant. Vnde fiebat, vt dicti Ordinis Ecclesias mortuorum sepulturis, & consequenter eleemosynis, & quæ in suffragium animarum fieri consueuerât, paulatim destitutas iri verendum erat. Idem Prædecessor supplicationibus sibi desuper tûc porrectis inclinatus, & abusus huiusmodi è medio tollere, ac prædicti Ordinis, eiusq; religiosorum, vt maiores in vinea Domini fructus afferre studerêt, commoditatibus prospicere cupiens, de consilio Venerabilium Fratrum nostrorum, tunc suorum S. R. E. Cardinalium consultationibus, & negotijs Episcoporum, & Regularium præpositorũ, omnibus & singulis parochialium Ecclesiarum in partibus Indiarum tam Occidentalium, quàm Orientalium Rectoribus tunc, & pro tempore existentibus interdixit, prohibuitq; ne sub excommunicationis maioris latæ sententiæ pœna, à qua nonnisi ab ipso Romano Pontifice pro tempore existente, nisi in mortis articulo absolui possent, ex tunc deinceps perpetuis futuris temporibus maiorem eleemosynam ab ijs, qui in dictarum domorum vtriusque sexus Ordinis S. Francisci Ecclesijs sepulturam eligebant, & sepeliebâtur, ea, quàm illis præscribit Conc. Trid. sess. 25. cap. 13. iuxta explicationem à piæ memoriæ Pio Papa V. etiam prędecessore nostro sub Datum Romę apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicę 1567. septimo Kalendas Iunij, Pôtificatus sui anno secundo, quouis prętextu, aut occasione etiam de consilio, consensu, & mandato suorum Ordinariorum exigere, nec filios, quorum patres in Ecclesijs dictorum Fratrum, & Monialium sepulti erant, aut sepulturam particularem pro se, & suis habebant, & in eorũ parochialibus Ecclesijs sepeliri, & dictos patres ad hoc, vt in dictis parochialibus Ecclesijs sepelirentur, cogere valerent, seu prçsumerent, mandans propterea dilectis filijs causarũ Curię Camerę Apostolicę Generali Auditori, ac earumdem Indiarum Societatis Iesu Prouincialibus pro tempore existentibus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios, vbi, & quando opus foret, & quoties pro parte Superiorum, & Fratrum cuiuscumque domus, & monasterij dicti Ordinis fuissent requisiti, vel eorum aliquis fuisset requisitus, prædictas litteras, & in eis contenta quæcumque solemniter publicantes, eisq; in præmissis efficacis defensionis prçsidio assistêres, facerent Apostolica auctoritate illorum omniũ, & singulorum effectu pacificè frui, & gaudere. Non permittentes, eos desuper à quoquam quauis auctoritate quomodolibet indebitè molestari. Contradictores quoscumque, & prçmissis non parentes, eisq; auxilium, consilium, vel fauorem publicè, vel occultè, directè, vel indirectè dantes, per censuras Ecclesiasticas, aliaq; opportuna iuris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo. Inuocato etiam ad hoc, si opus foret, brachij sçcularis auxilio, & aliàs, prout in dictis litteris pleniùs continetur.

In tit. de Reform. nr. fortasse 17. Kal. Iunij, vt in pag. 332. tom. 2. ad finem.

§. 2. Cum autẽ, sicut exhibita Nobis nuper pro parte dilecti filij Fr. Io. Baptistæ Sanchez moderni Custodis Prouinciæ Carthagineñ, ac Secretarij, & in Romana Curia Procuratoris dicti Ordinis petitio continebat, rerum vsu compertum fuerit, quòd prædicti Prouinciales, qui adeò pauci, & propter negotiorum multitudinem detensi existunt, ac etiam propter locorum, in quibus pro tempore commorantur distâtiam, tum etiam ex eo, quòd Prouinciales præfati nullos Notarios, quorum opera prędictę litteræ, & in eis contenta prçmissis contrafacientibus intimari, illaq; adimpleri facere possint habentes, Notariorum Ordinariorum locorum parochis potius quam prędictis Religiosis adhęrêtium opera vti cogantur, quo fit vt dictarum litterarum executio non ita facilè reportari possit, prçmissis difficilè intendere possint, id verò in graue, maximumq; dictorum religiosorum incommodum cedat. Et si prędictę litterę, ac in eis contenta Nobis committentur, multò facilius, & citius dictarum litterarum executionem reportare possent. Quare pro parte dicti Io. Baptistę Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus prędictorum Religiosorum indemnitati, ac aliàs in prçmissis opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur.

Ite Vrban. ex causa hic express.

§. 3. Nos igitur eumdem Ioannem Baptistam, ac Ordinis huiusmodi singulares personas à quibusuis excommunicationis, suspensionis & interdicti, alijsq; Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum prçsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutos fore censeñ, necnon dictarum litterarum, & inde legitimè secutorum quorumcumque tenores, ac Dat. præsentibus pro expressis habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, discretioni vestrę per Apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut vnus vestrum, si & postquam dictæ litteræ vobis prę-sen-

Prædictam Constitutionem comprobat, nouosq; executores deputat.

sentatæ fuerint, ad illarum executionem, seruata aliàs earum forma, auctoritate nostra procedatis, illasq; exequamini, & in eis contēta quæcumque adimpleri faciatis in omnibus, & per omnia, perinde ac si illæ vobis, & non prædictis Prouincialibus à principio directæ fuissent.

Contrariisq; derogat.

§.4. Non obstantibus omnibus ijs, quæ dictus Paulus Prędecessor in dictis litteris voluit non obstare, cæterisq; contrarijs quibuscumque.

Dat. P. An. 2. die 21. Mart.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicę 1624. duodecimo Kalendas Aprilis, Pontificatus nostri Anno Secundo.

XXII.

Beatificatio Serui Dei Iacobi de Marchia, Ordinis Fratrũ Minorum S. Francisci de Obseruantia dum vixit Professoris, vnà cum concessione celebrandi Missam, & Officium de Communi Confessorum non Pontificum in Ecclesia d. Ordinis, vbi Corpus eius requiescit. Ac extensio d. concessionis ad omnes Ecclesias d. Ordinis, & eorum personas vbique existentes.

Edita A.D. 1624.

VRBANVS PAPA VIII.
Ad futuram rei memoriam.

Proœmium.

IN Sede Principis Apostolorum, nullis licèt nostris suffragantibus meritis, à Domino constituti, pijs fidelium votis, quibus virtutum Dominus in seruis suis honorificetur, libenter annuimus, eaq; fauoribus prosequitur opportunis.

Rex Hispaniarũ, & Ciuitas Neapolitana, necnon Fratres d. Ordinis supplicarunt Pont. pro Beatificatione & Officio d. Iacobi.

§.1. Sanè pro parte Charissimi in Christo filij nostri Philippi Hispaniarum Regis Catholici, ac dilectorum filiorum Clerici, & Populi Ciuitatis Neapolitañ, necnon totius Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Obseruantia nuncupatorum, Nobis nuper expositum fuit, quòd bo. me. Iacobus de Marchia multis, & eximijs virtutum, gratiarum, & miraculorum donis à Domino illustratus fuit; quapropter Philippus Rex, ac Clerus, & Populus, necnon Ordo prædicti, Nobis humiliter supplicari fuerunt, vt donec Canonizationis honor dicto Iacobo de Marchia ob eius eximiam caritatem, & excellentia merita, diuina adspirante gratia, ab Apostolica Sede decernatur, idem Iacobus de Marchia Beatus nuncupari, atque Officium de eo, vt infra, recitari possit.

Pont. eum Beatũ nuncupari, Officiumq; in Ecclesia tantũ, in qua corpus ipsius requiescit, recitari posse concedit.

§.2. Quare Nos re prius per Vẽn Fratres nostros S.R.E. Cardinales Sacris Ritibus Pręposítos, quibus eam examinandam mandauimus, maturè discussa, de eorumdem Cardinalium consilio huiusmodi supplicationibus inclinati, vt ipse bo. mem. Iacobus de Marchia Beatus nuncupari, atque Officium, & Missa de eo tamquam de Confessore non Pōtifice in Ecclesia tantummodo Sanctæ Marię della Noua nũcupatæ, Ciuitatis Neapolitañ, vbi corpus eiusdem requiescere asseritur, recitari, & celebrari respectiuè liberè, & licitè possit, & valeat, Apostolica auctoritate tenore præsentium licentiam, & facultatem concedimus, & impartimur.

Contrarijs derogat.

§.3. Non obstañ constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisq; contrarijs quibuscumque.

Dat. P. An. 2. die 12. Augusti.

Datum Romę apud Sanctum Marcum sub Annulo Piscatoris die xij. Augusti MDC. XXIV. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Sequitur Extensio d. Concessionis ad omnes Fratres d. Ordinis vbique existentes.

Edita A.D. 1624.

VRBANVS PAPA VIII.
Ad futuram rei memoriam.

Recenset indultum Constitutionis præcedentis.

NVper pro parte Charissimi in Christo filij nostri Philippi Hispaniarum Regis Catholici, ac dilectorum filiorum Cleri, & Populi Ciuitatis Neapolitañ, necnon totius Ordinis Fratrum Minorum Sancti Frãcisci de Obseruantia nũcupatorum Nobis expositio, quòd bo. mem. Iacobus de Marchia multis, & eximijs virtutum, gratiarum, & miraculorum donis à Domino illustratus fuerat, & propterea Philippi Regis, ac Cleri, & Populi, necnon Ordinis prædictorum nominibus Nobis humiliter supplicato, vt donec Canonizationis honor dicto Iacobo de Marchia ob eius eximiam claritatem, & excellentia merita, diuina adspirante gratia, ab Apostolica Sede decernerentur, idē Iacobus de Marchia Beatus nuncupari; atque Officium de eo, vt infra, recitari posset; Nos, re prius per Venerabiles fratres nostros S. R. E. Cardinales Sacris Ritibus Pręposítos, quibus eam examinandam mandaueramus, maturè discussa, de eorumdem Cardinalium consilio, huiusmodi supplicationibus inclinati. Vt ipse bo. mem. Iacobus de Marchia Beatus nuncupari, atque Officium, & Missa de eo tamquàm de Confessore non Pontifice in Ecclesia tantummodo Sanctæ Mariæ della Noua nuncupatæ Ciuitatis Neapolitañ, vbi corpus eiusdem requiescere asserebatur, recitari, & celebrari respectiuè liberè, & licitè possit, & valeret Apostolica auctoritate licentiam, & facultatem concessimus, prout in nostris in simili forma Breuis desuper expeditis litteris,

quarum

quarum teu. presentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur.

Quod modo ad petitione eorudem extēdit ad omnes Fratres dicti Ordinis S. Francisci vbique existentes.

§.1. Cum autem, sicut Philippus Rex, ac Clerus, & Populus, Ordoq; prędicti Nobis nuper exponi fecerunt, pro eo, quem ergadictum Beatum Iacobum de Marchia gerunt deuotionis affectu, plurimum cupiant concessionem huiusmodi ad vniuersum Ordinem prædictum extendi; Nos pijs Philippi Regis, ac Cleri, & Populi, necnon Ordinis eorumdem votis in præmissis peramplius annuere volentes, singularesq; Cleri, & Populi, necnon Ordinis prædictorum personas à quibusuis excommunicationis, suspen., & interdicti, alijsq; Ecclesiasticis sententijs, cen., & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequen., harum serie absoluentes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis denuò super hoc humiliter porrectis inclinati: De Cardinalium prędictorum consilio concessionem huiusmodi ad vniuersum Ordinem Fratrum Minorum Sancti Francisci de Obseruantia nuncupatorum prędictam, itaut ab omnibus illius personis Officium, & Missa de dicto Beato Iacobo tamquàm de Confessore non Pontifice, iuxta tamen Rubricas Missalis, & Breuiarij Romani recitari, & celebrari respectiuè similiter possit, & valeat, eadem auctoritate tenore præsentium extendimus, & ampliamus.

Contrarijs derogat.

§.2. Non obstan. omnibus illis, quæ in dictis litteris voluimus non obstare, cæterisq; contrarijs quibuscumque.

Transumptis fidem mandat.

§.3. Volumus autem, vt pręsentium transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutę munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. A. 2. die 23. Oct.

Dat. Tusculi sub Annulo Piscatoris die 23. Octobris MDCXXIIII. Pontificatus nostri Anno Secundo.

XXIII.

Concessio recitandi Officium, & celebrandi Missam de Beata Clara, de Monte Falcbio Ordinis Eremitarum S. Augustini, pro Ordinis prædicti Fratribus, & Monialibus.

VRBANVS PAPA VIII.
Ad futuram rei memoriam.

Edita A. D. 1624. Exordium.

Domini Nostri Iesu Christi, qui seruos, & ancillas suas æternę gloriæ præmio donat in cęlis, vices quamquam immeriti gerentes in terris, ex iniuncto Nobis pastoralis officij debito procurare tenemur, vt eorumdem seruorum, & ancillarum Christi debita veneratio in dies magis promoueatur, & laudetur Dominus in Sanctis suis; Quamobrem fidelium quorumlibet; præsertim verò sub suaui religionis iugo Altissimo famulantium, votis, quę peculiarem Sanctorum huiusmodi cultum respiciunt, libenter annuimus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

Supplicant Procurator, & Fratres Ordinis Eremitarum S. Augusti. pro licētia celebrādi Missam, & recitandi officium de B. Clara de Monte Falchio.

§.1. Sanè nomine dilectorum filiorum Procuratoris generalis, & Fratrum Ordinis Eremitarum Sancti Augustini Nobis nuper expositum fuit, quòd ipsi ex peculiari, quem erga Beatam Claram de Monte Falchio, eiusdem Ordinis Monialem, gerunt deuotionis affectu, in cuius visceribus Passionis Domini Nostri Iesu Christi mysteria maxima cum deuotione à vicinis incolis venerari asserunt, & ad augendam Christifidelium erga illam deuotionem Officium, & Missam de eadem Beata Clara recitari, & celebrari posse summoperè desiderant, Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, vt desuper opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur.

Et hic Pontifex eam concedit.

§.2. Nos igitur pijs eorumdem Procuratoris, & Fratrum votis huiusmodi annuere, illosq; specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, & à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsq; Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium sacris Ritibus Pręposìtorum consilio, vt de dicta Beata Clara Officium, & Missa de Communi Virginum cum oratione propria, in eiusdem Ordinis Missalibus inserta, ab omnibus Ordinis prędicti vtriusque sexus Regularibus personis tantùm, recitari, & celebrari liberè, & licitè possit, & valeat, Apostolica auctoritate tenore pręsentium licentiam concedimus, & impartimur.

Contraria remouet.

§.3. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisq; contrarijs quibuscumque.

Conceditur Trāsumptis eadem fides.

§.4. Volumus autem, vt pręsentium transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarijs publici subscriptis, & sigillo personę in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur,

beatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P An 2. die 14. Aug

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die xiiij. Augusti MDCXXIV. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

XXIV.

Congregationi Monachorum Cælestinorum Ordinis S.mi P.N. Benedicti, eiusq; personis, & locis communicat, & elargitur hic Pontifex gratias, & priuilegia omnia, nostræ Congregationi Casinensi, alijsque Monachorum Congregationibus concessa, & concedenda.

De statu d. Congregationis Cælestinorum vide qua notaui sup. in Const. 1. Cælest. V. tom. 1. pag. 136. Quibus addendum, quòd de mandato huius Pont. compilarunt nonnullas Constitutiones diuersis temporibus factas, easque à S.D.N. approbatas ediderunt, vt inf. Const. 56. Sacrosanctum.

Scias, quòd Abbati Generali huius Congregationis vt habitu Prelatorum Regularium, ac pontificalibus indumentis in Monasterijs sui Ordinis vti possit, ac alia omnia facere quæ Abbates exempti facere consueuerunt, concessum fuerat à Paulo V. de anno 1606. vt in Const. quā hic subinserēdam opportunum censui, videre poteris.

Edita A. D. 1624

VRBANVS PAPA VIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

SAcrosancti Apostolatus ministerium, quod ineffabilis diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei altitudo humilitati nostrę, nullis licèt suffragantibus meritis, per abūdantiam cęlestis misericordię credidit, iugiter Nos admonet, vt inter multiplices, grauissimasq; Apostolicę seruitutis curas, eā peculiari sollicitudine amplectamur, qua priuilegia pijs Christi fidelium Congregationibus in militanti Ecclesia ad diuini nominis laudem, & gloriā, sanctęq; fidei Catholicæ exaltationem salubriter institutis, à Sede Apostolica concessa non solùm conseruentur, verùm etiam Congregationes ipsæ nouis ab eadem Sede gratijs, atque indultis decorentur, prout rerum, & temporum qualitatibus debitè pensatis, conspicimus in Domino salubriter expedire.

Gratias, & priuilegia omnibus quibuscumque Monachorum Cōgregationibus, earumq; personis & locis concessa, & concedenda, huic Cæ-

§. 1. Hinc est, quòd Nos ad vberes fructus, quos dilecti filij Monachi Cōgregationis Cælestinorum Ordinis S. Benedicti, vel ab ipsius Congregationis primordio in eadem Ecclesia magno cum Reipublicę Christianę spirituali commodo attulerunt, & in dies afferunt, paternæ dirigentes considerationis intuitum, & attentè prospicientes, quòd Congregatio prædicta vna ex duodecim extitit, quæ cum Camera Apostolica tēpore fel. rec. Pij Papæ v. prędecessoris nostri de subsidio ordinario concordarunt: Nec non Monachos prędictos specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusuis excōmunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsq; ecclesiasticis sententijs, cēsuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatę existunt, ad effectum pręsentium dumtaxat consequendum harum serie absoluentes, & absolutas fore censentes, Motu proprio non ad Abbatis seu Procuratoris generalium, aut aliorum quorumcumq; Superiorum, vel Monachorum eiusdem Congregationis, aut alterius pro eis Nobis oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deq; Apostolicæ potestatis plenitudine, omnia, & singula priuilegia, prærogatiuas, fauores, facultates, declarationes, libertates, immunitates, exemptiones, pręeminētias, indulta, aliasq; gratias tam spirituales, quā temporales cuiusuis generis, & speciei existētes, tam Cassinensi Ordini S. Benedicti, quàm quibusuis alijs Monachorū Congregationibus, eorumq; Superioribus, Pręsidentibus, Abbatibus, Monachis, alijsq; regularibus personis, nec non Ecclesijs, Monasterijs, & locis regularibus quibuscumq; tam specialiter, & nominatim, quàm in genere, & per viam communicationis, vel extēsionis, aut aliàs quomodolibet, per quoscumq; Romanos Pontifices Prędecessores nostros, seu Nos, & Sedē Apostolicā, eorumq; & nostros de latere Legatos, & Nuncios sufficienti ad id auctoritate suffultos, concessa, & in futurum per successores nostros, aut alios auctoritatem habētes concedenda, & quibus ipsę Congregationes earumq; Abbates, & alij quocumq; nomine nuncupati Superiores, & Monachi cętereq; personę regulares, de iure, vsu, consuetudine, priuilegio, aut concessione Apostolica in genere, vel in specie, ac tàm coniunctim quā diuisim, seu aliàs quomodolibet vtuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, frui, potiri, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurū, dū modo tamen sint in vsu, & non sint reuocata, aut sub aliquibus reuocationibus cōprehēsa, ac Sacris Canonibus, & Conc. Tridentini decretis non aduersentur, Congregationi Cęlestinorum prędictæ, illiusq; Generali, ac cęteris Abbatibus, Prioribus, & alijs quocumq;

lestinorū Cōgregationi, eiusq; personis, & locis (quatenus Concilij Tridentini decretis &c. non aduersentur) cōmunicat, & elargitur.

quocumq; nomine nuncupatis Superioribus, Monachis, & personis regularibus quibuscũque; necnõ Monasterijs, Ecclesijs, Domibus, Cõuentibus, & locis regularibus quibuslibet tenore præsentiũ perpetuò cõcedimus, dictaq; priuilegia, indulta, immunitates, exẽptiones, ac gratias spirituales, & temporales huiusmodi primodictæ Congregationi, illiusq; Generali, cæterisq; Abbatibus, Prioribus, & Monachis personis prædictis, necnon eorumdẽ Ecclesijs, Monasterijs, & regularibus locis communicamus, illaq; ad eos, & illa extendimus, Ita quòd Congregatio Cęlestinorum prædicta, illiusque Generalis, & cæteri Abbates, Superiores, Monachi, & personæ huiusmodi, eorumq; Monasteria, Prioratus Grangiæ, Domus, Ecclesiæ, Oratoria, Collegia, & alia loca regularia, necnon res, & bona quæcumq; præmissis omnibus, & singulis non solùm ad aliarum Congregationũ instar, sed pariformiter, & æque principaliter vti, potiri, & gaudere liberè, & licitè valeãt, perinde ac si ea omnia illis, & eorũ singulis specialiter, & expressè, & nõ ad instar, sed à principio cõcessa, & in primodictæ Cõgregationis fauorem à Sede Apost. nominatim emanassent.

Clausulas huius concessionis præseruatiuas apponit.

§.2. Decernentes, præsentes litteras, nullo vmquam tempore, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostrę, aut alio quopiam defectu notari, impugnari, redargui, seu infringi, aut in ius, vel controuersiam reuocari posse, sed eas semper & perpetuò validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosq; plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac Congregationi Cęlestinorum huiusmodi, illiusq; personis, & locis regularibus supra expressis in omnibus, & per omnia plenissime suffragari.

Decretum irritans addit.

§.3. Sicq; per quoscumq; iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores vbiq; iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Executoresq. deputat.

§.4. Quocirca Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, alijsq. locorum Ordinarijs quibuscumq; necnon dilecto filio causarum Curiæ Camerę Apostolicæ generali Auditori per præsentes committimus, & mandamus, quatenus quilibet eorum quandocumq; per se, vel alium, seu alios; præsentes litteras, & in eis contenta quæcũq; vbi, & quãdo opus fuerit, ac quoties pro parte Abbatis Generalis, & Monachorum Congregationis Cælestinorum Ordinis S. Benedicti prædictorũ fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisq; in præmissis efficacis defensionis pręsidio assistentes, faciant auctoritate nostra, easdem plenum eorum effectum sortiri, illisq; omnes, quos concernunt, pacificè frui, & gaudere; nõ permittentes, quemquam desuper contra pręsentiũ tenorem sub quouis prætextu, & causa, etiam defectu intentionis nostræ, per quoscumq; quomodolibet indebitè molestari, quinimo quicquid in contrarium atteutari, vel fieri contingat, omnino semper in pristinum reponi; contradictores quoslibet, & rebelles etiam per quascumq; de quibus suis eis videbitur, censuras, & pœnas ecclesiasticas, ac alia opportuna Iuris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, legitimisq; super his habẽdis, seruatis processibus, censuras, & pœnas ipsas etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij sęcularis.

Cõtrarijs omnibus derogat.

§.5. Non obstañ præmissis, ac piæ. me. Bonifacij Papę VIII. Prædecessoris nostri, de vna, & in Cõcilio generali edita de duabus dietis, dummodo vltra tres dietas aliquis auctoritate præsentium ad iudiciũ non trahatur, alijsq; Apost. Constit. ordinationibus, ac Ordinum, & Congregationum huiusmodi statutis, & consuetudinibus, etiam iuramẽto, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoq; indultis, & litteris Apostolicis sub quibuscumq; tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsq; efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, quomodolibet etiam pluries cõcessis, cõfirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, etiam si pro illorũ sufficienti derogatione de illis, eorũq; totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbũ, non autẽ per clausulas generales idẽ importantes, mẽtio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, etiam quòd in eis caueatur expressè, quòd illis nullatenus, aut nõ nisi sub certis modo, & forma derogari possit; tenore huiusmodi, ac si de verbo ad verbũ nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata, inserti forent, præsentibus pro sufficiẽter expressis, & insertis habẽtes, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisq; cõtrarijs quibuscumq; aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab Apostolica sit Sede indultũ, quòd interdici, suspẽdi, vel excõmunicari non possint per litteras Apostolicas nõ facientes plenã, & expressam, ac de verbo ad verbum de Indulto huiusmodi mẽtionem.

Transumptis credi decernit.

§.6. Verùm quia difficile foret, præsentes litteras vbicũque opus esset, deferri, volumus, & pariter Apostolica auctoritate decernimus, quòd illarum trãsumptis, etiam impressis, ma-

nu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. Pont. An. 2. Die 14 Augusti.

Dat. Romæ apud S. Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris, die 14. Augusti 1624. Pontificatus Nostri Anno secundo.

Ex libro Constitutionum Monachorum Cælestinorum nouissimè impressarum Romæ anno 1629. pag. 155.

Sequitur facultas cõcessa Abbati Generali prædictæ Congregationis, quòd eas facere valeat functiones, quas alij Abbates exempti facere consueuerunt, habituque Prælatorum regularium, & in Monasterijs sui Ordinis pontificalibus indumentis vti, ac Missas solemniter celebrare, & interessentibus solemnẽ benedictionem impartiri possit.

Edita An. D. 1606

PAVLVS PAPA QVINTUS.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

Ex iniũcto Nobis Apostolici muneris debito Ius suũ vnicuiq; cõseruare tenemur.

Exponit Celsus Romanus Abbas generalis Congregationis Monachorum Celestinorum ex antiquo Pontificum priuilegio, Abbatem generalem d. Congregationis omnes facere functiones, quas alij Abbates exempti faciunt, & habitũ Prælatorum Regularium vbique locorũ deferre, & in Monasterijs sibi subiectis pontificalibus vti indumentis missasq; solẽnes celebrare, & solemnem benedictionem interessentibus (si ibi Prælati præsẽtes nõ sint) impertiri propterea hinc Pont. ei supplica. confirmari decretũ desuper factum a sacrorum Rituum Congregatione.

§. 1. Proinde cum sicut pro parte dilecti filij Celsi Romani Abbatis Generalis Congregationis Cælestinorum Ordinis S. Benedicti Nobis nuper expositũ fuit, ex antiquo Priuilegio Apostolico, à fel. rec. Cælestino Papa V. nimirum concesso, & ab Eugenio IV. & alijs Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris confirmato, pro tempore existens Abbas Generalis dictæ Congregationis Cælestinorum functiones omnes, quas cæteri omnes Abbates exempti faciunt, & exercent, facere, & exercere, necnon semper tàm in Vrbe quàm in omnibus alijs Ciuitatibus, & vbique locorum habitum Prælatorum regularium, caputium scilicet, siue mozzetam super mantelletto, & biretum quadratum, more Clericorum sæcularium, ac pileum more Prælatorum, ac in Ecclesijs, & Monasterijs suo Ordini subiectis cappa, baculo, mitra, & cæteris Pontificialibus indumentis vti, & in eisdem Ecclesijs missas solemniter more aliorum Abbatum Benedictorum celebrare, ac Monachis sui Ordinis, & alijs Christifidelibus quibuscũque ad dicti Abbatis missas audiendas cõuenientibus, & interessentibus, quandocumque Episcopi, & alij Superiores Prælati, & S. R. E. Cardinales ibi præsentes non sint, solemnem benedictionem impertiri possint, & consueuerint: cumque in Cõgregatione Venerabilium fratrum nostrorũ S. R. E. Cardinaliũ super sacris Ritibus, & Cæremonijs deputatorũ, examinatis priuilegijs supradictis, decretũ semel atq; iterũ fuerit, prędictum Abbatẽ Generalẽ Cõgregationis Cælestinorũ protempore existẽtẽ, in pacifica possessione omniũ, & singulorum pręmissorum manutenerẽ esse; illumq; à quouis Episcopo, vel Ordinario locorum, aut eorum Vicarijs, & alijs quibuscumque personis, super pręmissis molestari, perturbari, vel inquietari non posse declaratum fuerit: & cũ sicut eadem expositio subiungebat, ipse Celsus Abbas pro maiori eorumdem decretorum validitate cupiat, illa confirmationis Apostolicę robore communiri.

Qui illud approbat, & cõfirmat.

§. 2. Nos illius honestis votis benignè annuentes, ac ipsum Celsum Abbatem specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, & à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsq; Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum pręsentium dumtaxat cõsequendum, harum serie absoluentes, & absolutum fore censentes, supplicationibus, eius nomine super hoc Nobis humiliter porrectis inclinati, decreta eiusdem Congregationis auctoritate Apostolica tenore pręsentium confirmantes, & approbantes, iuxta illorum seriem per easdem pręsentes decernimus, & declaramus, prędictũ Celsum modernum Abbatẽ Congregationis Cęlestinorum, eiusq; successores, stante antiqua possessione d. Abbatis, & prędecessorum prędicta faciẽdi, & exercendi, in pacifica possessione omnium, & singulorum pręmissorum manutenendũ, ac manutenẽdos esse, nec illos, aut quempiam illorũ à quouis Epõ, vel Ordinario locorũ, aut eorũ Vicarijs, & alijs quibuscũq; personis, desuper quouis prętextu molestari, perturbari, vel inquietari nullatenus posse.

Decretum irritãs appenit.

§. 3. Sicq; per quoscũque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarũ Palatij Apostolici, Auditores iudicari, & diffiniri debere, ac irritũ, & inane quicquid secus super his à quocumque quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Executores deputat.

§. 4. Quocirca dilectis filijs nunc, & pro tẽpore existentibus eiusmodi Congregationis apud Nos, & Apostolicã Sedem Protectori, & causarum Curię Camerę Apostolicę Generali Auditori per pręsentes cõmittimus, & mãdamus, quatenus ipsi, vel alter eorum, pręsentes litteras, & in eis contenta quęcumque vbi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte dicti Celsi moderni, aut pro tempore existẽtis Abbatis Generalis dictę Congregationis fuerint requisiti, solemniter publicãtes, ac ipsi Abbati in pręmissis efficacis defensionis præsidio assistẽtes, faciant, auctoritate nostra illum eorumdem

rumdem præmissorum effectu pacificè frui, & gaudere; nō permittētes, illum desuper à quoquam quauis auctoritate, quomodolibet indebitè molestari, contradictores quoscumq; per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaq; opportuna Iuris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, inuocato etiā ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij sęcularis.

Contrariaq. omnia remouet.

§.5. Non obstan̄ fel. rec. Bonifacij Papæ VIII. etiam prædecessoris nostri de vna, & in Concilio generali edita de duabus dietis, dūmodo vltra tres dietas aliquis auctoritate pręsentium ad Iudicium non trahatur, alijsq; Apostolicis constitutionibus, & ordinationibus, cęterisq; contrarijs quibuscumque.

Dat. P. Ann. die 9 Dec. 1606.

Dat. Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die 9. Decembris 1606. Pont. nostri Anno II.

XXV.

Reuocatio quarūcumq; licentiarum à Prędecessoribus Pontificibus, loca regularia erigendi nō seruata forma Cōstitutionis Clementis VIII. & Decretorum Sedis Apostolicę, concessarū, quæ nondū effectū suū sortitæ sunt. Ac prohibitio illa de cętero erigendi absq; licentia Ordinariorū, & Sacris Canon. Côcilioq; Trid. necnō Clem. VIII. & Greg. XV. Constitutionibus non seruatis.

Sacri Canones hic enūciati sunt Bonifacij viij. in cap. 1. de stat. Regular. in 6. & cap. c. de excess. Prælator. in 6. & Concilij Trid. cap. 3. & 5. sess. 25. nec non Clem. 8. const. 99. sup. tom. 3. pag. 146. & const. 31. Gregorij XV. Cum aliàs, in hoc tom. pag. 138.

VRBANVS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Datū A. D. 1624.

Romanus Pontifex, cui Saluator, & Dominus noster, qui Caritas est, & Deus pacis, Vniuersalis Ecclesiæ credidit Principatum, ea interdū, quæ certis etiam rationabilibus de causis, à Sede Apostolica cōcessa sunt, ipsa subinde rerum experientia suadente, & maioribus ex causis, quibus præsertim personarum sub suaui Religionis iugo Altissimo famulantiū paci, & quieti consulitur, litibusq; ac controuersijs inter eos obuiā itur, reuocat, & immutat, in hisq; pastoralis sollicitudinis, & prouidentię suę studiū interponit, prout rerum, & temporum qualitatibus debitè pensatis, conspicit in Domino salubriter expedire.

Proœmium.

Reuocatio licentiarum de qua in rubrica, loca Regularia erigendi.

§.1. Cum itaq; sicut Nobis innotuit, complures licentię, siue facultates à nonnullis Romanis Pōt. prædecessoribus nostris per diuersos Ordinum etiam Mendicantium, Congregationum, Societatum, & aliorum regularium Institutorum Superiores, seu alios eorum nomine, vbiqne locorum Monasteria, Domos, Collegia, Conuentus, & alia loca regularia, quouis nomine nuncupata, seruata dumtaxat Sacrorum Canonum, & Concilij Tridentini decretorum forma, de sola Ordinarij licētia, seu etiam forsan non seruata forma, & absque licentia huiusmodi, & contra decreta à Sede Apostolica super pręmissis edita, fundandi, erigendi, & instituendi importunis precibus, seu etiam Motu proprio, vel aliàs obtētæ, & exortæ fuerint: Idcircò Nos, omnes, & quascumq; licentias, ac facultates huiusmodi, litterasq; desuper tàm sub plūbo, quàm in huiusmodi forma Breuis desuper expeditas, earumq; teū etiam veriores, & Dat. præsentibus, ac si specificè, & sigillatim exprimerentur, & inserentur, pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, iustis de causis animum nostrum mouentibus, Motu proprio, non ad alicuius Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deq; Apostolicæ potestatis plenitudine omnes, & quascūq; licentias, & facultates huiusmodi, litterasq; desuper tā sub plumbo, quàm in eadē forma Breuis expeditas, omniaq; & singula in eis quomodolibet contenta, & expressa, etiam quoad erectiones, fūdationes, & institutiones Monasteriorum, Collegiorum, Domorū, Cōuentuum, & aliorum regularium locorum huiusmodi, quæ suum nondum sortitæ sunt effectum, teū præsentium perpetuo reuocamus, cassamus, abrogamus, & annullamus, viribusq; & effectu prorsus euacuamus.

Prohibitio illa erigendi, aut quouis prætextu eiusmodi loca erigendi absq; licētia Ordinariorū, & seruata forma Sacrorum Canonum, & Conc. Trid. & Constitutionis Clem. 8. & Gregorij XV.

§.2. Præterea Ordinum etiam Mendicantium, Congregationum, Societatum, & aliorum Institutorum regularium Superioribus, quocumq; nomine nuncupatis, cæterisq; personis, ad quos spectat, in virtute sanctę obedientiæ, ac sub priuationis vocis, actiuę, & passiuę, necnon officiorum quorumcumque, ac inhabilitatis ad illa, & in alia in futurum obtineñ, necnon etiam excommunicationis ipso facto incurrendis pœnis interdicimus, & prohibemus, ne licentiarum, seù facultatum per Nos, vt pręfertur, reuocatarum, & annullatarum, siuè alio quouis pretextu, vel causa, etiā quātumuis priuilegiata, noua Monasteria, Collegia, Domos, Conuentus, & alia loca regularia huiusmodi nisi de expressa Ordinariorum licentia, ac seruata in omnibus, & per omnia sacrorū Canonū, & Conc. Trid. nec nō Cōstitutionibus fel. re. Clem. VIII. quę incipit, Quoniā ad institutā, sub Dat. Romæ apud S. Marcū sub Annulo Piscatoris die xxiij. Iulij M.DC.III. ac Decretorum de mandato

eiusdem Clementis, necnô sim.me.Gregorij xv. Rom. Pont prædecessorū desuper edito-rū forma recipere,erigere, fundare, seu aliàs quomodolibet instituere, seu incœpta finire, & absoluere audeant, seù præsumant.

Clausula huius legis præseruatiua.

§. 3. Decernentes,præsentes litteras etiam ex eo, quòd causę, propter quas illæ emanarint,expressæ, verificatæ, & iustificatæ, aut quicumque in præmissis interesse habentes, seù habere prætendentes,ad hoc vocati,citari, & auditi non fuerint, neque illis consenserint, vel aliàs, ex quocumque capite, prętextu,colore,ingenio,vel causa de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostræ, vel alio quouis defectu notari, impugnari, redargui, infringi, retractari,in ius, vel controuersiam vocari,ad terminos iuris reduci, aut contra eas quoduis gratiæ, vel iustitiæ remedium impetrari, seù concedi nullatenus posse, sed eas, ac omnia, & singula in eis contenta semper,& perpetuò valida, firma, & efficacia esse,& fore, suosq; plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac omnibus,& singulis,ad quos spectat, & pro tempore quomodolibet spectabit, inuiolabiliter obseruari, sicq; & non aliter, per quoscumq; Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarū Palatij Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos, & Nuncios, quauis auctoritate fungeñ, sublata eis, & eorū cuilibet quauis aliter iudicâdi,& interpretañ facultate,&auctoritate, iudicari,& diffiniri debere,ac irritum,&inane si secus super his à quoquam quauis auctoritate sciẽter, vel ignoranter cõtigerit attẽtari.

Executorum eius deputatio.

§.4. Quocirca Venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & alijs locorum Ordinarijs per prę sentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, scù alios, præsentes litteras, & in eis cõtenta quæcumque solemniter publicañ, faciant illas, & illa ab omnibus,& singulis ad quos spectat,& pro tempore spectabit, inuiolabiliter obseruari, contradictores quoslibet, & rebelles per ceñ, & pœnas ecclesiasticas, aliaq; opportuna iuris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, inuocato etiam ad hoc,si opus fuerit, auxil o brachij sæcularis.

Contrariorum omnium derogatio.

§ 5. Non obstañ præmissis, ac regula nostra de iure quæsito non tollcñ, & re:me: Bonifacij Papæ VIII.similiter prædecessoris nostri de vna, & in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodo vltra tres dietas aliquis auctoritate præsentium ad iudicium non trahatur, alijsq; constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis,ac quorumcumque Ordinum, Congregationum,Societatum, & Institutorum regularium, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboraris statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque,indultis, etiam Mare magnum, vel aliàs quomodolibet nuncupatis,& litteris Apostolicis, illis eorumq; Superioribus,& personis sub quibusuis tenoribus & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsq; efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritañ, & alijs decretis in genere,vel in specie, etiam Motu proprio, & consistorialiter, ac aliàs quomodolibet in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis,& sæpius innouatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumq; totis teñ specialis, specifica,expressa,& indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio,seu quæuis alia expressio habenda,aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret,eorum omnium teñ præsentibus, pro plenè, & sufficenter expressis,& ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisq; contrarijs quibuscumque.

Publicatio Romæ facta omnes arctet.

§ 6. Volumus autem, quòd præsentes in Valuis Basilicarum Sancti Ioânis Lateraneñ, & Principis Apostolorum de Vrbe,ac in Acie Campi Floræ,vt moris est affixæ, omnes quos illæ cõcernunt,ità arctent, & afficiant, perinde ac si vnicuique personaliter intimarę fuissent.

Transumptis quo plena credatur.

§.7. Quodq; earumdem præsentium transumptis etiam impressis,manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quę præsentibus adhiberetur, si forêt exhibitę,vel ostẽsæ.

Dat. R. An. 1. die 28 Aug.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris, die xxviij. Augusti M.DC.XXIV. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Publicatio.

Anno Millesimo sexcentesimo vigesimoquarto, Indictione septima, Pontificatus autem Sãctissimi in Christo Patris, & D.N. Domini Vrbani diuina prouidẽtia Papæ VIII. Anno eius secundo, die verò vltima mensis Augusti, retroscripta littera Apostolica affixa,& publicatæ fuerunt ad valuas Basilicarũ Sãcti Ioannis Lataraneñ,& Principis Apostolorum,ac in Acie Campi Floræ,vt moris est, per nos Camillum Fundatum de Cesis, & Iulium Marzitellum, Prælibati Sanctissimi Domini Nostri Papæ Cursores, &c.

Brandimartes Latinus pro Mag. DD.Curs.

De

XXVI.

De Regularibus Apostatis, & Eiectis, ac de innouatione, declaratione, & obseruantia generalium decretorum à Clem. VIII. ad Regularium reformationem, Nouitiorumq; receptionem spectantia, editorum.

Ista Clem. VIII. Decreta sunt hic inserta; licèt nonnulla etiam sint in Bullar. tamen quia non omnia, & hic innouantur, ideo ponenda censui.

Quoad Apostatas, & extra Claustra Religionum vagantes, edita olim fuit à Paulo 4. Const. 14. sup. tom. 1. pag. 732. quæ tamen (vt ibi notaui) ad terminos Iuris reducta fuit.

DECRETA S. CONGREGATIONIS Concilij de Regularibus Apostatis, & Eiectis.

Edita A.D. 1624.

Causa Constitutionis.

SAcra Congregatio Cardinalium Concilij Trid. Interpretum, Regularium eiectorum, & fugitiuorum statui consulere, illorumq; scandala summouere, & succrescentem numerum frangere operæpretium existimans, auditis Religionum Superioribus, req; diligentissimè perpensa, communicato etiam consilio cum S.D.N. Vrbano VIII. atque ex peculiari Sanctitatis Suæ facultate, infrascripta decreta edidit.

Innouat, & obseruari mandat hic Pont. decreta Clem. viij. ad Regularium reformationem &c. edita.

Hæc decreta non subsequiitur

§. 1. Ac primò, vt infecta semina, è quibus praui eiusmodi fructus potissimum prodeunt, deinceps nè ferantur in vinea Domini, censuit, esse innouandas, & Sanctissimi auctoritate innouat Constitutiones, & Decreta generalia san. mem. Clementis viij. ad Regularium reformationem, ac Nouitiorum receptionem, professionem, atque institutionem spectantia, districtèq; præcipit Generalibus, atque alijs omnibus Ordinum Superioribus, vt illa exactè obseruent, atque, vt obseruentur, efficiant, sub pœnis statutis in iisdem Constitutionibus.

Excipit caput de Nouitiis appr. bandis Nouitios. Hoc cap. est intra in Clem. decreta hic inferèdis, semper penitus & interpretatum.

§. 2. A quibus tamen excipiendum censuit, caput illud, quo decernitur, ne in Conuentibus, seu Monasterijs ad Nouitios recipiendos hactenus designatis, & approbatis, seu imposterum designandis, & approbãdis, Nouitij ad habitum vllatenus recipi possint, nisi prius à Congregatione Reformationis Apostolicę, vel à proprijs locorum Ordinarijs expressè, & nominatim approbati fuerint. A cuius quidem decreti obseruatione Sacra Congregatio iustis de causis censuit Regulares esse absoluendos, prout auctoritate Sanctissimi Domini nostri, absoluit, atque exemit.

Iubet Regulares non transire ad arctiorem Religionem illã recipere non paratam.

§. 3. Deinde, vt apostatandi opportunitas Regularibus præripiatur, statuit, vt de cętero nullus permittatur ad arctiorem Religionem transire, nisi prius Superiori legitimè constiterit, eam Religionem paratam esse illum recipere, qui licentiam petit, tumq; Regularis rectà se transferat ad arctiorem. Quod vt re ipsa adimpleatur, ident Superior omni studio, ac diligentia inuigilet.

Apostatas, & fugitiuos iubet ab Episcopis carcerari & eos dem Superioribus consignari ab eisdẽ puniendis, & etiã ab Ordinarijs iuxta Concilium Trid. sess. 6. cap. 3.

§. 4. Rursus statuit, vt fugitiui, & Apostatę, siue habitum regularem deferant, siue non, possint, ac debeant ab Episcopo loci, vbi moram trahunt, in carceres conijci, ac Superioribus Regularibus consignari, secundùm regularia instituta puniendi, vtque ipsi quoque Superiores teneantur eos perquirere, ad religionem reducere, atque efficere, vt apprehendantur; salua tamen in omnibus facultate Ordinarijs locorum attributa *decreto Concil. cap. 3. sess. 6.*

At si in termino hic præscripto ad Religionem redierint, absolutione petita recipi mandat.

§. 5. Quòd si Apostatę huiusmodi citrà montes infra quatuor, vltra montes verò infra octo menses à præsentis Decreti publicatione inchoandos, sua sponte ad suam quisque Religionem redierit, tùm pœnarum omnium ipsis propter Apostasiam inflictarum, aut infligendarum remissionem, atque impunitatem assequantur. Ita tamen vt debeant à Superiore absolutionem humiliter petere, & coram eo culpam fateri, atque emendationem polliceri; Superior verò è contra benignè illos teneatur, ab huiusmodi pœnis absoluere, & paterna caritate complecti.

Incorrigibiles tantum præcisè professos à Religionibus eijci censetur.

§. 6. Ad hęc, vt in posterum è Religionibus nullus legitimè professus eijci possit, nisi sit verè incorrigibilis; verè autem incorrigibilis minimè censeatur, nisi non solùm concurrant ea omnia, quæ ad hoc ex iuris communis dispositione requiruntur, sublatis hac in parte Statutis, & Constitutionibus cuiusque Religionis, & Ordinis, etiam à Sede Apostolica approbatis, & confirmatis: verùm etiam vnius anni spatio in ieiunio, & pœnitentia probetur in carceribus; proindeq; vnaquęque Religio priuatos habeat carceres in qualibet saltem Prouincia. Elapso autem anno, si nihilominus non resipuerit, sed animo indurato in sua pernicacia perseuerauerit, ne contagione pestifera plurimos perdat, tamquam pecus morbida, ac membrum putre eijci tandem possit, sed ab ipsomet Generali tantùm de consilio, & assensu sex Patrum ex grauioribus Religionis eligendis in singulis Capitulis, vel Congregationibus generalibus; tumq; nonnisi instructo secundùm

dùm eorum stylum, & Constitutiones processu, & plenè probatis causis expulsionis ad Sacrorum Canonum præscriptum. Intereà tamē vsque ad primū generale Capitulum, seu Cōgregationem proximè celebrandam, si quempiam ex iustis, & necessarijs causis expellere oportebit, eiectio fieri possit à Generali cum consilio, & assensu sex Patrum, vt supra, quos idemmet Generalis eligere debeat infra quatuor menses à præsentis Decreti publicatione; seruata tamen in reliquis forma superiùs præscripta.

Eiecti non restituti Ordinarijs, quorū iurisdictioni subsint, & in clericali habitu incedant, donec non redeant ad Religionem.

§. 7. Sic verò eiecti, quamdiù non redierint ad Religionem, in habitu clericali incedant, atque Ordinarij loci iurisdictioni, & obedientiæ subsint; proindeq; Generalis illicò expulsionis sententiam eidem Ordinario notificare teneatur.

Superioribus Religionū iubet omne studium adhibere, vt suorum Fratrum animas lucrentur.

§. 8. Cæterùm Sacra Congregatio Religionum Superiores seriò admonet, ac per Iesu Christi viscera obtestatur, vt, memores paternæ caritatis, & mansuetudinis, quam profitentur, nihil intentatum relinquant, vt lucrētur animas fratrum suorum ferè in profundum malorum delapsas, antequam grauissimum, atq; extremum expulsionis remedium experiantur. Idq; eò magis, quòd subditorum sanguinem, qui ex malo negligentium, & sui officij immemorum Prælatorum regimine peribunt, Dominus Noster Iesus Christus in supremo Dei iudicio de eorumdem Prælatorum manibus sit requisiturus.

Expulsis testimoniales littera ob denturi.

§. 9. Præterea statuit, vt ijdem Superiores nemini ex Religiosis expulsis litteras testimoniales cōcedant, illos ad Sedē Apostolicā reijciētes, vel iubētes aliā ingredi Religionē.

Eiecti ab ordinum exercitio perpetuò sint suspensi.

§. 10. Item, vt eiecti extra Religionem degētes sint perpetuò suspensi ab exercitio Ordinum, sublata Ordinarijs locorū facultate dictam suspensionem relaxandi, aut moderādi.

Innouat & declarat cap. vltimum de Regularibus.

§. 11. Ac postremò censuit, esse innouandam, & suę Beatitudinis auctoritate innouat Constitutionem fel. rec. Gregorij Noni relatam in c. fin. extra de regul. ac prætereà declarat eam Constitutionem in ijs quoque vendicare sibi locum, seruandamq; esse; qui iustè, diffinitiuèq; ac iuris ordine seruato expulsi fuerint; dummodò tamen in expulsis huiusmodi subsit spes euidens emēdationis ex litteris saltem testimonialibus Ordinarij, cuius conscientiam in his litteris concedendis Sacra Congregatio seriò onerauit.

Hæc Clem. 8. decreta observari mandat, & bis in anno perlegi in publica mensa eorumq. domus.

§. 12. Ne qua verò difficultas in suprascriptis decretis, & ordinationibus exequendis suboriatur, Sacra Congregatio, Sanctissimo Domino Nostro annuente, atque approbante, vniuersis Generalibus, Prouincialibus, Commissarijs, Ministris, Præsidētibus, Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Guardianis, Vicarijs, & quibuscumque alijs Superioribus quorumcū. que Ordinum, vel Congregationum, Monasteriorum, Conuentuum, Collegiorum, Domorum, ac locorum regularium vbique locorum existentium iniungit, seriòq; mandat, vt illa diligenter obseruent, atque obseruari procurent in omnibus Cœnobijs, ac Monasterijs, Collegijs, ac Domibus quorumcumque Monachorum, ac Regularium vbiquè locorum existentibus, efficiantq; vt tàm Decreta supradicta fel. rec. Clem. VIII. quàm præsentes Ordinationes in singulis eiusmodi locis bis saltem in anno legantur in publica mensa.

Contrauenientibus pœnas imponit.

§. 13. Si quis verò ipsorū aduersus ea, quę superiùs præscripta sunt, vel eorum aliquid, quoquo modo facere, vel moliri præsumpserit, ipso facto pœnā incurrat priuationis omnium officiorum, quę tunc obtinebit, vocisq; actiuæ, & passiuę, ac perpetuę inhabilitatis ad illa imposterùm obtinenda, pœnaq; huiusmodi sit Sanctitati Suæ, ac Sedi Apostolicę reseruata, ijsdem Superioribus, etiam Generalibus, & Protectoribus illam moderandi, seu relaxandi potestate penitùs interdicta, & nihilominùs sit irritum, & inane quicquid secus à quoquam actum extiterit.

Contrarijs quibuscumque derogat.

§. 14. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis in fauorē quorumcumque personarum, atque Ordinum, tàm Mendicantium, quàm non Mendicantium, Congregationum, Monasteriorum, Conuentuum, Domorum, ac locorum regulariū quorumcumque, necnon illorum etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, vel consuetudinibus, etiam immemorabilibus, exemptionibus quoque, indultis, & priuilegijs, etiam in corpore iuris clausis, aut ex causa, vel titulo oneroso, vel in limine fundationis concessis, etiam Mari Magno, seu Bulla aurea, aut aliàs nuncupatis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, & cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus decretis, etiam Motuproprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicę potestatis plenitudine, aut aliàs quomodolibet, etiam per viam communicationis, seu extensionis concessis, & iteratis vicibus approbatis, & innouatis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumq; totis tenoribus, & formis, specialis, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quęuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma seruanda esset;

esset, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata, inserti forent, præsentibus pro expressis habens, quibus quò ad ea, quæ supradictis quomodolibet aduersantur, illis aliàs in suo robore permansuris, specialiter, & expressè, Sanctitatis suæ auctoritate, derogat, cæterisq; contrarijs quibuscumque.

Datum Romæ die 21. Sept. 1624.

Dat. Pont. An. 2. Die 21. Sept.

C. Card. de Torres.

Prosper Fagnanus S. Congr. Secr.

Subsequuntur supradicta Decreta generalia Clementis Papæ Octaui.

Primum de Nouitijs ad habitum Regularem, & professionem non admittendis, nisi in Conuentibus designandis.

Edit. A.D. 1596.

CLEMENS PAPA VIII.

Et in Bullar. tom. 3. pag. 430 vbi sunt etiam in margine appostillæ, quæ propterea hic omittuntur.

Regularis disciplinæ restitutioni, pro qua potissimùm iuxta nostri muneris debitum, laborare nō desistimus, illud in primis magnum impedimentum afferre quotidiano vsu compertum est, quòd in omnibus Conuentibus, ijs præsertim, qui maiori reformatione indigent, singuli ad Religionem venientes, passim recipiuntur. Vnde fit, quò magis Nos varijs Cōstitutionibus malè affectas radices amputare studemus: eò magis in dies deprauata, infructuosaq; eiusmodi nouiter profitentium germina succrescant. Cui quidem malo occurrere volētes, præsenti Decreto statuimus, directèq; præcipimus omnibus Generalibus, Prouincialibus, Commissarijs, Ministris, cæterisq; Superioribus Conuentuum intra Italiæ, & Insularum adiacentium fines existētium quibuscumque, & quorumcumque Ordinum Mendicantium, vt de cætero neminem sub quouis prætextu, aut colore ad habitum regularem admittant, nisi in Conuentibus auctoritate Nostra propediem in vnaquaque Prouincia designandis. Insuper sancimus, vt quò ad eiusdem Conuentus, vt præfertur, per Nos deputati non fuerint; omnes præfatorum Ordinum Superiores à receptione quorumcumque Nouitiorum, siue ad habitum, siue ad professionem omnino abstineant. Superior, qui huius Decreti transgressor extiterit, ipso facto pœnam priuationis omnium officiorum, quæ tunc obtinebit, vocisque actiuæ & perpetuæ inhabilitatis ad alia imposterum obtinenda, se nouerit incurrisse, ac alijs etiam pœnis arbitrio nostro subiaceat. Receptiones verò, & professiones quaslibet eorum, qui contra huiusmodi Decretum nostrum admissi fuerint, nullas, & irritas esse ex nunc decernimus, & declaramus, Priuilegijs, Statutis, & consuetudinibus quibuscumque in contrarium minimè obstantibus.

Dat. Romæ die 12. Mart. 1596.

Dat. Pont. An. 5. die 12. Mart.

Secundum Reuocationis, & ampliationis eiusdem Decreti.

Edit. A. D. 1599.

De Nouitijs ad habitum regularem non accipiendis, nisi in Monasterijs, & locis designandis.

Et in Bullar. tom. 3. pag. 190 vbi sunt etiam in margine apostillæ quæ propterea hic omittuntur.

Sanctissimus in Christo Pater, & Dominus Noster D. Clemens diuina prouidentia Papa VIII. cum iamdudum animaduerteret collapsæ Regularis disciplinæ restitutioni, pro qua potissimum, iuxta sui muneris debitum, vigilare, ac laborare non desistit, illud in primis magnum impedimentum afferre, quod in omnibus Monasterijs, & Conuentibus, ijsq. præsertim, qui maiori indigent reformatione, singuli ad Religionem profitendam accedentes, passim, ac sine delectu recipiuntur, ac inde fieri, vt quò magis varijs Constitutionibus malè affectas radices euellere studet, eo magis infructuosa nouiter profitentium germina quotidie succrescant; cumq. ob zelum, ac desiderium, quo tenetur Sanctitas Sua, omnes Regulares ad vetus suæ cuiusque Religionis institutum redigendi, districtè prohibuerit, ne quis in certis Monachorum, & Mendicantium Ordinibus ad suscipiendum habitum Religionis admitteretur, profitereturuè, quousque Monasteria, & Conuentus aliquot destinarentur, in quibus posset commodius Regularis obseruantia, secundum reformationem à Sanctitate Sua institutam introduci: Quia tamen, non obstante tali prohibitione cognouit, nonnullos fuisse, vel sub colore facultatis, & licentiæ à Sanctitate Sua obtentæ, vel quia talis prohibitio ad illorum notitiam non peruenerit, receptos, & admissos, præter mentis suæ sensum; Idcircò huic malo prospicere volens, ne licentiarum, ac facultatum huiusmodi subreptione, ac prætextu Decretum Sanctitatis suæ irritum reddatur; Nunc denuò districtè præcipit, ac mandat omnibus Generalibus, Prouincialibus, Commissarijs, Ministris, Præsidentibus, Abbatibus, Prioribus, & Guardianis quibuscumque, cæterisq; Superioribus Conuētuum, Monasteriorum, ac Domorum quocumque nomine appellentur, intra Italiam, & Insula-

rum

rum adiacentium fines existentium, quorumcumque Ordinum Mendicantiũ,& non Mendicantium(exceptis tamen Carthusianorum, Fratrum Minorum de strictiori Obseruantia, necnõn Capuccinorum Sancti Francisci, Reformatorum Sãcti Dominici, Discalceatorum Ordinis Carmelitarum,necnon Fratrum Congregationis Foliensis, Cisterciensis Ordinis, ac Eremitarum Eremi Camaldulensis,& Mõtis Coronæ,Clericorum Regularium Theatinorum,Societatis Iesu,Sancti Pauli Decollati, & aliorum de Somascha, Ministrorũ Infirmorum, respectiuè Ordinibus, Societatibus, seu Congregationibus nuncupatis,quę etiã antea exceperat, & nunc iterum excipiendo, voluit prohibitionem hanc ad illa nullo modo extẽdi) Ne sub cuiusuis licentiæ,& facultatis impetratæ, vel impetrandæ obtentu, nisi per litteras in forma Breuis dumtaxat, & non aliàs quemquam ad Habitũ Regularem suscipiendum, nec etiam Conuersos nisi in Conuentibus, Monasterijs, & Domibus, auctoritate eiusdem S.D.N. propediem in vnaquaque Prouincia designandis, recipere,aut receptos ad professionem admittere vllo modo audeãt. Quinimò contra primam prohibitionem Sanctitatis Suæ receptos, etiamsi imperfectum habitum,aut sine caputio gerant,post præsentis Decreti in Romana Curia publicationem, omnino eijcere debeant.

Superiorem autem,qui huius Decreti trãsgressor extiterit, ipso facto pœnam priuationis omnium officiorum, quæ tunc obtinebit, vocis actiuæ, & passiuæ, & perpetuæ inhabilitatis ad alia imposterũ obtinẽda,eo ipso incurrere voluit,ac decreuit, & alijs etiã pœnis arbitrio Sãctitatis Suæ imponẽdis subiacere.

Receptiones verò, & professiones quaslibet eorum,qui contra huiusmodi Decretũ admissi fuerint,nullas,& irritas esse ad quemcũque effectum, ex nunc decernit, & declarat.

Hoc autem Decretum noluit Sanctitas Sua eos Ordines comprehendere,qui Conuentus, Domus, & Monasteria à se probata pro Nouitiorum receptione, & educatione,hactenus permissione sua constituerint.

Cæteras verò licentias, siue particulares, quę in hanc diem effectum non sunt sortitæ, reuocat, & annullat.

Vult autem, Decretum hoc suum in solitis locis Vrbis publicatum, ita prædictorum singulos afficere,ac si cuilibet personaliter fuisset intimatum, priuilegijs, statutis, & constitutionibus quibuscumque in contrarium minimè obstantibus.

Dat. Romæ apud S.Marcum,die 20. mensis Iunij 1599.

Dat. Pont. A. D. die 20. iun.

Decreta alia pro reformatione Regularium, tàm Monachorum, quàm Mendicantium cuiuscumque Ordinis, & Instituti.

CLEMENS PAPA VIII.

Edita A.D. 1599. & 1601.

3 NVllus omninò prętextu cuiuscumq; priuilegij, vel superioratis,etiam Generalatus, à seruitio Chori censeatur immunis, nisi pro tempore, quo quis in proprij officij munere actu fuerit occupatus. Cum Lectoribus autem, & Prædicatoribus, Superiores ijs tantùm diebus, quibus eos legere, aut prędicare cõtigerit, dispẽsare possint.Idẽ quoque præstate valeant cum ægrotis,& studiorum causa legitimè impeditis.In eos verò, qui negligentes, aut inobedientes fuerint, salutari pœnitentia Superiores animaduertãt ad præscriptum Regulæ, & Constitutionum, alimenti etiam, si opus fuerit, subtractione.

Et supra in Bull. to. 3. pag. 80. vbi sunt eta in marg. sine Apostillis. qua propterea hic omittuntur.

Lectio Sacræ Scripturæ, vel Casuum conscientiæ bis in hebdomada præscriptis diebus in singulis Monasterijs, & Conuentibus habeatur, ad quam Fratres omnes conueniant, eaq; absoluta, mutua collatione circa explicatam doctrinam sese viriliter exerceant.

Quò Tridentini Concilij Decreta de paupertatis voto custodiendo fideliùs obseruentur,Præcipitur,vt nullus ex Fratribus,etiam si Superior sit, bona immobilia,vel mobilia,aut pecuniam,prouentus,census,eleemosynas,siue ex cõcionibus, siue ex lectionibus,aut promissis,tàm in propria ecclesia,quàm vbicumque celebrandis, aliouè ipsorum iusto labore, & causa,& quocumque nomine acquisita, etiam si subsidia consanguineorum, aut piorum largitiones, legata, aut donationes fuerint, tamquam propria, aut etiam nomine Cõuentus possidere possit: sed ea omnia statim Superiori tradantur, & Conuentui incorporentur, atque cum cæteris illius bonis redditibus, pecunijs,ac prouentibus confundantur, quo communis inde victus, & vestitus omnibus suppeditari possit.

Sess. 25. de reg.

4 Neque Superioribus,quicumque illi sint, vllo pacto liceat eisdem Fratribus, aut eorum alicui bona stabilia, etiam ad vsumfructum, vel vsum,administrationem,aut commendam, etiã depositi, aut custodiæ nomine cõcedere.

5 Eorum verò,quę ad necessitatem concessa erunt, nullus quicquam possideat vt proprium, neque vt proprio vtatur.

6 Qui in præmissorum aliquo deliquerit, pœnas nedum à Concilio Tridentino præscriptas, sed alias quoque multò grauiores, Superiorum arbitrio imponendas, incurrat.

7 Nulla

7 Nulla quorumcumque Superiorum dispensatio, nulla licentia, quantum ad bona immobilia, vel mobilia Fratres excusare possit, quo culpæ, & pœnæ ab eiusdem Concilij Decretis impositæ, & ipso facto incurrendæ, obnoxij sint, etiamsi Superiores asseuerent, huiusmodi dispensationes, aut licentias concedere posse: quibus in ea re fidem minimè adhiberi volumus.

8 Fratrum vestitus, & suppellex cellarum ex communi pecunia comparetur, & omnino vniformis sit Fratrum, & quorumcumque Superiorum, statuiq; paupertatis, quam professi sunt, conueniat: ita vt nihil superflui admittatur; nihil etiam quod sit necessarium alicui denegetur.

9 Quæcumque Fratrum vestes, siue laneæ, siue lineæ, omnisq; alia suppellex in aliquem commodum Conuentus locum deferantur, ibiq; ab vno, vel duobus Fratribus huic muneri deputatis diligenter custodiantur, vt inde Superioris arbitrio, prout vnicuiq; opus fuerit, subministrari opportunè possint.

10 Omnes etiam Superiores, quicumque illi sint, eodem pane, eodem vino, eodemq; obsonio, siue eadem (vt aiunt) pitantia, in communi mensa prima, vel secunda, nisi infirmitatis causa impediti fuerint, vescantur, neque singulare aliquid, quo priuatim quisque in cibum vtatur, vllo modo afferri possit. si quis in ea re peccauerit, nihil ea die alimenti percipiat, nisi panem & aquam.

11 Superiores omnes, etiam Generalis, qui redditus, aut præstationes, peculiares ratione officiorum habent, eorum accepta, & expensa in libro distincto fideliter, & diligenter adnotari curent, neque in alios vsus, quàm ratione officij sui necessarios, quicquam expendant. Cum verò contigerit, ipsos in aliquo Conuentu commorari, eam pecuniæ quantitatem in commune conferant, ex qua sibi, & ijs, qui secum erunt, victus ad præscriptum regulæ, & constitutionum suppeditetur.

12 Nullus ex Superioribus locorum, administrationem bonorum, aut aliarum rerum, dispensationemq; pecuniarum, & reddituum sui Conuentus, etiam nomine Conuentus, per se ipsum habere, siue exercere possit; sed vniuersum id onus tribus Fratribus eiusdem Conuentus a Generali ira demandetur, vt vnus rerum, & bonorum, reddituumq; colligendorum curam habeat; alter tamquam depositarius, pecunias, ac cætera ab illo collecta, & exacta fideliter asseruet: alius de pecunijs, & rebus à Depositario acceptis, Priori, & Fratribus, ac Conuentui vniuerso de necessarijs, mandante tamen ipso Priore, non secundum proprium affectum, sed iuxta caritatis regulam, veluti bonus dispensator prouideat; officiorum huiusmodi confusione penitus interdicta.

13 Cæterùm hi tres tàm impensi, quàm accepti singulis mensibus Superiori locali, adhibitis etiam duobus, vel tribus Fratribus eiusdem Conuentus probatioribus, rerumq; vsu peritis rationem reddant: Deinde ipsimet rursus, præsentibus Priore, & peritis prædictis, Generali, cùm aduenerint: denique ipse Generalis, in quolibet proximo Capitulo generali, saltem coram tribus iudicibus, ab ipso Capitulo ad hoc constitutis, illorum omnium, vniuersamq; suæ administrationis tàm publicæ, quàm priuatæ rationem reddere teneatur, cuius etiam exemplum authenticum ex actis Capituli describatur, ad hoc, vt ad omne mandatum nostrum, vel Sedis Apostolicæ Romam transmitti possit.

14 In vnoquoque Conuentu, Fratrum is tantum deinceps constituatur, & imposterum retineatur numerus, qui ex redditibus illius proprijs, vel ex communibus consuetis, vel etiam singulorum eleemosynis, alijsvè quibuscumque obuentionibus in commune (vt præfertur) conferendis, commodè possit sustentari: redditus verò, & supradicta omnia in communi loco, ac tuto diligenter asseruentur.

15 Superioribus autem, ne Concilij Tridentini, aut hæc nostra Decreta declarare, interpretari, aut relaxare vllo modo possint, omninò interdicimus, & prohibemus, decernentes irritũ &c. Si quis autem cõtra præsumpserit attentare, is eo ipso omni gradu, officioq; priuatus, & ad ea perpetuò inhabilis existat.

16 Nullus, nisi actu legat, vel prædicet, aliquo sui gradus priuilegio gaudeat.

17 Si alicui ex necessaria causa, Generalis iudicio probanda, socius ex eodem Ordine, qui illi ministret, concedendus erit, is nisi vigesimum quintum agat annum, & qui communi seruitio sit deputatus, non concedatur, & si cõmodè fieri potest, sit laicus conuersus.

18 Vt omnis scandalorum, & vagationis occasio tollatur, Conuentus clausura perpetuò, ac diligenter seruetur, propterea à Superiore Ianitor constituatur, qui diligentia, ac morum integritate maximè commendetur: is ianuæ custodiendæ semper assistat, eamq; nemini Fratrum aperiat, nisi socium, & exeundi licentiam obtinuerit.

19 Nullus à Conuentu egredi audeat, nisi ex causa, & cũ socio, licentiaq; singulis vicibus impetrata, ac benedictione accepta à Superiore, qui non aliter eam concedat, nisi causa probata, sociumq; exituro adiungat, non

petentis

petentis rogatu, sed arbitrio suo, neque eumdem sæpius. Licentiæ verò generales exeundi, nulli omninò concedantur.

20 Contrauenientes autem pœna graui, etiam carceris ad Superioris arbitrium plectantur; eamdem etiam Ianitor subeat, si sciens, exeundi facultatem fecerit.

21 Cum autẽ quis in Conuentũ reuertitur, Superiorem iterum adibit, benedictionem recepturus, qui à socio itineris rationem, & quid rei actum sit, diligenter perquirat.

22 Nullos Fratres Romã venire Superiores permittãt, nisi priùs à Generali, vel Protectore dũtaxat licẽtiam in scriptis impetrauerint.

23 Si quis autem sine huiusmodi facultate Romam venire præsumpserit, voce actiua, & passiua biennio priuatus existat, subiturus etiam alias arbitratu Superiorum infligendas pœnas. Quæ item omnia aduersus eos, qui supradictos admiserint, & receperint, sine vlla exceptione locum habeant.

24 Habeat Superior clauẽ ita fabrefactã, vt cũ sibi videbitur, cellas omnes reserare possit, & propterea nullus cellã, etiã noctu ita claudat, quin semper à Superiore possit aperiri.

25 In medio Dormitorij totam noctem lampas colluceat.

26 Nullus etiã Superior cellas siue in claustro, siue alibi separatas à communi Dormitorio habeat, sed vnusquisq; vnica cella, eadẽ cum cæteris aliorum Fratrum coniuncta, nudis omnino parietibus, ac lecto, & mensa humilibus, vniformiq; supellectili (vt præsertur) quemadmodum Religiosos decet, contentus sit. possit tamen Generalis alicui ex Superioribus Conuentuum, si eorum muneris, & officij necessitatem id exigere cognouerit, alteram etiam cellam concedere.

27 Cellæ siue ędiculæ, quæ extra Dormitorium separatim sunt, ad officinas, aut alias ad communem vsum, & commoditatem Conuentus redigantur.

28 Sigillatim suo quisque lecto cubet, neque vllibi duo eodem lecto dormire possint, qui omnes ad certam formã redigendi erũt.

29 In priuatis cellis nulli camini permittantur: sed omnes obstruantur statim, cardinibus etiam è parietibus conuulsis, vt res illa nõ ad tempus facta, sed perpetuò duratura videatur, cellis tamen Generalis, aut alterius Superioris, ac Prædicatoris exceptis.

30 Conuentus fenestræ omnes, quæ in vias publicas, aut in vicinas laicorum ædes prospiciunt, muro ita obstruantur, vt omnino is prospectus impediatur.

31 Valetudinariũ in singulis Conuentibus certo, ac salubriori loco constituatur, quod pro loci situ, ac Fratrum numero, quoad fieri poterit, commodissimum esse possit; in quo Fratres omnes, cum ægrotabunt, curentur, nec inde nisi recuperata sanitate, abire permittantur. Qui verò infirmorum curæ præpositi sunt, omni sedulitate, ac caritate operam suam præstabunt, ac curabunt, ne quid ægrotis omnino desit, quod ad sanitatem recuperandam pertineat.

32 Ineatur ratio, qua sublatis licentijs, ac facultatibus hactenus quibuscumque concessis, degentes extra Conuentus claustra ad ea quamprimum reuocentur, nec de cætero, nisi ex grauissima causa à Sede Apostolica probanda, huiusmodi facultates concedi possint.

33 Nulli imposterũ ad habitũ, aut professionem admittãtur, nisi in Cõuentibus per Sedẽ Apostolicã in qualibet Prouincia deputatis.

34 Curent Superiores, vt constitutio interdicens largitiones munerum, & præscribens hospitalitatis formam, ab omnibus in quolibet Conuentu inuiolabiliter obseruetur.

35 Vt omnis officiorum ambitus occasio præcludatur, caueant omnes à directa, vel indirecta vocum, seu suffragiorum procuratione, tàm pro se ipsis, quàm pro alijs, tum in Capitulis locorum, tum in cæteris præsertim generalibus Capitulis, aut Congregationibus, seu alibi. Quicumque secus fecerint, præter alias pœnas, & censuras hactenus contra huiusmodi ambientes inflictas, quas in suo robore permanere volumus, in pœnam priuationis officiorum, quæ obtinent, eo ipso incidãt, & ad futura quæcumque pariter inhabiles habeantur, super quo cum eis dispensari à nemine possit, nisi à Nobis, vel successoribus nostris, & pro qualitate culparum grauiùs etiam plectantur. Porò supradictas omnes pœnas ad complices, ac simpliciter scientes, & non reuelantes extendimus.

36 In Superiorum, & Officialium omnium electionibus forma præscripta à sacro Conc. Trid. & Ordinis Constitutionibus inuiolabiliter seruentur, interiq; Electores secundum veritatem cuisque conscientiæ probiores, ac magis idoneos se electuros, ac propterea priusquam ad electionem deueniatur, in primis, & ante omnia prælegantur Constitutiones de qualitate, & requisitis eligendorum. Ad officia, gradus, & Pręlaturas illi pręcipuè eligantur, qui possint, & consueuerint regulas Ordinis, & Constitutiones obseruare, pręsertim quæ pertinent ad seruitium Chori, ac vestitum, & victum communem.

37 Eligãtur in Capitulo generali vel prouinciali aliquot graues, & periti ex Fratribus cuiuslibet Prouincię, saltẽ tres, qui admittẽdos

ad

ad prædicationem verbi Dei, vel ad audiendas confessiones etiam ipsorum Fratrum, ac Lectores publicos diligenter simul examinēt, priusquam probentur, & ad huiusmodi ministeria admittantur. Horum etiam curæ sit examinare, & probare, tàm quoad doctrinam, quàm quoad mores, promouendos ad quoscumque Ordines, in quo seruetur decretum Congregationis Interpretum sacri Concilij Tridentini, hac de causa nuper editum, & promulgatum.

38 Illud porrò Superiores omnes in Domino admonemus, vt memores sint rationis, quā in nouissimo die reddituri sunt pro grege sibi commisso, ac propterea omni studio inuigilēt, vt quæ in eorumdem Ordinum regulis, & constitutionibus de oratione mentali, silentio, ieiunijs, capitulo culparum, alijsque spiritualibus exercitijs prudenter, ac piè sancita sunt, ea omnia, & singula ad vnguem obseruentur, intelligantq. super his veluti fundamentis omnium Religionum ædificia construenda, & amplianda esse, quæ vt faciliorem exitum sortiantur, & fructus vberiores in animis Fratrū producant, valdè opportunum erit, si in quolibet Conuentu, singulis hebdomadis habeatur sermo de religiosa disciplina, regularisq; obseruantia.

39 Quò verò omnia ordinatè peragantur, appendatur tabella in loco conspicuo vniuscuiusque Conuentus, in qua distinctè adnotetur quid singulis horis cuiusque diei quilibet Frater præstare debeat, vt certo quoque signo præmonitus, maiore animi præparatione suo muneri satisfacere possit. Quæ Ordinis Constitutiones, his Decretis non aduersantur, inuiolatè custodiendæ erunt.

40 Quibus horum Decretorum capitibus certa pœna præscripta non est, arbitrio Generalis, vel alterius immediati Superioris infligatur. Vt autem hæc Decreta (donec alia, quæ pleniorem reformationem facient, edantur) ab omnibus obseruari possint, districtè præcipimus Generalibus, ac omnibus alijs quibuscumque Superioribus, ad quos hoc spectat, vt curent, ac efficiant, ea omnia, inter alias eorumdem Ordinum Constitutiones perpetuò valituras redigi, interdicta omnino eorum singulis facultate illas declarandi, & aduersus eas vnquam dispensandi. Alioquin sciant se in pœnā Generalatus, & officiorū priuationis, ac inhabilitatis perpetuæ ad alia quoque munera ipso facto, & sine vlla exceptione respectiuè incidisse.

41 Ne verò prætextu dilatæ publicationis eorum obseruatio quoquomodo differri possit, aut impediri, volumus, vt post illorum publicationem in Conuentu, vel Monasterio cuiuslibet Ordinis de Vrbe factam, Generalem, aliosque Ordinum Superiores, cæterosq; quoscumque fratres præsentes, statim: reliquos verò absentes citra montes, vnius mensis, vltra montes, trium mensium spatio ita arctent, ac si eorum singulis personaliter intimata fuissent.

42 Insuper mandamus, quod Generales in Conuentibus citra montes, vnius mensis, vltra verò montes, trium mensium cursu Decreta supradicta publicari faciant, sub pœna priuationis Generalatus, alijsq; arbitrio nostro imponendis.

Datum Romæ apud S. Petrum die 25. mensis Iunij. 1599.

Da. P. A 8 die 25 Iunij

Aliud Decretum de licentia obtinenda à Fratribus Romam venientibus.

DEcretum illud, quo Fratres Romam petere cum Generalis, & Protectoris licentia dumtaxat permissum est, Sanctitas Sua extendi ad Prouincialem decreuit. ita vt Prouincialis ipse ex causa communi totius Prouinciæ dumtaxat facultatem huiusmodi facere valeat, declarauitque pœnam priuationis vocis actiuæ, & passiuæ contrafacientibus inflictam Sanctitati Suæ reseruatam esse, interdicta omnino eorū Superioribus singulis, etiā Generali, ac Protectori facultate illam moderandi, ac relaxandi.

Dat. Romæ die 20. Martij 1601.

Dat. P. A. 10. die 20 Martij.

Aliud Decretum, super casuum reseruatione ab omnibus Regularium Superioribus obseruandum.

Hoc decretū non est in bullam impresso.

SAnctissimus Dominus noster, qui iam pridem accuratè perpendit, ac re ipsa comperit, quòd reseruatio facultatis absoluendi Religiosos pœnitentes à peccatis quibusdam grauioribus, nisi Superiores admodum prudenter, ac moderatè illa vtantur, nonnullos infirmiores, qui interdum Superiori suo conscientiæ maculas detegere formidant, adducere posset in æternæ damnationis periculum, & spiritualis remedij desperationem.

Regulariū Superiores nō reseruent sibi absolutionē peccatorū, exceptis inf. adscendis.

§. 1. Ideò, vt huic malo Sanctitas Sua opportunè prospiceret, decreuit, vt nemo ex Regularium Superioribus peccatorum absolutiones sibi reseruet, exceptis ijs, quæ sequuntur, aut omnibus, aut eorum aliquot, prout subditorum vtilitati expedire prudenter in Domino iudicauerint.

1 Veneficia, Incantationes, Sortilegia.

2 Apostasia à Religione, siuè habitu dimisso, siuè retento, quando eo peruenerit, vt extra septa Monasterij, seu Conuentus fiat egressio. Nocturna, ac furtiua è Monasterio, seu Conuentu egressio, etiam non animo apostatandi facta.

3 Proprietas contra votum paupertatis, quæ sit peccatum mortale. Iuramentum falsum in iudicio regulari, seu legitimo.

4 Procuratio, auxilium, seù consilium ad abortum faciendum post animatum fœtum, etiam effectu non sequuto.

5 Falsificatio manus, aut sigilli Officialium Monasterij, aut Conuentus. Furtum de rebus Monasterij, seù Conuentus in ea quantitate, quæ sit peccatum mortale.

6 Lapsus carnis voluntarius opere consumatus.

7 Occisio, aut vulneratio, seù grauis percussio cuiusque personæ.

8 Malitiosum impedimentum, aut retardatio, aut aperitio litterarum à Superioribus ad inferiores, & ab inferioribus ad Superiores.

9 Si quòd aliud prætera peccatum graue pro Religionis conseruatione, aut pro consciētiæ puritate reseruandum videbitur, id non aliter fiat, quàm generalis Capituli in toto Ordine, aut Prouincialis in Prouincia, matura discussione, & consensu.

Neq; confessiones audiant subditor. id proprio motu non petentiũ, aut peccatorum non reseruatorum.

§. 2. Non liceat Superioribus Regularium confessiones subditorum audire nisi quando peccatum aliquod reseruatum admiserint, aut ipsimet subditi spontè, ac proprio motu id ab ijs petierint.

Cõfessarij pro subditorum. d-putentur idonei. quibus reseruatur absolutio committatur quando casus occurrerit, & cõfessarius, iudicauerit.

§. 3. Superiores in singulis domibus deputent duos, tres, aut plures Confessarios, pro subditorum numero maiori, vel minori, ijque sint docti, prudentes, ac caritate præditi, qui à non reseruatis eos absoluant, & quibus etiam reseruatorum absolutio committantur, quando casus occurrerit, in quo, eam debere committi ipse in primis Confessarius iudicauerit.

Superiores, & cõfessarij notitia, dd. peccatorum ad exteriorẽ gubernat. non vtantur.

§. 4. Tàm superiores pro tempore existentes, quàm Confessarij, qui ad superioritatis gradum fuerint promoti, caueant diligentissimè, ne ea notitia, quàm de aliorum peccatis in confessione habuerunt, ad exteriorem gubernationem vtantur.

Superiores graues pœnitencias à confessarijs imponen. certis peccatis determinent.

§. 5. Liceбit tamen Superioribus determinare pœnitentias graues quibusdam peccatis, etiam non reseruatis à Confessarijs imponendas, quæ subditos ab huiusmodi perpetrandis cohibere possint.

Hæc obseruent cęteris quibuscũque non obstan.

§. 6. Atque ita per quoscumque Regularium Superiores, quicumque illi sint, obseruari mandauit. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac cuiusuis Concilij, etiam generalis decretis, necnon consuetudinibus, etiam ab immemorabili tempore obseruatis, aut regulis in generalibus, seù prouincialibus capitulis editis, statutis, & constitutionibus etiam Apostolica auctoritate confirmatis, priuilegijs, indultis, & concessionibus quorumcumque, quorum tenores hic pro expressis haberi voluit, cæterisque in contrarium facientibus, quibuscumq;

Dat. P. A. 2. die 26 Maij.

Dat. Romæ apud S. Petrum die 26. mensis Maij, Anno Domini 1593.

Sanctitas Sua deinceps declarauit & declarat, vt si huiusmodi Regularium Confessarijs casus alicuius reseruati facultatem petentibus Superior dare noluerit, possint nihilominus Confessarij illa vice pœnitentes Regulares, etiam non obtenta à Superiore facultate, absoluere.

Aliud de Formula concedendi facultatem pro Nouitijs ad regularem habitum recipiendis in Monasterijs, & locis designatis.

Non est in Bullarium impresso.

Sanctissimus in Christo Pater, & D. N. D. Clemens diuina prouidentia Papa VIII. cum regularem disciplinam restituere, atque in pristinum statum reuocare maximè cuperet, regularesque omnes, vitam, moresque suos ad rationem eius Instituti, quod quisque professus esset, ita componere, vt quæ ad votorum vim, habitum, victumque communem pertinent, ea potissimum singuli religiosissimè obseruarent, generali decreto, quòd de mense Iunij editum, tertia Iulij Anni 1599. promulgatum fuit, Ordinum Religiosorum Superioribus, (nonnullis exceptis) prohibuit, ne aut Nouitios reciperent, aut quemquam ad professionē ante admitterēt, quàm à Sanctitate Sua Monasteria aliquot ad eam rem præscripta essent, in quibus obseruantia regularis vigeret.

Et vide etiam in decreto subsequẽti.

Nunc verò eadem Sanctitas Sua à locorum etiam Ordinarijs, quibus id muneris demandauerat, certior facta, infrascriptis Monasterijs, & Conuentibus Ordinis N. præfinitum esse numerum dumtaxat eorum, qui vel ipsius Monasterij censibus, vel consuetis eleemosynis sustentari ibi commodè possunt, atque in ijs omnia fideliter obseruari, quæ sunt cum illorum professionis perfectione coniuncta, nempè castitatis, paupertatis, & obedientiæ vota, vnà cum cæteris decretis particularibus, vel Instituti ipsius, vel Pontificiis etiam ad victum, vestitumque communem spectantibus (ipso decreto, vt supra edito, & promulgato, nequaquam obstante) potestatem

facit

facit Superiori eiusdem Ordinis Nouitiatus in infrascriptis Monasterijs, & Conuentibus erigendi, Nouitios recipiendi, educandi, atq; ad professionem admittendi, modo tamen id ad præscriptum instructionis, iussu Suæ Sanctitatis editum, neque alio modo fiat. Quoniam verò ea est Sua Santitatis mens, & voluntas, vt in Monasterijs, & Conuentibus, ad alendos Nouitios præfinitis, regularis obseruantia perpetuò retineatur, mandat, & præcipit, vt in ipsis præscriptus iam personarum numerus in posterum seruetur, nullusq; omnino Superior cuiusuis conditionis, personarum, & Nouitiorum numerum augere præsumat, ea pœna proposita, vt io omnibus priuatus officijs, vocis actiuę, & passiuæ ius omne amittat. Vult denique Sanctitas Sua huiusmodi facultatem per Congregationem Reformationis Apostolicæ hoc Decreto Secretarij manu subscripto concedi, non obstante Decreto, vt supra promulgato.

Dat. Romæ die, &c. Præscribitur verò numerus Sacerdotum . . . , Clericorum . . . , Nouitiorum . . . , Conuersorum autem . . .

N. *Visitationis, & Reformationis Apostolicæ Secr.*

Aliud Decretum super forma recipiendi Nouitios Regularium ad habitum, & professionem.

Edita a. D. 1602. die 19. Martij.

SAnctissimus in Christo Pater, & D. N. D. Clemens diuina prouidentia Papa VIII. qui aliàs pro regularis disciplinæ restitutione, singulis Regularium Ordinibus (quibusdam exceptis) prohibuit, ne ad regulare habitum Nouitios in posterum reciperent, receptosuè ad professionem admitterent, quousq; in aliquibus cuiusuis Ordinis Monasterijs, seù Conuentibus (in quibus Nouitiatus pro recipiendis, & educandis Nouitijs designarentur, & approbarentur) ad eius quam professi sunt, regulę præscriptum, vitam moresque restituerent, & componerent; certior deindè factus, quosdam omnium ferè Ordinum Conuētus, seù Monasteria ad pristinam illam regularem viuendi formam, & disciplinam, quam diutius desiderauerat, fuisse redacta: in eisdē Monasterijs, & Conuentibus, vt Nouitiatus erigi, Nouitijque recipi possent, (sub certis tamen legibus, ac ea præsertim, vt licentia à Congregatione Reformationis Apostolicæ prius obtenta esset) concessit, & ad illa designauit, & approbauit. Nunc volens, vt ea, quæ pro Nouitiorum receptione, de mandato Sanctitatis Suæ præscripta fuerunt, in posterum accuratius, & exactius obseruentur, vltra formam traditam in Constitutionibus fel. rec. Sixti Papæ V. & etiam Sāctitatis Suæ super receptione Nouitiorū, decreuit, ac præsētis Decreti virtute mandauit, ne in Conuētibus, seù Monasterijs ad Nouitios recipiēdos de Sanctitatis Suæ, seu dictæ Congregationis Reformationis licentia hactenus designandis, & approbandis.

Extat sup. in Bullar. pag. 1[illegible]. in fine, § 1. Vbi sunt etiam in margine Apostillæ, quæ propterea hic omittuntur.

Ad hoc vide [illegible] precedens decret.

Nouitij ad habitum recipi vllatenus possint, vel admitti, nisi prius ab ipsa Congregatione, vel à proprijs locorum Ordinarijs, aut ab illis, in quorum diœcesi Nouitiatus existunt, in quibus Nouitij recipiendi fuerint, expresse, & nominatim Nouitij ipsi recipiendi approbati fuerint, & vt recipi, & admitti possint, licentiam in scriptis (gratis tamen in omnibus, etiam quoad scripturam concedendam) obtinuerint. Monet autem Sanctitas Sua eosdem Ordinarios, omnem curam, & diligentiam adhibere, vt circa ætatem, conditionem, educationem, scientiam, vitam, & mores, cæterasq; qualitates in ipsis Nouitijs requisitas, obseruentur instituciones pro illis recipiendis ab eadem Congregatione Reformationis factæ, & publicatæ, neque aliter, nec alio modo aliquem ad habitum recipi permittant: Ordinariorum ipsorum conscientiam onerando, si quempiam approbauerint, vel admitti permiserint, qui non sit idoneus, & iuxta cōstitutiones, & institutiones prædictas, approbandus, & admittendus. Firmis nihilominus remanentibus pœnis omnibus contra Superiores quorumcumque Ordinum, qui in admittendis ad habitum, & professionem, Nouitijs, formam constitutionum, & institutionū prædictarum non seruauerint, aut Nouitium aliquem, quantumuis idoneum, & approbatum, in quouis alio Conuentu, & loco, seù Monasterio, præterquam in hactenus à Sua Sanctitate, vel à dicta Congregatione designatis, & approbatis, seu imposterum designandis, & approbandis, vel vltra numerum in eorum singulis præscriptum, seù præscribendum receperint, vel admiserint, seù alias præmissis quouis modo contrafecerint. Irritum ex nunc, & inane decernens quicquid secus, vel alias, quauis auctoritate à quouis gestum, vel attentatum fuerit. Non obstantibus quibuscumque, &c.

Dat. Romæ apud S. Petrum, die 19. Maij 1602. Pontificatus eiusdem S.D.N. Anno XI.

Dat. R. a. 11. die 19 Maij

Aliud de Institutionibus super receptione, & educatione Nouitiorum Religiosorum in Monasterijs, & Conuentibus designatis, vel designādis, Clementis eiusdem iussu editum.

Edita A. D. 1602.

CVm ad regularem disciplinam in singulis Religiosorum Monasterijs propagandam

dam, Nouitiorum institutio maximè vtilis sit, ac necessaria, & nihil ad grauem illam, ac laudatissimam priscorum Pattum viuendi rationem relaxandam maiorem vim habuisse compertum sit, quàm vel nimiam in recipiendis Nouitijs facilitatem supra numerum, quẽ capere, atque alere Monasteria ipsa possent, vel negligentiam in probando, & examinando eorum spiritu, an verè esset ex Deo, atq; ex præcipuo desiderio illi inseruiendi, vel denique incuriam in eis educandis, atque instituendis. Idcireò, vt huiusmodi incommodo deinceps occurratur, præcipitur omnibus, & singulis ad quos spectat, vt in recipiendis Nouitijs, & in eorum institutione, atque educatione, necnon in magistri, & aliorum ministrorum electione, præter alia, quæ in sacris Canonibus, ac Decretis præsertim Concilij Tridentini, Pontificijs, & cuiuscumque Ordinis, aut Instituti constitutionibus continetur, tàm in aliàs designatis, quàm nunc, & imposterum ad hoc designandis Monasterijs, & Conuentibus, hæc quæ sequuntur, inuiolatè obseruari, & exequi perpetuò cũrent.

Est supra in Bulla 2. 3. pag. 132. vbi sunt etiam in margine apostillæ quæ propterea hic omittuntur.

Primum, quod attinet ad Nouitiorum recipiendorum formam, vltra diligentem perquisitionem, quæ habenda erit de vniuscuiusque natalibus, corporis habitudine, moribus, & vita ante acta, ac pręcipuè eorum, qui sextumdecimum ætatis suæ annum excedent, an criminosi, an ære alieno grauati, vel reddendæ alicuius administrationis rationi obnoxij sint, iuxta formam constitutionis fel. rec. Sixti V. & moderationum subsecutarum: illud etiam Superiores, ad quos spectabit, sedulo perquirant, vt quibus in Monasterijs, & Conuentibus, ex Apostolica facultate Nouitiatus fuerint instituti, in ijs ad Religionem nullus in posterum admittatur, qui & ex honestis parentibus natus non sit, & conditiones sacris Canonibus, Summorumque Pontificum constitutionibus præscriptas non habeat, iuxta Decretum super forma recipiendi Nouitios die 19. Maij 1602. editum.

Quisque recipiendus in aliquo Ordine regulari, etiam Mendicantium, in ea sit ætate constitutus, quam eius Ordinis, in quo recipietur regularia instituta, & ordinationes requirunt; eam verò litterarum scientiam calleat, aut illius addiscendæ spem indubiam præseferat, vt minores, & suis temporibus, maiores Ordines, iuxta Decreta Sacri Concilij Tridentini suscipere valeat. Sed si quis annum vigesimumquintum excedens, ad habitum regularem admitti postulauerit, & talis eruditionis expers inuentus fuerit, in Conuersorum tantum, quibus litterarum scientia non est necessaria, numerum referatur: ipsi autem Conuersi non recipiantur ante vigesimum ætatis suæ annum: & nisi saltem præcipua Doctrinæ Christianæ capita nouerint.

Demum Superiores diligenter exquirant, quo spiritu, qua mente, ac voluntate id regularis vitæ genus elegerint, quem sibi finem proposuerint, num zelo melioris frugis, ac perfectioris vitæ, & vt Deo liberius famulari possint, an potius leuitate, vel humano aliquo affectu, aut inordinato animi ducantur, & an eorum parentes ope, & subsidio ipsorum indigentes destituantur.

Prouideant quoque, vt omnes etiam Conuersi recipiendi, priusquam ad habitum regularem admittantur, ab iis, quibus munus hoc incumbit, de regula, quam professuri sunt, tribus votis essentialibus, statuque regulari, & alijs cuiusque Ordinis peculiaribus institutis, & constitutionibus diligenter instruantur. Et quia quarumdam Religionum moris est, nedum Conuersos ad professionem admittendos, verum & oblatos, vt vocant, recipere: circa ipsorum oblatorum receptionem vnaquæque Religio suas peculiares Constitutiones, specialiaq; instituta obseruare teneatur.

Statim atque Nouitij ad habitum recepti, & in locum Nouitiatus introducti fuerint, per generalem omnium peccatorum confessionẽ totius anteactæ vitæ conscientiam discutiant, & expurgent.

Quod verò ad loci qualitatem vniuscuiusque Nouitiatus spectat, locus huiusmodi propria clausura ab ea parte Conuentus, & Monasterij, in qua degunt professi, segregatus sit, atque distinctus, habeatq; tot ad dormiẽdum cellulas separatas, quot erunt numero Nouitij, vel dormitorium ita capax, vt pro singulis singuli lectuli commodè sterni possint, in quo etiam cellula, vel certus, ac determinatus locus pro Magistro, eiusque socio reperiatur.

In eo etiam, præter alias communes commoditates, aptus locus adsit ad spirituales collationes, seù conferentias faciendas, ac lectiones, instructionesque Magistri audiendas, & in quem hyemis tempore ad calefaciendum se igne communi recipiant.

Oratorium insuper, seù Cappella, si commodè fieri poterit, ad Nouitios in spiritualibus, præsertim in cæremonijs, Ecclesiasticisq; functionibus exercendos.

Hortus quoque peculiaris ad honestam recreationem benè conclusus, atque munitus adsit, sin minus hortum cæteris Fratribus communem recreationis tempore ingrediantur. Ipsis verò Nouitijs ibi commorantibus, curabit

tabit Magister eum loci Superioris auctoritate (si opus fuerit) ne in eumdem quisquam alius ingrediatur.

Ad huiusmodi locum Nouitiatus nemini eiusdem, vel alterius Ordinis, Regulari etiam Conuentus, & Monasterij Officiali, vllo vnquam tempore sub quouis prætextu aditus pateat, prætetquam Magistro, eiusque socio, ac etiam Monasterij, aut Conuentus Superiori, si quandocumque ingrediendum sibi necessariò existimauerit, quo tamen casu aliquem semper ex senioribus Conuentus, & Monasterij Patribus socium assumat.

Huius loci clausuræ clauis apud Magistrũ semper asseruetur, illique soli liceat ex graui tantum causa ingressum illuc alicui permittere: si quis autem Nouitiorum quempiam alloqui voluerit, Magistro præsente, & non aliter alloquatur.

Nouitiorum Magistro socius, si per Nouitiorum instruendorum multitudinem necessarius fuerit, vita, & moribus (quoad fieri poterit) consimilis deputetur, qui in his, quæ ad Nouitiatus regimen spectant, dicto Magistro immediatè subiectus existat, eliganturq; tàm Magister, quàm socius per prouinciale Capitulum, per triennium ad minus onus huiusmodi subdituri. Quòd si aliquo casu extra tempus capitulare noua loca Nouitiatus concedi contingat, tunc electionem Magistri Nouitiorum, & socij huiusmodi in his nouis locis per Generalem, vel Prouincialem, seù Ministrum, aut eorum Visitatores, seù Vicarios, de Diffinitorum tamen, vel grauiorum aliorum Patrum consensu fieri permittatur: idemque seruetur, si intra triennium, alterum, vel vtrumque vrgenti aliqua de causa ex illis locis amoueri, vel mori contigerit, in cuius, vel quorum locum alij consimiles subrogari debeant.

Tàm Nouitiorum Magister, quàm socius ab ijs omnibus officijs, oneribusque vacationem habeant, quæ Nouitiorum curam, & regimen impedire valeant. Ipse Magister sacerdotali ordine sit initiatus, ac in quinto saltem supra trigesimum ætatis suæ anno constitutus, & per decennium à professione emissa in Religione perstiterit. Socius verò trigesimum annum excedat, sintq; ambo doctrina, & quantum per Superiorum diligentiam, & vires fieri poterit, vitæ etiam anteactæ exemplo præstantes, orationis præterea, & mortificationis operibus addicti, prudentia, caritateque referti, non sine affabilitate graues; zelum Dei cum mansuetudine præ seferentes: ab omni cordis, ac animi perturbatione, ira præsertim, & indignationis, quæ in se, & erga alios caritatem impedire consueuerunt, quàm longissimè alieni, & tales demum, qui in omnibus seipsos bonorum operum exemplum præbeant, vt ij, qui eorum curæ subsunt, illos non tàm metuant, quàm reuereantur, nec illis vnquam detrahere quicquam possint.

Habere etiam Magister plenam, & absolutam potestatem circa Nouitiorum institutionem, ac Nouitiatus regimen, vt in illis nemini (Visitatoribus, ac Superioribus maioribus, vel etiam localibus exceptis) quouis colore se ingerere liceat.

Curam adhibeat diligentem, vt Nouitij omnes in regulari disciplina sedulò exerceantur, agnoscantq; præcipuè diuinæ, qua digni facti sunt, vocationis præstantiam, & excellentiam, quæ vera sit, atque perfecta votorum solemnium, & quàm necessaria cuiusque Ordinis Constitutionum obseruantia, modum in oratione, tùm vocali, tùm mentali fructuosè persistendi, illicitas passiones, & vitia (ad quæ natura per peccatum labefactata, omni tempore prona est, atque procliuis) per sensuum custodiam, & mortificationem cohibendi, austeritatem, ieiunia, cilicia, disciplinas, conscientiæ puritatem, crebram illius discussionem, Sacramentorum frequentiam, confessionis præsertim, quæ bis saltem singulis mensibus fiat, per aperitionem quotidianam motuum internorum, cordis, & tentationum manifestationem, per exercitium humilitatis circa viliora ministeria, per modestiam in omnibus actionibus, diuturnumque silentium.

Quilibet Nouitius bis quotidie orationi mentali, & vocali incumbat vnusquisq; secundum propriam capacitatem, & ordinem sibi à Magistro præscriptum, ac pluries in die propriam conscientiam vnusquisque examinare contendat. Ipsi autem Magistro soli Nouitiorum confessiones audiendi cura committatur: Liceat tamen Superiori, etiam locali, si ita expedire iudicauerit, vel per seipsum, vel per alium ab eo deputandum, semel aut bis in anno eorumdem Nouitiorum confessiones audire.

Quotidie Missæ sacrificio intersint, & statutis horis in Choro, nocturnis, diurnisque diuinis Officijs assistant.

Exercitationibus etiam corporalibus vacent, legant, vel scribant res spirituales, modestam animi recreationem interponant, quæ in solitario loco, & commodo extra Nouitiatum semel in hebdomada, vel in alternis saltem hebdomadibus longior statuatur, fiatque semper Magistro præsente, vel socio, qui multum inuigilent, ne duo ab alijs commo-

rentur disiuncti, atque eo tempore, cuiusque in quam natura feratur propensionem, scrutentur.

Non liceat eis, durante Nouitiatus, & Probationis tempore, vnà cum Professis, nisi in Choro, in Ecclesia tempore officiorum, in processionibus, aut in cœnaculo causa refectionis commorari, nec permittatur eis Professos domo exeuntes comitari.

Pro communibus, & proprijs cuiusque necessitatibus, quæ accidere possunt, vnus ex Nouitijs ipsis ætate, moribusque prouectior deputetur, qui absente socio, Magistro permittente, omnia, prout opus fuerit, agat; cui etiam ianuæ custodia, & rerum leuioris momenti prouisio intra Nouitiatum committi poterit.

Cùm autem, licèt Clericorum bene instituendorum cura debeat esse præcipua, Conuersorum tamen religiosa instructio non sit prætermittenda, quin potius æquanimiter amplexanda: quandoquidem satis exploratum est, istorum etiam, cum regulam profiteantur eamdem; perfectam educationem tum Religioni decorem, & ornamentum, tum alijs Christifidelibus ædificationem, exemplum, atque vtilitatem afferre. Conuersis ipsis à Clericorum Nouitiatu separatus ad dormiendum locus (quantum commodè fieri poterit) assignari præcipitur. Illi tamen, hac separatione non obstante, Magistro Nouitiorum, seù Superioribus Monasteriorum, & Conuentuum iuxta cuiusque Ordinis Statuta, & Constitutiones subditi esse, & obedientiam præstare debebunt, à quo non tantum circa corporalia obsequia probandi, & exercendi, verùm etiam, pro eorum capacitate, & commoditate, de spiritualibus, præsertim de modo mentaliter orandi, diligenter instruendi erunt; quod vt commodius fiat, ad Capitula, & spirituales Conciones, quæ per Magistros Nouitijs fieri solent, accersiri debeant, & in Ecclesijs statutis horis conueniant, nisi tunc in suis officijs actualiter occupati fuerint.

Tempore verò probationis elapso, ij tantùm, qui non solum religiosæ perfectionis capaces: sed ad laborem corporalem apti, nouo, ac diligenti examine reperti fuerint (dummodo ętatis suæ annum, quoad Clericos decimumsextum, quò verò ad Conuersos, vigesimumprimum excesserint) ad professionem admittantur. Sed qui ad Conuersorum habitum recepti fuerint, ad Clericorum statum transire, etiam durante tempore probationis, non possint.

Superior cuiuslibet Conuentus, in quo Nouitiatus fuerit constitutus, particularem librum habeat, in quo Nouitij professio registretur, illáque Nouitius professus propria manu & duo testes, qui præsentes fuerint, subscribat.

Conuersus verò litterarum ignarus, professus, in eorumdem testium, qui se subscripserint, præsentia, propria manu signum Crucis apponat, asseruetur que liber, & custodiatur in Archiuio, vbi scripturæ ad Monasterium, seù Conuentum pertinentes reponi consueuerunt.

Quia verò in quibusdam Ordinibus filiationis vsus est receptus, declaratur, quòd licèt decretum sit, vt Nouitijs educandis certa Monasteria, aut Conuentus designata quilibet Ordo habere debeat, licitum tamen sit Superioribus Monasteriorum, & Conuentuum huiusmodi Ordinum, in quibus filiationis vsus receptus est, eos, quos prænarratis qualitatibus suffultos repererint, in suorum locorum filios, iuxta cuiusque Ordinis constitutiones adscribere, sicque adscriptos, cùm iuxta præsentes Institutiones, & aliàs seruatis seruandis, ad Ordinem recepti fuerint, ad loca Nouitiatuū cum testimonialibus litteris trāsmittere, vbi tamquam dictorum Conuentuum, seù Monasteriorum filij, eorumdem nomine, & instantia recepi, ac in Nouitiatu probari, & deinde antequam ad eadem Monasteria, seù Conuentus filiationis huiusmodi remittantur, in professorio ad perfectionem, vt permissum est, exerceri debebunt.

Porrò, ne loca vnius Monasterij, seu Conuentus ab alio præoccupentur, Capituli generalis, aut prouincialis partes erunt, numerum præscribere pro omnibus, & eam similiter rationem circa alimentorum contributionem (si opus fuerit) inire, ac singulis Conuentibus, & Monasterijs præscribere; quæ magis expedire videbitur.

Vt autem Nouitij iàm in Professorum numerum (sicut præmittitur) recepti, meliùs in bono spiritu, regula isque disciplinę obseruantia stabiliantur, & confirmentur; mandatur, vt statim post professionem emissam, si in Conuentibus, aut Monasterijs pro Nouitiatibus assignatis locus adsit secundi Nouitiatus, siuè Professorij, ab ea, quæ Nouitiorum est, atque antiquorum Professorum habitatione distinctus, & segregatus, ibi collocentur, si Monasterium, aut Conuentus eos alere queat, sin minus, in alium commodiorem Conuentum, aut Monasterium transferantur, in quo is locus cum requisitis ad Nouitiatum supranarratis reperiatur, vel accommodetur, aut de nouo construatur.

Ab hoc tamen illæ Religiones excipiuntur, quæ, suarum Constitutionum, seù Instituto-

rum

rum vigore maioris temporis cursu nouos professos intra Nouitiatum detinere consueścunt, quibus in hac parte non derogatur, illis tamen permittitur, vt, prædictis earum Constitutionibus non obstantibus, idipsum facere possint, si id rationi, ac Religioni magis expedire dijudicauerint, quibus in locis degant sub regulis, & modo viuendi adhuc arctioti, quam seruent antiquiores professi, ita quòd in negotijs Monasteriorum, aut Conuentuum non se intromittere, nec communibus tractatibus interesse, neque alicuius exterioris obedientiæ officium exercere debeant, ibique permaneant, quousque ad ætatem Sacris Ordinibus suscipiendis sufficientem deuenerint, vel saltem per triennium post professionem, quo etiam tempore poterunt quinimmo & debebunt litterarum studijs operam nauare sub directione, ac regimine Superioris, qui eas qualitates habeat, quibus Nouitiorum Magistrum præditum esse oportere dictum est.

Declaratur tamen, quòd propter præmissa non censeatur concessa licentia recipiendi Nouitios, nisi in locis pro Nouitiatu designatis, aut imposterum designandis, & pro numero dumtaxat in eorum singulis præscripto, vel præscribendo.

Denique si isti, qui inter Religiosos gradu, & ordine Superiores sunt, & alij; ad quos spectat, in prædictis omnibus, vel eorum aliquo deliquerint, seù quouis modo contrafecerint, officiorum omnium, quæ tunc obtinebunt, priuationem, grauioresque pro modo admissæ culpæ pœnas, se subituros certò sciant.

Dat. P. A. 11. die 19. Martij.

Datum Romæ apud S. Petrum die 19. Martij 1603.

Ant. Seneca Reformationis Apost. Sec.

Publicatio.

Anno Millesimo sexcentesimo vigesimoquarto, Indictione septima, Pontificatus autem Sanctissimi Domini N. D. Vrbani diuina prouidentia Papa VIII. Anno eius Secundo, die vero vigesima sexta mensis Octobris, supradicta Decreta tam Sacræ Congregationis Concilij, quàm san. mem. Clemen. VIII. affixa, & publicata fuerunt ad valuas Basilicarum Sancti Ioannis Lateranen. & Principis Apostolorum; necnon in acie Campi Floræ, vt moris est, per nos Camillum Fundatum, & Iulium Marzitellum Cursores Sanctissimi.

Brandimartes Latinus Pro Magistro DD. Cursorum.

XXVII.

Deputatio Francisci Vbaldi Sac. Rotæ Auditoris in Præsidentem, & Iudicem probationum Equitum Religionis Militiæ Christianæ.

Erexit hic Pont. Militiam istam in sua const. 11. Imperscrutabilis hic sup. pag. 228. vbi notauit.

Dilecto filio Magistro Francisco Vbaldo Capellano Nostro, & causarum Palatij Apostolici Auditori.

Edita A.D. 1624.

VRBANVS PAPA VIII.

Dilecte fili salutem, & Apostolicam benedictionem.

Erectionis huius Militiæ relatio.

§. 1. CVM Nos nuper supplicationibus dilectorũ filiorũ nobiliũ virorũ Ferdinandi Mantuæ, ac Caroli Niuernen. Ducum, necnon Adolphi Comitis de Althan Nobis humiliter porrectis inclinati, vnam Militiam Christianam nuncupandam sub titulo Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis Immaculatæ sub certis modo, & forma tunc expressis Apostolica auctoritate erexerimus, & instituerimus, prout in nostris sub plumbo desuper expeditis litteris, quarum tenores præsentibus pro expressis haberi volumus, pleniùs continetur.

Iudicis deputatio, de qua in rubrica.

§. 2. Idcircò, vt eorum, qui habitum per dictæ Militiæ Fratres Milites gestari solitum susceperunt, professionem per eosdem emitti consuetam expresśè emittere voluerint, regulares nobilitatis, & aliorum requisitorum probationes rectè, & iuxta eiusdem Militiæ Statuta, Apostolica auctoritate confirmata, fiant, quantum cum Domino possumus prouidere volentes, ac de tua fide, prudentia, integritate, doctrina, rerumque experientia plurimùm in Domino confisi, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine; Te in Præsidentem, seù Iudicem probationum prædictarum cum omnibus, & singulis honoribus, priuilegijs, gratijs, & indultis solitis, & consuetis ad nostrum beneplacitum tenore præsentium facimus, constituimus, & deputamus, tibique, vt probationes prædictas sufficientes, vel non sufficientes, iuxta eiusdem Militiæ Statuta, seù stabilimenta eadem auctoritate confirmata decernere, & declarare in actis Notarij, per Te eligendi, & nominandi, aliaque omnia, & singula in præmissis, & circa ea necessaria, & opportuna facere, dicere, gerere, & exequi liberè, & licitè possis, & valeas, auctoritate, & tenore

te præsentis plenam, liberam, & amplam facultatem, & auctoritatem concedimus, & impartimur.

Obstantium derogatio.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Dat. V. A. 2. die 26. Septembris.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die xxvj. Septẽbris 1624. Pontificatus Nostri Anno II.

XXVIII.

Reuocatio concessionum diuersorum Officiorum, ac Priuilegiorum, Exemptionum, Gratiarum, & Indultorum, in præiudicium Sedis, & Cameræ Apostolicæ emanatarum.

Ad huiusmodi materiam plures extant Pontificia Constitutiones, quarum præcipuæ sunt à me indicata hic in Apostillis.

Edita A. D. 1624.

VRBANVS EPISC. SERV. SERVOR. DEI.
Ad perpetuam rei memoriam.

Causæ huius reuocationis.

SVperni benignitas Conditoris, cuius admirabili prouidentia cuncta reguntur, cum nullis nostris suffragantibus meritis, Nos ad sublime euexerit Apostolicæ dignitatis fastigium, vniuersam Reipublicæ curam, ad ipsius Dei laudem amplectentes, ad hoc inter alia nostræ Pastoralis vigilantiæ studium duximus adhibendum, vt officia tàm Romanæ Curiæ, quàm alia ad Sedem Apostolicam pertinentia, à probatis viris exerceantur, ac illa personis idoneis, modoque debito conferantur: Camera nostra Apostolica, quam ob varias superiorum temporum causas, magno ære alieno conflato, & eius ærario exhausto, in maximas redditiuum, & pecuniarum angustias incidisse comperimus, ab ære alieno, ac angustijs huiusmodi, quantum in Nobis est subleuetur: frumentorum, & aliarum rerum ad communem vitæ vsum pertinentium copia in hac Vrbe nostra, & reliquo Statu Ecclesiastico conseruetur, & vigeat: eiusdem Sedis auctoritas, & Romanæ Curiæ dignitas elucear; ac per debitę reformationis, & prouisionis occursum impedimentis quibuscumque sublatis, omnia prosperè dirigantur, ac iustitia duce, quod suum est vnicuique tribuantur, felicique profectu virtus vndique suscipiat incrementum.

Narrat hinc Pont. in præiudic. à se. dis, & Cam. Apostolicæ aliqua officia amouibilia, ad vitam vnius & plurium personarum concessa, & super illis

§. 1. Cum itaque inter cætera, quę mentem nostram non modicè perturbarunt, atque perturbant, inuenerimus pleraque Sedis, & Cameræ prædictarum officia, seu munera, præsertim administrationem habentia, & quæ amouibilia sunt, & esse debent, tàm in Vrbe, quàm extra eam, contra eorum naturam, & consuetudinem, per ambitionem, & importunitatem (vt credimus) impetrantium, ad vitam, & non solùm vnius, verùm plurium etiam personarum, concessa fuisse, necnon super illis, & alijs etiam Romanæ Curiæ prædictę officijs, etiam perpetuis, coadiutorias, cum futura coadiutorum successione, factas, & constitutas esse: quo fit, vt eadem officia, quæ antea personis benemeritis, & idoneis, ac doctrina, prudentia, & consilio præditis, experientiaque, & ætate maturis concessa sunt, interdum ad personas minus idoneas, coadiutoriarum nomine, deueniant, in Sedis, & Curiæ huiusmodi dignitatis diminutionẽ, & ipsorum officiorum detrimentum.

ac alijs officia coadiutorias cum futura coadiutor. successione cõcessas fuisse.

Hoc habes etiam reuocatū à Pio V. vt sup. const. 134 Romani t. 2. p. 96 vbi vide etiam Conc. Trid.

Et licet plures Pōt. diuersas pro indemnitate d. Cameræ & Vniuersitatum Status Ecclesiastici & pro vbertate annonæ, & grasciæ ediderint constitutiones.

§. 2. Et licèt plerique Romani Pontifices Prædecessores nostri, & nouissimè fel. record. Paulus Papa Quintus ad indemnitati Cameræ prædictæ, necnon Communitatum, & Vniuersitatum Status Ecclesiastici opportunè consulendum, ac etiam ad vbertatem Annonæ, & Grasciæ in Vrbe, Statuque prædictis conseruandum, & augendum, plures constitutiones ediderint.

Ac Paul. V exemptiones à solutione oner. Cameralium reuocauerit in sua const. 13. t. 3. p. 183 paragraf. 5.

§. 3. Et inter alia idem Paulus Prædecessor per binas suas in forma Breuis editas constitutiones, in vna videlicet omnes, & quascũque immunitates, & exemptiones à solutione Gabellarum, Datiorum, Impositionum, & aliorum onerum Cameralium quorumcumq; & quæ etiam per Communitates, & Vniuersitates pro eorumdem onerum Cameralium solutione, & publicorum munerum supportatione indicta, & imposita, ac exigi solita erant.

Vna cum applicationib. & concessionib. d. Cameræ præiudicialib. vt ibid. in parag. 4. & 5.

§. 4. Necnon assignationes, & prouisiones super Cameræ prædictæ redditibus, & iuribus, pœnarum quoque maleficiorum applicationes, appropriationes, cæterasque tàm illarum, & Cancellariarum, siuè bancharum ciuilium, & criminalium, ac Secretariarum, & illarum emolumentorum, quàm bonorum, & tutium eiusdem Cameræ, cuiussuis qualitatis, & quantitatis gratias, & concessiones, in præiudicium ipsius Cameræ catenus concessas, & factas.

Frumentaq; & alia ad annonā, & grasciā pertinentia, è locis Status Ecclesiastici extrahēdi licentias, & facultates, & extractiones sub pœnis etiam excommunicationis prohibuerit in cōst. 12. pag. 190.

§. 5. Et in altera omnia, & singula, ac quæcumque priuilegia, licentias, & facultates, frumenta, blada, legumina animalia, oleum, & alia, tàm Anuonam, quàm Grasciam concernentia, etiam in proprijs eorum prædijs, possessionibus, agris, & terrenis pro tempore recollecta ex quibuscumque status nostri Ecclesiastici temporalis, Prouincijs, ac Ciuitatibus, Terris, Castris, & Locis, eorumque

Vide etiam infra paragr. 15. & 16. vbi notato, & etiā paragr. 28.

rumque territorijs, & districtibus Nobis, Sanctæ Romanę Ecclesię mediatè, vel immediatè quomodolibet subiectis extrahendi, similiter eatenus concessa, prętérquam quoad aliqua tunc expressa, ac aliàs modo, & forma in eisdem constitutionibus, & litteris desuper expeditis, contentis, reuocauerit, & Prædecessorum suorum prędictorum constitutiones, ordinationes, & litteras desuper expeditas, & omnia in eis contenta perpetuò approbando, confirmando, & innouando, illas, & illa extunc de cætero obseruari mandauerit, ac frumenta, blada, legumina, oleum, animalia, & alia prædicta extra Statum Ecclesiasticum extrahi sub excommunicationis, & alijs grauissimis pœnis de nouo expressè prohibuerit.

Et postremò hãc prohibitionem, etiam ad loca mediate Sedi Apostolicę subiecta extẽdit in d. const. 32. pag. 193.

§. 6. Et postremò idem Paulus prædecessor ad tollendam omnem dubitationem super vltimodicta constitutione excitatam per suam Motus proprij cedulam die vigesima sexta Augusti anni Domini millesimi sexcentesimi sexti, publicatam sub vltimodicta eius constitutione, quæcumque loca Sanctæ Romanę Ecclesiæ mediatè subiecta comprehendi; & comprehensa fuisse, & esse declarauerit, & quatenus opus sit, illam cum omnibus in ea contentis ad loca prædicta extenderit, & ampliauerit, prout in eisdem constitutionibus, & cedula latius continetur:

Nihilominus contra cõst. prędictas diuersę gratię, & etiam quoad spolia personarũ Ecclesiasticarũ posita in Sedis, Cameræ, & Papæ supremæ potestatis & Rom. Curiæ dignitatis præiudicium extortę fuerunt.

§. 7. Nihilominus cum acceperimus nonnullos contra dictas constitutiones, & litteras easdem immunitates, exemptiones, priuilegia, extrahendique facultates, & gratias, quę antea eis concessa fuerant, confirmari, & innouari, ac in pristinum restitui, ac respectiuè tàm ipsos, quàm alios, etiam Communitates, Vniuersitates, Collegia, & loca diuersa, & forsan maiora, & etiam quòd in quibusdam Prouincijs, Ciuitatibus, & locis, spolia Archiepiscoporum, Episcoporum, & aliarum personarum Ecclesiasticarum fieri, & colligi non possint, ac alia priuilegia Sedi, & Cameræ prædictis, Romanique Pontificis supremę potestati, ac eiusdem, & Sedis, & Romanæ Curiæ dignitati, & auctoritati præiudicialia sibi dari, & concedi impetrasse, & obtinuisse, seù potius extorsisse.

Hic ideo Pont. eiusmodi corruptelas, & præiudicia tollere volẽs, quascumq. concessiones ad officia Sedis, Cameræ, & Curiæ prædictæ, quorum collatio ad Papam, & eãdẽ Sedem spectat, necnon ad vitam illas obtinentib. excedere, concessas, (demũ du per obitum illas obtinentium.

§. 8. Nos pro debito pastoralis officij hos, & alios abusus, & corruptelas, necnon damna, & præiudicia, quæ circa præmissa hactenus irrepserunt, & facta sunt, ac quotidie augentur, & fiunt, è medio tollere volentes, Motu proprio, non ad alicuius super hoc Nobis oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia, & deliberatione nostris, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, hac perpetuò valitura constitutione, in primis omnes, & quascumque ad quæuis officia, & munera, etiam collegiata, etiam militaria, ac etiam venalia, tam perpetua, quàm temporalia Sedis, & Cameræ Apostolicę, ac Romanæ Curiæ, & tàm in Vrbe, quam extra eam, & in quibusuis etiam Auenionẽ, Bononiẽ, Ferrariẽ, Beneuentañ, alijsque Ciuitatibus, Terris, Locis, Dominijs, & Regnis, & ad Nos, Sedemque prædictam, uostramque, & eiusdem Sedis collationem, concessionem, & deputationem quomodolibet pertinentia, coauditorias, & coadiutorum quorumcumque deputationes, constitutiones, necnon eorumdem officiorum, & munerum ad vitam plurium personarum, seù aliud tempus vitam cuiusque illa obtinentium excedens, concessiones, confirmationes, & prorogationes, etiam in remunerationem laborum, meritorum, ac etiam prætextu expensarum factarum, damnorum passorum, seù illorum intuitu, aut ex quauis alia causa, per quouis Prædecessores nostros Romanos Pontifices, Sedemque prædictam, & illius officiales, etiam Motu simili, & cum quibusuis decretis, & clausulis etiam derogatoriarum derogatorijs, & aliàs quomodolibet ad fauorem quarumcumque personarum factas, & concessas; veluti quamdam imaginem hæreditariæ successionis repræsentantes, ac dictæ Sedi, bonoque publico, ac ipsis officijs perniciosas, & quascumque litteras etiam sub plumbo, & in alia quauis forma expeditas cum omnibus inde sequutis, quæ hactenus tamen per obitum illa obtinentium, aut aliam quamcumq; vacationem effectum sortitæ non sunt, necnon quoad illarum perpetuitatem, quascumque concessiones, confirmationes, extentiones, seù prorogationes ad vitam officiorum, & munerum quorumcumque, præsertim negotiorum, & pecuniarum dictæ Cameræ administrationem, vel causarum ciuilium, seù criminalium cognitionem, aduocationem, defensionem, seu etiam procurationem, & sollicitationem concernentium ad collationem, concessionem, & deputationem scilicet pro tempore Rumani Pontificis, Sedisque prædictæ spectantium, quæ à primæua eorum erectione, seu ex inueterata consuetudine perpetua, & ad vitam concedi solita, seù collegialia non sunt, ac etiam ea quæ extra Romanam Curiam exercentur per quoscumque Prædecessores nostros Romanos Pontifices, ac Nos, Sedemque prædictam ex quauis causa, etiam Motu simili, & ex certa scientia, & de similis potestatis plenitudine in fauorem quarumuis personarum, cum quibusuis decretis, & clausulis etiam insolitis, & derogatoriarum dero-

aut aliã vacationem, effectum sortitæ non sunt; nec non perpetuitates & prorogationes reuocat. Vide etiam infra paragr. 10.

derogatorijs, & aliàs quomodolibet factas reuocamus, ac irritas declaramus, itaut in re, vel ad rem, siuè in possessorio, siuè in peritorio, etiamsi ad plures actus positiuos, & possessorios deuentum fuerit, coadiutoribus, & deputatis acquisitum dici aut censeri non possit, sed officia, & munera prædicta libera sint, & remaneant, ac vt prius liberè conferri, & concedi possint, æquè ac si coadiutoriæ, & coadiutorum deputationes, & constitutiones, ac eorumdem officiorum concessiones, extensiones, & prorogationes minimè factæ fuissent, ac in futurum coadiutorias, & coadiutorum deputationes, constitutiones, ac officiorum, & munerum prædictorum ad plurium, vel vnius vitam contra primæuam eorum naturam, & antiquam consuetudinem, concessiones, extensiones, & prorogationes qualcumque huiusmodi tamquam apprimè præiudiciales, ac rei publicæ, bonoque gubernio damnosas reprobamus, ac in posterum fieri prohibemus.

Officia, omnia, pro quibus salaria de pecunijs Cameræ persoluuntur, vel quæ illius cognitionem, aduocationem, defensionem, vel sollicitationem habent (aliquibus hic exceptis) sibi, & suc cessoribus Pont. reseruat.

§. 9. Quinimmò omnia etiam & singula officia, seù munera tàm in dicta Vrbe, quàm extra eam, & etiam in quibusuis Regnis, & Dominijs consistentia, pro quibus salaria de pecunijs Cameræ nostræ prædictæ persoluuntur, seù quæ negotiorum, vel pecuniarum Cameræ prędictæ administrationem, vel causarum tàm ciuilium, quàm criminalium cognitionem, aduocationem, defensionem, procurationem, seù sollicitationem habent per quosuis etiam Sedis Apostolicæ, & Romanæ Ecclesiæ officiales, & eiusdem S. Romanæ Ecclesiæ Cardinales etiam de latere Legatos conferri, seù concedi solita (non tamen ea, quæ ab initio, venalia, vacabilia, & perpetua legitimè erecta ratione officiorum maiorum, quæ obtinent eis specialiter assignata, seù concessa sunt, in quibus aliquid innonare non intendimus) nostræ, Romanorumq; Pontificum successorum nostrorum dispositioni ita reseruamus, vt ex nunc in perpetuum & quandocumque illa à Nobis, & successoribus nostris Romanis Pontificibus ad nutum quibus libuerit, quibuscumque deputationibus, & concessionibus per officiales etiam Cardinales, & Legatos prædictos quibusuis personis, quomodolibet hactenus factis, & in posterum forsan faciendis minimè obstañ, dari, & concedi possint.

Coadiutorias, & supradictorum officiorum concessiones vt Romani Pont. præiudiciales, si quæ forsan fieri contigerit, nullas & per subreptionem extortas declarat.

§. 10. Cum Nos ab omnibus officiorum coadiutorijs, & coadiutorum deputationibus huiusmodi, necnon ab eorumdem officiorum, & munerum ad vitam plurium personarum, siuè etiam vnius contra eorum primæuam institutionē, seù antiquam consuetudinē concessionibus, deputationibus, confirmationibus, & prorogationibus de cætero abstinere intendamus, & quæ Nobis licere non patimur, ac videntur incongrua, & præiudicialia, successoribus nostris Romanis Pontificibus etiam indicamus, & sic neque eosdē successores nostros Romanos Pontifices similia concessuros esse arbitremur; ob id omnes & quascumque similes, vel dissimiles concessiones, deputationes, confirmationes, extensiones, & prorogationes, quæ contra præsentium formam, & tenorem à Nobis, & successoribus nostris prædictis quandocumq; (quod non credimus) emanarent, per subreptionem, obreptionem, ac præoccupationem potius, extortas, quàm obtentas, ac nullas, nulliusq; roboris, & momenti fore, & esse, & censeri, neminique suffragari posse, vel debere, æquè, ac si factæ, & concessæ non essent, decernimus, & declaramus.

Exemptiones à solutione onerum Cameralium ordinariorū omnīū abrogat. Huius Pauli cōst. est n. u. t. 3 pag. 189. Tu vide moderationē ibi & hic infra parag. 18. & seqq. & ibidem indicatas alias huiusmodi reuocationes.

§. 11. Præterea pro indemnitate Cameræ nostræ, ac vbertate Annonæ, & Grasciæ, tàm in Vrbe, quàm toto Statu Ecclesiastico conseruanda, prædictorum Pauli V. & aliorum Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum vestigijs inhærentes, illorumque constitutiones etiam opportunè extendentes, Motu, scientia, & potestate similibus omnes & quascumque immunitates, & exemptiones à solutione subsidij triennalis, quatreni carnis, taxarum equorum, tallearum, censuum, Archiuij, fogliettæ, triremium, vtensilium, necnon Dohanarum, Gabellarum, Datiorum, taxæ portus Anconæ, quatrenorum, tractarum, & aliarum impositionum, & onerum Cameralium, & etiam eorum, quę per Communitates & Vniuersitates pro eorumdem onerum Cameralium solutione, & publicorum munerum supportatione, ac pro vijs, & pontibus construendis, & manutenendis, seu alias indicta, & imposita, ac exigi solita sunt, ac etiam recipiendi, & hospitandi milites, & Sedis Apostolicæ officiales, barigellos, executores, aliosque iustitiæ ministros, eisque vtensilia, & alia necessaria subministrandi, ac aliorum quorumcumque tàm realium, quàm personalium seù mixtorum, ordinariorumque, & extraordinariorum quorumcumque.

Priuilegia, ne spolia fiant, p. aterqua in Vrbe iuxta bullam Paul. V. pro Cardinalibus irritat.

§. 12. Necnon omnia priuilegia localia, ne scilicet in quibusdam Ciuitatibus, locis, & Dominijs temporalibus, etiam Auenioneñ, Bononieñ, Ferrarieñ, Beneuentañ, seù alijs Prouincijs, Ciuitatibus, & locis, etiam priuilegiatis, & speciali nota dignis (non tamen in Vrbe prædicta, & eius districtu, præter & contra formam constitutionis eiusdem Pauli præde-

prædecessoris in fauorem Curialium, & Incolarum, dictæ Vrbis æditæ, quam in suo robore permanere, & omnino seruari volumus) Archiepiscoporum, & Episcoporum, & aliarum personarum Ecclesiasticarum spolia fiãt, & colligantur, & Commissarij, & Collectores spoliorum, & iurium dictæ Cameræ debitorum in eis non retineantur, vel ad ea non transmittantur, seù in illicitæ negociationis, dispositionum contra constitutiones piæ mem. Pij Papæ V. etiam prædecessoris nostri in illegitimos factarum, apostatarum, & clericorum extra residentiam decedentium, seù alijs causis non procedatur.

Huius Pij bulla est n. 117. c. 2. pag. 303.

§. 13. Ac omnes etiam, & singulas prouisiones, & assignationes super Cameræ prædictæ redditibus, & iuribus, pœnarum quoque maleficiorum, & introituum applicationes, appropriationes, necnon Cancellariarum, Notariatuum, seù Bancharum ciuilium, & criminalium, Secretariarum, & illarum emolumentorum, aliorumq; iurium, & bonorum stabilium Cameræ, & Communitatum prædictarum cuiusuis qualitatis, & quantitatis gratias, concessiones, & alienationes quascumq; in præiudiciũ earumdẽ Cameræ, & Cõmunitatum.

Assignationes, & applicationes super redditibus, & iuribus Cameræ illius q. & vniuersitatẽ bonitcẽ [illegible] alijs annullat. Vide etiã parag. 17.

§. 14. Necnõ indulta de bonis stabilibus, & iuribus eiusdem Cameræ in ciuitate nostra, & districtu Ferrariẽ, seù alibi cõsistẽtibus, certis personis tantũ infeudãdis, per piæ me. Greg. PP. XV. etiam prædecessorem nostrũ concessa.

Indulta de bonis & iuribus Cameræ vbiq; existen. certis personis tamẽ infeudandis, reuocat.

§. 15. Ac omnia, & singula priuilegia, licentias, & facultates, frumenta, blada, legumina, animalia, oleum, oliuas, & alia quæcumque tàm Annonam, quàm Grasciam concernentia, etiam in proprijs eorum prædijs, possessionibus, agris, & terrenis pro tempore recollecta, tàm ad effectum extra Statum Ecclesiasticum, quàm etiam ad loca mediatè, vel immediatè Sedi Apostolicæ subiecta, præterquam ad Vrbem prædictam asportandi, etiam tempore Annonæ difficultatis, & pro vsu proprio, vel ad effectum in eorum, vel atienis quibusuis Molendinis molendi, siuè terra, siuè mari, vel per aquam dulcem ex quibuscumq; Status nostri Ecclesiastici tẽporalis Prouincijs, & etiã à dicta Vrbe, ac Ciuitatibus, Terris, Castris, & locis, eorumque territorijs, & districtibus, Nobis & dictæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ mediatè, vel immediatè subiectis extrahendi, aut illa vltra vsum contra tamen formam constitutionum, & ordinationum Apostolicarum, & bannimentorum desuper editorum, & edendorum emendi, ac vt dicitur, etiam incettandi, per quoscumq; Prædecessores nostros, ac Nos & Sedem prædictam, etiam Motu proprio, & consistorialiter, ac S. R. E. Camerarium, & Cameram prædictam, seù etiam Legatos, Vicelegatos, Gubernatores, Officiales, & Ministros, quibusuis etiam Auenioneñ, Ferrarieñ, Beneuentañ, & alijs etiam speciali nota dignis Ciuitatibus, & illarum Regiminibus, Communitatibus, & Vniuersitatibus, necnon familijs, nobilibus, Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Domicellis, & quibusuis alijs personis quacumque etiam Episcopali, Archiepiscopali, Patriarchali, & Cardinalatus, aliaque tàm sæculari, quàm Ecclesiastica dignitate fulgentibus, etiam ratione guberniorum, & aliorum officiorum, & munerum eis commissorum, etiam pro se, & filijs, eorumque hæredibus, & descendentibus, necnon familiaribus, & inseruientibus, colonis etiam partiarijs, laboratoribus, & affictuarijs, ac pro eorum Ciuitatibus, Terris, Castris, Villis, Casalibus, Prædijs, Vineis, & alijs bonis stabilibus, fructibus, iuribus, & actionibus perpetuò, vel ad tempus, ac in toto vel pro parte, & etiam causa emporiorum, seù nundinarum etiam publicarum, aut aliàs, & ex quauis causa, etiam in recompensam laborum, damnorum passorum, expensarum, vel meritorum, seù illorum intuitu, & alia quantumuis vrgentissima, ac de necessitate exprimenda causa, sub quibuscumq; verborum formis, & tenoribus, ac cum quibusuis clausulis, & decretis, etiamsi in appaltuum, seu locationum instrumentis promissum, & cautum sit, illas obseruari debere, Appaltatoresq; & Conductores ad illarum obseruationem teneri, ac illas quomodocumque, & qualitercumque hactenus, in genere, vel in specie, tàm ante, quam post eiusdem Pauli Quinti, & aliorum Prædecessorum prædictorum, & quandocumque datas, factas, seù confirmatas, restitutas, reintegratas, aut alias concessas, & indè, etiam auctoritate Iudicis, secuta quæcumque, etiam perpetuò, ac Motu, scientia, & potestate similibus reuocamus, & abrogamus.

Priuilegia quæcumq; extrahendi frumẽta & alia ad Annonã, & Grasciã pertinentia, à locis etiã Sedi Apostolicæ mediatè subiectis (præterquã ad Vrbẽ) aut illa vltra propriũ vsũ emendi, & incettandi contra formã constitutionum Apostolicarũ & bannimentorum abrogat.

Vide etiã in parag. 7. post eq.

§. 16. Necnon similis memoriæ Pauli Tertij, & Iulij etiam Tertij, Pij Quinti, Sixti Quinti, prædictorum, ac Clementis Octaui similiter Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, & quæ incipit, In maximis rerum difficultatibus; per prædictum Paulum V. prædecessorem sub Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die vigesima tertia Decembris 1605. Põtificatus sui Anno Primo editas constitutiones exemptionum, immunitatum, concessionum, & gratiarum prædictarum, reuocatorias: ac rec. me. Pij Quarti super reuocatione

Constitutiones Põtificũ hoc enunciatorie contra supradictos extra casus editas approbat. & innouat, nẽpe Pauli, & Iulij tertij, quæ tamen hoc in eo Bullario hõ huiusmodi 3ij verò v est n. 103. & habetur sup. t. 3. p. 325.

Sixti v. non habetur in d. Bullar.

Clem. 8. const. est n. 49. t. 3. p. 65.

Pauli v. est. n. 13. t. 3. p. 190.

Pij 4 est n. 99. t. 2. p. 151.

Gregorij 13. est const. 50. t. 2. pag. 410.

Credo autem praeferendi esse cõst. Greg. 15. Romani sup. pag. vbi excommunicationes & censuras Ecclesiasticas certis casibus abstulit.

ne similium licentiarum, & facultatum extrahendi frumenta, blada, & legumina ex Prouincijs, Terris, & locis, dictæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ mediatè, vel immediatè subiectis quibusuis concessarum, ac prohibitione ne à dictis Prouincijs, Ciuitatibus, Terris, & locis frumenta, blada, & legumina prædicta quicumque extraherent: ac dicti Pij Quinti, per quam, reuocationem, & prohibitionem eiusdē Pij Papæ Quarti ad licentias, & facultates quodcumque genus Grasciæ, etiam in carnibus, ouibus, agnis, & alijs animalibus, necnon oleo, ac rebus alijs quibuscumque consistentis extendit, & ampliauit: & Gregorij Decimitertij pariter Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, per quam omnibus & singulis Communitatibus, Vniuersitatibus, ac quibuscumque personis inhibuit, ne quouis prætextu directè, vel indirectè cuiusuis generis, frumenta, blada, legumina, atque animalia quæcumq; extra Statum Ecclesiasticum extrahere, & asportare auderent, seu præsumerent: & eiusdem Gregorij XIII. sub Dat. die prima Maij 1578. eodem sui Pontificatus anno sexto, per quam quòd nulli, sibi, & S. R. E. mediatè, vel immediatè subiecti cuiuscumque status, gradus, ordinis, & conditionis existerent, etiamsi Barones, Domicelli, Comites, Marchiones, vel Duces, & Domini in temporalibus existerent, sub excommunicationis maioris, ac læsæ Maiestatis criminis, dominiorum, & bonorum suorum confiscationis, feudorum amissionis, & quorumuis priuilegiorum suspensionis, ac alijs etiam pecuniarijs arbitrio suo imponendis, & applicandis, ac etiam in publicis edictis, & proclamatibus per Annonæ Præfectos pro tempore tàm eatenus editis, & emissis, quàm in futurum edendis, & emittendis, contentis censuris, & pœnis triticum, hordeum, legumina, ac omnis generis frumenta, & fruges à terris, & locis dicti Status Ecclesiastici absque expressa ipsius Gregorij prædecessoris, & ab eo obtenta in scriptis, & eius manu signata licentia, extrahere, vel extrahi facere, nullique ex prædictis, eorum Subditos, & Vassallos, aut alias quascumque personas, quominus triticum, hordeum, legumina, frumenta, & fruges prædicta in quibusuis locis eis subiectis, quouis prætextu etiam moliturae, aut cuiusuis alterius oneris solutionis ad Almam Vrbem afferent prohibere, aut per se, vel alium seu alios directè, vel indirectè impedire auderent, quin potius illis sic afferentibus omnem opem, & fauorem præstarent, ac insuper nulli, quamlibet tritici, hordei, & leguminum, omnisque generis frumentorum, & frugum quantitatem, nisi pro suo, suarumque familiarum vnius anni dumtaxat vsu emere valerent, & contrafacientes pœnas prædictas incurrisse declararentur, & aggrauarentur ipso facto, non obstantibus etiam priuilegijs, indultis, litteris, & gratijs Apostolicis quibusuis personis, Ciuitatibus, Terris, & locis in genere, vel in specie, etiam ex causa onerosa concessis, statuit, atque decreuit: ac dicti Clementis per quam prædicta omnia, dempta ex illis excommunicationis pœna, approbauit, & confirmauit, necnon eiusdem Pauli Quinti, per quam omnes, & singulas Pij Quarti, Pij Quinti, Gregorij Decimitertij, & Clementis Octaui prædecessorum suorum constitutiones, & litteras in quibuslibet earum partibus, etiam quoad excõmunicationis, & alias Ecclesiasticas censuras quantum attinet ad frumentorum, bladorum, leguminum, & olei extractionem innouauit, ac priuilegia, licentias, & facultates extrahendi prædicta reuocauit, ac frumenta, hordea, legumina, & alia Annonam, & Grasciam concernentia, sub excommunicationis, & alijs censuris Ecclesiasticis, & pœnis temporalibus supradictis extra Statum Ecclesiasticum extrahi prohibuit: ac aliam per quam vltimo dictam ipsius constitutionem, innouationem, prohibitionem, & reuocationem ad loca immediatè Sedi Apostolicæ subiecta extendit, & ampliauit, in quibuslibet earum partibus, demptis tamen ex illis pœna excommunicationis, & alijs censuris Ecclesiasticis, præterquam in casibus, in quibus extra Statum nostrum Ecclesiasticum, vel ad loca Principum, Ducum, Marchionum, Comitum, Baronum, & aliorum quorum dominia in confinibus dicti Status nostri Ecclesiastici existunt extractio mercimonij causa fiet, Motu, scientia, & potestate paribus similiter perpetuò approbamus, confirmamus, & innouamus, illasque aduersus quascumque reuocationes, suspensiones, limitationes, & moderationes in pristinum, & eum in quo antequā illa emanarent erant statum, restituimus, reponimus, & plenariè reintegramus, illasque, & earum singulas, ab omnibus, & singulis ad quos spectat, sub temporalibus pœnis prædictis in illis contentis inuiolabiliter de cætero obseruari debere.

Illæ const. mox sup. indicatæ sunt.

§. 17. Ac prouisiones, assignationes, pœnas maleficiorum, emolumenta, impositiones, gabellas, vectigalia, & alias res, bona, & iura prædicta ex huiusmodi reuocatione, prohibitione, & constitutione, restituta eidem Cameræ, & respectiuè Communitatibus prædictis, & non alijs, quibus forsan illarum

Assignationes &c. de quibus in paragr. 13. ad Cameram, & ad vniuersitates respectiuè pertinere decernit.

larum redditus, & prouentus locati,& appaltati reperiuntur, licèt antequam exemptiones, concessiones, assignationes, & alia prædicta emanassent,aliter dispositum fuerit,omninò deberi, ac ad illa omnia, & singula Cameram ipsam,necnon Communitates, & Vniuersitates eo ipso, absque alia adepta, seù recuperata possessione restitutas, & reintegratas fore, & esse præcipimus, statuimus, & ordinamus.

Excipit exemptiones, & immunitates quibuscumque de iure competentes,& applicationes,& alia thesaurarijs, Appaltatoribus,& Conductoribus bonorum, & iurium Cameræ, & ab ea illis concessa.

§.18. Per prædicta autẽ non intendimus reuocare exemptiones, & immunitates quibuscũque personis Ecclesiasticis tam sæcularibus, quàm regularibus de iure competentes, minusque immunitates, & exemptiones, ac extrahendi, & alias facultates, applicationes, & alia Thesaurarijs, Appaltatoribus, & Conductoribus bonorum, introituum, & iurium Cameræ nostræ ab ipsa Camera, seù alijs illius nomine in appaltuum, & locationum instrumentis, & illorum ratione concessa.

Excipit priuilegia & alienationes, ex causa verè onerosa concessas, in Camera examinand. & approbar.

§. 19. Et insuper à reuocationibus omnibus,& singulis supradictis excipimus, & exceptas esse volumus, & declaramus, immunitates, exemptiones, confirmationes, extensiones, protogationes, facultates, priuilegia, concessiones, & alienationes quibusuis Communitatibus, Vniuersitatibus, & alijs quibuscumque data, facta, & respectiuè concessa, in vim contractus ex causa verè onerosa, videlicet congruæ, & effectualis Cameræ Apostolicæ, vel ipsis Communitatibus legitimæ factæ pecuniarum solutionis, vel ex alijs causis rationabilibus per Nos cognoscendis, & approbandis, & etiam declarandis, quas causas omnes onerosas, nonnisi legitimas, ac licitas, & honestas, prout de iure approbare intendimus, & propterea illa obtinentes quicumque in eadem Camera, citato dilecto filio ipsius Cameræ Commissario generali illas verificare, in ipsaque Camera examinari, & admitti facere teneantur, etiamsi gratiæ, concessiones, priuilegia, litteræ, instrumenta, cæteraque prædicta aliàs in eadem Camera admissa, & inea, suisque libris fuerint, & sint registrata, quatenus tamen causæ onerosæ prædictæ pro verè onerosis, & legitimis, vt supra aliàs in eadem Camera verificatæ, ac approbatæ, & iudicatæ non sint; quo casu ad iudicationem tantùm, non autem ad aliam verificationem eosdem obtinentes teneri volumus.

Excipit immunitates, & exemptiones Cardinalib. & camerabilibus, qui in eadem sederunt, & sedent concedi solitas, & exemptiones quibus ad præsens prælati, & officiales Rom. Curiæ in rotulo descripti potiuntur.

§. 20. Excipimus etiam immunitates, & exemptiones dictæ S. R. E. Cardinalibus, ratione dignitatis Cardinalatus, & Cameralibus, qui in eadem Camera sederunt, & sedent, concedi solitas, ac etiam exemptiones, quibus ad præsens Prælati, & Officiales Romanæ Curiæ, ac Prælati domestici, Cubicularij secreti, & Secretarij, ac alij Familiares, & continui Commensales nostri, & successorum nostrorum Romanorum Pontificum in rotulo descripti.

Excipit facultates testandi, etiã gratuito à Pontificib.

§. 21. Necnon facultates testandi de quibusuis bonis etiam vbicumque sitis, & in illis, eis ab intestato succedendi dictis Cardinalibus, ac nostris, & Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum familiaribus, & continuis Commensalibus, etiamsi illi familiares postmodum esse desierint, vel desinant, & alijs quibusuis etiam gratuitò, & quomodolibet tam per eosdem Prædecessores, quàm etiam per Nos concessas, & alias in omnibus & per omnia iuxta earumdem facultatum, & litterarum desuper expeditarum formam, ac tenorem; quem pro latissimè expresso haberi volumus.

Excipit priuil. quibus consanguinei rom. pro tempore Pontificis viuentis perfruuntur.

§. 22. Necnon exemptiones, immunitates, & priuilegia quæcumque quibus Fratres, Nepotes, & Consanguinei nostri,& pro tempore existentis Romani Pontificis viuentis, fruuntur, potiuntur, & gaudet.

Immunitates ob num. filior. ad terminos iuris cõmunis, & bullas Pij 4. & aliorũ Pont. reducit.

Pij 4. const. est sup. n. 92. t. 2, p. 104.

§. 23. Ac demum illas ob numerum duodecim filiorum concessas, quas tamen ad terminos eiusdem Pij Papæ Quarti,& aliarum Apostolicarum constitutionum super similium exemptionum declaratione editarum, & ad illas tantum, & pro tempore, & personis, ac eo modo, & forma, quibus de iure communi illis competẽt, ac alias iuxta Ipsius iuris communis, & supradictarum, & aliarum Apostolicarum constitutionum dispositionem reducimus, neque aliter, quam vt præfertur, illis siuè in petitorio, siuè in possessorio suffragari volumus, & decernimus.

Regulã Cancellariæ super reuocatione indultorũ superuenientiæ præiudicare.

§. 24. Nostræ autem mentis fuisse, & esse declaramus Regulæ Cancellariæ super reuocatione Indultorum superuenientiæ per Nos editæ nullatenus præiudicare, quinimò eam quoad omnia in illa comprehensa, ac omnes, & quascumque personas quauis dignitate etiã Cardinalitia fulgentes confirmamus, & quatenus opus sit innouamus, & extendimus.

Et bullã Sixti V. circa pœnas maleficiorũ innouat.

Huius Six. cõst. est 93. t. 2. p. 655.

§. 25. Cæterùm Legatis, & alijs omnibus Officialibus prædictis ad quos spectat, seù in futurum quomodolibet spectabit, quatenus constitutionem Sixti Quinti Prædecessoris prædicti circa pœnas maleficiorum editam, quam in omnibus, & quoad omnia, cum suis declarationibus postea factis innouamus, omninò obseruent.

Feudatarijs, & Baronib. ne ad alias quã ad Sedis Apostolicæ triremes condemnent præcipit.

§. 26. Omnibusque & singulis Sedis prædictę feudatarijs, siuè Baronibus ei mediatè, vel immediatè subiectis ne reos, quos ad tri-

remes

remes transmittere audeant, seù præsumant, præcipimus, & inhibemus.

Ministris Cameræ & Vniuersitatum de prouisionesolu ant, ne q; gratias, exceptiones contra huius const. formã admittãt præcipit.

§. 27. Appaltatoribus, verò Thesaurarijs, Depositarijs, Commissarijs, Exactoribus, & cæteris Agentibus, & Ministris Cameræ, & Communitatum prædictarum, ne contra præsentium formam, prouisiones, concessiones, assignationesque prædictas de cætero soluant, aut exemptiones, gratias, & immunitates, nisi vt præfertur exceptas, & eas quæ in eadem Camera ex causa onerosa prædicta, vel ex alijs rationabilibus causis per Nos, vt præfertur cognoscendis, & approbandis, & seu etiam declarandis, illas concessas fuisse, citato Commissario prædicto verificatę, & pro talibus in eadem Camera admissæ fuerint, admittant, expresse prohibemus; & si secus soluerint, vel admiserint, solutiones huiusmodi, ac exemptiones illas nullatenus in eorum computis admitti volumus, sed eorum damno cessuras esse, quinimmo eos ad refectionem damni teneri declaramus.

Extractionum de quibus supra, licẽtias, solius Papę chirographo dari iubet.

§. 28. Ac deinceps perpetuis futuris temporibus, nullos licentiarum, facultatum, & priuilegiorum quorumcumque, etiam ex causa onerosa, vt præfertur, concessorum, vel concedendorum vigore, etiamsi extractionẽ propria auctoritate fieri posse illis permissum sit, extractiones frumentorum, & aliorum prædictorum extra Statum nostrum prædictũ, vel etiam ad loca mediatè subiecta, & etiam à dictis locis mediatè subiectis extra dictum Statum aliquo pacto facere, nec etiam similes extrahendi licentias, & facultates in posterum concedi posse, aut debere, nisi chirographo manu nostra, aut Romani Pontificis pro tempore existentis, quoties extractio facienda erit, subsignato, præcedente, alioquin licentias, & facultates huiusmodi, aliàs quàm chirographo prædicto præcedente, pro tẽpore concedendas, & extractiones faciendas, nullas nulliusque roboris, & momenti fore, & esse, ac ipsos extrahentes in pœnas supradictas incidere, & ad illarum executionem contra illos irremissibiliter procedi posse, & debere, volumus pariter, & declaramus.

Priuilegia, & indulta omnia Rõ. Pontificum, eorũq; Iudicia, & officialium (exceptis hic expressis) in statu temporali cõpetentia ratione supremæ potestatis, & superioritatis reuocat, & abrogat.

§. 29. Postremò omnia, & quæcumque priuilegia, facultates, & indulta Nobis, & Romano Pontifici pro tempore existenti in Statu temporali, ratione supremæ potestatis à iure, vel per quasuis Apostolicas constitutiones competentia, seu reseruata, exercendi, aut eidem supremæ potestati, ac superioritati nostræ, & nostrorum tribunalium, officialium, & Iudicum Romanæ Curiæ iurisdictioni, & auctoritati præiudicialia, omnibus, & singulis supranominatis, etiam vt præfertur, qualificatis, ac etiam vt supra, & aliàs quomodolibet concessa quæcumque, exceptis tamen ijs, quæ concessa sunt ex causa verè onerosa, scilicet congruæ solutionis pecuniarum dictæ Cameræ factæ, aut ex inuestitura, vel immemorabili consuetudine inuiolabiliter obseruata, vel ex alijs rationabilibus causis per Nos, vel Successores nostros cognoscendis, approbandis, seù etiam declarandis competentibus, quæ etiam licèt tollere non intendamus, tamen nostram, & Romani Pontificis supremam potestatem, superioritatem, nostramque, & eiusdem Romani Pontificis, nostrorumque Romanæ Curiæ Tribunalium, Officialium, & Iudicum Iurisdictionem prædictam impedire, aut contra illam præterquã in casibus à iure permissis, suffragari posse, vel debere nolumus, nisi prius causa onerosa, vel inuestitura, seu immemorabilis prædicta in eadem Camera, citato Commissario prædicto, legitimè probata, verificata, & iustificata, aliæ verò causæ rationabiles prædictæ à Nobis, seu Successoribus prędictis pro talibus cognitæ, approbatæ, & seu declaratæ fuerint, reuocamus pariter, & abrogamus.

Irritum quicquid in contrar. attentatur, decernit.

§. 30. Irritum, & inane etiam decernentes quicquid secus super his à quoquam quouis prætextu, occasione, vel causa scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrarijs omnibus latissimè derogat.

§. 31 Non obstantibus pręmissis, & quatenus opus sit, nostra de non tollendo iure quæsito, ac quibusuis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon statutis, priuilegijs, indultis, concessionibus, exemptionibus, immunitatibus, licentijs, facultatibus, deputationibus, confirmationibus, extensionibus, prorogationibus, & litteris Apostolicis prædictis, & quibusuis alijs, etiam vt præfertur, seù aliàs qualificatis, & speciali nota, & mentione dignis, etiam Motu, scientia & potestate paribus, & etiam Consistorialiter, & de eorumdem Cardinalium consilio, & assensu, sub quibuscomque verborũ formis, & tenoribus, & cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & alijs decretis etiam inexcogitabilibus, & necessariò exprimendis, etiam in vim contractus iurati, Cameralique obligatione vallati, & quouis alio robore, & cautela firmatis, editis, & seu factis, ac aliàs quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, ac pluries, & iteratis vicibus confirmatis, approbaris, & innouaris.

Quibus omnibus, & singulis, etiamsi in eis caueatur expresse, quòd nullo vnquam tem-

tempore sub similium, vel dissimilium exemptionum, immunitatum, facultatum, licentiarum, concessionum, deputationum, confirmationum, extensionum, prorogationum, gratiarum, priuilegiorum, & alienationum, reuocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut alijs quibuscumque contrarijs dispositionibus pro tempore edendis, comprehendantur, sed semper ab illis exceptæ, & quoties illæ emanarent, toties in pristinum, & validissimum statum, etiam sub posteriori data per eos, quibus concessa sunt eligenda, restituta, reposita, & plenariè reintegrata, & de nouo concessa sint, & esse censeantur, necnon pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuiua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seù quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & formam in illis tradita obseruata, inserti forent, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, specialiter & expressè, ac latissimè derogamus, & derogatum esse volumus. Cæterisq; contrarijs quibuscumque.

Huius Const. publicationē in Vrbe, personaliter omnibus pro intimata haberi iubet.

§. 32. Vt autem præsentes litteræ ad omniũ notitiam facilius deueniat, volumus, & Apostolica auctoritate decernimus, easdem præsentes, ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ, ac in acie Campi Floræ per aliquem ex Cursoribus nostris publicari, & illarum exempla ibidem affixa relinqui, quæ sic publicatę, & affixæ, omnes, & singulos quos concernunt, perindè afficiant, & arctent, ac si illorum vnicuique personaliter notificatæ, & intimatæ fuissent.

Transumptis, fidē dari mandat.

§. 32. Quodque earumdem præsentium transumptis, manu Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem fides in iudicio, & extra habeatur, quæ ipsis originalibus litteris haberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ.

Sanctionemq; pœnalem adijcit.

§. 34. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ reprobationis, reseruationis, approbationis, confirmationis, restitutionis, repositionis, reintegrationis, præcepti, statuti, ordinationis exceptionum, prohibitionum, reuocationum, abrogationum, reductionis, inhibitionis, innouationũ, declarationum, derogationis, voluntatum, & decretorum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Dat. P. A. 1624 xi Octobris.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo vigesimo quarto, duodecimo Kalendas Nouembris, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Publicatio.

Anno à Natiuitate Domini Nostri Iesu Christi millesimo sexcētesimo vigesimo quarto, Indictione septima, die verò vigesima septima, mensis Nouembris Pontific. Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri D. Vrbani Diuina prouidentia Papæ VIII. Pontificatus sui Anno secundo, introscriptæ litterę Apostolicæ publicatæ, & affixæ fuerũt ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, ac Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Florę, dimissis ibidem earumdē litterarum originalibus appensis per aliquod tempotis spatium, ex inde amotis, deinde dimissis earumdem litterarum copijs affixis, vt moris est, per nos Andream Scalmanum, & Fabium Emilianum prælibati S. D. N. Papæ Cursores.

Octauius Spada Magister Cursorum.

XXIX.

Declaratio, quòd consensus Monialium, sine quo mulieres sæculares licentijs Monasteria ingrediendi vti non possunt, expressè, capitulariter, & per secreta suffragia de cætero haberi debeat, vt illis valeant vti.

Huiusmodi licentiarum reuocationem habes sup. in Greg. XIII. const. 28. Vbi gratia t. 2. pag. 293. Et postea contra abutentes huiusmodi licentijs, & circa illarum vsum ordinauit nonnulla Paul. V. in const. 52. Facultatum sup. t. 3. p. 243. Sed deinde idemmet Paul. ex causis ibi expressis reuocauit omnes licentias mulieribus concessas ingrediendi Monasteria Monialium, vt in eiusdem Const. 74. Monialium, vbi sup. p. 309.

Edita A. D. 1624

VRBANVS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

SAcrosanctum Apostolatus ministerium, quod ineffabilis diuinæ sapientiæ prouidentia humilitati nostræ, nullò licèt meritorum suffragio, credidit, iugiter postulat, vt inter multiplices Pastoralis officij curas, illam sedulò amplectamur, qua sanctimonialium quieti opportunè consulitur.

 §. 1. Cum

Causa huius declarationis.

§. 1. Cum itaque plures licentiæ Monasteria Monialium ingrediendi diuersis mulieribus sæcularibus, sub certis modo, & forma tunc expressis à Nobis, & diuersis Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris concessæ fuerint, eædemque mulieres in vim licentiarum prædictarum Monasteria huiusmodi, nonnisi de expresso earumdem Monialium, & illorum Superiorum consensu, ingredi possint, seu debeant.

Declaratio quo pacto consensus à Monialibus præstandus sit.

§. 2. Nos omnem dubitandi materiam, quæ super modo consensum huiusmodi præstandi, forsan oriri posset, è modo tollere volentes, Motu proprio, & ex certa scientia nostra, harum serie decernimus, atque declaramus, consensum dictarum Monialium, de cætero per easdem Moniales capitulariter, & per secreta suffragia præstandum esse, & præstari debere, aliàs licentiæ huiusmodi, mulieribus, quibus concessæ fuerunt, nullatenus suffragentur.

Et absque eo Monasteria ingredientes puniantur.

§. 3. Et quæ sanctimonialium Monasteria vigore licentiarum prædictarum, absque consensu capitulariter, vt præfertur, præstito, ingredi præsumerint, sententias, censuras, & pœnas contra clausuras Monasteriorũ Monialium violantes inflictas, se nouerint incursuras.

Prohibitio cõtrarium iudicandi.

§. 4. Sicque, & non aliter per quoscumq; Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, in contrarium faciens, non obstantibus quibuscumque.

Fides transumptis datur.

§. 5. Volumus autem, vt præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitę, vel ostensæ.

Dat. P. A. 2. die 25 Octobris.

Datum Tusculi sub Annulo Piscatoris, die xxvij. Octobris MDCXXIV. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

XXX.

Institutio Confraternitatis Aulicorum Vrbis in Ecclesia Sancti Nicolai ad Cęsarinos sub inuocatione Confraternitatis Vrbanæ: Cum concessione Ecclesiæ S. Laurentij in Fonte in Regione Montium Vrbis sitæ, eidem Confraternitati, ad pia opera in ipsa exercenda.

De forma aggregandi Confraternitates lege Const. 115. Clemente VIII. Quæcumque, sup. tom. 3. pag. 164.

VRBANVS PAPA VIII. *Ad perpetuam rei memoriam.*

Edita A.D. 1624.

Proemium.

PAstoris æterni, qui pro gregis salute in Ara Crucis immolari voluit, vices quãquam immeriti gerentes in terris, pia Christifidelium vota, Diuini cultus augumentum, & ipsorum fidelium salutem concernentia ad exaudirionis gratiam libenter admittimus, eosdemque fideles ad pia, & deuota opera exercenda Indulgentijs, & peccatorum remissionibus inuitamus, vt per operum huiusmodi exercitium ad æternæ beatitudinis gaudia peruenire mereantur.

Aulici Vrbis supplicant Papæ pro erectione Confraternitatis Vrbanæ nuncupando in Ecclesia S. Nicolai ad Cæsarinos Vrbis.

§. 1. Cum itaque sicut dilecti filij Almæ Vrbis nostræ Aulici Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi peculiari deuotionis affectu ducti, & vt alios Christifideles ad eiusdem deuotionis studium accendant in Parochiali Ecclesia Sancti Nicolai ad Cæsarinos de Vrbe, vnam eorumdem Aulicorum Confraternitatem Vrbanam nuncupandam ad Dei gloriam, & honorem, ac animarum dictorum fidelium salutem per Nos erigi summopere desiderent.

Quam Pontifex erigit.

§. 2. Nos pijs eorumdem Aulicorum desiderijs huiusmodi benignè annuere, animarumque saluti paterna caritate prospicere, eosdemque Aulicos specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absoluentes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorumdem nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati; in prædicta Ecclesia vnam Christifidelium Aulicorum dictæ Vrbis Confraternitatem Vrbanam nuncupatam, quæ non sit pro hominibus vnius specialis artis, sine alicuius pręiudicio Apostolica auctoritate perpetuò eregimus, & instituimus.

Eisq; Cõfratribus auctoritaté cõcedit processionaliter incedendi, Diuina Officia in suo Oratorio recitandi, ac statuta pro Confraternitatis gubernio condendi.

§. 3. Necnon Confratribus dictæ Confraternitatis pro tempore existentibus, vt processionaliter incedere, Diuina Officia in suo Oratorio recitare, & pro ipsius Confraternitatis negotijs se congregare, ac quæcumque Statuta, Capitula, Ordinationes, & Decreta pro salubri eorum, & dictæ Confraternitatis regimine, & administratione necessaria, & opportuna, licita tamen, & honesta, sacrisq; Cano-

Canonibus, & Concilij Tridentini Decretis, ac Constitutionibus Apostolicis non contraria, per dilectum filium nostrum in dicta Vrbe Vicarium in spiritualibus generalem examinanda, & approbanda, facere, & edere, illaq; pro tempore, prout eis videbitur, & expediens fuerit, praeuia simili examinatione, & approbatione, mutare, alterare, corrigere, & in melius reformare.

Necnon bona quęcumque eidē legitime relicta, & elargita recipiendi, & gubernandi.

§. 4. Ac insuper omnia, & singula legata, relicta, res, & bona quomodolibet qualificata mobilia, & immobilia, per quoscumq; Christifideles, dictæ Confraternitati per viam testamenti, donationis, aut alias quomodolibet pro tempore legitimè elargita, & relicta recipere, illaque per eorum Officiales, & Deputatos regere, gubernare, & administrare; ac in ipsius Confraternitatis, & eius piorum operum vsus conuertere, liberè similiter, & licitè valeant, ita tamen, vt de receptis, & administratis per eosdem eidem Vicario iuxta Decreta Concilij Tridentini huiusmodi rationem reddere teneantur, & auctoritate, & tenore præsentis concedimus, & indulgemus.

Postremò indulgētias elargitur. Et in die primi ingressus in Confrater. plenariam.

§. 5. Postremò, vt dicta Confraternitas maiora in dies suscipiat incrementa, de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi; omnibus, & singulis Christifidelibus, qui in dictam Confraternitatem imposterum ingredientur die primi eorum ingressus, si verè pœnitentes, & confessi Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumpserint, plenariā.

In articulo mortis existentibus etiam plenariam.

§. 6. Necnon pro tempore describendis in dicta Confraternitate Confratribus, in eiuslibet eorum articulo, si verè pœnitentes, & confessi, ac sacra Communione refecti, vel quatenus id facere nequiuerint, saltem contriti nomen IESV ore si potuerint, sin autem corde deuotè inuocauerint, etiam plenariam.

Visitantibus illius Ecclesiā, vel Oratoriū in die exaltationis s. Crucis, itidem plenaria.

§. 7. Ac eisdem pro tempore existentibus Confratribus, etiam verè pœnitentibus, & confessis, ac eadem sacra Communione refectis, qui prædictæ Confraternitatis Ecclesiā, vel Capellam, seù Oratorium die festo Exaltationis Sanctæ Crucis à primis Vesperis vsq; ad occasum Solis festi huiusmodi singulis annis deuotè visitauerint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam, similiter omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus, & elargimur.

Visitātibus in quibusdam alijs festis 7. annorum, & totidem quadragenarum indulgētiā elargitur.

§. 8. Insuper dictis Confratribus, etiam verè pœnitentibus, & confessis, ac sacra Communione refectis, Ecclesiam, vel Capellam, seù Oratorium huiusmodi in Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis, ac Sancti Vrbani Papæ, & Martyris, & Sanctorum Ioannis, & Pauli, ac Sancti Antonij festis diebus, vt præfertur visitantibus, & ibidem orantibus, quo die prædictorum id egerint, septem Annos, & totidem quadragenas.

Indulgentiam eodictum, alia pia quædam opera exercentibus impertitur.

§. 9. Quoties verò ipsi Missis, & alijs Diuinis Officijs in dicta Ecclesia, vel Capella, seu Oratorio pro tempore celebrandis, & recitandis, seu Congregationibus publicis, vel priuatis eiusdem Confraternitatis vbiuis faciendis interfuerint, aut pauperes hospitio susceperint, vel pacem inter inimicos composuerint, seu componi fecerint, vel procurauerint, necnon etiam qui corpora defunctorum tam Confratrū dictæ Confraternitatis, quàm aliorum ad sepulturam associauerint, aut quascumque Processiones de licentia Ordinarij faciendas, Sanctissimumque Eucharistiæ Sacramentum, tàm in Processionibus, quàm cum ad infirmos, aut alias vbicumque, & quomodocumq; pro tempore defertur, comitati fuerint, aut si impediti, campanæ ad id signo dato semel Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam dixerint, aut etiam quinquies Orationem, & Salutationem prædictas pro animabus defunctorum Confratrum dictæ Confraternitatis recitauerint, aut peccatorem aliquem ad viam salutis reduxerint, & ignorātes Dei præcepta, & ea quæ ad salutem sunt, docuerint, aut aliud quodcumque pietatis, vel caritatis opus exercuerint, toties pro quolibet præfatorum operum sexaginta dies de iniunctis eis, seu alias quomodolibet debitis pœnitentijs in forma Ecclesiæ consueta relaxamus. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Indulgentias prædictas reuocatas esse si hęc Confrat. alicui Archiconf. aggregetur, vel vniatur declarat.

§. 10. Volumus autem, quòd si dicta Confraternitas alicui Archiconfraternitati aggregetur, vel quauis alia ratione vniatur, seu etiam quomodolibet instituatur, præsentes, & quæuis aliæ litteræ Apostolicæ illis nullatenus quoad Indulgentias, & remissiones præfatas suffragentur, sed ex tunc eo ipso prorsus nullæ sint.

Dat. 30. die 30 Octob.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die xxx. Octobris MDCXXIV. Pontific. Nostri Anno II.

Sequitur concessio S. Laurentij in Fonte in Regione Montium Vrbis sitæ, dictæ Confraternitati, ad pia opera per eius Confratres in ipsa exercenda.

VRBANVS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Edita A.D. 1631.

Alias iste Pôt. edi dit conf. antecedentem.

Aliàs à Nobis emanarunt litteræ tenoris subsequentis videlicet, Vrbanus Papa VIII, Ad perpetuam rei memoriam Pastoris æterni, &c.

Omittitur residuum quia est quæ præcedit.

Subindè concessit Ecclesiam S. Laurentij in Fonte hui. Confraternitati certis sub conditionibus & his.

SVbindè verò postquam de anno proximè præterito cupientes prouidere, vt Ecclesia S. Laurentij in Fonte nuncupata in Regione Montium de Vrbe, antiquitate, alijsque pluribus nominibus venerabilis, debitis nô careret obsequijs, præuia reuocatione (quatenus opus esset) concessionis Ecclesiæ præfatæ aliàs de anno nunc præterito Frattibus Ruthenis per Nos factæ, Ecclesiam præfatam Sãcti Laurentij, simul cum omnibus suis iuribus, bonis, redditibus, prouentibus, & emolumentis supradictæ Confraternitati ad vtendum in perpetuum, prout de similibus Ecclesijs Laicorum Confraternitates, seu Congregationes ad sacros, & pietatis vsus destinatæ vti consueuerunt; ita tamen, & non aliàs, vt ipsa Confraternitas Ecclesiam Sancti Laurentij præfatam in necessarijs reparare, & manutenere, sacraque, & sufficienti supellectili prouidere, Missamque Dominicis, ac festis diebus saltem in ea celebrari facere teneretur, & quòd Ecclesiam præfatam Sancti Laurentij etiam ad pios vsus alijs concedere non valeret, & cum Decreto, quo si quandocumq; contingeret Confraternitatem præfatam dissolui, reparationes, & melioramenta facta, & ad quamcumque summam ascendentia eidem Ecclesiæ cessisse, & cedere sine aliqua refectione intelligerentur, concesseramus,

Super qua concessione inter Canonicos Monast. s. Petri ad vincula, & d. Cõfraternit. orta fuit controuersia.

§. 2. Per Nos accepto, quòd occasione concessionis Ecclesiæ huiusmodi, inter dictam Confraternitatem ex vna, & dilectos filios Priorem, & Canonicos Regulares Monasterij S. Petri ad Vincula de Vrbe Congregationis S. Saluatoris Ordinis S. Augustini ex altera partibus, orta fuerit controuersia; cum nimirum Prior, & Canonici præfati prætenderent dictam Ecclesiam S. Laurentij à centum, & amplius annis Ecclesiæ eorum Monasterij huiusmodi Apostolica auctoritate vnitam fuisse, ob idq; concessionem præfatam viribus non substinere, & redditus, seu canonem domus annexæ dictæ Ecclesiæ S. Laurentij singulis annis solui solitum per quondam Prudẽtiam Agazinam, & hæredes quondam Sanctis Màzzi, necnon dilectum in Christo filium Mitium de Gradibus Ecclesiæ dicti Monasterij deberi,

Quã Pont. ad fauorem Confraternitatis decidit.

§. 3. Nos concessionem Ecclesiæ S. Laurentij huiusmodi per Nos vt supra factam, suum plenarium effectum sortiri debere, ac canonem præfatum dictæ Ecclesiæ S. Laurentij fore, & esse soluendum decreuimus, oppositis pro patre Prioris, & Canonicorum præfatorum minimè obstañ.

Eamq; singulis annis libras quinque ceræ albæ de Monast. soluere debere statuit.

§. 4. Volumus tamen quòd dicta Confraternitas singulis annis à die concessionis in recognitionem directi iuris solueret Ecclesiæ dicti Monasterij libras quinque ceræ albæ die festo eiusdem S. Laurentij.

Et in casu dissolutionis Confrater. iura Monast. illibata reseruat.

§. 5. Quòdque si contigeret prædictam Confraternitatem dissolui, seu à prædicta Ecclesia S. Laurentij recedere, iura Ecclesiæ dicti Monasterij de & super Ecclesiæ S. Laurentij huiusmodi illæsa, & illibata remanerent, perindè ac si concessio eiusdem Ecclesiæ S. Laurentij per Nos, vt præfertur, facta, non emanasset.

Confraternit. Officiales supplicarũt Pont. pro prædictorum confirmatione.

§. 6. Cum autem, sicut pro parte dilectorum filiorum Officialium, & Confratrum Cõfraternitatis prædictæ Nobis nuper expositũ fuit, ipsi plurimum cupiant concessionem dictæ Ecclesiæ, ac Decretum desuper emanatum, aliaque præmissa Apostolicæ nostræ confirmationis robore communiri, ac aliàs sibi per Nos, vt infra, indulgeri.

Et Papa omnia approbat, & confirmat, suppletque defectus.

§. 7. Nos Officiales, & Confratres præfatos specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, eorumque singulares personas à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt sd effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absoluentes, & absolutas fore censentes, supplicationibus illorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati; Concessionem Ecclesiæ S. Laurentij huiusmodi, necnon Decretum à Nobis desuper emanatum prædictum, aliaque præmissa cum omnibus in eis contentis, & indè sequutis Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuò approbamus, & confirmamus, illisque inuiolabilis Apostolicæ firmitatis robur adijcimus, ac omnes, & singulos tàm iuris, quàm facti defectus, si qui desuper quomodolibet interuenerint, supplemus.

Indulgentias Ecclesiæ s. Nicolai supra cõcessas ad Ecclesiã s. Laurentij de qua hic trãsfert.

§. 8. Præterea eamdem Confraternitatem, cum omnibus, & singulis Indulgentijs, ac peccatorum remissionibus, & pœnitentiarum relaxationibus illi per Nos vt supra concessis è prædicta Ecclesia S. Nicolai ad Ecclesiam S. Laurentij huiusmodi, necnon Indulgentiam septem Annorum, & totidem quadragenarum

genarum in Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis, & S. Antonij festis diebus per Nos similiter concessam, ad eiusdem S. Laurentij, & S. Hippolyti festos dies, itaut dictæ Confraternitatis Confratres, præmissa in ipsis festis diebus ad quos traslatio, vt infra fiet, adimplentes, eamdem Indulgentiam prorsus consequātur, auctoritate, & tenore præfatis transferimus.

Clausulas præseruatiuas ponit.

§. 9. Decernentes præmissa omnia, & singula, necnon præsentes litteras, & in eis contenta quæcumque valida, firma, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac eidē Confraternitati in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari.

Ita iudicari mandat.

§. 10. Sicque per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Quibuscumq; non obstantibus.

Non obstañ præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non quatenus opus sit, Monasterij, & Congregationis huiusmodi, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis in cotnrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum omnium tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Dat. P. A. 5. die 14 Ianuarij.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris, XIV. Iunij MDCXXVIII. Pontificatus Nostri Anno V.

XXXI.

Indultum pro Fratribus Iesuatis S. Hieronymi Ordinis S. Augustini, quòd abiecto Caputio albi coloris, quod hactenus super humeros gestarunt, aliud coloris eorum habitus, eaque forma, qua cæteri Mendicantes vtuntur, deinceps gestare valeant.

Institutum horum Fratrum habes sup. in Martin. V. const. 11. tom. 1. pag. 262. vbi vide quæ indicata sunt, & plenius in const. 16. Paul. V. tom. 3. pag. 195. Et eisdem Fratribus approbatis à locorum Ordinarijs ad audiendas confessiones, in Ecclesijs Parochialibus d. Ordinis vt Parochianorum confessiones audire valeant, concessit Greg. XV. in const. 35. Ex iniuncto, sup. pag. Qui etiam comprobauit Nouitiatum in Vrbe, vt in eiusd. cōst. 50 Inter multiplices pag.

VRBANVS PAPA VIII.

Edita a. D. 1624.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

ONerosa pastoralis officij cura Nobis licèt immeritis, ex alto commissa postulat, vt religiosos viros, qui spretis mundi vanitatibus, diuini numinis obsequijs se se manciparunt, propensis studijs complectamur, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

Concessio Indulti de quo in rubr.

§. 1. Hinc est quòd Nos dilectos filios Fratres Iesuatos Sancti Hieronymi Ordinis Sancti Augustini specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, eorumque singulares personas à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis, à iure vel ab homine quauis occasione, vel causa latis; si quibus quomodolibet innodatæ existūt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendū, harum serie absoluentes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati. De Venerabiliū fratrū nostrorum S.R.E. Cardinalium sacris Ritibus præpositorum consilio, eisdem Fratribus, vt adiecto caputio albi coloris quod super humeros hactenus gesserunt, aliud in capite coloris eorumdem pallio similis atque ea forma, qua cæteri Mendicantes vtuntur, gestare liberè, & licitè valeant, Apostolica auctoritate tenore præsentiū concedimus, & indulgemus, ac licentiam, & facultatem impartimur.

Clausula Concessionis, & indulti præseruatiua.

§. 2. Decernentes, illos desuper à quoquā quauis auctoritate quomodolibet indebitè molestari, inquietari, vel perturbari nullatenus posse, neque debere, præsentes verò litteras validas, & efficaces esse, & fore, eisdemq; Fratribus in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari.

Decretum irritās.

§. 3. Sicque per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatij Apostolici Auditores iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, dictique Ordinis etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis,

natis, & Innouatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Dat. P. a. 5. die 19. Nouembris.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris, die xix. Nouembris MDCXXIV. Pontificatus Nostri Anno II.

XXXII.

Approbatio, & Confirmatio Confraternitatis Artis Musicæ sub Visitationis B. Mariæ, S. Gregorij Papæ, ac S. Cæciliæ inuocationibus, antea in Ecclesia S. Pauli Decollati de Vrbe institutæ, cum Indultorum, ac Indulgentiarum concessione.

Edita A.D. 1624. & 1626.

VRBANVS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Pietatis, & Christianæ caritatis opera vbiq; cum diuini cultus incremento exerceri cupientes, his quæ propterea piè, & prouidè facta fuisse dicuntur, libenter, cum à Nobis petitur, Apostolici muniminis adijcimus firmitati, Christique fideles, vt in eorumdem piorũ operum exercitio magis confoueantur, fauoribus, & gratijs prosequimur opportunis.

Erecta fuit Confraternitas Artis Musicæ sub visitatione B. Mariæ, S. Gregorij Papæ ac S. Cæciliæ inuocationibus in Ecclesia S. Pauli decollati de Vrbe.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filij Officiales, & Confratres Confraternitatis Musicorũ nouiter sub Visitationis Beatæ Mariæ Virginis, ac S. Gregorij Papę, & Sanctæ Cæciliæ inuocationibus, quòd alias Confraternitas prædicta in Sancti Pauli Clericorum Regularium Cõgregationis eiusdem Sancti Pauli decollati, seu alia Almæ Vrbis nostræ Ecclesia canonicè erecta, & instituta fuit.

Ac pro ipsius prospero regimine condita fuerunt statuta.

§. 2. Ac pro felici prosperaque illius directione, & gubernio, nonnulla statuta condita fuerint, illaque à dilecto filio nostro in dicta Vrbe Vicario in spiritualibus generali probata fuerunt, prout in publicis desuper cõfectis scripturis plenius dicitur contineri.

Pro quorum omnium confirmatione, & approbatione supplicant Pōt.

§. 3. Cùm autem, sicut eadem expositio subiungebat, firmiora sint ea, quæ à Sede Apostolica approbantur, & confirmantur; cupiantque propterea Officiales, & Confratres prædicti, erectionem, & institutionem, statutaque prædicta Apostolicæ confirmationis patrocinio communiri, aliàsque sibi per Nos indulgeri.

Qui modo ea cõfirmat, & approbat suppl. sub. censur(si qui desuper incurrerent)dedit.

§. 4. Nos eorum votis in præmissis, quantum cum Domino possumus, annuere, illosque specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusuis excommunicationum, suspensionum, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendũ harum serie absoluentes, & absolutas fore censentes; supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis, inclinati, erectionem, & institutionem prædictas, quatenus canonicè factæ fuerint, vt ptur, necnon statuta prædicta, dummodo tamen licita sint, & honesta, sacrisque Canonibus, & Concilij Tridentini decretis, ac constitutionibus Apostolicis non aduersentur, Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuò approbamus, & confirmamus, illisque inuiolabilis Apostolicæ firmitatis robur adijcimus; ac omnes, & singulos tàm iuris, quàm facti defectus, si qui desuper quomodolibet interuenerint, supplemus.

Cum facultate, d. statuta mutandi, corrigendi ac etiã de nouo condendi.

§. 5. Eisdemque Officialibus, & Confratribus, vt statuta huiusmodi pro temporum varietate, prout eis melius, & expediens videbitur, mutare, alterare, corrigere, & in melius reformare, ac etiam de nouo condere, præuia tamen eiusdem Vicarij examinatione, & approbatione, liberè, & licitè valeant, licentiã, & facultatem concedimus, & impartimur.

Prohibet librorũ impressoribus, ac Bibliopolis, ne imprimant, aut vendant qualcunque musicales compositiones, nisi de speciali Correctorum, seù Reuisorum a dicta Cõfr. ac hoc specialiter deputandorũ licentia.

§. 6. Præterea vt Officiales, & Confratres prædicti in piorum operum exercitio magis accendantur, & confoueantur, nonnullorumque compescatur temeritas, qui nullis, vel saltem incompositis Artis Musicæ huius modi studijs, aut legibus seruatis, publicè typis mandare non verentur. Omnibus, & singulis vtriusque sexus Christifidelibus, & præsentim librorum Impressoribus, & Bibliopolis sub quingentorum ducatorum auri de Camera pro vna Cameræ nostræ Apostolicæ, ac pro alia eidem Confraternitati, ac pro teli quatertijs partibus accusatori, & Iudici exequenti irremissibiliter applicandorum eo ipso absque vlla declaratione incurrenda pœna, ne de cætero in Vrbe quascumque tàm proprias, quàm alienas musicales cõpositiones, & mottetta cuiusuis generis, & speciei existẽtia, iam per quoslibet eiusdẽ Artis peritos cõposita, & de cætero componenda, & imprimenda, siue ad ipsam Vrbem ad effectum impressionis transmittendi, absque speciali Correctorum, seù Reuisorum ab ipsa Confraternitate deputatorum licentia in scriptis obtineoda, quę tamen gratis concedi debeat, imprimere, aut ab alio, vel alijs impressa vendere, seu venalia habere, vel proponere quoquo modo audeat, seu præsumat, intendimus, & prohibemus.

Reuocauit postea hanc prohibitionem iste [illegible], vt in const. seq. paragraf. 1.

§. 7. Ad

Neque vero scholas artis vel artē publicè doceant, nisi de licentia vt supra.

Vide reuocationē huius indulti in sequ. §.1. cōst. seq.

§. 7. Ad hæc, vt ad publicas Artis Musicæ huiusmodi scholas in dicta Vrbe aperien̄ imperiti nullatenus admittantur, dictæ Confraternitati, quod de cætero omnes, & singuli siuè clerici siuè laici Artis Musicæ, huiusmodi scholas in dicta Vrbe aperire, in eisque publicè musicam docere volentes, licentiam ab eiusdem deputatis in scriptis, & sigillo eiusdem Confraternitatis munitam, quæ gratis concedantur, petere, & obtinere, auctoritate, & tenore præsentium concedimus, & indulgemus.

Indulgētias quoq; elargitur infra scriptas videlicet Confraternitatem ingredientibus die primo ingress. plenariam.

§. 8. Postremò, vt dicta Confraternitas maiora in die suscipiat incrementa, de omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi omnibus, & singulis Christifidelibus, qui d. Confraternitatem imposterum ingredientur, die primi eorum ingressus, si verè pœnitentes Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumpserint, plenariam.

Et in articulo mortis etiā plenariam.

§. 9 Necnon nunc, & pro tempore descriptis, & describendis in dicta Confraternitate Confratribus in cuiuslibet eorum mortis articulo, si verè pœnitentes, & confessi, ac sacra Communione refecti, vel quatenus id facere nequiuerint, saltem contriti nomen IESV ore si potuerint, sin autem corde deuotè inuocauerint, etiam plenariam.

Ac pariter visitātibus illius Ecclesiā, seu Oratorium in festo S. Cæciliæ plenariam.

§. 10. Ac eisdem nunc, & pro tempore existentibus Confratribus etiam verè pœnitentibus, & confessis, ac eadem sacra Communione refectis, qui prædictæ Confraternitatis Ecclesiam, vel Cappellam, seu Oratorium die festo Sanctæ Cæciliæ à primis Vesperis, vsq; ad occasum Solis festi huiusmodi singulis annis deuotè visitauerint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, Hæreticorū extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam similiter omnium peccatorū suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus, & elargimur.

Necnon in alijs diebus festis 7. annorum ac toties quadragenarum.

§. 11. Insuper dictis Confratribus etiam verè pœnitentibus, & confessis, ac sacra Communione refectis, Ecclesiam, vel Cappellam, seu Oratorium huiusmodi in Visitationis Beatæ Mariæ Virginis, ac Sanctorum Angelorum Custodum, & Sanctorum Gregorij, & Leonis Secundi Romanorum Pontificum festis diebus, vt præfertur visitantibus, & ibidem orantibus, quo die prædictorum id egerint, septem annos, & totidem quadragenas.

Modo Indulgētiā sexaginta dierum dd. Confratribus pia quædā opera exercentibus concedit.

§. 12. Quoties vero Missis, & alijs diuinis officijs in dicta Ecclesia, vel Cappella, vel Oratorio pro tempore celebrandis, & recitandis, seu Congregationibus publicis, vel priuatis eiusdem Confraternitatis vbiuis faciendis interfuerint, aut pauperes hospitio susceperint, vel pacem inter inimicos composuerint, seu componi fecerint, vel procurauerint, necnon etiam qui corpora defunctorum, tàm Confratrum, & Consororum dictæ Confraternitatis, quam aliorū ad sepulturam associauerint, ac quascumque processiones de licentia Ordinarij facien̄, Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, tam in processionibus, quam cum ad infirmos, aut alias vbicumque, & quomodocumque pro tempore deferetur, comitati fuerint, aut si impediti, campanæ ad id signo dato, semel Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam dixerint, aut etiam quinquies Orationem, & Salutationē easdem pro animabus defunctorum Confratrum, & Consororum dictæ Confraternitatis recitauerint, aut deuiū aliquē ad viā salutis reduxerint, & ignorantes, præcepta Dei, & quæ ad salutem sunt, docuerint, aut quodcumque aliud pietatis, vel caritatis opus exercuerint, toties pro quolibet prædictorum operum sexaginta dies de iniunctis eis, seu alias quomodolibet debitis pœnitentijs in forma Ecclesiæ consueta relaxamus; præsentibus, perpetuis futuris temporibus valituris.

Indulgentias prædictas reuocat si d. Confraternitati aliq; indulgentiæ perpetuò, vel ad tempus nondum elapsum concessæ fuerint.

§. 13. Volumus autem, vt si dictis Confratribus permissa peragentibus aliquam Indulgentiam perpetuò, vel ad tempus non dum elapsum duraturam concesserimus, præsentes nullæ sint.

Dat. P. A. 2. die 20 Nouembris.

Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris, die XX. Nouembris MDCXXIV. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Sequitur Reuocatio Prohibitionis, de qua in §. 6. ac Indulti, de quo in §. 7. Constitutionis præcedentis.

Edita A. D. 1626.

VRBANVS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Proœmium.

HVmanarum rerum ea est incerta conditio, vt nihil tam prudenter statui, & tam prouide concedi possit, quod interdum nouis rationibus, & causis exigentibus, immutandum, atque in aliam formam omninò redigen̄ esse non appareat.

Hic Pont. in const. præcedenti prohibuerat Impressoribus, & Bibliopolis ne imprimerent, aut venderēt musicas compositiones nisi de licentia Correctorum seu Reuisorū a Confraternitate artis musicæ deputandorum.

§. 1. Aliàs si quidem supplicationibus dilectorum filiorum Officialium, & Confratrum Confraternitatis Musicorum nuncupatorum de Vrbe Nobis humiliter porrectis inclinati, inter cæteras gratias eis à Nobis concessas, omnibus, & singulis vtriusque sexus Christifidelibus

fidelibus, & præsertim librorum Impressoribus, & Bibliopolis sub certis pœnis eo ipso absque vlla declaratione incurrendis, ne de cætero in Vrbe quascumque tàm proprias, quàm alienas musicas compositiones, & motecta cuiusuis generis, & speciei existentia eatenus per quoslibet Artis musicæ peritos composita, & de cætero componenda, siue ad ipsam Vrbem ad effectum impressionis transmittenda, absque speciali Correctorum, seu Reuisorum ab ipsa Confraternitate deputatorum licentia in scriptis obtinenda, quæ tamẽ gratis concedi deberet, imprimere, aut ab alio, vel alijs impressa, vendere, seu venalia habere, vel proponere quoquo modo auderent, seu præsumerent, interdiximus, & prohibuimus.

Neque aperirent scholas d. Artis, vel eam docerent nisi de licentia eorumdem.

§. 2. Ad hęc vt ad publicas Artis musicæ huiusmodi scholas in d. Vrbe aperiendas imperiti nullatenus admitterentur, d. Confraternitati, quòd de cætero omnes, & singuli siue Clerici, siue Laici Artis musicæ huiusmodi scholas in d. Vrbe aperire, in eisque publicè musicam docere volentes, licentiam ab eisdem Deputatis in scriptis, & sigillo eiusdem Confraternitatis munitam, quæ gratis concederetur, petere, & obtinere deberent, concessimus, & indulsimus, & aliàs prout in nostris desuper in simili forma Breuis sub die vigesima Nouembr. 1624. expeditis litteris, quarum tenores præsentibus pro expressis haberi volumus, pleniùs continetur.

Modo ea causa hic expressa.

§. 3. Cum autem, sicut accepimus, per prohibitionem, & concessionem, & indultum supra expressa non solummodo Cantoribus, & Cappellanis Capellæ nostrę, verum etiam alijs Christifidelibus, & presertim Musicis, & Bibliopolis, & Impressoribus præiudicium inferri, experientia compertum sit.

Reuocat prohibitionem, ac indultum prędicta.

§ 4. Nos illorum omnium idemnitati paterna caritate consulere volentes. Motu proprio, & ex certa scientia nostra, prohibitionem, & concessionem, ac indultum, quoad supra expressa tantùm, Apostolica auctoritate, tenore præsentium, reuocamus, cassamus, & annullamus, viribusque & effectu euacuamus, ac reuocata, cassa, viribusque & effectu vacua esse, & fore, nec Officialibus, & Confratribus prædictis de cætero suffragari posse, aut debere.

Aliter iudicandi facultatem tollit.

§. 5. Sicque & non aliter per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, vbique iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, auctoritate, & tenore prædictis decernimus, & declaramus.

Obstantia remouet.

§. 6. Non obstañ litteris nostris prædictis, ac quibusuis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris, die 9. Decembris MDCXXVI. Pontificatus Nostri Anno IV.

Dat. die 9. Decembris.

XXXIII.

Contra malè ad sacros, vel minores ordines, seu Clericalem characterem ordinantes, & male ordinatos.

Edita A.D. 1624.

VRBANVS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Secretis æternæ prouidentiæ consilijs, nullo nostrorum suffragio meritorum, Speculatores Domus Israel, in sublimi Apostolatus culmine constituti, eò potissimum Pontificiæ sedulitatis officia conuertenda esse arbitramur, vt qui in sortem Domini vocantur, Christiq; Militiæ dant nomen, spiritualem Ecclesiæ tranquillitatem non perturbent, sed pacem confirment, vires augeant, ac tàm strenuè se gerant, vt ipsam terribilem, quasi castrorum aciem ordinatam, inferæ potestates, ac Principes tenebrarum quotidie magis perhorrescant.

Causa huius Constitutionis.

§. 1. Hæc autem quantò impensius fieri optamus, tanto maiori indignatione irreligiosam quorũdam impudentiam detestamur, ac sacrilegam temeritatem execramur, qui Sacros Canones, Summorumque Pontificum decreta non veretentes, Clericales Ordines illegitimè suscipiunt, ac dum in Ecclesiasticorum ministrorum cœtum per nefas irrepunt, Dei cultui, animarum saluti, omnibusque ad optimum Christianæ Reipublicæ regimen pertinentibus, plurimum obesse noscuntur.

Clemens 4 prohibuit Episcopis Italiæ, ne aliquẽ Clericu vltramontanũ ordinarẽt absque ipsius, vel Episcopi loci originis ordinandi, vel beneficij illius quo illud existebat licentia speciali.

§. 2. Aliàs siquidem fel. rec: Clemens Papa IV. Prædecessor noster volens periculis animarum eorum obuiare, qui vinculo excommunicationis adstricti, aut apostatæ, seu irregulares, vel alias Ordinum sacrorum susceptione indigni, suam patriam, in qua de his haberetur notitia, fugientes, se in remotis partibus faciebant ad huiusmodi Ordines promoueri, statuit, vt nullus Episcoporum Italiæ de cætero aliquem vltramontanum Clericum ordinare præsumeret, nisi ab eodem Clemente Prædecessore, vel ab Episcopo, de cuius diœc. traxerat originem, ordinandus, vel in cuius diœc. beneficiatus existebat, per eius patentes litteras causam rationabilem continentes, quare ipsum nolebat, aut nequibat

bat ordinare, specialem licentiam haberet, eos verò, quos contra præmissa contigisset ordinari, manere voluit absque spe dispensationis super hoc à Sede Apostolica obtinendæ suspensos, ac ordinantes condigna pœnitentia puniri.

Hic Pont. Clemētis prohibitionem illam innouat, & Episcopis in Italia residentibus vetat, neq; vltramontanos extra Italiam oriundos, ad sacros, & neq; etiā ad minores ordines, vel clericalem characterē promouere absq; dimissorialibus ordinarior. &c. sub pœnis tām ordinantibus, quàm ordinatis.

§. 3. Cum autem non sinè graui animi nostri molestia, Nobis innotuerit, quamplures Vltramontanos suæ salutis immemores, Dei; timore postposito, ad Ordines prædictos dimissorialibus litteris, seu etiam cum titulo patrimonij ficto, vel fiduciario, seu etiam falso, cum maximo bonorum omnium scandalo, se promoueri fecisse. Nos innumeris, quæ ex minus canonica Clericorum ordinatione huiusmodi proueniunt, malis, quantum Nobis ex alto conceditur, prouidere volentes, prædictam Clementis Prædecessoris constitutionem, cum omnibus, & singulis in ea contentis approbantes, & innouantes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis in Italia existentibus tenore præsentium prohibemus, ne quouis prætextu, & ex quacumque causa, Hispanos, Lusitanos, Gallos, vel Germanos, aliosque quoscumque Vltramontanos, & ex quibusuis locis extra Italiam oriundis, non solum ad sacros, sed neque etiam ad minores Ordines, vel Clericalem characterem promouere audeant, seu præsumant, nisi dimissoriales suorum Ordinariorum litteras à nostris, & huius Sanctæ Sedis Nuncijs, seu Collectoribus in illis partibus commorantibus recognitas, probatas, & subscriptas habeant, eorumdemnè Nunciorum, seu Collectorum subscriptiones à dilecto filio nostro in Alma Vrbe Vicario in spiritualibus generali similiter examinatæ, recognitæ, & approbatæ fuerint; aliàs promouentes, ad annum ab exercitio Pontificalium; promoti verò, perpetuæ suspensionis pœnam, absque spe dispensationis à Sede Apostolica obtinendæ, incurrant eo ipso. Insuper promotos huiusmodi, ac etiam eos, qui cum falsis, vel fictis, aut fiduciarijs patrimonij titulis scienter se ad Ordines huiusmodi promoueri fecerint, non solùm prædictis, verùm etiam maioribus arbitrio nostro, & pro tempore existentis Romani Pontificis infligendis pœnis.

Italos quoque ab alieno Episc. ordinandos cū falsis dimissorijs promouere prohibet, & seculari iudicio subijcit.

§. 4. Italos verò, si quos impostetum Clericali charactere insigniri, vel ad minores Ordines promoueri ab alieno Episcopo, cum falsis dimissorijs contigerit, etiamsi qualitatibus per Concil. Trident. Decretum cap. 16. sess. 23. requisitis præditi sint, nihilominus sequuta tamen prius desuper Iudicis Ecclesiastici declaratione, fori priuilegio minimè gaudere, sed sæculari iurisdictioni, vt antea, plenè in omnibus subiacere, & subiectos esse respectiuè volumus.

Et ita, & non aliter iudicari statuit.

§. 5. Sicque & non aliter per quoscumq; Iudices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam, quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. In contrarium faciēn non obstantibus quibuscumque.

Sanctionemque pœnalem contra male promotos editā à Pio 2. confirmat.

§. 6. Per præsentes autem constitutioni rec. me. Pij Papæ II. Prædecessoris nostri contra malè promotos editæ, nullatenus derogare intendimus, sed illam cum omnibus, & singulis in ea contentis, in suo robore, & efficacia permanere, perindè ac si præsentes non emanassent, decernimus.

Hęc Bulla est sup. in 1. tom. pag. 119

§. 7. Vt autem præsentes litteræ ad omniū notitiam facilius deuenire possint, volumus quòd illæ, siuè earum exempla in valuis Basilicarum Sancti Ioannis Lateraneñ, ac Principis Apostolorum de Vrbe, & Cancellariæ Apostolicæ, necnon in acie Campi Floræ, vt moris est, affixæ; omnes, & singulos, quos illæ concernunt, perinde arctent, & afficiant, ac si vnicuique personaliter intimatæ fuissent.

Huius Bullæ publicationē in Vrbe omnibus pro personaliter intimatam decernit.

Eiusq; transumptis fidem dari præcipit.

§. Quodque earumde transumptis, etiam manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud vbique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die 11. Decembris 1624. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Dat. V. A. die 11. Decembris.

Publicatio.

Anno Millesimo sexcentesimo vigesimo quarto Indictione septima Pontificatus Sāctiss. D. N. D. Vrbani Diuina Prouidentia Papæ Octaui, die verò decima sexta mensis Decembris, retroscriptæ litteræ Apostolicæ affixæ, lectæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Basilicarum Sancti Ioannis Lateraneñ, Principis Apostolorum de Vrbe, ac Cancellariæ Apostolicæ aciei Campi Floræ per nos Alexandrum de Rocchis, & Fabium Emilianum Sanctiss. D. Papæ Curs.

Brandimartes Latinus pro Mag. DD. Curs.

XXXIV.

Deputatio Ecclesiæ S. Mariæ Transtiberim in loco Ecclesiæ S. Pauli extra Vrbem stante suspicione pestis, vna cum concessione (cumulatiuè tamen) omnium Indulgentiarum, ac spiritualium gratiarum dictæ Ecclesiæ S. Pauli competentium.

Deputauit etiam alias tres Ecclesias in Vrbe loco triũ extra Vrbem consistentium, ex istamet causa hic Pont. vt in Const. seq. *Et de Anno Iubilei vide Const.* 16. *Omnes gentes, sup. pag.* 245.

Edita a D'i 1625

VRBANVS PAPA VIII

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

PAterna Gregis cura, quam misericordiarum Pater, & consolationis Deus humilitati nostræ, nullo licèt meritorum suffragio, commisit, à Nobis postulat, vt apertis abundantiùs præsenti Anno Iubilei Ecclesiæ thesauris, prouideamus, quo Grex ipse thesauros huiusmodi per abundantiam diuinæ gratiæ salubriter consequatur, & si quæ pium eiusdem Gregis in præmissis desiderium impedire, seu retardare posse dignoscuntur, illa quantum Nobis ex alto conceditur, peculiari studio remoueamus.

Causa huius Constitutionis.

§. 1. Cum itaque, sicut non sine viscerum nostrorum commotione accepimus, nonnullæ Regni Siciliæ Ciuitates, Oppida, & Terræ innumeris malis, atque incommodis ob sæuientem inibi pestiferæ contagionis morbũ miserabiliter conflictentur, & propterea pro auertendis, quantum diuinæ bonitati placuerit, in hac Alma Vrbe nostra, totaque ditione Ecclesiastica, & reliquis Italiæ partibus huius pestilentiæ periculis euenire possit, vt Christifidelibus ad percipiendos spirituales eiusdem Iubilei fructus Ecclesiam Sancti Pauli extra muros Almæ Vrbis nostræ vnam ex quatuor ad id deputatis visitare volentibus, mora, atque impedimentum inferantur.

Concessio de qua in Rubr.

§. 2. Idcirco pro pastorali, quam procurandæ eiusdem Gregis animarum saluti impẽdere tenemur solicitudine spirituali Christifidelium prædictorum consolationi, benedicente Domino, consulere volentes, de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, Omnibus, & singulis vtriusque sexus Christifidelibus, qui Ecclesiam Sanctæ Mariæ Transtiberim loco Ecclesiæ Sancti Pauli prædictæ visitauerint, & præscripta, atque iniuncta pro consequendis spiritualibus eiusdem Iubilei fructibus adimpleuerint, quòd omnes, & singulas indulgentias, etiam plenissimas, & peccatorum remissiones, necnon pœnitentiarum relaxationes, aliasque gratias spirituales eisdem prorsus modo, & forma consequantur, cumulatiuè tamen, non autem priuatiuè quoad Ecclesiam Sancti Pauli prædictam, quas consequerentur, si ipsam Ecclesiam Sancti Pauli visitarent, ibique præscripta, & iniuncta vt prior, adimplerent, quòdque ad effectum huiusmodi dicta Ecclesia S. Mariæ Transtiberim omnibus, & singulis Indulgentijs etiam plenarijs, & plenissimis stationibus, peccatorum remissionibus, pœnitentiarum relaxationibus, alijsque quibusuis gratijs spiritualibus tàm circa Altarium quorumcumque visitationem, quàm in illis Missarum celebrationem, quibus Ecclesia Sancti Pauli extra muros huiusmodi vtitur, potitur, & gaudet, ac vti, potiri, & gaudere possit, & poterit quomodolibet in futurum, pari modo, & æquè principaliter sine vlla prorsus differentia vti, potiri, & gaudere liberè, & licitè possit, & valeat, Apostolica auctoritate tenore præsentium concedimus, & indulgemus.

Contrariorum oblatio.

§. 3. Non obstan. nostra de non concedẽdi Indulgentijs ad instar, alijsque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, statutisque, & consuetudinibus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

tempus durationis istius const.

§. 4. Præsentibus ad nostrum beneplacitum dumtaxat valituris.

transumptorum fides.

§. 5. Volumus autem vt præsentium transumptis etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ eisdẽ præsentibus adhiberetur, si forẽt exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P.A. 2. die 30 Ianuarij.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die x x x. Ianuarij 1625. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

XXXV.

Deputatio Ecclesiarum S. Mariæ de Populo, S. Mariæ Transtiberim, ac S. Laurentij in Lucina in Vrbe consistentium, loco Ecclesiarum S. Sebastiani, S. Pauli, & S. Laurentij extra muros positarum; Ac declaratio, quòd visitantes septem Vrbis, & extra illius mœnia Ecclesias, tres prædictas loco istarum visitare possint, cum concessione omnium Indulgentiarum, quæ in visitatione prædictarum Ecclesiarum consequi solent (cumulatiuè tamen) ob suspicionem pestis.

Consi-

Consimilem deputationem, & ex eadem causa factam ab issomet Pont. pro Ecclesia Sancti Pauli vna ex quatuor, quæ visitari solent Anno Iubilei, habes in Const. præced.

Edita an. D. 1625.

VRBANVS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

PAterna Dominici Gregis cura, quam misericordiarum pater, & totius consolationis Deus humilitati nostræ, nullo licèt meritorum suffragio commisit à Nobis postulat, vt apertis abundantius præsenti Anno Iubilei Ecclesiæ thesauris, prouideamus, quo Grex ipse thesauros huiusmodi per abundantiam diuinæ gratiæ salubriter consequatur etsi quæ primum eiusdem Gregis in præmissis desiderium impedire posse dignoscuntur, illa quantum Nobis ex alto conceditur, peculiari studio remoueamus.

Enarrat multa Siciliæ Oppida, & Ciuitates pestis morboconflictari. Ideoque pro tuenda Vrbe Roma, totaq; ditione Ecclesiastica ab huius pestilentiæ periculis, & ne ob id Christi fideles à visitatione septẽ Ecclesiarũ Vrbis & extra muros arceantur, prouidemus.

§. 1. Cum itaque, sicut non sine viscerum nostrorum commotione accepimus, non nulla Regni Siciliæ Ciuitates, Oppida, & Terræ innumeris malis, atque incommodis ob sæuientem inibi pestiferæ contagionis morbum miserabiliter conflictentur; & propterea pro auertendis, quantum Diuinæ bonitati placuerit, ab hac Alma Vrbe nostra, totaque ditione Ecclesiastica, & reliquis Italiæ partibus huius pestilentię periculis, euenire possit, vt Christifidelibus septem Ecclesias Almæ Vrbis nostræ, & extra illius muros deuotionis causa visitare volentibus circa eas, quæ extra muros huiusmodi sunt, mora atque impedimentum inferantur.

Deputat tres Ecclesias in Vrbe loco trium extra eam consistentium de quibus in rub. eisdemque concedit omnes Indulgentias prædictis tribus Eccl. antea concessas cumulatiue tamen.

§. 2. Idcirco pro pastorali, quam procurandæ eiusdem Gregis animarum saluti impendere tenemur, sollicitudine spirituali Christifidelium prædictorum consolationi benedicente Domino consulere volentes: de omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi. Omnibus, & singulis vtriusque sexus Christifidelibus, qui Sanctæ Mariæ de Populo nuncupatę, loco S. Sebastiani, ac etiam Sanctę Mariæ Transtyberim loco Sancti Pauli, necnon Sancti Laurentij in Lucina etiam nuncupari Ecclesias eiusdem Almæ Vrbis loco Sancti Laurentij Ecclesiarum extra muros huiusmodi visitauerint, & præscripta, atque iniuncta pro indulgentijs, & alijs gratijs spiritualibus, quibus Sancti Sebastiani, ac Sancti Pauli, necnon Sancti Laurentij Ecclesiæ extra muros huiusmodi decoratæ sunt consequendis adimpleuerint, quòd omnes, & singulas Indulgentias plenarias, & peccatorum remissiones, necnon pœnitentiarum relaxationes, aliasque gratias spirituales, etiam pro animabus defunctorum eisdem prorsus modo, & forma consequantur, cumulatiuè tamen, non autem priuatiuè quoad Sancti Sebastiani, ac Sancti Pauli necnon Sancti Laurentij Ecclesias extra muros huiusmodi, quas consequerentur, si ipsas Sancti Sebastiani, ac Sancti Pauli, necnon Sancti Laurentij Ecclesias extra muros visitarent, ibique præscripta, & iniuncta vt ptur adimplerent, quodque ad effectum huiusmodi Sanctæ Marię de Populo, ac S. Mariæ Transtyberim, necnon Sancti Laurentij in Lucina Ecclesiæ prædictæ omnibus, & singulis Indulgentijs etiam plenarijs, & stationibus, peccatorum remissionibus, pœnitentiarum relaxationibus alijsque quibusuis gratijs spiritualibus, tàm circa Altarium quorumcumque visitationem, quàm in illis Missarum celebrationem, quibus Sancti Sebastiani, & Sancti Pauli, necnon Sancti Laurentij Ecclesiæ extra muros huiusmodi vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurũ, parimodo, & æque principaliter, sine vlla prorsus differentia vti, potiri, & gaudere liberè, & licitè possint, & valeant, Apostolica auctoritate tenore præsentium concedimus & indulgemus.

Contrarijs non obstantibus.

§. 3. Non obstañ. nostra de nõ cõcedeñ. Indulgentijs ad instar, alijsque Constitutionibus, & Ordinarionibus Apostolicis, statutisque, & consuetudinibus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Quod præsentes literæ ad beneplacitum durent.

§. 4. Præsentibus ad nostrum beneplacitũ dumtaxat valituris.

Quodque earum transumptis fides adhibeatur.

§. 5. Volumus autem, vt præsentium transumptis, etiam impressis manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ muniris eadem prorsus fides adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die xxx. Ianuarij 1625. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Pat. V a. n. die 30 Ianuarij.

XXXVI.

Erectio Custodiæ Bauariæ Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci de Obseruantia Reformatorum, in prouinciam Ordinis eiusdem Sancti Francisci Reformatorum Discalceatorum Bauariæ nuncupandam, conformis alijs Prouincijs Regnorum Hispaniarum, cum communicatione omnium gratiarum spiritualium, & temporalium dd. Prouincijs concessarum, ac nonnullis

alijs ordinationibus pro bono huius Prouinciæ regimine.

De istis Fratribus vide quæ notaui ad Greg. Decimumquintum Const. 8. Onerosa sup. pag. 79. Et ad huius Sanctissimi Pont. Const. 27. Romanus pag. 128.

Edita A. D. 1625.

VRBANVS PAPA VIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

SAcrosanctum Apostolatus ministerium humilitati nostræ, licèt nullo meritorũ suffragio, per ineffabilem diuinæ sapientiæ prouidentiam commissum postulat, vt inter multiplices, grauissimasque Apostolicæ seruitutis curas, illam peculiari studio amplectamur, per quam personæ sub suaui Religionis iugo Saluatoris nostri obsequijs famulantes, felicioribus in dies proficiant incrementis.

Causa huius Constitutionis.

§. 1. Dum itaque, sicut accepimus, dilecti filij Fratres Ordinis Minorum Sancti Francisci de Obseruantia Reformatorum nuncupatorum Custodiæ Bauariæ, assiduis verbi Dei prædicationibus, continuaquè Sacramentorum Ecclesiasticorum administratione, necnon alijs spiritualibus exercitijs, vberes in vinea Domini fructus afferre noscantur.

Custodiã Bauariæ erigit in prouinciam, vt in Rubr. ... Pont., nonnulla statuit circa Visitationem dictæ Prouinciæ.

§. 2. Nos, vt Fratres præfati, in piorum huiusmodi operum exercitio perseuerare valeant, prouidere, ac felici illorum statui, quantum cum Domino possumus, per amplius consulere volentes; Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, custodiam præfatam in Prouinciam Ordinis eiusdem S. Francisci Reformatorum Discalceatorum Bauariæ nuncupandam, quæ Reformata, & alijs eorumdem Fratrum Reformatorum Discalceatorum nuncupatorum Prouincijs Regnorum Hispaniarum conformis, & ad illarum instar esse.

Modum viuendi istorum Fratrum Nicol. prestat est in c. Exiit de verb. sig. & Clem. Exiui, ... tit. eod.

§. 3. Necnon sub omnimoda Ministri Generalis dicti Ordinis, ac eo Italicæ Nationis, & extra Italiam existente, eius Vicarij Generalis, necnon & Commissarij Generalis, iuxta Bullam Vnionis electi, non autem Cõmissariorum Generalium eorumdem Ordinis, & Regnorum, nec superioris vel inferioris Germaniæ, ita quòd Minister, ac Vicarius, & Commissarius Generales præfati, iuxta Bullam huiusmodi electi, illam non nisi per se ipsos, aut Commissarios Ordinis Reformatorum præfatorum visitare valeant, iurisdictione, auctoritate, & superioritate.

Ministri d. prouinciæ auctoritatem circa nouas domos, ac Nouitios recipiendos.

§. 4. Cuiusque Fratres iuxta declarationes felicis recordationis Nicolai III. & Clementis V. Romanorum Pontificum Prędecessorum nostrorum, viuere debeant.

§. 5. Et cum hoc etiam, quòd ex nunc Minister Prouincialis Prouinciæ Bauariæ huiusmodi omnem iurisdictionem, facultatem, & auctoritatem, tàm in Fratres Ordinis præfati sibi subditos, quàm circa nouarum domorum eiusdem Instituti in eadem Prouincia fundationem, seu erectionem, aut ædificationem, necnon etiam circa Nouitios, aliaque in litteris Apostolicis recolendæ mem. Gregorij Papæ XIII. & Prædecessoris nostri contenta, prout alij Ministri Prouinciales aliarum Prouinciarum Fratrum eiusdem Ordinis Reformatorum Discalceatorum nuncupatorum, in omnibus, & per omnia habeat.

Priuilegia, immunitates, & gratias tàm spirituales, quàm temporales.

§. 6. Ac tàm ipsi, quàm singularum domorum dictæ Prouinciæ Fratrum Minorum Sancti Francisci Reformatorum Discalceatorum nuncupatorum Bauariæ superiores, necnon singulares eorum, & cuiuslibet illarum personæ, omnibus, & singulis prærogatiuis, præeminentijs, priuilegijs, exemptionibus, immunitatibus, indultis, concessionibus, fauoribus, & gratijs spiritualibus, & temporalibus, quibus alij huiusmodi Ministri Prouinciales, & illarum domorum Regularium superiores, & singulares personæ vti, frui, potiri, & gaudere possunt, & poterunt, quomodolibet in futurum, pariter & pariformiter ac æquè personaliter sine vlla prorsus differẽtia, vti, frui, potiri, & gaudere possint, & gaudeant.

Statuta, constitutiones, & ordinationes d. prouinc.

§. 7. Quodque nunc, & pro tempore existens Minister Generalis præfatus, aut Visitatores ab eo, & pro tempore mittendi, statuta, constitutiones, & ordinationes eiusdem Prouinciæ Bauariæ, illiusque domorum Regularium huiusmodi, nisi de consensu maioris partis Fratrum vocalium dictæ Prouinciæ Bauariæ in eorum Capitulis prouincialibus præstando alterare, vel immutare, aut eosdem Fratres ab eorum modo viuendi, dummodo dummodo iuxta easdem declarationes viuant, disturbare.

Collectoras, & quæsturas.

§. 8. Necnon quòd Fratres Ordinis eiusdem Sancti Francisci de Obseruantia nuncupati, infra limites eiusdem, seu alterius Prouinciæ existentes, collecturas, seu quæsturas ad domos regulares eiusdem Prouinciæ Reformatorum Discalceatorum Bauariæ spectantes exceptis eis à Fratribus dictę Prouinciæ Bauariæ in dicto eorum Capitulo Prouinciali forsan concedendis occupare, aut eosdem Fratres Reformatos Discalceatos Prouinciæ Bauariæ huiusmodi desuper perturbare nullo vnquam tempore possint, nec valeant, Apostolica

Ministro Generali omnimodã auctoritatẽ concedit super d. Prouincia dummodo ipsi Fratres constitutionibus strictioris obseruantię remaneant subiecti, ad quarum obseruantiam omnino teneri decernit.

ſtolica auctoritate, tenore præſentium perpetuò erigimus, & inſtituimus.

Miniſtro Generali emanandi auctoritatē cōcedit ſuper d. Prouincia dumodo ipſi fratres conſtitutionibus ſtrictioris obſeruantiæ remaneant ſubiecti, ad quarū obſeruantiam omnino teneantur.

§. 8. Et inſuper eidem Miniſtro Generali, vt Miniſtrum Prouincialem, Cuſtodem, & Diffinitores dictæ Prouinciæ Bauariæ creare, & eligere, cæteraque omnia, & ſingula in præmiſſis, & circa ea neceſſaria, & quomodolibet opportuna, & ſi talia ſint, vel fuerint, quæ magis ſpecialem, ſpecificam, indiuiduam, & expreſſam requirerent mentionem, facere, dicere, ordinare, & exequi liberè, & licitè poſſit, & valeat, plenam, liberam, & amplam auctoritatem, & tenore præmiſſis concedimus, & impartimur licentiam, & facultatem, ita tamen, vt Fratres Prouinciæ huiuſmodi, conſtitutionibus, & ordinationibus in Capitulo, ſiue Congregatione generali factis, quæ ſtrictiori obſeruantiæ non aduerſentur, ſubiaceāt, ad illarumque obſeruationem omnino teneantur.

Clauſula præſeruatiua.

§. 9. Decernentes Prouinciam per præſentes erectam, & inſtitutam huiuſmodi decretis, & declarationibus à Nobis, & Romanis Pontificibus, prædeceſſoribus, & ſucceſſoribus noſtris, pro reformationibus, & cuſtodijs Italiæ emanatis, ſeu emanandis nullatenus ſubiectam, & comprehenſam eſſe, vel fore, ac Prouincialem, Cuſtodem, & Diffinitores, alioſque Superiores, ac Fratres Prouinciæ per præſentes erectæ, & inſtitutæ, àquoquam, quauis etiam Archiepiſcopali, aut Epiſcopali, vel etiam maiori auctoritate fungentes, deſuper moleſtari, inquietari, perturbari, aut impediri non poſſe.

Clauſula ſublata.

§. 10. Sicque per quoſcumque Iudices, & Commiſſarios ordinarios, vel delegatos, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere, irritum quoque, & inane, quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clauſula derogatoria.

§. 11. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, etiam dicti Ordinis, illiuſque Prouinciarum, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis, eidem Ordini, & Prouincijs, illiuſque, & illarum Superioribus, & perſonis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innouatis, quibus omnibus, & ſingulis, eorum omnium tenores præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcūq;

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die prima Martij. 1625. Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Dat. P. a. 2. die 1. Martij.

XXXVII.

Diffinitio quoad Imagines non dum à Sede Apoſtolica Canonizatorum, vel Beatificatorum cum radijs, ſplendoribus, & laureolis proponendas, vel tabellas, & luminaria ad eorum ſepulchra apponenda, & cum atteſtationibus, deſuper proponendis, recipienda, & aſſeruanda, ſiue eorum miracula in imprimendis libris enarranda.

Feria V. die 13. Martij Anno à Natiuitate D: N: Ieſu Chriſti MDCXXV.

In Generali Congregatione S. Romanæ, & Vniuerſalis Inquiſitionis habita in Palatio Apoſtolico in Vaticano coram S. D. N. D. VRBANO diuina prouidentia Papa VIII. ac Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. DD. S. R. E. Cardinalibus, aduerſus hæreticam prauitatem Inquiſitoribus generalibus à Sancta Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatis.

Edita A. D. 1625

SAnctiſs. D. N. ſolicitè animaduertens abuſus, qui irrepſerunt, & quotidie irrepere non ceſſant in colendis quibuſdam cum Sanctitatis, aut Martyrij fama, vel opinione defunctis, qui, & ſi neque Canonizationis, neque Beatificationis honore inſigniti ſint ab Apoſtolica Sede, eorum tamen Imagines in Oratorijs, atque Eccleſijs, alijſque locis publicis, ac etiam priuatis, cum laureolis aut radijs, ſeu ſplendoribus proponuntur, miracula, & reuelationes, aliaque beneficia, à Deo per eorum interceſſiones accepta, in libris rerum ab ipſis geſtarum enarrantur, & ad illorum ſepulchra, tabellæ, imagines, & res aliæ ad beneficia accepta teſtificanda, & lampades, & alia lumina apponuntur.

Prohibitio vbiq; proponendi imagines cum laureolis, radijs, vel ſplē doribus

§. 1. Volenſque proinde huiuſmodi abuſibus, pro debito officij paſtoralis, occurrere, re etiam cum Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. DD. Cardinalibus, contra hæreticam prauitatem in vniuerſa Republica Chriſtiana generalibus Inquiſitoribus communicata, & maturè conſiderata, ac diſcuſſa, declarauit, ſtatuit, & decreuit, ne quorumuis hominum, cum ſanctitatis, ſeu martyrij fama (quantacumq; illa ſit) defunctorum Imagines, aliaque prædicta, & quodcumque aliud, venerationem, & cultum præſeferens, & indicans, in Orato-

rijs, aut locis publicis, seu priuatis, vel Ecclesijs tàm sæcularibus, quàm regularibus, cuiuscumque Religionis, Ordinis, Instituti, Congregationis; aut Societatis apponantur, antequam ab Apostolica Sede Canonizentur, aut Beati declarentur, & (si quæ apposita sunt) amoueantur, prout eas statim amoueri mandauit.

Libros etiam illa continentes imprimendi.

§. 2. Ac pariter imprimi dè cætero inhibuit libros eorumdem hominum, qui Sanctitatis, siue Martyrij fama, vel opinione (vt præfertur) celebres è vita migrauerint, gesta, miracula, vel reuelationes, seu quæcumque beneficia tamquam eorum intercessionibus à Deo accepta continentes, sine recognitione, atque approbatione Ordinarij, qui in ijs recognoscendis, Theologos, aliosque pios, ac doctos viros in consilium adhibeat, & ne deinde fraus, aut error, aut aliquid nouum, ac inordinatum in re tàm graui committatur, negotium instructum ad Sedem Apostolicam transmittat, eiusque responsum expectet: Reuelationes verò, & miracula, aliaque beneficia supradicta, quæ in libris horum hominum vitam, & gesta continentibus, hactenus sine recognitione, atque approbatione huiusmodi, impressa sunt, nullo modo approbata censeri vult, mandatque Sua Sanctitas.

tabellasque imagines, & luminaria ad eorum sepulcra apponendi.

§. 3. Ad horum hominum sepulchra, vetuit etiam, ac inhibuit, Tabellas, atque Imagines, ex cera, aut argento, seu ex alia quacumque materia, tàm pictas, quàm fictas, atque exculptas appendi; aut affigi, & lampades, siue alia quæcumque lumina accendi, sine recognitione ab Ordinario omnino, prout supra facienda, Sedique Apostolicæ referenda, ac probanda.

Declaratio in prædictis.

§. 4. Declarans, quòd per suprascripta, præiudicare in aliquo non vult, neque intendit ijs; qui aut per communem Ecclesiæ consensum, vel immemorabilem temporis cursum, aut per Patrum, virorumque Sanctorum scripta, vel longissimi temporis scientia, ac tolerantia Sedis Apostolicæ, vel Ordinarij, coluntur.

Executorum deputatio.

§. 5. Vt autem præmissa diligentiùs obseruentur, vniuersis, ac singulis, tàm Ordinarijs, quàm hæreticæ prauitatis Inquisitoribus districtè præcipit, vt in sua quisque Diœcesi, vel Prouincia sedulò peruigilent, ne sine approbationibus prædictis, Imagines cum memoratis signis exponantur, aut miracula, reuelationes, ac beneficia prædicta publicentur, aliauè contra superius disposita, fiant.

Pœnarum in transgressores impositio.

§. 6. Transgressores verò, si Regulares fuerint, priuationis suorum officiorum, ac vocis actiuæ, & passiuæ, necnon & suspensionis à diuinis: si verò Clerici sæculares, priuationis pariter suorum officiorum, suspensionis à diuinis, & ab administratione Sacramentorū, executioneque suorum ordinum respectiuè, alijsque arbitrio prædictorum Ordinariorum, seu Inquisitorum pro modo culpæ infligendis pœnis plectendo.

Et sequuntur impressores.

§. 7. Qui autem libros impresserint, aut Imagines pinxerint, sculpserint, seu quoquo modo effinxerint, vel formauerint, cæteriq; Artifices circa præmissa qualitercumque delinquentes, prædicta omnia amittant, & insuper pecuniarijs, alijsque etiam corporalibus pœnis, iuxta criminis grauitatem, eorumdem Ordinariorum, seu Inquisitorum arbitrio afficiantur.

Derogatio contrariorum.

§. 8: Contrarijs quibuscumque non obstantibus.

Efficacia publicationis factæ Romæ.

§. 9. Et ne præmissorum ignorantia possit ab aliquo prætendi, voluit, vt Decretum huiusmodi, seu illius exemplum ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum Vrbis, ac in acie Campi Floræ affixum omnes perindè arctet, atque afficiat, ac si vnicuique personaliter intimatum fuisset.

Fides transumptorum.

§. 10: Quodque præsentium transumptis etiam impressis, manu Notarij publici subscriptis, ac sigillo alicuius personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides habeatur, quæ præsentibus haberetur, si forent exhibitę, vel ostensæ.

Io: Antonius Thomasius Sanctæ Romanæ, & vniuersalis Inquisitionis Not.

Publicatio.

Anno millesimo sexcentesimo vigesimo quinto, Indictione viij. Pontificatus Sanctissimi D. N. D. Vrbani diuina prouidentia Papæ VIII. Anno eius II. die vero quarta Mensis Aprilis, supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie Campi Florę, vt moris est, per me Brandimartem Latinum Sanctiss. D. N. Papæ Cursorem.

Octauius Spada Mag. Curs.

Sequitur declaratio præinsertæ prohibitionis

Declaratio de quibus in rubrica.

POstmodum verò idem Sanctiss. D. N. à quibusdam reuocari in dubium accepit, an Tabellas, & Imagines, quas in posterum offerri contigerit, recipere, & antea oblatas conseruare liceret, Sanctitas Sua, quæ tantummodò voluit, occurrendo abusibus, qui irrepere videbantur, certiorem parare viam ad

ad eorum in terris gloriam, quorum sanctimoniam diuinæ clementiæ placuerit admirandis operibus illustrare; re prius cum Illustriss. & Reuerendiss. DD. Cardinalibus contra hæreticam prauitatem generalibus Inquisitoribus communicata, præsenti Decreto declarauit. Quòd sicut nunquam prohibuit, nec suæ intentionis fuit prohibere oblationem, receptionemq; Tabellarum, & Imaginum huiusmodi, ita, vt nulli deinceps hæsitationi locus relinquatur, statuit in præsentiarum, & decernit, vt quoties ad aliquam Ecclesiam, aut Oratorium, locumuè alium publicum sæcularem, seu regularem Tabellas, & Imagines, aliudue simile quispiam detulerit, ac intercessione hominum inter Sanctos, vel Beatos non adscriptorum, quamuis cum martyrij, vel sanctitatis fama demortuorum, optata se impetrauisse dixerit, liceat Ecclesiasticis personis, Ecclesiarum, locorumuè prædictorum curæ Præpositis, Tabellas, & Imagines, siue pictas, siue ex quauis materias fictas, atque alia quæcumque collatę gratiæ fidem facientia simul cum deferentis, aliorumque, qui conscij fuerint attestationibus recipere, atque approbantibus Ordinarijs, ad quos referre statim omnia teneatur, in secreto aliquo, seorsum ab Ecclesia, loco custodire, ibidemque iam amota collocare, & asseruare, vt si quando Dominus talium virorum merita Beatificationis, seu Canonizationis honore in terris decorare voluerit, extent huiusmodi sanctitatis qualescumq; probationes, Apostolicæ Sedis iudicio tunc examinandæ, Contrarijs quibuscumque non obstantibus.

Io. Antonius Thomasius S. Rom. & vniuers. Inquisitionis Notarius.

Publicatio.

Anno millesimo sexcentesimo vigesimo quinto, Indictione octaua, Pontificatus Sanctissimi D. N. D. Vrbani diuina prouidentia Papæ Octaui, die verò 30. mensis Octobris, supradictæ litteræ, siue decretum affixum & publicatum fuit ad valuas Principis Apostolorum Vrbis, ac in acie Campi Floræ, vt moris est, per me Brandimattem Latinum Prælibati Sanctissimi D. N. Papæ Cursorem.

XXXVIII.

Pastoralis, & pia adhortatio ad Catholicæ Ecclesiæ Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos, vt ipsi, & Christifideles omnes bonis operibus muniti, omnipotentem Deum pro pace, & concordia inter Christianos Principes inducenda, & Christiani populi incolumitate assequenda efficacibus precibus exorent.

Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis Ecclesiæ Catholicæ.

VRBANVS PAPA VIII.

Edita a D. 1. 62.

Venerabiles Fratres salutem, & Apostolicam benedictionem.

Tonitrua vltionis Omnipotentis exercitent Europam, & furente discordiarum turbine concutiuntur fundamenta Orbis terrarum. Consurgunt Principes indignantes de solijs suis, & Nationes ardentes odio, sitiunt sanguinem, & ad arma properant. Armata hæresis existimans abscondi non posse acceptarum cladium ignominiam, nisi in templorum incendijs, non patitur in Germania conquiescere Religionem quamuis clarissimis victorijs triumphantem: quinimò ostenrans faces exitiales, & remota arcessens auxilia, tempestates sæuientis Oceani Romano Imperio minitatur. Belgium diuturnis bellis vexatum, vt intestina dissidia coerceat, non potest propria viscera non laniare, eorumque populorum internecionem, quos vellet paterno patrocinio tueri, cogitur appellare victoriam.

Narrat Principes esse discordes & bellorum tempestates excitatas.

§. 2. Hæc regio pacis, & religionis arx Italia, quæ exterarum prouinciarum calamitates misericors spectatrix lamentabatur, fit hac tempestate campus seditionum, & ea bellorum incendia in Valtellina, finitimisque regionibus timet excitari, quæ non nisi gentium sanguis, & principatuum casus extinguat.

Et particulariter in Italia.

§. 3. Periculum autem est, ne hac arepta occasione, pestiferum hæresum virus latius se diffundat, & animorum sanitatem corrumpat contagione impietatis. Quocumque enim animo bellum inter Christianos Principes geratur, non potest tanta moderatione administrari, quin plerumque triumphos sceleri ferat, & naufragia Religioni. Iam verò audaces illæ hæreticorum minitantium voces audiri sinè lacrymis non possunt, qui impiam causam defendere se posse gloriantur framea Dei nostri, idest, potentia Principum Catholicorum. Neque solum hæc existimanda sunt damna, quia regionibus vastitatem, & animis perniciem parant, sed quia beatissimos triumphos creduntur adimere hoc tēpore Christianitati.

Et hic timet hęreses latius se diffundere.

§. 4. Hæc tàm vasta, & tàm minax humanarum miseriarum scena, quodnam lacrymantibus oculis Pontificiæ caritatis spectaculum præbeat, facile conijcere potestis Venerabiles Fratres. Tamen neque animum desponde-

Ideoque plurimè ipse dolet, & vitā propriā pro Christianæ Reipublicæ salute omnipotenti vouet.

mus, qui scimus, Dominum aliquando in tempestate, & turbine delitescere; neque inanibus querimonijs tempus ducimus, qui lamenta viribus destituta putamus haberi potius solatia per euntium, quàm periclitantium auxilia. Accenditur velut ignis zelus noster & si noster sanguis fortiter fusus opportuna est medicina ægrotanti Reipublicæ, gaudentes in proprio damno salute filiorum, vitam ipsam pro Dei gloria deuouemus. Omnipotentem cordium scrutatorem testamur, Nos Cæsarum triumphis anteferre eas Pontificum ærumnas, qui digni habiti sunt pro nomine IESV contumeliam pati, & diuinum Pastorem imitantes, animam suam posuerunt pro ouibus suis.

Orationem etiā adhibet conatum pro conciliāda Principum dissidentiū pace.

§. 5. Cum autem non videatur eiusmodi holocaustis hoc tempore delectari Pontifex sempiternus, ea consilia dies, noctesque meditamur, quæ habeantur arma lucis ad profligandum patrem discordiarum. Armamus quidem Ecclesiasticas legiones, ne opus Dei facere negligenter arguamur; at enim eodem tempore nullum prætermittimus officium, quò possit conciliari concordia Regum, & leniri furor armorum,

Illustriss. quoque Franciscum Card. Barberinū S. D. N. Nepotem pro concordia obtinenda Legatum ad Reges destinauit.

§. 6. Tandem postquam accuratissimis precibus flagitauimus pacem numinis dissipantis gentes, quæ bella volunt, decreuimus id remedium adhibere, quod in consimili rerum discrimine non semel peperit incolumitatem Orbi Christiano. Ergo nuper approbante Apostolico Senatu declarauimus Ecclesiæ vniuersæ Pastoralem sollicitudinem Cardinalitia legatione. Selegimus verò Franciscum Cardinalem Barberinum fratris nostri filium. Creditur Pontificia consanguinitas non leuem actori publicæ causæ adiungere auctoritatem: porrò autem allegantes eum, quem natura Nobis voluit esse charissimum, videmur luculentius paternum affectum testari generi humano. Nunquam certè Nos in grauissimum hoc terrarum tumultuantium negotium mandaremus, nisi exploratum Nobis foret, eam illi mentem inesse, vt gloriam Dei, & populorum salutem existimet verum Ecclesiasticorum Principum thesaurum, ac triumphum. Nunc autem ille ad potentissimos Reges proficiscitur curaturus, vt exoptata Christianæ Reipublicæ concordia lætificet mœrentem Ecclesiam, & propugnacula communiat publicæ incolumitatis.

Hortaturq; modo Patriarchas Archiepiscopos, & Episcopos, vt in psalm.

§. 7. Timidæ sunt cogitationes hominum, & consilia mortalitatis non rarò ludibria existunt, nisi pater luminum cordibus nostris infundat Spiritum sapientiæ, & fortitudinis. Quare Venerabiles Fratres in parte sollicitudinum nostrarum vocati, congregate hoc tempore populos, & quasi tubæ exaltate vocem vestram. Curtat Christiana plebs ad arma iustitiæ, muniatur sacco, & cilicio, quibus lorica salutis conficitur, & distringens gladium ancipitem orationibus conflatum, profliget legiones Inferni, vt pœnitentium Niniuitarum gemitus imitata leniat iram Dei furore suo terras arguentis. Tùm autem eum orate, vt det verba sua in ore Apostolici Legati, ne pax, quę Christi in Cælum redeuntis testamentum fuit, & hæreditas, à filijs discordiarum temerè dissipetur. Turris fortissima nomen Domini, ad hanc confugiant iusti, & fides, quæ montes transferre, & maria potest perambulare, sentiet montes Syon esse in circuitu mysticæ Hierusalem, & Dominum potentem in prœlio excubare in circuitu populi sui. Omnipotens Princeps pacis, qui arcum conteris, & confringis arma impiorum, in manu tua sunt corda dominantium, & sub te curuantur qui portant Orbem: Emitte è thesauris misericordiæ sempiternæ spiritum caritatis, qui Christianorum Principum voluntates conciliet: effice vt fœderatis potentium viribus, atque animis, in hac altissima terrarum specula canere quàm citissimè possimus classicum cæli, atque vt tanto armorum apparatu ad Regnum Dei propagandum plaudente concilio iustorum, & triumphante fide orthodoxa. Iustissimi huius voti spem, & fiduciam præbere potest Omnipotens fidelium precibus exoratus Venerabiles fratres, à quibus pium hoc solatium expectamus, vobisque Apostolicam benedictionem peramanter impartimur.

Dat. P. a. Die 25 Martij.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die xxv. Martij 1625. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

XXXIX.

Elargitio plenariæ peccatorum Indulgentiæ pro omnibus in Vrbe constitutis, qui Basilicam Sancti Petri, & Ecclesiam B. Mariæ Transtyberim deuotè visitauerint, & ibi Deum pro suæ Ecclesiæ exaltatione ab hostium conaribus defensione, hæresum extirpatione, Principum Christianorum vera pace, ac imminentium in Europa necessitatum a uersione orauerint.

Iubileum bis indixit pro tunc Ecclesiæ necessitatibus imminentibus Paul. V. vt hic sup. Cōst. 6. Ecce. p. 9. & Const. 17. Dominus p. 36

Generalem autem Indictionem plenariæ Indulgentiæ pro currenti Anno sancto hic idem

Idem Pontifex promulgauit, vt supra in eius Const. 17. Omnes, pag. 245.

Edita A. D. 1625.

VRBANVS PAPA VIII.

Vniuersis Christifidelibus præsentes litteras inspecturis, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Indixit hic Pont. die 29. Aprilis 1624. Iubileu Anni Sancti in sup. const. Omnes.

§. 1. Diuinæ misericordiæ foribus hoc sacrosancto Iubilei Anno per Nos reclusis, teterrimus humani generis hostis, qui spiritualis ædificij ruinam assiduè molitur, bellico furori ostium reserauit. Perstrepunt vbique arma, & populi, quos Christiana caritate feruentes, hoc præsertim tempore charismata meliora æmulari optabamus, sæuis iræ flāmis incensi, mutuas in clades exardescunt.

Sed statim fere in Europa, & signanter in Italia bellorum turbines orti sunt, & sanguinis effusiones, de quibus ipse affligitur.

§. 2. Nos verò, qui omnes paterna dilectione complectimur, Europæ fermè vniuersę, præcipuè autem Italiæ, quæ illibatæ religionis studio, iure optimo gloriatur, ac tutissimum florentis, diuturnæque pacis extitit domicilium, casus mirum in modum dolemus, & sanguinem, qui effundi iam cœpit, magna nostrarum consequitur copia lacrymarum.

His malis omni studio vitaus est obuiare, sed adhuc Patrem misericordiarū adeūdū esse cognoscit.

§. 3. Quamquam verò, tot, tantisque malis opportuna remedia adhibere cupientes, ea quæ officij nostri ratio poscebat, humanæque prudentiæ leges monere videbantur quantum in Domino potuimus, Pastorali sedulitate prouidimus, nihilominus fortiora præsidia nonnisi è Cælo sperantes, Patrem misericordiarum, quem iniquitates nostræ in iram concitauerunt, contritis, & humiliatis cordibus ducimus adeundum, vt in gentes, quę eum non nouerunt, non in filios iram suam effundat, vt recordetur, quia caro sunt, nec contra folium, quod vento rapitur, ostendat potentiam suam, vt exortam sedet tempestatem, statuat procellam eius in auram, & sileant fluctus eius.

Quod vt fructuosius fiat ad Rom. Ecclesiæ thesauri dispensationē deuenit.

§. 4. Hoc autem vt fructuosius, & maiori cum spiritus ardore peragatur, ex veteri Ecclesiæ Romanæ omnium Matris, & Magistræ more, in præsentibus necessitatibus ad eiusdem Ecclesię thesauri largam dispensationem pro nostro pastorali munere confugiendum duximus.

Christifidelesq; in Vrbe monet, vt illam pro suj Ecclesiæ exaltatione & Princip. Christian. vera pace feruenter orent.

§. 5. Itaque ex parte omnipotentis Dei Patris, & Filij, & Spiritus sancti, omnes, & singulos vtriusque sexus Christifideles in Alma Vrbe nostra constitutos, auctoritate Apostolica paternè, enixèque requirimus, & monemus, ac in Domino hortamur ad infrascripta deuotè peragendum, & adimplendum, necnon ad pias, ac feruidas ad Altissimum preces effundendum, vt per viscera misericordiæ suæ, Ecclesiam suam exaltare, eamque ab hostium conatibus, & insidijs defendere, hæresim extirpare, Principibus Christianis pacem, & veram concordiam donare, ac in necessitatibus huiusmodi subuenire dignetur.

Quibus infrascripta seruantibus plenariā peccatorum remissionem elargitur.

§. 6. Nos enim de omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, ex illa ligandi, atque soluendi potestate, quam Nobis Dominus, meritis licèt minimè suffragantibus, contulit. Vniuersis, & singulis Christifidelibus in Alma Vrbe prædicta degentibus, qui solemni processioni, quam à Basilica Principis Apostolorum ad Ecclesiam Sanctæ Mariæ Transtyberim, feria quarta sequentis hebdomadæ, vnà cum Venerabilibus Fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, Christianorumque Regum, & Principum apud Nos, & Sedem Apostolicam Oratoribus, omnibusque Prælatis, & Proceribus, vniuersoque Clero, & populo agemus, interfuerint, vel qui eadem hebdomada Basilicam, & Ecclesiam huiusmodi, saltem semel visitauerint, ibique deuotè, vt supra, Deum orauerint, necnon feria quarta, & sexta, ac sabbato eiusdem hebdomadæ ieiunauerint, peccataque sua confessi, in qualibet ex dictis diebus, vel Dominica immediatè subsequenti, sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum reuerenter susceperint, quòd omnes, & quascumque præsentis Anni Iubilei Indulgentias, & peccatorum remissionis, pœnitentiarumq; relaxationes consequantur, quas consequerentur, si omnes Ecclesias ad id deputatas personaliter visitarent, & alia in litteris indictionis eiusdem Iubilæi præscripta adimplerēt, tenore præsentium cōcedimus, & indulgemus.

Impeditis autem hæc peragere op portunè prouidet

§. 7. Regularibus autem personis vtriusq; sexus in Claustris perpetuò degentibus, necnon alijs quibuscumque tàm laicis, quàm religiosis sæcularibus, seu regularibus in carcere existentibus, vel aliqua corporis infirmitate, seu alio quocumque legitimo impedimento detentis, qui supra expressa, vel eorum aliqua præstare nequierint, vt Confessarius quem vt infra elegerint, prædicta omnia, & singula, vel eorum aliqua in alia pietatis opera commutare, eaque iungere, quæ ipsi pœnitentes efficere poterunt, concedimus pariter, & indulgemus.

Licentiamq; idoneum eligendi cōfessorem amplam cū facultate eos absoluendi concedit.

§. 8. Cupientes autem omnes Christifideles participes fieri huius pretiosissimi thesauri, vniuersis, & singulis vtriusque sexus tàm Laicis, quàm Ecclesiasticis sæcularibus, & regularibus cuiusuis Ordinis, Congregationis, & Instituti licentiam concedimus, & facultatem damus, vt sibi ad hunc effectum eligere possint quemcumque Presbyterum Confessarium

rium tàm sæcularem, quàm cuiusuis Ordinis regularem ex approbatis à dilecto filio nostro in Alma Vrbe Vicario in spiritualibus generali, qui eos ab omnibus excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisq; Ecclesiasticis sententiis, & censuris à iure, vel homine quauis causa latis, seu inflictis, necnon ab omnibus peccatis, excessibus, criminibus, & delictis, quantũuis grauibus, & enormibus, etiam Nobis, & Sedi Apostolicæ, etiam in litteris die Cœnæ Domini legi solitis contentis, atque aliàs per quascumque Rom. Pontif. Prædecessorum nostrorum constitutiones, quarum teñ præsentibus haberi volumus pro expressis, quomodocumque reseruatis, in foro conscientiæ, & hac vice tantum absoluere, & liberare valeant. Et insuper vota quæcumque (religionis, & castitatis exceptis) in alia pia, & salutifera opera commutare, iniuncta tamen eis, & eorum cuilibet, in supradictis omnibus casibus pœnitentia salutari, aliisque eiusdem Confessarij arbitrio iniungendis.

Hoc tamen limitat.

§. 9 Non intendimus autem præsentes iis qui à Nobis, & Sede Apostolica, vel ab aliquo Prælato, seu Iudice Ecclesiastico excommunicati, suspensi, & interdicti, seu aliàs in sententias, & censuras incidisse declarati, vel publicè denunciati fuerint, nisi infra tempus huiusmodi satisfecerint, aut cum partibus concordauerint, vllo modo suffragari posse, aut debere.

Contrarijs omnibus derogat.

§. 10. Non obstañ constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, præsertim quibus facultas absoluendi in certis tunc expressis casibus, ita Rom. Pontifici pro tempore existenti reseruatur, vt nec etiam similes, vel dissimiles Iubilei, Indulgentiarum, & facultatum huiusmodi concessiones, nisi de illis expressa mentio, aut specialis derogatio fiat, cuiquam suffragari queant, necnon regula nostra de non concedeñ Indulgentiis ad instar, ac quorumcumque Ordinum, & Congregationum, siue Institutorum regularium iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis, eisdem Ordinibus, & Congregationibus, atque Institutis quomodolibet concessis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, & indiuidua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, aut expressio habẽda, vel quæuis alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, illorum teñ præsentibus pro sufficienter expressis, & ad verbum insertis, ac formam eorum traditam pro seruata habentes, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptis huius constitutionis credi decernit.

§. 11. Volumus autem, vt præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, munitis eadem prorsus fides habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. Romæ die 21. Aprilis

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die 21. Aprilis 1625.

XL.

Quòd Fratres Ordinis Eremitarum Sancti Augustini in Hispania, & Indiis, ad Doctoratus, seu Magisterij in sacra Theologia gradus promouendi, ab Examinatoribus in Capitulo Generali à Priore generali deputandis examinentur, ad effectum, vt Magistralibus exemptionibus, & dignitate gaudere possint. Cum extensione Constitutionis Clementis VIII. qua sublata fuerunt vota ex gratia concessa in Capitulis Prouincialibus in quibusdam Prouinciis Hispaniarum, & Indiarum, ad omnes Prouincias Italiæ.

De numero, electione, & qualitatibus Magistrorum sacræ Theologiæ in Prouinciis Italiæ eligendorum statuit Greg. XIII. Const. 83. Dominicum, sup. t. 2. pag. 467. Et de his Fratribus scripsi sup. ad Alexan. 4. Const. 6. Licet, t. 1. pag. 84. Præter quæ scias, ordinationes Congregationis Siciliæ approbasse Paul. V, vt hic sup. Const. 1. Exponi pag. & S. D. N. reuocasse omnia Priuilegia, quibus gaudebant Assistentes Vltramontani explete eorum officio in Const. 61. Romanus, vbi de huiusmodi Assistentibus notabo, & alia indicabo.

VRBANVS PAPA VIII.

Datum a.D. 1625.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Romanus Pontifex in sacra B. Petri Sede à Domino constitutus, ex iniuncto sibi munere, religiosos viros, qui spretis huius sæculi vanitatibus, diuini numinis obsequiis sub suaui Religionis iugo sese manciparunt, præcipua benignitate complectens, in his, quæ prosperæ, fœlicique eorum directioni conducunt, sedulò inuigilat, quæ verò in hoc impedimento esse dignoscuntur, pastorali solicitudine tollere procurat; prout conspicit in Domino salubriter expedire.

§. 1. Cum

Multi fratres huius ordinis in Indijs, & Hispanijs pro consequendis Doctoratus, seu Magisterij in sacra theol. gradib. ad vniuersitates studiorum generalium recurrunt, vel aliàs ad id aditum sibi patefacere contendunt in ordinis praeiudicium.

§. 1. Cum itaque (sicut accepimus) multi Ordinis Eremitarum Sancti Augustini Prouinciarum Hispaniarum, & Indiarum Religiosi doctrina, & meritis sufficientibus carentes nimiaque Doctoratus, seu Magisterij in sacra Theologia graduum in eisdem Prouincijs consequẽdorũ ambitione ducti, partim ad Vniuersitates studiorum generalium, in quibus ad gradus huiusmodi suscipiendos leuissima fiunt examina, studiosè recurrant: partim verò ne huiusmodi quidem examina apud vllam Vniuersitatem subeant, ac alijs etiam minus legitimis, & honestis rationibus ad eosdem gradus aditum sibi patefacere contendant, in non modicum Ordinis, & Prouinciarum huiusmodi praeiudicium.

Pont. id fieri prohibet ad effectum Magistralibus exemptionib. gaudendi nisi praeuio rigoroso examine ab Examinatorib. in cap. per Priorem Gen. deputandis faciẽdo

§. 2. Nos praemissis, quantum Nobis ex alto conceditur, obuiare, prosperoque Ordinis Prouinciarum huiusmodi statui, & directioni prouidere volentes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris. Quòd de caetero perpetuis futuris temporibus, nullus Ordinis, & Prouinciarum huiusmodi religiosus, etiam praetextu licentiae à quibuscumque Superioribus obtentae, in qualibet Studij generalis Vniuersitate ad hoc, vt inibi, ad Doctoratus, seu Magisterij in sacra Theologia gradum promoueatur, praesentari, aut gradum ipsum aliàs quoquo modo, vt suscipere deberet, ad effectum, vt Magistralibus exemptionibus, & dignitate, & Ordine gaudere possit, suscipere valeat, nisi prius praeuio rigoroso examine ab Examinatoribus in partibus per dicti Ordinis Priorem generalem in Capitulo generali deputandis faciendo, etiam per aliquos actus litterarios, ac etiam in his quae à sacro Concilio Tridentino circa Praedicatores praecipiuntur, examinatus, & approbatus fuerit, Apostolica auctoritate tenore praesentium, statuimus, & ordinamus.

Poenas examinatoribus ad huiusmodi gradus admittentibus non idoneum meritis, & doctrina infligit.

§. 3. Mandantes propterea eisdem examinatoribus, vt praefertur, deputandis, in virtute sanctae obedientiae, ac sub excommunicationis, necnon priuationis vocis actiuae, & passiuae, aliorumque officiorum per eos obtentorum ipso facto incurrendis poenis, nequempiã Ordinis, & Prouinciarum huiusmodi religiosũ; doctrina & meritis sufficientibus ad huiusmodi gradus suscipiendos non praeditũ quoquo modo approbent, vel admittant.

Approbationes contra hanc cõst. factas annullat.

§. 4. Et nihilominus quascumque huiusmodi approbationes, aut ad gradus admissiones contra praesentium tenorem (quod absit) quandocumque, aut quomodocumque faciendas, nullas prorsus, & inualidas, nulliusque roboris, & momenti fore, & esse, ac nulli prorsus suffragari posse.

Sicq. & non aliter iudicari decernit.

§. 5. Sicque, & non aliter in praemissis per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores iudicari, & diffiniri debere, necnon irritum, & inane quidquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, auctoritate, & tenore praesentium decernimus, & declaramus.

Contraria tollit.

§. 6. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, Ordinis, & Prouinciarum huiusmodi, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis eorumdem Ordinis, & Prouinciarum religiósis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, aliisque efficacioribus, & insolitis, necnon irritantibus, & alijs decretis in genere; vel in specie, ac aliàs in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & singulis, si de illis specialis, specifica, & expressa mentio habenda esset, eorum omnium, & singulorum tenores praesentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, caeterisq; contrarijs quibuscumque.

Transumptis credi mandat.

§. 7. Volumus autem, vt praesentium transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae.

Dat. P. A. 24. die 24 Aprilis.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris die 24. Aprilis 1625. Pontificatus Nostri Anno II.

Sequitur Extensio Constitutionis Clem. VIII. qua sublata fuerant vota ex gratia concessa in Capitulis Prouincialibus quarumdã Prouinciarum Hispaniae, & Indiarum ad omnes Prouincias Italiae.

Edita A.D. 1628.

VRBANVS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Clem. 8. ordinauit in Capitulis Prouinc. nonnullarũ Prouinc. in Hispanijs, & Indijs existẽtis huius ord. illos tantum vocẽ actiuã habere, qui bus de iure iuxta d. ordinis Constitutiones licebat, alios verò, quibus ex gratia id concessum fuerat, d. voce priuauit.

Aliàs per felicis recordat. Clementem Papam VIII. praedecessorem nostrum inter alia accept. quòd in Prouincijs Bethica, Mexicana de Mechoacan del Perù, del Quinto noui Regni Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini, aut aliquibus illarum permulti vocem in electionibus ex gratia habuerant, ex quo propter magnum vocalium numerum

merum in Capitulis prouincialibus vt plurimum confusiones, & perturbationes oriri solebant, idem Clemens prædecessor ad eas omnino tollendas, ac de cætero in perpetuum in quacumque dictarum Prouinciarum nulli præter eos, quibus de iure iuxta dicti Ordinis Constitutiones licebat, vocem in Capitulis prouincialibus haberent, sed ij, quibus ex gratia concessa esset, voce actiua omnino carerent, & ex nunc priuati essent, & esse censerentur, prout ipse Clemens prædecessor ex tunc illos, & eorum quemlibet priuauit, Apostolica auctoritate statuit, & ordinauit. Nuper verò Nos Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione statutum, & ordinationem huiusmodi ad Prouincias Italiæ dicti Ordinis sub certis modo, & forma tunc expressis extendimus, & ampliauimus, prout in ipsius Clementis prædictis, ac nostris desuper in simili forma Breuis expeditis litteris, quarum teñ præsentibus pro expressis haberi volumus, pleniùs continetur.

Nunc iste Pont. d. Clem. ordinationem in capitulis Prouincial. Italiæ seruari mandat.

§. 2. Nunc autem prospero, feliciq; quarumcumque aliarum dicti Ordinis Prouinciarum statui, & directioni in præmissis quantum cum Domino possumus, obuiam ire volentes, Motu, scientia, & deliberatione similibus statutũ, & ordinationem per Clementem prædecessorem huiusmodi facta, & per Nos extensa, & ampliata, vt præfertur, ad vniuersas Prouincias, & Congregationes totius Ordinis prædicti eadem auctoritate tenore præsentium rursus perpetuò extendimus pariter, & ampliamus; illaque in vniuersarum Prouinciarum, & Congregationum huiusmodi Capitulis prouincialibus locum habere, & sic ab omnibus censeri.

Decretum irritãs addit.

§. 3. Atque ita per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores iudicari, & diffiniri debere, irritumque, & inane quicquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. auctoritate etiam, & teñ prædictis decernimus, & declaramus.

Contraria tollit.

§. 4. Non obstañ Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis & singularum Prouinciarum prædictarum etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, alijsque omnibus, & singulis, quæ in dictis litteris concessa sunt, non obstare. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habeñ, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisq; contrarijs quibuscumque.

§. 5. Volumus autem quòd præsentium transumptis etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem vbique prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

transumptis sidem præcipit.

Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die xiv. Septembris M.DC.XXVIII. Pontificatus Nostri Anno Sexto.

Dat. p. A. d. die 14 Septembris.

XLI.

Confirmatio Statutorum, pro Religionis Militiæ Christianæ sub titulo Conceptionis B. Mariæ Virginis institutæ gubernio editorum.

Hæc Statuta mox tibi subijciam.

Instituit hanc militiam istemet Pont. sup. in const. 11. Imperscrutabilis, pag. 228. vbi notaui. Deputauitque Iudicem probationum sup. in const. 27. Cum Nos nuper. pag. 279.

VRBANVS PAPA VIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

Edita A. D. 1625.

Aliàs supplicationibus dilectorum filiorum nobilium virorum Ferdinandi Mãtuæ, & Caroli Niuerneñ Ducum, & Adolphi Comitis ab Althain Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, vnam Militiam Christianam nuncupandam sub titulo Conceptionis B. Mariæ Virginis Immaculatæ, ac sub Regula S. Francisci, necnon sub protectione sanctorum Michaelis Archangeli, & Basilij pro vno Magistro qui Magnus nuncupetur, ipsius Militiæ Caput, & Superior existat, necnon Militum, ac Ministrorum numero eidem Magistro beneuiso, Apostolica auctoritate sine cuiusquam præiudicio perpetuò ereximus, & instituimus, eisdemque Magistro, & Capitulo generali dictæ Militiæ, vt, quascumq; constitutiones, statuta, ordinationes, capitula, & stabilimenta ad prosperam dictæ Militiæ directionem facientia, licita tamen & honesta, ac sacris Canonibus, Concilijque Tridentini decretis minime contraria ab hac tamen sancta Sede approbanda, condere, illaque pro rerum, & temporum qualitate, & varietate, alterare, reuocare, mutare, moderari, corrigere, & alia de nouo condere liberè, & licitè possent, & valerent, dicta auctoritate concessimus, & indulsimus, & aliàs prout in nostris desuper sub plumbo expe-

Er. fuit hæc Militia cum facultate Constitutiones pro eius regimine concedendi.

expeditis litteris, quarum tenorem præsentibus pro expressis haberi volumus, plenius côtinctur.

Quæ cum iam fint condita, hic eam confirmat.

§. 2. Cum autem sicut dictus Carolus Dux Nobis nuper exponi fecit, nonnulla pro felici eiusdem Militiæ statu, atque gubernio, statuta nuper condita fuerint, illaque pro inuiolabili eorum obseruatione Apostolicæ nostræ confirmationis robore communiri plurimum desideret. Nos pij dicti Caroli votis, quantum cum Domino possumus, annuere, illumque specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, & à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis, à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutum fore censentes, supplicationibus eius nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, statuta prædicta, dummodo tamen licita, & honesta, nec reuocata, aut sub aliquibus reuocationibus comprehêsa sint respectiuè, sacrisque Canonibus, & Concilij Tridentini decretis, ac constitutionibus Apostolicis, neque debitæ Nobis, & S. R. E. obedientiæ, & fidelitati aduersentur, dicta auctoritate tenore præsentium perpetuò approbamus, & confirmamus, illisque perpetuæ, & inuiolabilis Apostolicæ firmitatis robur adijcimus, ac omnes, & singulos tam iuris, quàm facti defectus, si qui desuper quomodolibet interuenerint in eisdem supplemus.

Eaque obseruari iubet.

§. 3. Decernentes, eadem statuta ab omnibus ad quos spectat, & in futurum spectabit, inuiolabiliter obseruari debere, irritumque & inane quicquid secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrarijsque derogat.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Dat. P. A. 3 die 24 Maij.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die xxiv. Maij 1625. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Constitutiones dictæ Militiæ subiunguntur.

CAPVT I.

De titulo, & Patronis huius sacræ Militiæ.

CVM sacra hæc Militia finem præcipuum sibi proponat propagationê Christiani nominis, & defensionem Sanctæ Ecclesiæ Catholicæ Apostolicæ & Romanæ, vt ad prosequendum hoc præclarum, atque heroicum opus sibi felicius omen, & propensiorem Dei omnipotentis opem concilier, operæ pretium duxit nomen accipere à Virgine Deipara, atque exposcere patrocinium illius, quam à Mundi primordijs velut Ducem, & Antesignanam Militum Christi filij sui diuinum oraculum humano generi prouide obtulit. Illa caput serpentis, omnisque peccati legem, & Inferni vires, velut in ipso Conceptionis diluculo, & vsque ad extremum vitæ spiritum conterens, tamquam nitidissima consurgit Aurora, quæ, vt noui quondam, sic nunc renouandi sæculi præmicantem splêdorem diffundit.

Hanc equidem pulcherrimã Cæli, & Terræ Reginã mirantur Angelorum exercitus, quæ licet summum, & æternum decoris, nobilitatis, atque principatus culmen attigerit, velut plena semper, nec vicibus obnoxia Luna sese tamen, suasque regias dotes humiliter despicit, atque dignitatum, & Regnorum calcare fluxam gloriam docet: Illa Deum animæ suæ vnicam lucem, amorem, & voluptatem eligens, & præ cęteris a Deo electa, veluti Sol innocentiæ candore refulgens, in quo suum ipsemet Tabernaculum poneret, & in eius sinu quiescceret, nos vehementer excitat, vt abijcientes opera tenebrarum, arma lucis induamus. Vrget certè corda nostra pietatis suæ radijs, vt reliquum vitæ tempus impendamus ad annunciandas virtutes, & ad Imperium eius proferendum, qui nos in admirabile lumen suum vocat, atque, vt nostra studia, & indefensa certamina coniungamus cum illius Sanctissima Genetrice, quæ semper Dei hostibus terribilem se præbuit, vt Castrorum acies ordinata. Signum Militiæ nostræ magnum prorsus, ac venerandum est, in quo Cæli decus apparet: Mulier amicta Sole, cuius plantis se Luna demittit, & Caput Stellæ coronant, quæ licèt super Astra regnet cum Filio sedente ad dexteram Patris: tamen ceu iterum parturiens nostræ salutis sollicita Mater clamat, & in vtero suæ pijssimæ misericordiæ fidelem populum gestat, vt ille depofita vetustatis inertia, regeneratus in nouitate spiritus denuo discat viril, fortique animo regere gentes in virga ferrea, & ad thronum Dei victor euadere. Optamus etiam, quamuis indigni conscribere nos mente, atque mereri in Castris, quæ sub Michaele Ductore legionum cælestium pugnãt cum Dracone, & Angelis suis, atque illius admirandæ Mulieres Partum seduli iuuant. Nec prætermittere nobis visum est auxilium Sancti Francisci huius sublimis Seraphim, qui ascendens ab ortu Solis nostras inuitat mentes, vt se ab Occasu

casu rerum caducarum ad æternę Patriæ cogitationem transferant, Nos lætis auspicijs allicit ad depellendas Orientis tenebras luce Fidei, atque piæ Militiæ: habens signum Dei viui, scilicet viuam effigiem Crucis, quam Vexillis, & maximè pectoribus nostris depictam esse volumus: Ingens verò præsidium, atque ornamentum conferet nobis Diui Basilij tutela, vt, quod olim præstitit eximia doctrina, atque sanctitate, nunc sua intercessione Græciam, ac orientalem Ecclesiam illustret, & nos cum suis popularibus in gratiam reducat, vt vno humero Mahumeticum excutiens iugum Christo seruiamus, & ad pristinam nominis eius Maiestatem restituendam connitemur, vbi præcipuè quondam illuxit. Itaque qui in hoc Ordine militabunt, communi appellatione vocabuntur EQVITES MILITIAE CHRISTIANAE sub titulo CONCEPTIONIS B. MARIAE semper Virginis Immaculatæ, & sub tegula Sancti Francisci per has Constitutiones ad vsum Militarem accommodata.

Huius autem Militiæ Patroni speciales erūt ipsa Christi Domini Mater, & Virgo: Sanctus Michael Archangelus, Sanctus Franciscus, & Sanctus Basilius, ille Occidentis, hic Orientis Ordinum Apostolico feruore insignium præstantissimi Institutores.

CAPVT II.

Vexillo, Sigillo, & Habitu Religionis

VExillum generale Ordinis, sub quo Terra, Marique militandum erit, semper apud Magnum Magistrum habebitur, erit autem albi coloris, & ex vna parte geret Imaginem Christi Crucifixi subiecta specie Montis Caluariæ, ad cuius dextrum latus erit Imago B. MARIAE Pietatis acerbissimis IESV doloribus compatientis; ad sinistrum autem depingetur Archangelus Michael hastili Cruce Draconem pedibus suis prostratum sinistra transfigens, dextera verò eriget gladium his insculptum verbis: QVIS VT DEVS, vt ijs augustissimis signis prouocentur Equites ad reponendum in cordibus suis, atque etiam in sanctis locis Christi venerationem, socij passionum, & configurari morti eius, per quam gloria, & honore coronatus supra omnem Principatum, ac Dominationem Crucis tropheum extulit, atque suæ Deitatis præcellentem omnibus potentiam patefecit. Ex alia Vexilli parte pingetur Crux ingens cærulei coloris, similis ei, quam Magnus Magister gestat, in cuius medio erit Imago MARIAE Virginis, prout mysterium Conceptionis eius designans illum refert, amictam Sole, habentem Lunam sub pedibus, & in capite coronam Stellis duodecim insignitam: Ad dextrum latus huiusce Crucis effigies Diui Francisci Stigmata gerentis, & ad sinistrum Diui Basilij Græco induti ritu Patriarchæ effigies præferatur. Ex vtraque Vexilli parte per oram vniuersam Sancti Francisci Cingulum circumducitur: In Ordinis sigillo eadem Imago Beatæ Virginis erit insculpta, qualis geritur in Pallio Equitum. Vt in habitu sancto Milites, & huius Ordinis Religiosi accipiant armaturam Dei, vt possint resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare, gerens in pectore Crucem auream notis vermiculatam cærulei coloris, que in medio habeat ex vna parte Imaginem Conceptionis circumdatam cingulo Sancti Francisci: ex alia verò Imaginem Sancti Michaelis Archangeli, qualis in Vexillo depingitur. Tænia verò seu fascia, cui ex collo Crux pendebit, serico cæruleo atque auro intexta erit. Alia similis formæ Crux assuetur Pallio, & circum Imaginem Virginis ducetur velut in circulum Cingulum Sancti Francisci, atque inter quatuor Crucis angulos emicant velut igneæ linguæ, in quarum medio velut fulminis, aut sagittæ cuspis prominet. Omnium Equitum Cruces similes erūt vsque ad Capitulum generale, in quibus distinguendæ erunt, & ad formam debitam redigendæ pro varijs dignitatibus Magni Magistri, Priorum, Commendatariorum, & Equitum. Si qui verò nunc admittuntur Armorum socij, deferant Crucem simplici serico raso tātummodo contextam, in cuius medio extet Imago B. Virginis, cui Cruci nullum aliud ornamentum præter aureum filum contortū, quod vndequaque dictam Crucem ambiat, addatur.

CAPVT III.

His, qui [illegible] ordinem admittere possunt.

SI qui voluerint huic sacræ Militiæ se adscribere, & eius Habitum suscipere ante Capitulum generale proximè celebrandum recipi poterunt ab Institutoribus Ordinum, à supremo Consilio, & ab ijs, quibus ea de re summus Pontifex facultatem concessit. Si quis Princeps, aut vir ampla ditione, ac nobilitate pollens habitum acceperit à Nuncijs Apostolicis ex speciali sanctæ Sedis Apostolicæ delegatione, poterit ille admittere ad Ordinem, & Habitum conferre in Natione, seu Regno, vbi degit, vsque ad præfati Capituli celebrationem, si tamen Institutor in illa parte non fuerit. Habitis autem Comitijs, & electo Magno Magistro, ad hunc solum spectabit auctoritas recipiendi ad Ordinem, & facultatem alijs concedendi, vt receptos Habitu induant

duant, vt eos Equites efficiant. Vt autem probationes recipiendorum ordinatè fiant, ipsi Institutores vsque ad Capitulum generale statuere possint in suis districtibus Consilium particulare constans ex duodecim Equitibus, quatuor Ecclesiasticis, & octo Laicis, vel minoris numeri ex vtrisque, prout commodum fuerit, cuius Consilij auctoritate dabitur facultas duobus Equitibus iustitiæ, vt probationes excipiant, & examinent, easque authenticis testimonijs approbatas à prædicto Consilio, mittant ad Consilium supremum Romæ institutum, cum littera pecuniæ Passagij, à quo si nihil in contrarium constare certum fit, à Iudice probationum admittentur, & in Archiuio publico conseruabuntur post demandatas litteras probationis in districtum. Et quicumque ad Ordinem recipietur, perat, & accipere teneatur litteras testimoniales suæ receptionis subscriptas Syngrapho duorum Equitum, & à Secretario Cōsilij particularis cum sigillo Ordinis. Et quia districtuum amplior declaratio, atque distinctio reseruatur ad Capitulum generale; censebitur ille districtus ad hunc præcipuè Institutorem pertinere cum vicinioribus Prouincijs, vbi ille vt plurimum degit, & vnde oriundus est.

CAPVT IV.

Conditionibus recipiendorum.

Non frustra hortatur Nos Apostolus certare certamen fidei, & olim Moysi præcepit Dominus, vt eius Castra sancta essent, & nulla fœditas in eis appareret. Quare statuimus, ne vllo pacto recipiantur ad sacram Militiam, qui non rectè, & constanter sentiant de fide Catholica, & obediant Sanctæ Romanæ, & Apostolicæ Ecclesiæ. Nec etiam admittetur, qui non probauerit authenticis testimonijs iuxta morem Patriæ suæ nobilitatis decus ex stirpe paterna, & materna, saltem vsque ad quartum gradum inclusiuè, scilicet, vt ipse Nobilem se gerat, atque ius illud acceperit à Patre, & Pater ab Auo, & Auus à Proauo, quod idem censebitur in materna progenie. Excipiuntur illi, quos propria, vel maiorum virtus euexit ad dignitatem Principis, aut Generalis Exercitus Imperatorij, vel Regij. Nobiles verò à Patre, sed non à Matre recipi poterunt ex dispensatione Magni Magistri accepto prius Breue Apostolico commendatitio. Admittitur etiam si quis nullo iure nobilitatis paternæ, vel maternæ fretus, egregiam operam huic Ordini præstiterit, eique non læue incrementum contulerit. Qui etiam Commendas erigunt, & instituunt, licèt suæ nobilitatis probationes ostendere non poterunt, ad Habitum Militum Nobilium admittantur, soluto tamen Passagio: nisi aliter Capitulo generali visum fuerit. Armorum socij recipientur ab ijs, quibus, vt supra dictum est, illa facultas vsque ad Capitulum generale demandatur. Excluduntur ab hoc Ordine non progeniti ex legitimo matrimonio, nisi sint filij Imperatorum, Regum, & eorum Principum, quibus subsunt immediatè Marchiones, & Comites: quæ tamen exceptio, si Populis Sarmaticis, vel quibuscumque alijs legitimationes non acceprantibus minus placuerit, in Regnis aut Prouincijs non valebit. Reijciuntur etiam aliqua infamiæ nota iniusti iuris, vel facti. Admittendi ad Ordinem saltem duodecimum annum compleuerint, nisi aliter videatur ob graues causas Consilio nunc Romæ instituto, & post Capitulum generale Magno Ordinis Magistro præcedente semper Apostolico Breui commendatitio, sed votum Religionis non emittent, nisi exacto Anno decimo sexto. Nullus possit admitti in Equitem iustitiæ, siue sit Ecclesiasticus, aut Laicus, qui non fruatur ad minus ducentis aureis pro annuo redditu, & in socium Armorum centum aureis. Et singulis Districtibus datur facultas, vt possit illam hanc summam accrescere pro vario Nationum vsu, habita semper ratione, vt Habitus huius sacræ Militiæ cum decore debito, & absque indecenti vtilitate deferatur. Ecclesiastici, qui voluerint gestare insigne huius Militiæ in Collo, vel in Pallio, & ad Ordinis dignitates promoueri, vt pote Prioratuum, & Commendarum debebunt facere probationes Nobilitatis, & Passagium soluere, vt alij Equites, & præter officium recitandum ratione gradus in sacris Ordinibus, aut beneficij non tenebuntur alias preces dicere, hortentur tamen, si commodè fieri poterit, ad eas, que sunt Equitibus assignatæ, recitandas, ijsdemque diebus, quibus illi aut Missam celebrabunt, aut sacram Communionem suscipient. Quod idem intelligitur de alijs Ecclesiasticis, qui in domibus regularibus huius Militiæ morabuntur, vt diuina officia celebrent, & Equitibus, Armorumq; socijs Sacramenta Ecclesiæ administrent, & intersint actibus, ac cæremonijs requisitis, quando præfati Equites habitum suscipiunt, ac vota emittunt, & ab ijsdem Ecclesiasticis, nec Nobilitatis testimonium petetur, nec præter Missarum celebrationem alia publica officia recitabunt: nisi Litanias Virginis quotidie, & Vesperas Dominicis, ac festis diebus, reliquum

verò tempus impendent pijs exercitationibus vitæ spiritualis, caritatis operibus, ac studijs conuenientibus, vt sicut Equites armis, ita illi pietate, ac doctrina Christo militare, seseque ac proximos ad sanctissimæ eius Crucis cultum, ac mortis imitationem excitare. Socij verò armorum dimidiam partem passagij soluant, & aliquas probationes de vita, ac moribus; & honestate facere teneantur.

CAPVT V.

Modo recipiendi ad habitum, & professionem.

VT hanc sacram Militiam recta, & constanti mente profitentes diuinæ bonitatis beneficia promereantur, summopere cauendum est, ne quis fidei, Christo, suæque Matri obstrictæ desertor impius, vel cultor negligens grauis culpæ se reum constituat. Itaque vt maturiori consilio quisque ad tàm pium opus accedat, moram anni statuendam censuimus, hoc ordine disponendam. Qui recipiendi habet facultatem, cum in eo qui ingressum petit, nullam ex debitis conditionibus deesse compererit, & approbatis nobilitatis testimonijs, iudicauerit, hunc Religioni vtilem fore, ex eorum consilio, quorum interest ea de re sententiam ferre, concedet illi, vt nomen det, conscribaturque in albo Militiæ, scilicet, in libro ad hunc vsum asseruando, & hæc erit prima receptionis formula: Postea cum commodum visum fuerit, Candidatus Ordinis Habitu induetur in quouis Monasterio Ordinis Sancti Francisci, donec hæc Religio proprias habuerit Ecclesias: Superior Monasterij illius Habitum à se benedictum iuxta ritum, qui fusius seorsim exponetur, offeret Equiti, cui facultas commissa fuerit induendi Nouitium, quem veste Ordinis amictum cinget balteo, & ense, apponetque calcaria, & postea dicet illum amplexans.

Recipio te Frater in Ordinem Militię Christianæ erectæ sub titulo Conceptionis Beatæ Mariæ semper Virginis Immaculatæ, & sub patrocinio illius, & Sancti Michaelis Archangeli, & Sanctorum Francisci, & Basilij; & Sanctissima Trinitas per intercessionem eorum te custodiat, & confirmet ad promouendam gloriam nominis sui, pacem, & liberationem ab Infidelium seruitute. Amen.

Tunc habitu solemni Religionis Nouitium exuet, eiusque collo Crucem Ordinis appendet, quam vsque ad tempus professionis deferet cum alba tænia, sed non in pallio. Atque vt illa oblatio adscribentis se huic sanctæ Militię Deo sit gratior, præuia Confessione sacramentali, quo die Habitum quis sumet, sacrosanctam Communionem accipiet, & ante rum etiam post susceptionem Habitus per tres dies remanens in domo regulari, in qua induetur, vt à tumultu sæculi paululò conquiescat, operibus pijs vacabit orationis, lectionis, spiritualium colloquiorum, & aliarum huiusmodi actionum. Differtur dies professionis vsque ad annum reuolutum, à die, qua suscipitur Habitus. Et pariter ante, & post emissionem Voti, studeat per quindecim, vel saltē octo dies se a negotijs subducere, vt se ad Pœnitentiæ, & Eucharistiæ Sacramenta præparet, efficiatque, vt deponat omne pondus, & circumstans se peccatum, & currens ad propositum sibi certamen aspiciat in Auctorem fidei, & consumatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit Crucem. Vt denique hac sancta cogitatione armati, exemploque, & proœmij consortio alacres discamus vsque ad sanguinem resistere, & aduersus vitia, & animæ nostræ atque Ecclesiæ hostes decertare: profitebitur in manibus Superioris præfati Monasterij, præsente, atque comprobante huius Militiæ Equite, cuius erit hæc cura. Studebunt Institutores Ordinis, & qui præcipuas in eo dignitates imposterum obtinebunt, eisque licebit cum Ordinariorum consensu Ecclesias, & Regulares domos erigere, atque procurare, vt vbi commodum fuerit quamprimum construantur, ibique Sacerdotes, & Clerici hoc sanctum Institutum suscipientes iuxta regulas ei accommodatas pium viuendi morem obseruare valeant sub regimine Præfecti ab eis communi vel plurimum consensu approbati, illeque vel in absentia eius, Vicesgerens, tunc omnia præstabit, quæ de Superiore Sancti Francisci dicta sunt, dum Nouitius ad Habitum, vel Professionem admitteretur.

CAPVT VI.

Votis emittendis.

MIlites vt ex Bulla Sanctissimi D. N. Vrbani Papæ VIII. erectionis Militiæ Christianæ tenentur emittere vota Paupertatis, Castitatis, & Obedientiæ cum professione fidei, ac iuramento fidelitatis.

Nostra autem Religio votum Paupertatis sic intelligit, quòd Milites bona Religionis, vel eius intuitu, aut ex eiusdem Religionis redditibus acquisita, & acquirenda alienare non possint, sed tantùm fructibus, redditibusque in suis necessitatibus vti poterunt, & ad ea omnia pro necessitate Religionis, Ecclesiæ Catholicæ vtilitate, ac nominis Christiani defensione: seu pro quacumque alia causa Sedi Apostolicæ beneuisa, dispensanda parati sint, & post ipsorum obitum ad Religionem

gionem deuoluta intelligantur: Ad bona vero patrimonialia, vel aliundè acquisita, vel acquirenda votum Paupertatis non extenditur.

CAPVT VII.

Voto emittendi formula.

EGo N. voueo, & promitto Deo omnipotenti B. Mariæ semper Virgini, Beato Michaeli Archangelo, Beato Francisco, Beato Basilio, & omnibus Sanctis, & Magno Ordinis Magistro toto vitæ meæ tempore, cũ Dei auxilio præstare obedientiã in ijs rebus, quæ ad Ordinẽ nostrũ spectabũt iuxta eius statuta cuicũq; Superiori, qui à Religione Militiæ Christianæ sub titulo Conceptionis B. MARIAE semper Virginis Immaculatæ mihi constituetur, & coniugalem Castitatem seruare, atq; Paupertatem in rebus quæ sunt Ordinis Iuro, & promitto me Terra, Marique militaturum contra Infideles, & Hostes Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, cum Magnus Ordinis Magister illud à me postulabit, dummodo non impediar legitimis causis grauis alicuius damni publici muneris, aut morbi eidem Magno Magistro per me tunc exponendis. Atque iuro, & promitto me pro viribus, & rectis medijs curaturum fidei Catholicæ dilatationem, Terræ sanctæ recuperationem, iustam pacem inter Principes, & Populos Christianos, liberationem eorum ab infedelium iugo, augumentum, & defensionem huius sanctæ Militiæ, & semper tuebor Conceptionem Virginis MARIAE Immaculatæ, & in hac re, & in omnibus sanctissimæ Dei Matris promouebo gloriam, iuxta mentem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ.

Antequam Nouitius votum emittat, induetur veste alba, qualem habuit cum primum suscepit habitum Religionis, & statim emisso voto dabitur ei vestis, & tænia quoque cærulea auro intertexta, cui Crux ad pectus appendetur, rursumque cingetur gladio, & calcaribus, vbi mos Patriæ compatietur.

Cum ad hanc sacram Militiam non lucri, sed Christianæ caritatis ardor compellere debeat, in qua nos, nostraque diuino cultui dicare magno emolumento ducimus, opus est, vt antequam quis ad Equitis votum admittatur, soluat pro Passagio (vt verbis Bullæ vtamur) ducenta scuta aurea, ad rationem duodecim iuliorum pro quolibet scuto, illaque dantur pro Passagio in ærario communi deponenda ad constituendam Ordinis dotem, qui sumptus modicus est, si conferatur cum egregijs meritis diuinæ gratiæ, tum etiam premijs laudis, munerum, prouentuum, pluriumque commodorum, quę hæc sacra Religio tot ornata priuilegijs, & ad res maximas suos conatus prouehens, pijs Militibus offert.

Si quis Ecclesiasticus, siue laicus cuiuscumque dignitatis, vel gradus habitum Ordinis velit suscipere, conferetur ei a supremo Consilio, vel ab Institutore, vel à Magno Magistro post eius electionem, vel ab alio quouis ab eis demandato conditionis requisitę, & habitum suscipiens hanc voti formulam Ecclesiasticus profert.

Ego N. promitto in honorem DEI omnipotentis, B. MARIAE semper Virginis, Sancti Michaelis Archangeli, Sancti Francisci, & Sancti Basilij, me opẽ laturum Magno Magistro Militiæ Christianæ erectæ sub titulo Conceptionis B. MARIAE semper Virginis Immaculatæ, meque ei, & Superioribus in hac Religione mihi datis semper subiectum fore in omnibus, quæ spectant ad illius Militiæ regimen, conseruationem, & augmentum bonorum spiritualium, ac temporalium iuxta huius Ordinis Constitutiones, & pro viribus procurabo legitimis medijs fidei Catholicæ dilatationem, Terræ sanctæ recuperationem, iustam pacẽ inter Principes, & Populos Christianos, & eorum liberationem ab Infedelium iugo, & semper tuebor Conceptionem Matris Dei Immaculatæ, atque in hac re, & in omnibus eius promouebo gloriam iuxta mentem Sanctæ Romanę Ecclesiæ.

CAPVT VIII.

Bis quæ præstare debent huius Militiæ equites, & Fratres.

TEnentur Equites, & Fratres, siue Armorum socij huius Militiæ seruare ea, quæ vouerunt, sed non obstricti sunt impensis suis militare, nisi pro ratione sumptus, fructusque, & stipendij ab Ordine recepti, vel cum Religio Christiana, & sancta Sedes, aut ipse Ordo Militiæ Christianę in summo discrimine versaretur.

Possunt etiam Equites conuertere In suos vsus bona non mobilia, sed census annuos causa Religionis perceptos, dummodo talis vsusfructus non minuat commune Ordinis dominium.

Facta peccatorum confessione tenetur accedere ad sacram Synaxim; nisi legitima, & grauia obstent impedimenta præter festum Paschatis & in festis Natalis Domini, Penthecostes, Assumptionis, & Conceptionis Beatæ MARIAE Virginis Immaculatæ: Inuentionis, & Exaltationis sanctæ Crucis, Sãcti Michaelis Archangeli mense Septembris, Sancti Francisci, & Sancti Basilij, quoties Terra Marique

ad bellum itur, Præterea monentur, vt saltem semel in mense sacrosanctam Communionem frequentent, ac etiam in reliquis festis B. MARIAE, & Apostolorum, quos maxima veneratione colere debent, vt potentissimos, atque beneuolos patronos instituti sui Heroici ad Apostolicæ fidei propagationem destinati. Singulis diebus recitabunt quinquies orationem Dominicam in honorem, ac memoriam quinque plagarum, quas Redemptor noster pro nobis perferens reliquit exemplum, vt sequamur vestigia eius, omniaque pericula, & mortem pro nominis illius amplitudine alacriter subeamus. Proferent etiam quinquies Salutationem Angelicam, pro exibendo cultu Beatæ Virgini, vt eam sibi semper benignam, & præsertim in maximis difficultalibus, & imminentibus mortis periculis aduocatam comparent, quod facile obtinebunt, si dum recordantur; quo ardore accensi nati studijs in quærenda eunctorum hominum salute se se coniunxerint, omnem operam, conatus, atque labores ad hunc finem dirigant. Exhortamur etia singulis diebus aut saltem Dominicis, ac festis dicere Litanias B. Virginis, in honorem suæ Conceptionis, atque officia eius celebrare, Omnes post quinquies Paternoster, vt supra, dicent pro Defunctis Psalmum De profundis, & Salue Regina, qui has vltimas duas preces nescierint, in locum illarum recitabunt ter Pater noster, & Aue Maria.

Quando quiescent ab armis, curent se in operibus Christianæ caritatis exercere, infirmos visitare, in carceribus detentos iuuare, captiuos redimere, pupillorum, & viduarum causas suscipere, egenis subuenire, sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, vbicumque obuiam aderit, humiliter comitari vsque ad domum, ad quam defertur: Missam quotidie audire, Concionibus interesse, pijs lectionibus operam dare, à iuramentis, contentionibus, impudicitijs, verbis obscenis, & a quibuscumque rebus illicitis abstinere, Ecclesiæ præcepta, & ieiunia seruare; vt exhibeant se se in omnibus Dei Ministros per arma iustitiæ à dexteris, & à sinistris. Ita equidem bellorum munia exequentes aduersus visibiles hostium turmas, vt tamen meminerint sibi maximè cogitandum esse de propria salute tuenda contra carnem, ac sanguinem, ac principes tenebrarum harum, & spiritualis nequitiæ in cælestibus. Succingant igitur lumbos in veritate per continentiæ, & castæ conuersationis studium, atque induant loricam iustitiæ: ne illorum pectus ignea dæmonis tela confodiant, & inflicto peccati lethali vulnere, gratiam, & vitam spiritus auferant, Vigilent autem in obsecratione, vt insidias Sathanæ præuisas facilè dissoluant, & cum fiducia possint longe, lateque notum facere, & virtutis magis, quàm armorum luce propalare mysterium Euangelij, pro quo legatione funguntur, & ante populorum, & Regum omnium oculos profitentur, se Christianæ fidei perpetuos assertores.

Quum aliquis huius Militiæ obierit, Equites, qui aderunt in Oppido, vel Ciuitate, teneantur ad illius funus conuenire, eumque ad tumultum deferre: Cæteri verò tàm Ecclesiastici, quàm laici vnius Missæ suffragio singuli saltem intra districtus limites defuncti animam iuuabunt.

CAPVT IX.

Consilio Romæ instituto, & de primo Capitulo eius Ordinis celebrando.

QVæcumque, res præcipuè ad regimen & augumentum Ordinis pertinentes, statuantur per supremum Consilium Romæ erectum auctoritate Apostolica vsque ad Capitulum generale proximè futurum, & ad beneplacitum Sedis Apostolicæ: illud verò congregabitur semel in hebdommada die Martis, vel pluries si opus fuerit.

Vniuersi Fratres, & Milites debent semper habere ex Equitibus istius Religionis Magnũ & Generalem Magistrum, cuius munus vsq; ad sexennium extendetur, & ei strictè teneantur obedire, Magnum illum Magistrum in primo Capitulo generali Romæ celebrando, eum primum fieri poterit, constituent votis suis Electores Nationales, & Consiliarij modo meliori tunc à Consilio Romano, & ab ipsis Electoribus præfiniendo, prout vtilius videbitur,

CAPVT X.

Electione Magni Magistri.

SAcrosancto Missæ sacrificio peracto, ac Spiritus Sancti Hymno decantato, quilibet Districtus, ac Eques signatum suum votum in Vrnam immittet, quæ vota à tribus, videlicet vno Equite de iustitia, alio Ecclesiastico, & vltimo socio Armorum extracta numerabuntur, & notabuntur: qui verò tres partes votorum habebit, Magnus huius Militiæ Magister erit,

Indifferens Magni Magistri electio erit, ita vt ex omnibus Districtibus, ac Nationibus ille ad sexennium tantummodo duraturus creetur, quo expleto munere, ac annorum numero ex alijs districtibus, prætermisso primo districtu, de quo iam Magnus Magister assumptus fuerat; eodem modo indifferenter ad sex-

ſexennium ad Magni Magiſtri dignitatem alius aſſumendus erit; donec ad vltimum diſtrictum electio deueniet.

Huiuſmodi eligendi Magni Magiſtri ordo omnibus futuris temporibus ab omnibus Diſtrictibus, ac Nationibus ſemper obſeruandus erit.

Si verò nondum expleto ſexennio Magnũ Magiſtrum è vita diſcedere contigerit: Conſilium dicti Magni Magiſtri alium ex eodem diſtrictu, ac gente Vicarium generalem ad regendam totam noſtram Religionem pro defuncto, vſque ad ſexennij finem duraturum ſubſtituet.

Reliqua verò, quæ ad ampliorem, atque magis ordinatam huius ordinis gubernationem ſpectant, ſeu de Mngni Magiſtri auctoritate, poteſtate, atque officio, de quatuor Diſtrictuum Orientalis, Septentrionalis, Occidentalis, & Meridionalis partitione, de Prioratuum, & Commendarum, aliarumq; dignitatum diſtinctione, de viuendi ratione in domibus regularibus, multiſque alijs ſtatutis condendis ad Capitulum generale referentur.

Poſſint tamen ſtatuta, & ſtabilimenta ſupradicta per ſupremum Conſilium, ac dictum Capitulum generale, quoties eis ſecundum temporum, rerum, ac locorum qualitatem videbitur, immutari, reformari, corrigi, alterari, limitari, declarari, illis addi, ac alia de nouo fieri, prout ad eiuſdem Militiæ directionem melius iudicauerint expedire.

Ego Abbas Victorius Acurenſis Secretarius de mandato eiuſdem Supremi Conſilij has Conſtitutiones ſubſcripſi.

XLII.

Beatificatio Serui Dei Andreæ Auellini Clericorum Regulariũ Congregationis Theatinorum, cum conceſſione Clericis dictæ Congregationis vbiq; exiſtentibus, quotannis in die ſui obitus Miſſam, & Officium de communi Confeſſoris non Pontificis celebrandi.

Huiuſmodi indultum celebrandi Miſſam, & Officium iſtis Clericis conceſſum extendit ad omnes in Ciuitate Neapolitana, ac Diœceſi, quæ nuper in nouum Patronum d. Beatum recepit, eiuſque Reliquijs, ac ſtatuæ nouum locum in Capella Theſauri Eccleſiæ d. Ciuitatis deberi ſtatuit Sacra Rituum Congregatio, qua etiam Indultum prædictum extendit, prout in ipſius Congregationis Decretis videre poteris.

VRBANVS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Edita A. D. 1625.

Proœmium.

IN Sede Principis Apoſtolorum, nullis licèt noſtris ſuffragantibus meritis à Deo conſtituti, pijs fidelium votis, quibus virtutum Dominus in ſeruis ſuis honorificatur, libenter annuimus, eaque fauoribus proſequimur opportunis.

Supplicationes Præpoſiti Gen. & Clericorum Cong. Theatinorũ factæ huic Pont. pro Andreæ Auellini d. Cong. Clerici Beatificatione, ac Miſſæ, & Officij conceſſione.

§. 1. Cum itaque, ſicut pro parte dilectorum filiorum Præpoſiti Generalis, & Clericorum Regularium Congregationis Theatinorum nuncupatorum Nobis nuper expoſitum fuit, Venerabiles Fratres S. R. E. Cardinales Sacris Ritibus præpoſitj cauſam ſerui Dei Andreæ Auellini eorumdem Clericorum Regularium à tribus Rotæ Auditoribus, ac deindè de mandato noſtro ab eiuſdem Cardinalibus, referente dilecto filio noſtro Carolo Emanuele Sanctæ Mariæ in Via lata Diacono Cardinale Pio nuncupato diſcuſſam, cum vtrobique de validitate proceſſuum, de ſanctitate vitæ, ac de miraculis tàm in vita, quàm in morte ſufficienter conſtare pronunciatum fuiſſet; In tali ſtatu cenſuerint habendam, vt ad ſolemnem ipſius ſerui Dei Canonizationem quandocumque deueniri poſſit: Præpoſitus verò, & Clerici prædicti pro eo, quem erga eumdem ſeruum Dei Andream Auellinum gerunt deuotionis affectum, illum Beatum nuncupari, Officiumque, & Miſſam de eo, donec ad illius Canonizationem deueniatur, recitari poſſe ſummoperè deſiderent.

Conceſſio de qua in Rubrica.

§. 2. Nos pijs Præpoſiti, & Clericorum prædictorum votis, quantum cum Domino poſſumus annuere, illoſque ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi volentes, & à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati; De eorumdem Cardinalium conſilio, vt idem Dei ſeruus Andreas Auellinus Beatus nuncupari, deque eo ab omnibus Clericis Regularibus huiuſmodi vbique exiſtentibus Officiũ, & Miſſam de Communi Confeſſoris non Pontificis ipſa die eius obitus celebrari, ac recitari liberè, & licitè poſſit, & valeat, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium licentiam, & facultatem concedimus, & impartimur.

Contrariorũ derogatio.

§. 3. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordi-

& ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Transumptorum fides.

§. 4. Volumus autem, vt præsentium transumptis, etiam impressis, & personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ sigillo munitis eadem prorsus fides vbique adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. A. 2. die 10. Iunij.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die 19. Iunij 1625. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

XLIII.

De Celebratione Missarum, ac de prohibitione illas moderandi seu reducendi absq; Sedis Apostolicæ licentia. Necnon de earumdem oneribus perpetuis suscipiendis; Et de Religiosorum numero vltra redditus, & consuetas eleemosynas locorum Regularium non habendo.

Super his Decretis multa postea sunt orta Dubitationes, quibus eadem Sacra Congregatio respondit, & Sanctissimus D.N. eas confirmauit, & approbauit, quas omnes mox tibi subijciam.

Bulla A. D. 1625.

Causa constitutionis.

CVM sæpè contingat, in quibusdam Ecclesijs tàm magnum Missarum celebrandarum numerum ex varijs defunctorum relictis, aut piorum eleemosynis impositum esse, vt illis pro singulis diebus præscriptis nequeat satisfieri; & tamen noua onera Missarum in dies suscipiantur; indeque fiat, vt depereant piæ testantium voluntates, obstricta benefactoribus fides violetur, defunctorum animæ suffragijs priuentur, Ecclesijs debitus subtrahatur cultus, ac Christifideles graui scandalo affecti, plerumque à similibus caritatis operibus retrahantur: Cumq; his malis maximum inter cætera fomentum præbeat, aut quòd ij, qui Missas supra vires celebrandas suscipiunt, sperent illas breui ad pauciorem numerum à Superioribus reductum iri; aut quòd Ecclesijs, forte pecuniarum absumpta, plerumque nuda remaneant onera Missarum absque vllo emolumento; aut quòd eleemosyna pro illis celebrandis sit adeò tenuis, vt non facilè inueniantur, qui velint huic se muneri subijcere, & redditus Ecclesiæ, aut Monasterij adeò exigui, vt Sacerdos pro necessaria sua sustentatione nouis se oneribus obstringere compellantur: Sacra Congregatio Card. Conc. Trid. Interpretum animaduertens, facturam se rem Deo gratissimam, caritatique ac Iustitiæ maximè consentaneam, si pro viribus satagat hunc teterrimum abusum è Christiana Republica conuellere, atque eradicare: Sanctissimi D. N. Vrbani Diuina prouidentia PP. VIII. auctoritate sibi specialiter attributa, infrascripta Decreta edidit.

§. 1. Ac primò districtè prohibet, atque interdicit, ne Episcopi in Diœcesana Synodo, aut Generales in Capitulis generalibus, vel aliàs quoquo modo reducant onera vlla Missarum celebrandarum, aut post idem Concilium imposita, aut in limine fundationis; sed pro his omnibus reducendis, aut moderandis, vel commutandis, ad Apostolicam Sedem recurratur, quæ, re diligenter perspecta, id statuet, quod magis in Domino expedire arbitrabitur: alioquin reductiones, moderationes, & commutationes huiusmodi, si quas contra huius prohibitionis formam fieri cõtigerit, omninò nullas atq; inanes decernit.

Prohibet Episcopis in Diœcesana Synodo ac Generalibus in Capitulis reductiones seu moderationes Missarum, sed pro eis ad Apost. Sedem recurrendum, ac aliter factas nullas esse decernit.

§. 2. Deindè, vbi pro pluribus Missis, etiam eiusdem qualitatis, celebrandis plura stipendia, quantumcumque incongrua, & exigua, siuè ab vna, siuè à pluribus personis collata fuerunt, aut conferentur in futurum Sacerdotibus, Ecclesijs, Capitulis, Collegijs, Hospitalibus, Societatibus, Monasterijs, Conuentibus, Congregationibus, Domibus, ac locis pijs quibuscumque tàm sæcularibus, quàm regularibus, Sac. Congregatio sub obtestatione diuini Iudicij mandat, ac præcipit, vt absolutè tót Missæ celebrentur, quot ad rationem attributæ eleemosynæ præscriptæ fuerint; itaut alioquin ij, ad quos pertinet, suæ obligationi non satisfaciant; quinimò grauiter peccent, & ad restitutionem teneantur.

Mandat quod vbi sunt imposita vel imponentur onera Missarum, & collata stipendia licet exigua tot missæ celebrentur quot ad rationem attributæ eleemosynæ præscriptæ fuerint, aliter facientes non satisfaciant obligationi, peccent, & teneantur ad restitutionem.

§. 3. Id verò vt deinceps obseruetur exactiùs, & Sac. Congregatio eadem auctoritate reuocat priuilegia, & indulta omnia quibusuis personis, Ecclesijs, ac locis pijs, tàm sæcularibus, quàm regularibus, cuiuscumq; Ordinis, Congregationis, & Instituti, quamcumque ob causam concessa, quibus indulgetur, vt certarum Missarum, vel Anniuersariorum celebratione, aut aliquibus collectis, seu orationibus, plurium Missarum oneribus in futurum suscipiendis satisfiat.

Ad quod exactius obseruandum reuocat indulta quibusuis quomodo [illegible] aliquibus collectis vel orationibus pluribus Missarum oneribus satisfaciendi.

§. 4. Ac similiter, omne damnabile lucrum ab Ecclesia remouere volens, prohibet Sacerdoti, qui Missam suscepit celebrandam cum certa eleemosyna, nè eamdem Missam alteri, parte eiusdem eleemosynæ sibi retenta, celebrandam committat.

Prohibet sacerdoti qui missam celebrandam cum certa eleemosyna suscepit d. missam alteri celebrandam committere d. eleemosyna sibi retenta.

§. 5. Præterea, ne in Ecclesijs, in quibus onera Missarum in perpetuum imposita sunt, Sacerdotes in eis, vt par est, adimplendis eò tepidiores, ac segniores reddantur, quòd onera

Decernit sub pœna incurrenda ipso facto incurrenda vt pecuniæ seu bona mobilia rel. dat. Ecclesijs cũ onere perpetuo missarum celebrandarum deponantur

onera huiusmodi, cum nulla, aut parua sint vtilitate coniuncta; statuit, atque decernit, vt pecuniæ, ac bona mobilia Ecclesijs, Capitulis, Collegijs, Hospitalibus, Societatibus, Congregationibus, Monasterijs, Conuentibus, ac locis omnibus tàm sæcularibus, quàm regularibus, atque illorum personis in futurum simpliciter acquirenda cum onere perpetuo Missarum celebrandarum, ab ijs, ad quos pertinet, sub pœna Interdicti ab ingressu Ecclesiæ ipso facto incurrenda à die realis acquisitionis statim deponi debeant penès ædem sacram, vel personam fide, & facultatibus idoneam ad effectum illa, seu illorum pretium quamprimum inuestiendi in bonis immobilibus fructiferis cum expressa, & indiuidua mentione oneris, quod illis annexum reperitur.

§. 6. Ac si eadem bona immobilia auctoritate Apostolica deinceps alienari contigerit, eorumdem pretium sub eadem pœna, vt suprà, deponi, atque in alijs bonis stabilibus itidem fructiferis cum eiusdem oneris repetitione, atque annexione conuerti debeat.

§. 7. Ad hæc Sacra Congregatio quibusuis Capitulis, Collegijs, Societatibus, & Congregationibus, necnon omnibus, & singulis Ecclesiarum, ac piorum locorum, tàm sæcularium, quàm regularium Superioribus, vel alijs, ad quos pertinet, districtè prohibet, nè imposterum onera perpetua suscipiant Missarum celebrandarum, sæculares quidem sinè Episcopi, vel eius generalis Vicarij, Regulares verò sinè Generalis, vel Prouincialis consensu, & licentia in scriptis, & gratis concedenda; alioquin sæcularis, qui huius prohibitionis transgressor extiterit, ab ingressu Ecclesiæ interdictus sit eò ipsò: Regularis verò pœnam priuationis omnium officiorum, quæ tunc obtinebit, ac perpetuæ inhabilitatis ad alia de cætero obtinenda, vocisq; actiuæ, ac passiuæ, absque alia declaratione incurrat.

§. 8. Eleemosynas verò manuales, & quotidianas pro Missis celebrandis ità demùm ijdem accipere possint, si oneribus anteà impositis ità satisfecerint, vt noua quoque onera suscipere valeant; alioquin omninò abstineant ab huiusmodi eleemosynis, etiam sponte oblatis in futurum recipiendis, & capsulas auferant ab Ecclesijs cum inscriptione illa, Eleemosyna pro Missis, vel alia simili, sub ijsdem pœnis ipso facto incurrendis, nè fideles hac ratione frustrentur.

§. 9. Episcopus verò, seu eius Vicarius, aut Generalis, vel Prouincialis, vbi de licentia pro perpetuis oneribus fuerint requisiti, in singulis casibus diligenter inquirant de singulis Missarum celebrandarum obligationibus cuique Ecclesiæ, Monasterio, aut loco pio incumbentibus, nec antea assensum huiusmodi, aut licentiam præbeant, quam eis legitimè constiterit, illius Sacerdotes tam nouo oneri suscipiendo, quàm antiquis iam susceptis satisfacere posse, præcipuamq; rationem habeant, vt redditus, qui Ecclesijs, & locis pijs relinquuntur, omninò respondeant oneribus adiunctis, secundùm morem cuiusq; Ciuitatis, vel Prouinciæ, intelligantq; si in re tanti momenti desides, aut negligentes fuerint, in nouissimo die se huius prætermissi muneris ratione m esse reddituros.

§. 10. Postremò Illustriss. Patres, non sine graui animi dolore intelligentes, mala ferè omnia, quæ regularem disciplinam euertunt, ac præcipuè nimiam hanc facilitatem fouent in oneribus Missarum supra vires suscipiendis, veluti ex infecta radice, pullulare ex maiori Regularium numero, quàm ferant redditus, & eleemosynæ cuiusque Monasterij; inhærentes Summorum Pontificum, ac Sac. Tridentini Concilij decretis hac de re editis, Sanctissimi D. N. auctoritate præcipiunt, ac mandant omnibus, & singulis Generalibus, Prouincialibus, Commissarijs, Ministris, Præsidentibus, Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Guardianis, Vicarijs, & quibuscumque alijs Superioribus Monasteriorum, Conuentuum, ac Domorum Regularium bona immobilia possidentium, vel non possidentium, cuiuscumque Ordinis, Congregationis, & Instituti existentium intra fines Italiæ, & Insularum adiacentium, vt singuli, ad quos pertinet, in qualibet Prouincia, adhibitis duobus, aut tribus Regularibus sui Ordinis, vel Congregationis probatioribus, & rerum vsu peritioribus, bona immobilia, census, redditus, & prouentus omnes, consuetas item eleemosynas, & obuentiones, tàm communes Monasteriorum, Conuentuum, & Domorum eiusdem Prouinciæ, quàm etiam singularibus personis religiosis assignatas, seu permissas, in communem vsum deinceps conferendas, decem annorum immediatè præcedentium habita ratione, diligenter, & maturè recognoscant, ijs omnibus detractis, quæ reparationes, præstationes, grandines, sterilitates, aliaue cuiuslibet generis onera consueuerunt absorbere.

§. 11. Eaq; omnia scripto fideliter exarata, idem Superior, cuius interest, in proximo Capitulo, seu Congregatione generali, vel prouinciali coram tribus Iudicibus ab ipsomet Capitulo, seu Congregatione deligendis propo-

Decernit examinent, ac decernat quot possint in vnoquoque loco regulari, iuxta victum vestitum, & medicinalia sustentari.

proponat, qui, computatis huiusmodi redditibus, eleemosynis, & obuentionibus vniuersis, & oneribus, vt supra, detractis, sedulò examinent, quot religiosi homines, connumeratis etiam laicis, alijsq; necessarijs seruientibus, in vnoquoque Monasterio, Conuentu, & Domo regulari iuxta regionis, & proprij Instituti morem, victum, & vestitum, & medicinalia in communi habentes, competenter valeant sustentari. Tum eorumdem bonorum, redditum, eleemosynarum, & onerum præcisam notam ipsimet Capitulo, seu Congregationi exhibeant, vt in illo diligenter omnibus discussis, cuiusque familiæ, Monasterij, Conuentus, ac Domus regularis in singula quaque Prouincia certus earum tantùm personarum numerus, Patrum capitularium voto, præfigatur, quæ redditibus, eleemosynis, & obuentionibus, vt superiùs, sufficienter ali possint.

Mandat etiam Superioribus, vt infra annum post celebrata Capitula generalia omnia in dd. Capitulis gesta, & in authenticam formam redacta mittant ad hanc sacram Congregationem.

§. 12. Ne verò Superiores, qui id præstare debent, seriùs, aut remissiùs, quàm par est, suo muneri satisfaciant, mandat Sac. Congregatio, vt infra annum, post proximum Capitulum generale, vel prouinciale compntandum, omnia hoc de genere capitulariter gesta, in authenticam formam redacta, ad Sacram ipsam Congregationem Concilij singuli mittant.

Numerumque familiæ in vnoquoque loco per ipsum Capitulum præfinitum nullatenus possint augere sine d. Congreg. licentia sub pœnis hic impositis.

§. 13. Numerumq; familiæ, singulorumq; Conuentuum, Monasteriorum, & Domorum huiusmodi regularium, Capituli, seù Congregationis generalis, vel prouincialis sententia, & auctoritate præfinitum, ijdem Superiores, tàm Generales, & Prouinciales omnes, quàm locales perpetuò seruare omninò teneantur, nec possint illum quoquo modo augere, etiam prætextu augumenti redditum, absque Sacræ ipsius Congregationis licentia. Superiores autem huiusmodi, qui prædicta omnia in præfixo termino non præstiterint, vel numerum, vt suprà præscriptum, quouis modo augere præsumpserint, priuationis omnium officiorum, quæ tunc temporis obtinebunt, vocisq; actiuæ, ac passiuæ, & ad omnia suæ Religionis officia, & gradus inhabilitatis perpetuam pœnam eò ipsò incurrere, atque alijs etiam grauioribus à Sede Apostolica infligendis Sacra Congregatio subiacere voluit, & declarauit.

Deinceps vetat quod loca Regularium nullibi recipiantur hic præter alia requisita duodecim Religiosi a redditibus, & consuetis eleemosynis, omnibus vt supra detractis ali possint iuxta decretum Greg. XV. ... habetur

§. 14. Deinceps verò Monasterium, Conuentus, Domus, Congregatio, vel Societas Religiosorum, seù Regularium, nullibi recipiatur, nisi, præter alia ad id requisita, in singulis eiusmodi locis duodecim saltèm Fratres, aut Monachi, seu Religiosi degere, & ex redditibus, & consuetis eleemosynis, detractis omnibus, vt suprà, detrahendis, competenter sustentari valeant, ad præscriptum decreti fel. rec. Greg. XV. hac de re editi. Alioquin Monasteria, & loca huiusmodi post hac recipienda, in quibus duodecim Religiosi, vt suprà, sustentari, atque inhabitare non poterunt, & actu non inhabitauerint, Ordinarij loci visitationi, correctioni, atque omnimodæ iurisdictioni subiecta esse intelligantur.

Sup. ... Cum alias pag. alias loca in futurum recipienda cotra hanc formam Ordinariorum iurisdictioni subiecta sunt.

Iubet Superioribus localibus locorum Regularium vt hic in anno tempore hic expressis sub pœna priuationis officij, ac vocis actiuæ, & passiuæ prædicta decreta in publica mensa legi curent teneantur.

§. 15. Porrò, ne vllo vnquam tempore hæc in obliuionem, seù desuetudinem abeant, Superiores locales cuiusq; Monasterij, Conuentus, ac Domus regularis curare, atque efficere teneantur sub pœna priuationis officij, vocisq; actiuæ, & passiuæ ipso facto incurrenda, vt in perpetuum, sexto quoque mense, idest feria secunda post primam Dominicam Aduentus, & feria sexta post octauam Corporis Christi præsentes ordinationes in publica mensa perlegantur.

Sublata quibuscumque personis declarandi, vel interpretandi facultate.

§. 16. Omnibus tàm Ecclesiasticis personis, cuiuscumque sint ordinis, conditionis, & gradus, quàm laicis quocumque honore, ac potestate, præditis, præsentia Decreta declarandi, vel interpretandi facultate penitus interdicta.

Contrarijs plenissimè derogat.

§. 17. Non obstantibus quòd suprascripta omnia, & singula in præsentibus Decretis contenta, Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis in fauorem quarumcunque personarum, atque Ordinum tàm Mendicantium, quàm non Mendicantium, Militiarum, etiam S. Io: Hierosolymitani, Congregationum, Societatum, ac cuiuslibet alterius Instituti, etiam necessariò, & in indiuiduo exprimendi, Ecclesiarum, Monasteriorum, Conuentuum, Collegiorum, Capitulorum, Hospitalium, Confraternitatum, & aliorum quorumcumque, tàm sæcularium, quàm regularium locorum, necnon illorum, etiam iumento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis, etiam Mari Magno, seu Bulla aurea, aut aliàs nuncupatis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsq; efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus decretis, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, aut aliàs quomodolibet, etiam per viam communicationis, seù extensionis concessis, & iteratis vicibus approbatis, & innouatis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumq; totis tenoribus, & formis specialis, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem

per

per clausulas generales, mentio, seù quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma seruanda esset, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitùs omisso, & forma in illis tradita obseruata, inserti forent, præsentibus pro expressis habens, quibus quò ad ea, quæ præsentibus aduersantur, illis aliàs in suo robore permansuris, Sacra Congregatio Sanctitatis Suæ auctoritate specialiter, & expressè derogat, cæterisq; contrarijs quibuscumque.

Quod publicatio in Vrbe omnes afficiat vult.

§. 18. Et nè præmissorum ignorantia à quoquam prætendi possit, voluit eadem Sacra Congregatio, vt præsentes ordinationes in Valuis Basilicarum sancti Ioannis Lateranensis, & Principis Apostolorum de Vrbe, ac in Acie Campi Floræ, vt moris est, affixæ, omnes, ad quos pertinet, ita arctent, & afficiant, ac si vnicuique personaliter intimatæ fuissent.

Transumptisq; fidem præcipit.

§. 19. Vtq; earumdem præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. Ann. tertio die 21. Iunij.

Datum Romæ die 21. Iunij 1625.
Cosmus Cardinalis de Torres.
Prosper Fagnanus Sac. Congr. Secr.

Publicatio.

Anno D. N. Iesu Christi millesimo sexcentesimo vigesimo quinto, Indictione octaua, Pontificatus autem in Christo Patris, & D. N. D. Vrbani Diuina prouidentia Papæ Octaui, Anno eius Tertio, die verò vigesima secunda mensis Septembris, suprascripta Decreta affixa, & publicata fuerunt ad Valuas Basilicarum S. Io: Lateranensis, & Principis Apostolorum de Vrbe, ac in Acie Campi Floræ, vt moris est, per nos Camillum Fundatum, & Fabbium Emilianum Sanctiss. D. N. PP. Curs.

Brandimartes Latinus prælibati Sanctissimi D. N. PP. ac S. Rom. & Vniuersalis Inquisitionis Cursor pro Mag. DD. Curs.

Sequuntur dubia, ac declarationes aliquot Sacræ Congregationis Concilij S. D. N. Vrbani Papæ VIII. auctoritate edita super Decretis eiusdem Cõgregationis de Celebratione Missarum.

Svper primo Sacræ Congregationis decreto, de Celebratione Missarum, quo prohibetur, ne Episcopi in diœcesana Synodo, aut Generales in Capitulis generalibus, vel aliàs quoquomodo, reducant onera vlla Missarum celebrandarum, aut post idem Concilium imposita, aut in limine fundationis.

Quæritur, quid si legatum sit ità tenue, vt non sit, qui velit onus illi iniunctum subire, &, si recurrendum sit ad Sedem Apostolicam pro moderatione oneris, totum, aut ferè totum insumendum sit pro expensis ad id necessarijs?

Et quid, si permittatur Episcopo in fundatione, vt possit huiusmodi onera moderari?

Secundò, super secundo eiusdem Congregationis decreto, quo cauetur, vt celebrentur tot Missæ, quot ad rationem tributæ eleemosynæ præscriptæ fuerint.

Quæritur, an verba illa (præscriptæ fuerint) intelligenda sint de præscriptione facta ab offerente, vel ab Ordinario?

Tertiò, an cum Ordinarius præscripserit eleemosynam congruam iuxtà qualitatem loci, personarum, ac temporum, Sacerdotes accipientes stipendium minus congruo, teneantur Missas illis ab offerente præscriptas celebrare?

Quartò, an Sacerdotes qui tenentur Missas celebrare ratione beneficij, seù capellæ, legati, aut salarij, possint etiam manualem eleemosynam, pro Missis votiuis, aut defunctorum, recipere, & vnico Missæ sacrificio vtrique oneri satisfacere?

Quinto, Posito, quòd Testator relinquat, vt celebrentur pro eius anima centum Missæ, absquè vlla præscriptione eleemosynæ: Quæritur, an liberum sit hæredibus, eleemosynam sibi benè visam præscribere, an verò eadem eleemosyna præscribenda sit ab Ordinario?

Sexto, super tertio Congregationis decreto, in quo eadem Congregatio reuocat Priuilegia, quibus indulgetur, vt certarum Missarum, vel Anniuersariorum celebratione, aut aliquibus collectis, seù orationibus, plurium Missarum oneribus in futurum suscipiendis satisfiat.

Quæritur, An verba (in futurum suscipiendis) intelligenda sint de oneribus suscipiendis post Priuilegium?

Septimò, super quarto eiusdem Congregationis Decreto, quo prohibetur Sacerdoti, qui Missam suscepit celebrandam cum certa eleemosyna, ne eamdem Missam alteri, parte eiusdem eleemosynæ sibi retenta, celebrandam committat.

Quæritur, An permittendum sit Administratoribus Ecclesiarum, vt retineant aliquam eleemosynarum portionem pro expensis manutentionis Ecclesiæ, Altarium, inseruientium,

tium, paramentorum, luminum, vini, hostiæ, & similium?

Octauò, An hoc decretum habeat locum in beneficijs, quæ conferuntur in titulum, idest, An Rector Beneficij, qui potest per alium celebrare, teneatur Sacerdoti celebranti dare stipendium ad rationem redituum Beneficij?

Decimò, An Sacerdotes, quibus aliquando offertur eleemosyna maior solita pro celebratione Missæ, debeant dare eamdem integram eleemosynam ijs, quibus Missas celebrandas committunt: An verò satis sit, vt dent celebrantibus eleemosynam consuetam?

Vndecimò, super quinto eiusdem Congregationis decreto, quo inter cætera statuitur in hæc verba (eleemosynas verò manuales, & quotidianas pro Missis celebrandis) ità demum ijdem accipere possint, si oneribus anteà impositis ità satisfecerint, vt noua quoque onera obire valeant; Alioquin omninò abstineant ab huiusmodi eleemosynis, etiam spontè oblatis, in futurum recipiendis, & capsulas auferant, &c.

Quæritur, An hoc decretum prohibeat absolutè, quò minùs accipiant nouas eleemosynas ij, qui acceptis non satisfecerunt: & quid si congruo tempore possint omnibus satisfacere?

Duodecimo, quid si offerens eleemosynas, audito impedimento, consentiat, vt Sacerdos Missam celebret cum primùm poterit?

Decimotertiò, An pœna interdicti, & aliæ appositæ in eodem decreto afficiant tàm eos, qui accipiunt eleemosynas contra formam ibi præscriptam, quam eos, qui non auferunt capsulas ab Ecclesijs, vt ibidem præcipitur?

Decimoquartò, An in hoc decreto comprehendantur illæ capsulæ, quæ apponi solent in Ecclesijs in die commemorationis omnium Sanctorum, & vulgò dicuntur (Casse de Morti)?

Decimoquintò, An Administratores Ecclesiæ magnæ deuotionis, & concursus possint eleemosynas pro Missis celebrandis accipere, si ijsdem Missis non nisi post longum tempus satisfacere valeant, ne aliàs cultus Ecclesiæ, & deuotio, ac concursus fidelium, vt aiunt, minuantur?

Decimo sextò, quia prohibitio dicti decreti videtur aliquibus directa solis Capitulis, Collegijs, Societatibus, Congregationibus, nec non omnibus, & singulis Ecclesiarum, & piorum locorum, tàm sæcularium, quàm regularium, Superioribus, de quibus fit expressa mentio, non autem priuatis Sacerdotibus, qui tamen comprehendi videntur sub clausula generali (& alijs ad quos pertinet) supplicatur pro opportuna declaratione?

Decimoseptimò, super septimo eiusdem Sacræ Congregationis decreto, quo cauetur, vt in singulis Monasterijs Religiosorum præfigatur numerus, qui ex consuetis redditibus, aut eleemosynis commodè possit sustentari.

Quæritur, An vbi hæc præfixio facta iam fuit in vim similis decreti san. mem. Pauli V. absque tamen computatione reddituum cuiusq; religiosi, sit denuò facienda, nec ne?

Decimooctauò, An nouitij, ad habitum regularem admissi, possint admitti ad professionem in Monasterijs, in quibus, habita vt suprà, præfixione numeri, commodè ali non possunt?

Decimononò, super vltimo, quo cauetur, vt nullibi recipiantur Conuentus regularium, nisi præter alia ad id requisita, duodecim saltèm fratres in eis degere, & competenter sustentari valeant, ità vt alioquin subsint iurisdictioni ordinariæ.

Quæritur, an hoc decretum, quod videtur editum in ordine ad celebrationem Missarum, comprehendat eas Religiones, quæ non consueuerũt onera Missarum recipere, vt sunt Religiones Capuccinorum, ac Societatis Iesv?

Vltimò, An idem decretum, vbi disponit, vt nullibi recipiantur Monasteria, nisi &c. habeat locum in Italia dumtaxat, ad quam est restrictum decretum proximè antecedens, an verò etiam extra Italiam?

Subsequuntur Declarationes, seu Responsiones ad supradicta Dubia.

Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum, auctoritate sibi à Sanctiss. D. N. attributa, ad singula dubia superiùs proposita, ad hunc modum respondit, videlicet.

Ad primum, etsi legatum sit adeò tenue, nihilominus pro reductione oneris, vt supra impositi, ab ijs, ad quos pertinet, Sedem Apostolicam esse adeundam, quæ absque vlla impensa id statuet, quod magis in Domino è re esse iudicauerit; Verumtamen si in ipsa beneficij erectione expresè cautum fuerit, vt liceat Episcopo iniunctum onus reducere, ac moderari, legem hanc fundationis, quam decreta hac de re edita non sustulerunt, esse validam, & obseruandam.

Ad secundum, esse intelligenda de præscriptione facta ab eo, qui eleemosynam tribuit, non autem ab Ordinario, Quòd si tribuens eleemosynam numerum Missarum celebran-

lebrandarum non præscripserit, tunc tot Missas celebrari debere, quot præscripserit Ordinarius secundum morem Ciuitatis, vel Prouinciæ.

Ad Tertium, teneri.

Ad Quartum, Sacerdotes qnibus diebus tenentur Missas celebrare ratiooe beneficij, seu capellæ, legati, aut salarij, si eleemosynas pro alijs etiam Missis celebrandis susceperint, non posse eadem Missa vtrique obligationi satisfacere.

Ad Quintum, c.nsuit, vbi nullam certam eleemosynam testator reliquit, esse ab Episcopo præscribendam eleemosynam congruã, quæ respondeat oneribus Missarum celebrandarum, secundum morem Ciuitatis, vel Prouinciæ.

Ad Sextum, Ita esse intelligenda.

Ad Septimum, respondit, permittendum non esse, vt Ecclesiæ, ac loca pia, seu illorum Administratores, ex eleemosynis Missarum celebrandarum vllam, vtcumque minimam portionem retineant ratione expensarum, quas subeunt in Missarum celebratione, nisi cum Ecclesiæ, & loca ipsa alios non habent redditus, quos in vsum earumdem expensarum erogare licitè possint, & tunc quam portionem retinebunt, nullatenus debere excedere valorem expensarum, quæ pro ipsomet tantùm Missæ sacrificio necessariò sunt subeundæ, & nihilominus eo etiam casu curandum esse, vt ex pecunijs, quæ supersunt, expensis vt supra deductis, absolutè tot Missæ celebrentur, quot præscriptę fuerint ab offerentibus eleemosynas.

Ad Octauum, non habere locum, sed satis esse, vt Rector beneficij, qui potest Missam per alium celebra,e, tribuat Sacerdoti celebranti eleemosynam congruam, secundum morem Ciuitatis, vel Prouinciæ, nisi in fundatione ipsius beneficij aliud cautum fuerit.

Ad Decimum, debere absolutè integram eleemosynam tribuere Sacerdoti celebranti, nec vllam illius partem sibi retinere posse.

Ad Vndecimum, respoodit, non prohibere absolutè: Ac propterea, etsi oneribus iam susceptis non satisfecerint, posse tamen noua etiam onera suscipere Missarum celebrandarum, dummodò infra modicum tempus possint omnibus satisfacere.

Ad Duodecimum, quamuis onera suscepta infra modicum tempus adimpleri nequeant, si tamen tribuens eleemosynam pro aliarum Missarum celebratione, id sciat, & consentiat, vt illæ tunc demum celebrentur, cùm susceptis oneribus satisfactum fuerit, decretum non prohibere, quo minus eo casu eleemosyna accipiatur pro ijsdem Missis iuxta benefactoris consensum celebrandis.

Ad Decimum tertium, has pœnas non habere locum, nisi in suscipientibus onera perpetua Missarum celebrandarum sinè licẽtia Episcopi vel eius generalis Vicarij, aut Geoeralis, vel Prouincialis

Ad Decimum quartum, comprehendi.

Ad Decimumquintum, Non posse, nisi de coosensu eorum, qui eleemosynas tribuunt, vt supra in responsione ad Duodecimum

Ad Decimum sextum, comprehendi etiã priuatos Sacerdotes.

Ad Decimumseptimum, numeri præfixionem esse iterum faciendam seruata forma vltimi decreti hac de re editi.

Ad Decimum octauum, esse admittendos ad professionem, si aliàs habiles existant, ac deindè in aliquo alio Monasterio eiusdẽ Religionis esse collocandos vbi commodè ali possint.

Ad Decimum nonum, censuit comprehendere.

Ad Vltimum, habere locum etiam extra Italiam.

Cosmus Card. de Torres.

Prosper Fagnanus S.Congr. Secr.

Indultum pro Fratribus Sancti Francisci de Obseruantia in partibus Indiarum Occidentalium existentibus expresiè professis, quòd de suorum Superiorum licentia à quocumque Catholico Antistitede consensu Diœcesani ad omnes etiam Presbyteratus Ordines extra tempora, & non seruatis interstitijs promoueri possint.

De his Fratribus habes sup. ad Const. 23. Leon. X. Ite & vos, tom. 1. pag. 511. Vide etiam Const. seq. quæ incipit Ad Apostolica.

VRBANVS PAPA VIII. Edita A.D. 1625

Ad perpetuam rei memoriam.

Vt vberiores fructus Fratres Minores de obseruantia S. Francisci afferant in Indijs Occidentalibus.

§. 1 CVM sicut dilectus filius Commissarius in Romana Curia generalis Fratrum Ordinis Minorum Sancti Francisci de Obseruantia nuncupatorum Nobis exponi fecit, eiusdem Ordinis Sancti Francisci professores in Indiarum Occidentalium partibus commorantes assidua in Sacramentorum Ecclesiasticorum administratione, continuisque Verbi Dei prædicationibus, & alijs spiritualibus exercitijs vberes in vinea Domini

Domini fructus inibi afferant, & propterea, quò ipsi Fratres dicti Ordinis Sancti Francisci in dictis partibus commorantes, in piorum operum huiusmodi exercitio vtilius, & melius continuare valeant, eisdem Fratribus per Nos desuper indulgeri summoperè desideret.

Hic Pont. eisdem concedit, vt ibi professi à quocumque catholico Antistite de licentia Diœcesani ad omnes etiam Presbyteratus ordines extra tempora, & nõ seruatis interstitijs promoueri possint.

§. 2. Nos eiusdem Commissarij generalis votis quantum cum Domino possumus, benignè annuere, ipsumque specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, ac Domorum, seu Conuentuum Ordinis Fratrum Sancti Francisci in eisdem partibus existentium singulares personas à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat cõsequẽ harum serie absoluentes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eiusdem Commissarij generalis nomine super hoc Nobis humiliter porrectis inclinati, Omnibus, & singulis eumdem Ordinem Sancti Francisci, in partibus Indiarum Occidentalium, huiusmodi tantum existẽ expresse professis, vt de Superiorum suorum licentia, à quocumque quem maluerint Catholico Antistite gratiam, & concessionem Apostolicæ Sedis habente in propria Diœc. residente, vel in aliena de Diœcesani loci consensu Põtificalia exercente per eos eligendo, ad omnes etiam sacros, & Præsbyteratus Ordines extra tempora ad id à iure statuta, ac interstitijs a Sacro Concilio Tridentino designatis minimè seruatis, annique circulo non expectato, etiamsi in vnoquoq; ex dictis sacris Ordinibus susceptis antequam ad alium promoueantur, se minimè exercuerint, dummodò tamen ad id idonei reperiantur, & seruatis aliàs seruandis promoueri, & promoti in illis etiam in Altaris ministerio ministrare liberè, & licitè possint, & valeant, Apostolica auctoritate tenore præsentium concedimus, & indulgemus, ac facultatem impartimur.

Quibuscumq; non obstantibus.

§. 3. Non obstañ fel. rec. Gregorij XIII. & Gregorij XIV. Rom. Pont. Prædecessorum nostrorum, alijsque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Transumptis eredi mandat.

§. 4. Volumus autem, quòd præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ,

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris die xxx. Iunij 1625. Pontificatus Nostri Anno II.

Dat. P. a. 30. Iunij.

XLV.

Confirmatio, & approbatio Constitutionis Gregorij XV. de electione summi Romani Pontificis, ac Cæremonialis continentis illius ritus.

Constitutionem de electione babes sup. nu. 13. pag. 87. Aeterni, vbi tibi notaui quæ ad eius materiam pertinent; Approbationem vero illius Cæremonialis babes Const. 19. Decet, sup. pag. 103. & etiam ipsum Cæremoniale impressum pro maiori lectoris commoditate.

VRBANVS EPISCOPVS SER. SERV. DEI.
Ad perpetuam rei memoriam.

Edita an. D. 1625.

Proœmium.

AD Romani Pontificis prouidentiam spectare dignoscitur, vt ea, quæ salubriter a Prædecessoribus suis, præsertim Sedis Apostolicæ, vniuersalis Ecclesiæ decori, & vtilitati conducentia, statuta sunt, firma, & inconcussa quantum ex Alto conceditur, perseuerent.

Greg. XV. edidit Constitutionem pro feliciori directione Electionis Romani Pont. quã babes indicatam in Rubr.

§. 1. Cum igitur formam in eiusdem Pontificis electione seruandam sacrorum Conciliorum decretis, & varijs Apostolicis Constitutionibus sæpius præscriptam felicis recordationis Gregorius Papa XV. Prædecessor noster Pastorali sollicitudine permotus, vt res tanti ponderis postulabat, perfectiùs dirigendam duxerit Constitutione desuper edita, cuius tenor est talis: Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Aeterni Patris Filius, Magister, & Legislator Christus Dominus &c.

Omittitur residuum, quia eum babes supra pag. 87.

Et postea confirmauit Cæremoniale continens ritus d. electionis in Const. pariter tibi inde in Rub.

§. 2. Et successiuè idem Gregorius Prædecessor Cæremoniale ritus dictæ Electionis continens de eius mandato compositum confirmauerit, cuius tenor sequitur, Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Decet Romanum Pontificem.

Reliquum buius Const. cum suo Cæremoniali babes vbi sup. pag. 103.

Modo iste Pont. prædicta approbat, & confirmat.

§. 3. Nos qui vt rei tàm arduæ negotium ritè, & rectè procederet, & absolueretur, in-

ternis

tentis ſtudijs deſiderauimus, cumprimum (nullis licèt ſuffragantibus meritis) ad Summi Apoſtolatus apicem aſſumpti fuimus, animo reuoluentes quantam in omnium animis Conſtitutionis exequutio, & Cæremonialis prædictorũ vſus approbationem excitarit, vt Conſtitutio, & Cęremoniale prędicta noſtra etiam confirmatione roborata inuiolabiliter ſemper obſeruentur prouidere cupientes, ex mera animi noſtri deliberatione, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ac de Ven. Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio, & aſſenſu, Conſtitutionem, & Cęremonialę prædicta cum omnibus, & ſingulis in eis, & eorum quolibet contentis clauſulis, & decretis hac noſtra perpetuò valitura conſtitutione, Apoſtolica auctoritate perpetuò confirmamus, & approbamus.

Eaq; perpetuò in futuris Pontificum electionibus ſeruari præcipit.

§. 4. Eaque etiam perpetuò in omnibus futuris Romanorum Pontificum electionibus firmiter, & inuiolabiliter obſeruari præcipimus, & mandamus, ac derogationem in eadem Conſtitutione dicti Gregorij Prædeceſſoris inſertam, ſemper vigere, ſuamque vim perpetuis futuris temporibus obtinere decernimus.

Contraria; omnia tollit.

§. 5. Non obſtantibus, quatenus opus ſit, ea in parte, qua præſentibus aduerſentur recolendæ memoriæ Alexandri Papæ III. ſimiliter Prædeceſſoris noſtri in Lateranenſ. quæ incipit Licet de vitanda, & quibuſcumque alijs etiam in vniuerſalibus Concilijs editis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, & Conſuetudinibus etiam immemorabilibus, ac omnibus illis, quę dictus Gregorius Prædeceſſor in Conſtitutione, & Cæremonialis confirmatione prædictis voluit non obſtare; quibus omnibus, etiam ſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſſio ad hoc ſeruanda foret, omnium, & ſingulorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum exprimerentur, & inſererentur, præſentibus pro ſufficienter expreſſis & inſertis habentes, illis quoad reliqua omnia, quæ Conſtitutioni dicti Gregorij, & Cæremoniali prædictis, & huic noſtro præcepto, mandato, & decreto non ſunt repugnantia, in ſuo robore permanſuris harum ſerie de ſimili plenitudine poteſtatis derogamus, & derogatum eſſe volumus, & hanc noſtram derogationem ſuum pariter effectum perpetuò conſequi iubemus, cæteriſque contrarijs quibuſcumque.

Decretumq; pœnale ſuper addit.

§. 6. Nulli ergò omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis, approbationis, præcepti, mandati, decreti, derogationis, voluntatis, & iuſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum.

Dat. P. A. 3. die 28. Ianuarij.

Dat. Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo quinto, quinto kal. Februarij, Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

Papæ ſubſcriptio.

✠ Ego Vrbanus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

Cardinalium ſubſcriptiones.

† Ego Franciſcus Maria Epiſcopus Oſtienſis S. R. E. Card. à Monte promitto, voueo, & iuro.

†

† Ego Octauius Epiſcopus Portuenſ. S. R. E. Cardinalis Bandinus promitto, voueo, & iuro.

† Ego Io. Baptiſta Epiſcopus Albanenſ. S. R. E. Cardinalis Detus promitto, voueo, & iuro.

† Ego B. Epiſcopus Sabinenſ. Cardinalis Bevilaqua promitto, voueo, & iuro.

† Ego A. Epiſcopus Prænestinus Cardinalis Perettus promitto, voueo, & iuro,

†

†

†

† Ego Dominicus Cardinalis Gimnaſius tit. s. Laurentij in Lucina promitto, voueo, & iuro.

†

† Ego C. Cardinalis Madrutius tit. s. Cæſarei promitto, voueo, & iuro.

†

† Ego Scipio tit. s. Griſogoni Presbyter Cardinalis Burgheſius maior Pœnitentiarius, promitto, voueo, & iuro.

† Ego Io. Garcia tit. ss. Quatuor Coronatorum presb. Card. Millinus promitto, voueo, & iuro.

† Ego Marcellus tit. ss. Quiricæ, & Iulittæ presb. Card. Lantes promitto, voueo, & iuro.

†

† Ego Ioannes Baptiſta tit. s. Cæciliæ præſbyter Card. Lenius promitto, voueo, & iuro.

†

† Ego D. tit. s. Martini in Montibus Card. Riuarola promitto, voueo, & iuro.

†

† Ego Fr. Auguſtinus S. R. E. presb. Cardinalis

nalis tit. s. Mariæ de Aracæli promitto voueo, & iuro.

† Ego Gaspar tit. s. Crucis in Hierusalem presb. Card. Borgia promitto, voueo, & iuro.

†

† Ego Fr. Felix tit. s. Anastasiæ presb. Cardinalis Ausculanus promitto, voueo, & iuro.

†

† Ego Gabriel tit. s. Bartholomæi in Insula presb. Cardinalis de Trejo promitto, voueo, & iuro.

†

†

† Ego I. tit. s. Sabinæ presb. Cardinalis Sabellus promitto, voueo, & iuro.

† Ego M. tit. s. Mariæ de Pace Cardinalis Klesélius promitto, voueo, & iuro.

† Ego S. presb. Cardinalis s. Susannæ S.R.E. Bibliothecarius promitto, voueo, & iuro.

†

† Ego Guido tit s. Mariæ de Populo Cardinalis Bentiuolus promitto, voueo, & iuro.

†

†

† Ego Fr. Desiderius tit. ss. Duodecim Apostolorum Cardinalis de Cremona promitto, voueo, & iuro.

† Ego L. tit. s. Laurentij in Damaso presb. Cardinalis Ludouisius S.R.E. Vicecancellarius, & Sanctiss. D. N. Summator promitto, voueo, iuro.

† Ego Cosmus tit. s. Pancratij presb. Cardinalis de Torres promitto voueo, & iuro.

†

†

† Ego F. A. Cardinalis s. Honuphrij S.R.E. presb. Cardinalis promitto, voueo, & iuro.

† Ego Laurentius tit. s. M. in Aquiro S.R.E. Cardinalis Magalottus promitto, voueo, & iuro.

† Ego Aloysius tit. s. Pudentianæ presbyter S. R. E. Cardinalis Caetanus promitto, voueo, & iuro.

† Ego Dionysius tit Sanctiss. Trinit. in Mõte Pincio Cardinalis de Marquemont promitto, voueo, & iuro.

†

†

† Ego Laudiuius Cardinalis s. Sixti promitto, voueo, & iuro.

†

†

†

† Ego Io. Dominicus Spinula Cardinalis s. Clementis promitto, voueo, & iuro.

† Ego Iacobus Caualerius S. R. E. presbyter Cardinalis s. Eusebij promitto, voueo, & iuro.

†

†

†

†

†

†

† Ego C. s. Mariæ in Via lata Diac. Cardinalis Pius promitto, voueo, & iuro.

† Ego M. s. Eustachij Diac. Cardinalis de Sabaudia promitto, voueo, & iuro.

†

† Ego Alexander s. Mariæ in Cosmedin Diac. Cardinalis Vrsinus promitto, voueo, & iuro.

†

†

†

†

† Ego Franciscus s. Angeli in foro piscium Diaconus Cardinalis Boncompagnus promitto, voueo, & iuro.

† Ego Hippolytus s. M. Nouæ Diaconus Cardinalis Aldobrandinus S.R.E. Camerarius promitto, voueo, & iuro.

†

† Ego P. Maria Burghesius Diac. Cardinalis tit. s. Georgij promitto, voueo, & iuro.

† Ego L. ss. Viti, & Modesti Diaconus Cardinalis Biscia promitto, voueo, & iuro.

†

Publicatio.

Anno à Natiuitate Domini Nostri Iesu Christi Millesimo sexcentesimo vigesimo sexto Indictione Nona, die vero sexta Mensis Iulij, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri D. VRBANI diuina prouidentia Papæ VIII. Anno eius Tertio i supradictæ litteræ lectę, & publicatæ, & fuerunt ad Valuas Basilicarum Sancti Ioannis Lateranensis, Principis Apostolorum de Vrbe, Cancellariæ Apostolicæ, & in Acie Campi Floræ per me Tarquinium Maionum Cursorem, & per me Brandimartem Latinum Prælibati Sanctiss. D. N. PP. ac Sanctæ Romanæ, & Vniuersalis Inquisitionis Cursorem, &c.

Augustinus de Bolis Romanus pro D. Mag. DD. Cursorum.

Indul-

XLVI.

Indultum, quòd Seruus Dei Franciscus Borgia, olim Dux Gandiæ, & deindè Religiosus professus, ac tertius Præpositus Generalis Societatis Iesu Beatus nuncupari, & in die sui obitus Missa celebrari, & officium de Communi Confessorum non Pontificum in Ecclesijs, & Domibus regularibus dictæ Societatis recitari possit.

Quamplura de Societate indicaui supra in Const. 26. Pauli III. Regimini, tom. 2. & Constit. 21. Pauli V. In Sede. Hoc eod. tom. 4. sup. pag. 41.

Editu A. D. 1625.

VRBANVS PAPA VIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Aliàs à Nobis emanarunt litteræ tenoris subsequentis videlicet. Vrbanus Papa VIII. Ad perpetuam rei memoriam. In Sede Principis Apostolorum, nullo meritorum nostrorum suffragio à Domino constituti, pijs fidelium votis, quibus virtutum largitor in seruis suis honorificatur, libenter annuimus, eaque fauoribus prosequimur opportunis.

Cögregatio Cardinalium sacris ritibus præpositorum censuerunt ad canonizationem Serui Dei Francisci Borgiæ quandocumque deueniri posse.

§. 1. Cũ itaq; sicut dilectus filius noster Gaspar tituli Sanctæ Crucis in Hierusalem Presbyter Cardinalis Borgia nuncupatus Nobis nuper exposuit, Venerabiles Fratres Nostri S. R. E. Cardinales Sacris ritibus præpositi causam Serui Dei Francisci Borgiæ olim Ducis Gandiæ, ac postea Religiosi professi, & tertij Præpositi Generalis Societatis Iesu à tribus Rotæ Auditoribus, instante cla. me. Philippo III. Hispaniarum Rege Catholico, necnon Regnorum eiusdem Philippi Regis Proceribus, Ciuitatibus, Vniuersitatibus, ac demum Præposito Generali eiusdem Societatis; & deindè de mandato Nostro ab eisdem Cardinalibus, referente dilecto filio Francisco S. Angeli in Foro Piscium Diacono Card. Boncompagno nuncupato discussam, cum de validitate processuum, de sanctitate vitæ, ac denique de miraculis sufficienter constare pronunciassent, in tali statu censuerint habendam, vt ad solemnem ipsius Serui Dei Canonizationem quandocumque deueniri possint.

Gaspar Card. Borgia & Soc. prædicta illum Beatum nuncupari, ac Officium, & missam de eo interim recitari hunc Pont. supplicarunt.

§. 2. Gaspar verò Cardinalis, ac Præpositus, & Præsbyteri dictæ Societatis pro eo, quem erga eumdem Dei Seruum Franciscũ Borgiam gerunt deuotionis affectum, Illum Beatum nuncupari, ac Officium, & Missam de eo, donec ad illius Canonizationem deueniatur, recitari summoperè desiderent.

Qui Pontifex id ei indulget.

§. 3. Nos pijs Gasparis Cardinalis, ac Præpositi Generalis, & Presbyterorum prædictorum votis, quantum cum Domino possumus, annuere, illosque specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes; ac singulares Præpositi, & presbyterorum prædictorum personas à quibusuis excommunicationis, suspeñ, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, ceñ, & pœnis a iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequeñ harum serie absoluentes, & absoluturos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati: De eorumdem Cardinalium sacris Ritibus Præpositorum consilio, vt idem Dei Seruus Franciscus Borgia Beatus nuncupari, deq; eo ab omnibus dictæ Societatis Iesu Religiosis vbique existentibus, necnon in ditionibus Familiæ illorum de Borgia ab omnibus Sacerdotibus, tàm sæcularibus, ac regularibus Kal. Octobris, ipso nempe die sui obitus, Missa celebrari, ac Officiũ de Communi Cõf. Nõ Pontificũ recitari iuxta rubricas Missalis, & Breuiarij Romani respectiuè, liberè, & licitè valeant Apostolica auctoritate teñ præsentium perpetuò concedimus, & indulgemus,

Contrarijsq; derogat.

§. 4 Non obstañ constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Transumptis etiã credi mandat.

§. 5. Volumus autem, vt præsentium transumptis etiam impressis Secretarij ipsius Societatis, vel Notarij publici manu subscriptis, & personæ alicuius in dignitate Ecclesiastica constitutæ sigillo munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud vbiq; locorum adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. die 23. Nouembris ... An. 2.

Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die xxiij. Nouembris 1624. Pontificatus Nostri Anno II.

Indultum q; prædictum modo amplius.

§. 6. Nunc autem eosdem Gasparem Cardinalẽ, ac Præpositum, & Presbyteros amplioribus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, & singulares Præpositi, & Clericorum prædictorum personas à quibusuis excommunicationis, suspeñ, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt ad effectum præsentium dumtaxat cõsequeñ harum serie absoluentes, & absolutas fore censentes, supplicationibus illorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati. De eorumdem Fratrum consilio, concessionem, & indultum, desuper q. concessas litteras huiusmodi, ad quoscũque

 Sa-

Sacerdotes sæculares, seu cuiusuis Ordinis, Congregationis, seu Instituti regulares, ad Ecclesias, seu domos regulares dictæ Societatis Iesu accedentes, itaut Sacerdotes huiusmodi in dictis Ecclesijs, seu domibus dumtaxat Missam, & Officium huiusmodi seruata prædictarum litterarum forma respectiuè celebrare, & recitare possint, & valeant, eadem auctoritate ten. præsentium extendimus, ac concedimus pariter, & indulgemus.

Contrarijsque derogat.

§. 7. Non obstan. omnibus illis, quæ in dictis nostris litteris voluimus non obstare, cæterisque contratijs quibuscumque.

§. 8. Volumus autem, vt præsentium transumptis etiam impressis Secretarij ipsius Societatis, vel Notarij publici manu subscriptis, & personæ alicuius in dignitate Ecclesiastica constitutæ sigillo munitis eadé prorsus fides in iudicio, & extra illud vbique locorum adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die ij. Septembris M.DC.XXV. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

XLVII.

Indultum pro Ordine Fratrum Capuccinorũ Officium de S. Conrado Tertij Ordinis Sancti Francisci Professore in die suæ festiuitatis recitandi sub ritu semiduplici, & de communi vnius Confessoris non Pontificis.

Tres Ordines instituit S. Franciscus, quorum tertium pro sæcularibus Tertiarijs nuncupatis instituit, & illius professor fuit iste Conradus, non autem Congregationis Fratrum Regularium, qui etiam Tertiarij vocantur, vt notaui supra tom. primo ad const. 5. Honor. 3. pag. 46.

VRBANVS PAPA VIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

DOMINI Nostri Iesu Christi, qui seruos suos æternæ gloriæ præmio donat in Cælis, vices quamquam immeriti gerentes ex iniuncto Nobis pastoralis officij debito procurare tenemur, vt eorumdem fectorum Christi debita veneratio in dies magis promoueatur, & laudetur Dominus in Sanctis suis: quamobrem fidelium quorumlibet, præsertim vero sub suaui Religionis iugo Altissimo famulantium votis, quæ peculiarem Sãctorum in huiusmodi cultum respiciunt, libenter annuimus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

Ad supplicationẽ Ordinis Fratrum Capuccinorum.

§. 1. Sanè nomine dilectorum filiorum Ministri generalis, ac Fratrum Ordinis Minorum Sancti Francisci Capuccinorum nuncupatorum Nobis nuper expositum, quòd ipsi ex peculiari, quem erga Sanctum Conradum tertij Ordinis eiusdem Sancti Francisci dum vixit, professorem, gerunt deuotionis affectu, & vt alios Christifideles ad eiusdem deuotionis studium accendant, Officium de eodem Sancto Conrado die eius festo sub ritu Semiduplici recitare posse summopere desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, vt de opportuna in præmissis licentia prouidere de benignitate Apostolica dignaremur.

Hic Pont. licentiã concedit officium de cõmuni vnius Confessoris sub ritu semiduplici pro die festiuitatis recitandi.

§. 2. Nos igitur Ministri generalis, & Fratrum prædictorum laudabile eiusmodi desiderium plurimum in Domino commendantes illosque specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis a iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ exiltunt ad effectum præsentium dumtaxat consequẽdum harum serie absoluentes, & absolutas fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, De Vener. Fratrum Nostrorum S.R.E. Cardinalium sacris Ritibus præpositorum consilio, Vt de eodem Sancto Conrado die eius festo ab omnibus, & singulis Ordinis Minorum Sancti Francisci Religiosis vbique existentibus Officium sub ritu semiduplici de communi vnius Confessoris non Pontificis iuxta Rubricas Breuiarij Romani recitari liberè, & licitè possit, & valeat, Apostolica auctoritate, tenore præsentium licentiam, & facultatem perpetuò concedimus, & indulgemus.

Contrarijs derogat.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quibusuis etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Transumptis fidẽ adhiberi mandat.

§. 4. Volumus autem quòd præsentium transumptis, etiam impressis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die 12. Septembris 1625. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Dat. 12. Septembris.

Beatificatio

XLVIII.

Beatificatio Serui Dei Felicis de Cantalicio Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Cappuccinorum, Ac Indultum quod de eo Missa celebrari, ac Officium recitari possit a Fratribus dicti Ordinis in Nancei, Romaricomontis, & Cantalicij Oppidis existentibus, & Romæ ab omnibus ad Ecclesiam ipsius Ordinis, vbi Corpus eiusdem requiescit, confluentibus.

Hoc Indultum ad omnes Fratres dicti Ordinis vbique existentes extendit postea hic idem Pont. vt in Const. seq. & deinde ad omnes Sacerdotes confluentes ad Ecclesias huius Ordinis extendit, vt inf. Const. 86. Aliàs nomine.

Adita A. D. 1625.

VRBANVS PAPA VIII
Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

IN specula militantis Ecclesiæ, & Apostolicæ potestatis plenitudine, nullis licet nostris suffragantibus meritis, diuina prouidentia constituti, pijs fidelium votis, quibus virtutum Dominus in seruis suis honorificatur, libenter annuimus, eaquè fauoribus prosequimur opportunis.

Maxi. Principes, ac Minister gen. Fratrum Capuccinorum supplicari fecerunt Pont. vt iste Fr. Felix de Cantalicio Beatus nuncupari, ac de eo Missa celebrari, & Officium recitari possit indulgere dignetur.

§. 1. Sanè pro parte dilectorum filiorum nobilium virorum Maximiliani Bauariæ Sacri Rom. Imperij Principis Electoris, ac Caroli Lotharingiæ Ducum respectiuè, necnon Francisci à Lotharingia Comitis Vademontani, dilectarumque in Christo filiarum nobilis Mulieris Elizabethæ Bauariæ Ducissæ, & Catharinæ etiam à Lotharingia Monasterij Sedi Apostolicæ immediatè subiecti Sancti Petri de Romaricomonte Ordinis S. Benedicti Nullius seu Tullen. Diœces. Abbatissæ, necnon etiam Ministri generalis & Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci Cappuccinorum nuncupatorum Nobis nuper expositum fuit, quòd bo. me. Felix de Cantalicio eiusdem Ordinis dū vixit, professor, multis, & eximis virtutum, gratiarum, & miraculorum donis à Domino illustratus fuit. Quapropter Maximilianus, & Carolus Duces, ac Franciscus Comes, necnon Elizabetha Ducissa, & Catharina Abbatissa, ac Minister, & Fratres prædicti Nobis humiliter supplicari fecerūt, vt donec Canonizationis honor dicto Felici de Cantalicio ob eius eximiam caritatem, & excellentia merita, diuina aspirante gratia, ab Apostolica Sede decernatur, Idem Felix de Cantalicio Beatus nuncupari, atque Officium, & Missa de eo, vt infra recitari, & celebrari possit.

Qui mondo id concedit Fratrib. d. Ordinis tantū in Nancei, Romaricomontis, ac Cantalicij Oppidis existentibus Romæ verò vbi Corpus eius requiescit, etiam confluentibus elargitur.

§. 2. Quare Nos, re prius per Ven. Fratres nostros S. R. E. Cardinales sacris Ritibus præpositos, quibus eam examinandam demandauimus, maturè discussa, de eorumdem Cardinalium consilio, huiusmodi supplicationibus inclinati, vt ipse bo. me. Felix de Cantalicio Beatus nuncupari, Officiumq; & Missam de eo, tamquam de communi Cōfessoris non Pontificis iuxta rubricas Missalis & Breuiarij Romani, hoc anno videlicet post præsentes litteras emanatas, ab omnibus dicti Ordinis Fratribus vbique existentibus; hic autem Romæ etiam à confluentibus ad Ecclesias eorumdem Fratrum die eorum Superioribus bene visa; in posterum verò die dumtaxat sui obitus in Ecclesijs Fratrum prædictorum, videlicet in Nancei, ac prædicto Romaricomontis, necnon Cantalicij Oppidis ab eisdem Fratribus tantùm; Romæ verò vbi Corpus eiusdem requiescit, etiam ad Ecclesiam dictorum Fratrum confluentibus recitari, & celebrari respectiuè, liberè, & licitè possit, & valeat, Apostolica auctoritate teñ præsentium licentiam, & facultatem concedimus, & impartimur.

Contraria tollit.

§. 3. Non obstañ constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Transumptis fides dari mandat.

§. 4. Volumus autem, quòd præsentium transumptis, etiam impressis, manu Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. Romæ apud S. Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die 1. Octobris 1625. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Dat. P. A. 1. die 1. Octobris.

Sequitur extensio huius Indulti ad omnes Fratres d. Ordinis vbique existentes.

Edita A. D. 1626.

VRBANVS PAPA VIII
Ad perpetuam rei memoriam.

Refertur tenor præcedentis Constitutionis.

NVper nomine dilectorum filiorum nobilium virorum Maximiliani Bauariæ Sacri Romani Imperij Principis Electoris, ac Caroli Lotharingiæ Ducum respectiuè, necnon Francisci à Lotharingia Comitis Vademontani, dilectarumque in Christo filiarum nobilis mulieris Elizabethæ Bauariæ Ducissæ & Catharinæ etiam à Lotharingia Monasterij Sedi Apostolicæ immediatè subiecti Sancti Petri de Romaricomonte Ordinis Sancti Benedicti Nullius, seu Tullen. Diœc. Abbatissæ, necnon etiam Ministri generalis, & Fratrum Ordinis

diarum ab ijs, qui in Ecclesijs istorum Fratrũ sepelliuntur, vt Const. 21. Aliàs fel. hic sup. pag. 258. Et quod possint isti Fratres expresse professi in Indijs Occidentalibus de suorum Superiorum licentia, ac Diœcesani consensu, Ordines à quolibet Antistite recipere pariter indulsit in Const. 44. Cum sicut, pag. 319.

Edita A.D. 1625.

VRBANVS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium.

SAcrosanctum Apostolatus ministerium humiliati nostræ, nullo licèt meritorum suffragio, diuina dispositione commissum, postulat, vt inter grauissimas, multiplicesque Apostolicæ sollicitudinis curas, illam peculiari studio amplectamur, per quam personæ sub suaui Religionis iugo Saluatoris, & Domini nostri obsequijs famulantes felicioribus in dies proficiant incrementis.

Inhærendo regulæ horum Fratrũ ordinationibusq; seu declarationibus Nicol 3. & Clem. v. tibi sig nat hic in 2. ru. he. prohibet operimentum cuiuscũque materiæ pedibus adaptari, & mandat vt cum calepodijs apertis, seu sandalijs incedere teneantur.

§. 1. Cum itaque sicut accepimus dilecti filij Fratres Ordinis Minorum Sancti Francisci de Obseruantia, assiduis Verbi Dei prædicationibus, continuaque Sacramentorum Ecclesiasticorum administratione, necnon alijs spiritualibus exercitijs, vberes in vinea Domini fructus iugiter afferre noscantur. Nos vt Fratres prædicti in tàm laudabilium operũ exercitio eò alacriùs perseuerent, quò amplioribus fuerint ab hac sancta Sede fauoribus muniti, prouidere, necnon felici illorum statui, quantum Nobis ex alto conceditur, consulere volentes, necnon statutis, & per eos in Capitulo generali proximè præterito decretis inhærentes, ac supplicationibus etiam dilecti filij Bernardini de Senis eiusdem Ordinis Ministri generalis Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati: Quòd de cætero perpetuis futuris temporibus omnes, & singuli eiusdem Ordinis professores iuxta dicti Ordinis regulam, necnon declarationes à piæ me. Nicolao III. & Clemente V. Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris desuper emanatas, cum calopodijs, seu sandalijs apertis dumtaxat incedere teneantur, neque alio pedum operimento siue panneo, siue alterius cuiuscumque materiæ existat, absque expressa licentia vti possint,

Nicol. 3. & Clē v. Const. habes supra in 2. Rubr.

Quodq; professorum vestimentum duabus tantũ tunicis vna cum caputio, & alia sine caputio constet.

§. 2. Quodque integrum eorumdem professorum vestimentum, duabus tantùm tunicis constet, & constare debeat: Vna scilicet cum caputio, & alia sine caputio, vt eadem regula præscribit, neque eiusdem Ordinis professores tertia tunica, seu camisia staminea, aut interula, seu sudarijs, vel alia quacumque re contra eiusdem regulæ tenorem, etiam in vim concessionis fel. record. Iulij Papæ II. etiam prædecessoris nostri, siue alio quouis prætextu, & ex quacumque causa vllo modo vti valeant Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuò statuimus, atque declaramus.

Concessiones, seu indulta concessa quæ eidem regulæ contrariantur, abrogat.

§. 3. Prædictamque Iulij prædecessoris, & quascumque alias concessiones, seu indulta, tàm per litteras Apostolicas, & Motuproprio, quàm viuæ vocis oraculo, & alias quomodolibet concessa eidem regulæ quomodolibet contraria, abrogamus.

Clausulas præseruatiuas addit.

§. 4. Decernentes præsentes litteras semper, & perpetuò validas, firmas, & efficaces existere, & fore suosque plenarios & integros effectus sortiri, & obtinere, ab omnibusque dicti Ordinis Fratribus inuiolabiliter obseruari.

Aliter diffiniri prohibet.

§. 5. Sicque, & non aliter, per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatij Apostolici Auditores vbiq; iudicari, & diffiniri debere: ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrarijs derogat.

§. 6. Non obstantibus prædicta Iulij prædecessoris, ac quibusuis alijs concessionibus, siue indultis huiusmodi, necnon constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Dat. P. a. 3 die. 1. Octobris.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die prima Octobris 1625. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Sequitur approbatio Statutorum generalium editorum in Capitulo generali, Romæ in Conuentu S. Mariæ de Aracæli celebrato die 17. Mensis Maij Anno 1625.

Huiusmodi Statuta sunt inserta in ista Constitutione, vt videre poteris.

VRBANVS PAPA VIII.

Edita A. D. 1625.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

IN supremo Apostolatus solio, meritis licèt imparibus diuina dispensatione præsidentes, ex incumbenti Nobis pastoralis Officij debito, religiosorum Ordinum in Ecclesia Dei militantium prosperum statum, felicemque directionem, sinceris desiderantes affectibus ijs, quæ propterea piè, & prouidè præsertim in eorum capitulis generalibus facta fuisse comperimus, vt firma perpetuò, & illibata remaneat, libenter cum à Nobis petitur, Apostolici muniminis adijcimus firmitatem

tem, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

In Capitulo generali huius Ordinis vltimo loco Romæ celebrato, pro felici vtriusque familiæ directione edita fuerunt quædam statuta prout sequuntur.

§. 1. Cum itaque sicut dilectus filius Procurator generalis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Obseruantia nuncupatorum Nobis nuper exponi fecit, in Capitulo generali eiusdem Ordinis in domo Beatæ Mariæ de Atacæli nuncupatæ de Vrbe prædicti Ordinis vltimo loco celebrato, pro felici Fratrum ipsius Ordinis vtriusque familiæ gubernio, & directione nonnulla statuta edita fuerint, tenoris subsequentis, videlicet.

Statuta pro vtraque Familia.

Quo licentiam debeant Fratres Romam venire.

PRO publicis totam Prouinciam concernentibus negotijs, accedente etiam Diffinitorij consensu, Fratribus suis ad Curiam Romanam eundi facultatem, Prouinciales Ministri concedere possint: pro priuatis autem, auctoritatem hanc sibi nouerint esse negatam. Qui secus fecerit, pœnis à sanctæ memoriæ Clemente VIII. positis subiaceat.

De habitu Oblatorum, seu Donatariorum.

Oblati omnes, Donati, Tertiarij, ad Conuentus famulatum assumpti, Caparonem, seu Caputium, ferre deinceps non præsumant, sed vt ab omnibus dignoscantur Fratres non esse, calceatis incedant pedibus: habitum genua non excedentem, galerum, seu biretum in capite portent.

De auctoritate Congregationum erga Guardianos.

Statutum generale, quo decernitur, Capitulum intermedium, seu Congregationem habere plenam auctoritatem non continuandi Guardianos, sed prioribus amotis, alios instituendi, etiam nulla interueniente causa, innouatur, & roboratur: Ideò Guardiani omnes renunciationem suorum officiorum spontaneam & ex animo, in scriptis mittere teneantur.

Prouincia Anglicana restituitur.

Prouincia Anglicana, quæ ob persecutiones Hæreticorum defecerat, pristino suo honori, & loco restituitur: ita tamen, vt quia pauci adhuc in ea sunt Conuentus, & Fratres, donec augeatur numerus, separatæ Custodiæ nomen retineat, cuius Custos generali Capitulo intersit, habeatque votum in eo.

Excellentiss. Marchio de Cannete vt Patronus ab vtraque familia recipitur.

Vtraque familia pro acceptis beneficijs, & munificentissima liberalitate Excellentissimi Domini Marchionis de Cañete, eum Benefactorem agnoscit, sicut iam antea in Congregatione Segouiensi proximè præterita, communi omnium suffragio sancitum fuerat.

Confirmationem territorij ab isto Marchione facti habes hic sup.

Patres tertij Ordinis habent suffragium in Cap. generali.

Prouinciarum Tertij Ordinis, quæ nunc temporis in Hispania, & Gall. 2. erectæ sunt Ministri, Comitijs generalibus deinceps interesse, & in electionibus Ministri, & Commissarij generalis, respectiuè votum actiuum habere poterunt. Frates enim nostri sunt.

Prouincia S. Didaci recipitur.

Prouincia Sancti Didaci in Bethica recipitur, & cathalago Prouinciarum Ordinis adscribitur, & antiquitatis suæ locum, à suæ erectionis die qui xx. mensis Decembris 1620. fuit, in posterum obtinebit.

Prouincia Saxoniæ Sanctæ Crucis restituitur.

Prouincia Saxoniæ Sanctæ Crucis antiquo suo Iuri, & Ordini restituitur, ad eamque, non solum Abastudensis Conuentus, alijsq; qui antiquitùs eius erant, sed etiam Heldesimensis, Bibeldensis, & Fuldensis, qui hactenus Ministro Coloniensi paruerunt: Item Conuentus Egar, & Monialium eiusdem loci, qui ad tempus Argentinensi Prouinciæ subditi fuerant, deinceps, & imposterum pertinebunt.

Pro Cismontana Familia.

De oneribus Missarum suscipiendis.

Ista Decreta de celebratione Missarum habes hic sup.

VT conscientijs Fratrum circa Missarum celebrationem efficaci remedio prouideatur, strictissimè Patribus Guardianis, & quibuscumque alijs Conuentuum Superioribus præcipitur, vt in oneribus Missarum suscipiendis omnino obseruent formam præscriptam in decretis à Sacra Congregatione Concilij Sanctissimi Domini nostri auctoritate nuper editis de celebratione Missarum.

De limitibus constituendis inter conuentus pro eleemosynis petendis.

Ne pax mutua detrimentum patiatur: Nouerint patres Reformati sibi interdictam diuini Verbi prædicationem; necnon eleemosynarum petitionem intra limites Conuentuum Fratrum Obseruantium de familia, nisi prius Ministri prouincialis in scriptis obtenta facultate: Cui interdictioni reciprocè Fratres regularis Obseruantiæ subiacebunt, nisi Patris Custodis Reformatorum voluntas accesserit atque consensus.

Quomodo subsignandæ sint licentiæ ad eeundum extra Prouinciã vel Conuentũ intra Prouinciam.

Vide etiã Sixt. V. const. 72. sup. t. 2. pag. 603. paragr. 17.

Pro euitandis Fratrum euagationibus, ordinatur, & præcipitur, vt quotiescumque eorum aliquis à suo Superiore extra Prouinciam, vel etiam Conuentum intra Prouinciam exeundi facultatem impetrauerit, in illius obedientia dies determinati assignentur suæ peregrinationis, suique redditus: nec possit accingere se itineri, & obtenta facultate gaudere, nisi obedientiales litteræ prius registratæ, & à Patre Ministro, siuè Guardiano subscriptæ fuerint: In quibus dies discessus adnotetur.

Quod non retineantur Apostatæ.

Apostatæ, nec recipiantur, nec retineantur in alienis Prouincijs, ad quas quomodocumque confugerint: sed vbi primum fuerint absoluti iuxta consuetudinem, & Ordinis constitutiones, ad proprias remittantur sub pœna priuationis Officiorum Prouincialis, siue Guardiani, aut cuiuscumque alterius Superioris ipso facto incurrenda.

Cum

De erigendis literarum studijs.

Cum Ordo noster Seraphicus ad totius Ecclesiæ obsequium sit institutus, toto conatu initendum est, vt non solum in eo scientia non pereat, sed in dies augeatur. Ideò decernitur, atque statuitur, vt in qualibet Prouincia, vbi hactenus desiderantur, & non sunt, Philosophiæ, & Theologiæ studia erigantur, & instituantur: quibus ex eadem Prouincia Patres Lectores ex doictoribus preficiantur: caueturque nè deinceps in alienas Prouincias Studentes mittantur; aut Prædicatores, nisi in casu aliquo vrgenti, de quo tàm Minister generalis, quàm Commissarius Iudex esto. Hac lege Prouinciæ Vltramarinæ non tenentur, quia Studentium, & Lectorum penuriam patiuntur.

De transeuntibus ex vna ad aliam Prouinciam.

Transitus ab vna ad aliam Prouinciam plurimorum est causa malorum, quibus prouisum fore iudicamus, si quod nunc statuitur in posterum obseruetur: Vt scilicet, qui sua sponte, licèt obtenta prius licentia, ad alienam Prouinciam transierunt Fratres tàm incorporati, quàm incorporandi, in ea locum, ordinem, & precedentiam a die tantùm incorporationis suæ, non autem a die receptionis habitus, aut emissæ professionis teneant, & habeant.

Quod nulla sint priuilegia concessa præter Ordinis Statuta à S. de Apostolica confirmata. Greg. XV. const. est sap. num. pag. Pastoralis officij.

Ad tollendam ambitionem, & eliminandā relaxationem decernitur: vt iuxta Gregorij Decimiquinti Breue nullus aliquo gaudeat priuilegio ex quacumque causa, quod per leges & ordinis statuta à Sede Apostolica confirmata, concessum non fuerit.

Quod erigantur Communitates ad subministrandum Fratribus necessaria.

Sicut Statutum de erigendis Cōmunitatibus in vno quoque Conuentu ad maiorem paupertatis obseruantiam, & Fratrum consolationem innouatur: ita Guardianis sub pœna suorum officiorum priuationis præcipitur vt infra duorum Mensium à suo ingressu spatium, Communitates erigant, in quibus, quæ necessaria sunt Fratribus, asseruentur, suo tēpore illis distribuenda, & subministranda; huiusmodi autem Communitates de eleemosynis Conuentuum, & superfluis Fratrum erigantur: quibus habere habitum, & tunicam vnam conceditur: alteram verò tunicam, non nisi ex necessitate, & superioris condescensione, & licentia.

Quid de Vineis, & Pratis sit faciendum.

Omnibus, & singulis Patribus Guardianis sub pœna priuationis officij præcipitur, vt si in suis Conuentibus Vineæ, seu Prata fuerint, ex quibus vinum ad bibendum, & fœnum ad vendendum colligitur, antequam à suo ingressu duos Menses compleantur, omni post habita excusatione tollant, & alijs vsibus permissis terram applicent.

De visitandis Fratrum Cellis.

Iterato statuitur, vt Guardiani sub pœna suspensionis, à suis officijs Cellas Fratrum singulis mensibus visitent, indeque auferant quidquid perfectæ, & Franciscanæ repugnat paupertati.

Renouantur statuta contra insultantes suis superioribus.

Renouatur Statutum contra illos Fratres, qui suis Superioribus insultant, verba iniuriosa & contumeliosa in eos proferunt: in recognoscendis culpis sine licentia loquūturi protestationes in scriptis offerre ausu temerario præsumunt.

De colligendis statutis Cismontanæ familiæ.

Sicut in Congregatione Segouiensi proximè præterita, in vnum collecta fuere Statuta, quæ in Vltramontana familia in posterum obseruari debeant: ita in hac Cismontana fiat: huiusmodi autem collectio duobus Patribus doctrina, & pietate pollentibus à Cismontano Diffinitorio eligendis committatur.

De habenda claue Magistra, seu communi.

Seruetur Apostolica constitutio, qua Ministro prouinciali in sua Prouincia, & Guardiano in suo Conuentu præcipitur, vt eorum quilibet clauem communem, quæ Magistra vocatur, apud se habeat, & sollicitè custodiat: qua suorum subditorum cellas ad libitum saltem cum duobus Discretis Conuentus aperire, ingredi, & visitare possit.

Pro Hispanis.

In Prouincijs semper sit vnus Diffinitor recollectus.

Si contingat, Patrem Diffinitorem Recollectum ad meliorem transire vitam, soluto Mortis tributo, eius locum, munus, & officium antiquior eiusdem Recollectionis Diffinitor obtineat; quod si nullius Diffinitoris officio functus superstes inueniatur; qui erit Guardianus antiquior, aut secundum tabulæ ordinem dignior extiterit, defuncto Diffinitori substituatur: ita vt sine Diffinitore Recollecto nunquam Diffinitorium congregetur.

Distantia à qua vocandi sunt Diffinitores.

Ad electiones non vocetur Diffinitor extra Nationem existens: si verò intra Nationē extra Prouinciam tamen fuerit, dummodò non plus quàm per duas, aut tres dietas distare dignoscatur, vocandus erit, alioquin omnes Diffinitorij actiones nullius sint valoris, & auctoritatis.

Quis subrogandus pro Diffinitore mortuo.

Mortuo aliquo Diffinitore, antiquior Prouinciæ pater defuncti locum accipiat, quòd si nullus talis extiterit, antiquior in Diffinitoris officio subrogetur. Idem alijs in Nationibus obseruandum erit.

De accomodandis Bibliothecis.

Nè Bibliothecæ, Lectores, Prædicatores, & Confessores libris necessarijs careant, singulis Prouincialibus Ministris conceditur, vt quilibet in sua prouincia eleemosynas procuret pro Missis diebus Dominicis celebrandis ad præscriptum eorumdem decretorum sacræ Congregationis Concilij de celebratione Missarum

Missarum, dummodo ducentorum ducatorum quantitas valorem non excedat quolibet anno, huiusmodi autem eleemosynis emantur libri, & pro vniuscuiusque necessitate, iudicio Ministri distribuantur: quod vt sine dolo, & fraude fiat, Visitator solerter inquirat, specialem rationem in singulis Conuentibus exigat, & in Capitulo Prouinciali: An libri iuxta quantitatem assignatam procurati & distributi fuerint, vel non, publicè, & in conscientia declararet. Quæ supererunt die Dominico Missæ supranumerum ex Statutorum nostrorum præscripto, benefactoribus in communi applicentur.

Pro Gallis.

Constituantur domus recollectæ in Prouincijs Galliæ.

QVod vnanimes in suo Discretorio nouē Prouinciæ Galliarum a Diffinitorio generali obnixè postularunt, eis libenter ad maiorem Dei gloriam conceditur: vt in qualibet dictatum Prouinciarum tres eligantur, & assignentur Conuentus, in quibus Regulæ obseruantia adeò districtè seruetur, vt Recollectorum, seu Reformatorum viuendi modum Fratres imitentur: Ideò Capitulum Generale tàm Ministris, quàm Visitatoribus in virtute sanctæ obedientiæ præcipit, vt hoc diligentissimè exequantur: ita tamen, vt prædicti Conuentus Ministris in omnibus subijciantur: ijs casibus exceptis, qui in Statutis pro Reformatis iam factis, declarantur.

Prouinciæ Recollectæ Galliæ habebunt suo loco Diffinitorem gen.

Eodem iure, ac priuilegio gaudeant Recollectorum Prouinciæ in Gallia existentes, quo duæ aliæ eiusdem Nationis familiæ, vt videlicet suo ordine, & tempore successiuo Diffinitorem habeant generalem.

Cetera remittuntur ad Statuta segouiensia.

Pauca hæc Statuta fieri debuerunt, quia quæcumque alia ad bonum publicum necessaria, in Statutis Segouiensibus auctoritate totius Congregationis ibidem confectis cumulatissimè reperientur.

Pro Indis.

Nè Ministri prouinciales Indiani eligant, aut mittant ad Capitulū generale.

CAueant ex Indianis Prouincijs Ministri prouinciales: ne ad Capitulum Generale, vel aut ipsi veniant, vel Commissarios, suo nomine mittant solis Custodibus veniendi facultas conceditur.

Quomodo Commiss Generales Indiarum se debeant in visitādis Prouincijs.

Indiarum Commissarij Generales ipsimet Prouincias omnes visitent: impediti necessitate vrgenti ex vicinioribus Prouincijs, non autē remotis, Visitatores assumere teneātur.

De cōdemnandis Guard. suis delinquentibus.

Nulli liceat Commissario generali, vel etiam Visitatori ante Ministri prouincialis electionem, neque ea peracta, aliquem voce actiua, & passiua priuare, seu alia grauiori afficere pœna, nisi confecto processu, & præcedente rei auditione in sui defensionem. Qui secus fecerit, suo priuetur officio.

De ... Visitatoris in prouincia.

Visitatores peracto Prouinciali Capitulo, in Prouincia visitata, vltra viginti dies, non remaneant: quibus elapsis, omnino auctoritate careant.

De electione.

Tàm Commissarius Generalis, seu Visitator ab Electoribus subscriptionem petens, hunc, vel illum eligendi: quàm ipsi scribentes, priuationi actuum legitimorum, ipso facto, incurrendæ subiaceant.

De iuramento præstando ab Electoribus.

Electores in prouinciali Capitulo Congregati, antequam ad electionem Ministri, Diffinitorum, Custodum, & Guardianorum procedant, nominatim iuramentum præstent coram Vener. Crucifixi imagine se eum electuros, quem in conscientia, & omnibus ęqua lance libratis, digniorem iudicabunt, ita iubente Clemente VIII. sanctione à Sanctissimo D. N. Vrbano VIII. renouata.

Pro Belgis.

De Statutis quoad Prouincias Belgicas.

PErmittit Capitulum Generale Prouincijs, Belgicis, & annexis, in ijs tantum quæ Sacris Canonibus, Tridentini Concilij decretis, & constitutionibus Apostolicis non aduersantur, iuxta Statuta Barchinonensia nuper Segouiæ recognita, & auctoritate Reuerendissimi Patris Ministri Generalis eisdem accomodata, deinceps viuere, sua Statuta prouincialia seruare, reformationis modos à Visitatoribus Apostolicis introductos retinere: itaut neque præsentes neque futuræ constitutiones aliæ prædictarum Prouinciarum Patres, ac Fratres vllo modo obligent: nisi ex parte illa, qua dictis Statutis conformes erunt, vel primo in Capitulo prouinciali, seu Congregatione lectæ, & promulgatæ fuerint.

De Commissario Nationali per totum Belgium.

Commissarius Nationalis in dictis Prouincijs nemo esse, aut institui possit, nisi qui antea, aut Diffinitor, aut iubilatus Lector, aut maiori officio functus fuerit, & per se ipsum Prouincias visitare valeat. Dispensatio in Statutis prouincialibus sine Diffinitorij assensu omninò ei interdicitur: sicut & causarum commissio in instantia prima, quæ penès Prælatos ordinarios esse, & remanere debet.

Receptionem Nouitiorum, necnon Fratrū incorporationem non esse sui iuris, nouerit. Capitulis prouincialibus ipsemet pręsideat.

Procuratores, & Commissarij in Romana Curia suo officio functi precedunt omnes Patres Vltramontana familia licet ipsi Patres Ministri prouinciales non fuissent.

Instante Diffinitorio totius Capituli generalis statuitur ad euitanda dubia: vt Procuratores, & Commissarij Romanæ Curiæ officio functi (etiam si Ministri prouinciales aliàs non

non fuerint) intra suam Prouinciam, & extra, omnes alios præcedant: licèt Ministri Prouinciales, aut Diffinitores Generales extitissent.

Quo iste Pont. ad supplicationem Ordinis approbat & confirmat cum supplemento defectuum.

§. 2. Nos inuiolabili Statutorum huiusmodi obseruationi, perpetuæque firmitati, quãtum Nobis ex alto conceditur, opportunè prouidere, ipsumque Procuratorem specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, & à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis, à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absoluentes, & absolutum fore censentes, supplicationibus eiusdem Procuratoris totius Ordinis huiusmodi nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati. Statuta præinserta huiusmodi Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuò approbamus, & confirmamus, illisque inuiolabilis Apostolicæ firmitatis robur adijcimus, ac omnes, & singulos tàm iuris, quàm facti defectus, si qui desuper quomodolibet interuenerint, supplemus.

Obseruantiam prædictorum Statutorum decernit.

§. 3. Decernentes eadem Statuta in prædicto Ordine ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore quomodolibet spectabit in futurum, inuiolabiliter perpetuò obseruari, & adimpleri debere, irritumque & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contraria tollit.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, dicti Ordinis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Dat. 20. Nouembris.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die xx. Nouembris 1625. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Sequitur confirmatio Statutorum Barchionensium pro Vltramontana familia, nouissimè Segobiæ recognitorum, & approbatorum, dum tamen Sacris Canonibus, Concilio Tridentino, Constitutionibus Apostolicis, ac Regularibus ipsius Ordinis institutis non aduersentur.

Edita an. Dom. 1625.

VRBANVS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

Iniũcti Nobis Apostolici muneris ratio postulat; vt Religiosorum Ordinum in Ecclesia Dei militantium prospero statui, felicique directioni inuigilantes his, quæ propterea prouide facta fuisse dicuntur, vt firma perpetuò, & illibata persistant, libenter cum à Nobis petitur, Apostolicæ nostræ confirmationis munimine roboremus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

In Congregatione generali Segobiæ celebrata statuta generalia pro Fratribus Vltramontanis alias in Ciuitate Barchionensi edita, recognita, & approbata fuerunt.

§. 1. Exponi siquidẽ Nobis nuper fecit Dilectus filius Procurator generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Obseruantia nuncupat. quòd in Congregatione generali ipsius Ordinis in illius Domo regulari Segobiensi nouissimè celebrata Statuta generalia pro Fratribus eiusdem Ordinis Vltramontanæ familiæ aliàs in Ciuitate Barchionensi edita, recognita, & approbata fuerunt.

Et ea modo petit ab isto Pont. confirmari.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, Procurator prædictus plurimum cupiat, Statuta huiusmodi pro firmiori illorũ validitate, & subsistentia Apostolicæ nostræ confirmationis patrocinio communiri, Nobis propterea humiliter supplicari fecit, vt desuper opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur.

Qui approbat, & confirmat, suppletque defectus.

§. 3. Nos igitur Procuratorem prædictum specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, & à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absoluentes, & absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, Statuta prædicta, sic vt præfertur recognita, & approbata, quatenus tamen licita sint, & honesta, sacrisque Canonibus, & Concilij Tridentini Decretis, & Constitutionibus Apostolicis, regularibusq; ipsius Ordinis Institutis non aduersentur. Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuò approbamus, & confirmamus, illisque inuiolabilis Apostolicę firmitatis robur adijcimus, ac omnes, & singulos tàm iuris, quàm facti defectus, si qui desuper quomodolibet interuenerint, supplemus.

Eorumq; obseruantiá perpetuò mandat cum clausula præseruatiua.

§. 4. Decernentes eadem Statuta, ac præsentes litteras valida, firma, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac à Fratribus familiæ prædictæ, nunc, & pro tempore existentibus, in omnibus, & per omnia inuiolabiliter obseruari debere, necnon irritum, & inane, si super his à quoquàm quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contraria aufert.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, priuilegijs quoque,

que indultis, & litteris Apostolicis, in contrarium præmissorum quomodolibet cõcessis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & singulis eorum omnium tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumq;

Dat. R. A. [illegible]

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die 18. Decembris 1625. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Sequuntur Ordinationes factæ in Generali Congregatione, de Obseruantia Regulæ.

De obseruantia Regulæ secundum declarationes Pontificum in Rubr. [illegible] Const. 93.

PRimò declarat Generalis Congregatio, nullam dispensationem contra præcepta nostræ Regulæ esse admittendam; sed omnes, & singulos Fratres teneri ad Regulæ obseruantiam secundum suam puritatem iuxta declarationes Nicolai III. & Clementis V. sicut in multis alijs generalibus constitutionibus declaratum est: Cum omnia priuilegia, seu concessiones cuiuscumque conditionis existant, vel quomodolibet impetrata, vel concessa per Breuia Apostolica, per Indulta, per viuæ vocis Oracula contra Regulæ puritatem, si quæ forent, penitus abrogata fuerint per Breue Sanctiss. D. N. Vrbani viij. Qui verò contrafecerint, tamquam Regulæ transgressores seuerè puniantur.

De [illegible] Missarum celebrandarum.

Et quoniam in quibusdam Ecclesijs tàm magnus numerus Missarum celebrandarum ex varijs defunctorum legatis impositus reperitur, vt illis pro singul s diebus à testatoribus præscriptis nequeat satisfieri, & consequenter, nec alijs, pro quibus eleemosynæ in dies offeruntur; idcirco nè detur occasio Fratribus eorum conscientias onerandi, determinatum est, vt Superiores locorum illorum, ac etiam Prouinciales declarare, & protestari debeant coram ijs, ad quos spectat, se nolle ampliùs legata perpetua ipsis à Testatoribus relicta exigere, & de facto ampliùs non exigant, immò ea, quantum in ipsis est, eo modo, quo possunt, resignent, & respuant. Ac in illis Conuentibus is numerus Fratrum collocetur, qui ex eleemosynis quotidianis honestè sustentari poterit. Si quæ verò legata quoad capitale fuerint extincta, remanente apud Fratres obligatione celebrandi Missas in perpetuum, fiat recursus ad summum Pontificem, vt ipse pro sua benignitate super hoc de opportuno remedio prouideat.

[illegible] pro Missis [illegible]

Capsæ, vel Trunci ad recipiendas eleemosynas pecuniarias etiam pro Missis oblatas, non solum ab Ecclesia, sed etiam à Sacristia, & à quacumque parte, quæ sit intra Clausuram Conuentus, omnino prohibentur sub pœna inobedientiæ, & excommunicationis maioris: oblatæ autem eleemosynæ pro Missis nullo modo intra Clausuram Conuentus, aut intra Ecclesiam, vel Sacristiam ab aliquo recipi permittantur: sed ad Syndicum Apostolicum offerens remittatur; Quod si id graue illi fuerit, & voluerit Tertiario, vel Seruitori Conuentus tamquam Syndici substituto illam tradere, vt ad Syndicum ipsum eius nomine deferatur, id fieri poterit, ea tamen lege, vt intra Claustra Conuentus, aut Ecclesiæ, nec Tertiarius, nec seruus illam recipiat, & Guardianus, qui contrarium permiserit, priuetur officio suo.

De Apostatis.

Circa Apostatas, aliosque delinquentes obseruetur omninò Breue fel. rec. Sanctiss. D. N. Papæ Pauli V. contra Superiores nostri Ordinis promulgatum, quod incipit, Ad monemur. In quo ordinatur, vt ad instantiam personarum quarumcumque extra Ordinem constitutarum nullo modo remittantur pœnæ eis impositæ

De Fratribus ad Missas in alienis Ecclesijs celebrandas non mittendis.

Ad euitandas euagationes Fratrum, & alia grauia inconuenientia, præcipitur, vt Sacerdotes nostri Ordinis nullo modo mittãtur extra Conuentum ad Missas in aliorum Ecclesijs celebrandas, sed vnusquisque in propria teneatur Ecclesia celebrare. Guardianus autem, qui contrafecerit, vel id permiserit, per Mensem suo suspendantur officio pro prima vice: pro secunda autem grauiùs puniatur Superioris arbitratu.

De parochiarum [illegible].

Cum Parochiarum curam habere In illis Ciuitatibus, & locis, in quibus Christiana Religio propagata est, & in quibus copia Sacerdotum sæcularium adest, maximum detrimentum afferat nostræ professioni, & Regulæ obseruantiæ; determinat Generalis Cõgregatio, vt in præfatis locis omninò relinquantur, & si aliquæ sint, quæ de mandato Sedis Apostolicæ detineantur, ad ipsam Sedẽ Apostolicam fiat recursus vt super hoc opportunè prouideat, Fratrumq; cõscientię cõsulat.

De Commissario Regni Poloniæ.

Commissarius in Regnum Poloniæ mittẽdus ad Prouincias illas visitandas, in vnaquaque illarum Prouinciarum Patres Diffinitorij, & alios Patres principaliores congreget, atque simul cum eis de negotio diuisionis illarum Prouinciarum discurrat, illudque exactè discutiat, & quidquid circa hoc de communi cõsensu, paceq; conseruanda determinatũ fuerit esse melius, Reuerendissimo Patri Superiori Generali significet, vt ipse pro sua prudentia, & zelo, quidquid opportunum fuerit

erit ad sedandam controuersiam circa hoc exortam decernat, & statuat, etiam Sedem Apostolicam consulēdo, si opus fuerit. Quidquid verò ab ipso statutum fuerit in illis Prouincijs, executioni mandetur.

De Custodijs Reformatorum Poloniæ, Austriæ, & alijs.

Declaratur, duas Custodias Reformatorū Poloniæ fuisse bene institutas, easque, & ad idem institutum seruandum teneri, & eisdem priuilegijs, & prærogatiuis gaudere, quod seruant, & quibus gaudent Custodiæ Reformatorum Italiæ, & præsertim quod votum habeant in Capitulis prouincialibus illarum Prouinciarum, quibus sunt annexæ. Insuper declarat totum Diffinitorium, Reformam, seu Custodiam Austriæ veram esse Custodiā ad formam aliarum Reformationum Italiæ institutam, eisdemque priuilegijs, & gratijs, quibus cæteræ Italiæ Custodiæ gaudent, potiri, & gaudere debere. Idem dicimus etiam de Conuentu Pragensi, Prouinciæ Boemiæ & Tyrnauiensi, Prouinciæ S. Mariæ Hungariæ Reformatis, iam assignatis, & traditis, &c.

De Monasterio Monialium maioris Glogouiæ.

Monasterium Monialium clausarum maioris Glogouiæ Prouinciæ Boemiæ, supposita ipsarum inobedientia, & contumacia, omninò relinquatur, & resignetur loci Ordinario; Itaut imposterum nulli Prouincialium successiuè futurorum, aut aliorum quorumcumque Fratrum, liceat in contrarium aliquid attentare, sub pœna priuationis Actuum legitimorum contrafacientibus.

De Cōuentu Gliuicensi.

Conuentus Gliuicensis, olim ad Prouinciæ Boemiæ Fratres spectans, ac deinde Reformatis Prouinciæ Poloniæ, assignatus declaratur incorporatus Reformationi Prouinciæ Poloniæ, præcipiturq. vt imposterum non liceat Prouinciali Boemiæ, vel alteri Patri eiusdem Prouinciæ aliquid in contrarium attentare sub pœna priuationis officiorum, actuumq. legitimorum ijs qui cōtrafecerint.

De Statutis Fratrum Reformatorum.

Ad confusiones, & varietates Statutorum Reformatos concernentium tollendas, & ad certam insuper, stabilemque inter ipsos Cōstitutionum obseruationem præfigendam, statuendamque, consulto statuitur, strictiusq; præcipitur sub pœnis in eisdem Constitutionibus taxatis, & irremissibiliter infligendis, vt imposterum Fratres Reformati ijs dumtaxat statutis generalibus vtantur, ac ea inuiolabiliter obseruent, quæ pro bono, ac strictiori ipsorum viuendi modo in præsenti Cōgregatione generali etiam ipsis Reformatis assentientibus, & acceptātibus maturè decreta, & sancita fuere, eaque quolibet bimestri legere teneantur tēpore cōmunis refectionis.

Sacra Congregatio à Sanctiss. D. N. Fratrum Minorum de Obseruantia S. Francisci Cismontanæ Familiæ consultationibus præposita, volens, quantum potest in Domino, ipsorum postulato satisfacere circa Nouitios ad habitum, & professionem admittendos, Sāctitate Sua approbante cēsuit, tunc demū esse illis permittendū, vt nouitios, vt supra recipiant, cū constiterit, ex ipsorū Conuentibus eos sustulisse abusus omnes, qui Regulæ Sancti Francisci Obseruantiæ aduersantur. Quod vbi præstiterint, designanda erunt loca, pro ijsdem Nouitijs recipiendis, & præscribendus recipiendorum numerus, & qualitas, & alia ad eorum institutionem pertinentia; & prout vnaquæque Prouincia id exequetur, eidem receptionem huiusmodi fore permittendam.

Quod Fratres familiæ Cismōtanæ Nouitios ad Habitum de cætero admittere valeāt.

Abusus verò, quibus eos propterea mederi oportebit, sunt potissimum infrascripti.

De bonis immobilibus, censibus perpetuis, & legatis annuis abdicandis.

Ac primum abdicent à se, & eorum Conuentibus non solùm pistrina, ac bona omnia immobilia, quæ alicubi contra Regulæ puritatem, & declarationes fel. rec. Nicolai III. & Clementis Octaui extra, vel intra septa Monasteriorum detinent, sed etiam census perpetuos, & legata annua, super quibus sacra Congregatio præcipit obseruari Decretum Congregationis generalis Romæ habitæ die 17. Maij 1603. Cuius tenor talis est,

CVM annuos redditus, sicut cætera bona immobilia Nobis habere non liceat, ideò renouantes alia generalia statuta, decernimus, quòd nullus Frater inducat personam aliquam ad eleemosynam perpetuam Ordini nostro exhibendam, nec exhibitam à quopiam viuente suscipiat, & si aliqua talis nobis fuerit relicta, nullo modo in iudicio exigatur: declarantes, quòd ad perpetua legata petenda non possunt Fratres recurrere, nisi humiliter, & per modum eleemosynæ absque allegatione alicuius debiti: Decernitur præterea, ac præcipitur per sanctam Obedientiam, quòd quoties relinqui contingat aliqua legata perpetua aliquibus personis, & Hospitalibus, vel alicui Reipublicæ, & alijs domibus, ea lege, quod teneantur Fratribus præstare singulis annis certam eleemosynam, siuè omninò gratis, siuè, vt ipsi Fratres dicant certa Officia, & Missas, quòd Guardianus faciat protestationem ei, qui Testatoris voluntatem adimplere tenetur, quòd ad illas eleemosynas, nullum ius habent ex vi legati, non possunt obligari ad illa Officia, & Missas; Si tamen facta ista protestatione, hæres ex sua libera voluntate voluerit dare eleemosynas illas, & committere Fratribus dicta Officia, & Missas, tunc Fratres tuta conscientia possunt elee-

Ff mosy-

mosynas huiusmodi recipere. Quod totum, & multò fortiùs in relictis legatis singularibus Fratribus simili modo faciendum esse decernimus: Inhibemus autem, nè Syndicus in sua persona huiusmodi annuos redditus recipiat distribuendos ipsis Fratribus. Protestatio autem sic fiat sub sigillo Conuentus, videlicet: Nos Frater N. Guardianus, & Fratres Discreti huius Conuentus N. dicimus ad nostram notitiam peruenisse, quondā N. certam eleemosynæ quantitatem Conuentui huic distribuendam perpetuò gratis, vel forsan pro aliquibus Officijs, aut Missis dicendis, legasse. Cumque legata huiusmodi, nisi per viam simplicis eleemosynæ acceptare ex instituto sancto nostro, & iure nobis non liceat; ideò per per præsentes liberè protestamur in Domino, quod legatum prædictum tamquam illius incapaces ex vi legati recipere nolumus, nec intendimus. Si tamen hæres, Commissarius, aut Legatarius ipsius testatoris dictam quantitatem per viā simplicis eleemosynæ omni obligatione, dominio, & proprietate penitus cessantibus, nobis liberè conferre voluerit, illam simpliciter accipiemus, & piæ testatoris voluntati, quantùm in nobis fuerit, plenè, ac fideliter satisfaciemus. Hæc autem protestatio subscripta per Guardianum, & Discretos Conuentus dabitur illi, qui tenetur testatoris voluntatem implere, & eadem protestatio scribetur in libro Conuentus, vt constare possit succedentibus Guardianis, hanc constitutionem fuisse ad plenum adimpletam. Est autem hæc protestatio necessaria, vt optimè decernit D. Bonauentura, hanc disputans quæstionem, & ex Apostolicis declarationibus Regulæ nostræ colligitur: Et vt omnibus sit compertum id quod tantoperè est nobis necessarium, ipsam D. Bonauenturæ quæstiunculam ex suo Apologetico desumptam, hic apponere de industria, non grauabimur, quæ talis est, vt sequitur.

CVM asseratis, vos secundum Regulam, & professionem vestram nullos debere recipere prouentus reddit
uum, seu possessiones exceptis domibus, in quibus habitatis, videmini transgressores Regulæ vestræ in eo, quod recipitis domos, vel areas non contiguas vestris areis, in quibus habitatis; eodem enim modo, si hoc licet, poteritis etiā vineas recipere, & agros, & mansos, & similia quæque recipere, imò Grancias, & Villas, & Castra, & Terras, & Oppida, & quæcumque fuerint vobis data, & sic pristina paupertas, & mendicitas, quam professi estis, paulatim euanescere, & non eritis Discipuli S. Francisci, cum non sequamini vestigia eius, nec eius Regulam teneatis: de domibus enim vobis contiguis potest esse excusabile, quòd pro dilatanda area vestra illas quandoque recipiatis, sed de alijs non ita, in quibus homines alios pro censu locatis, quem Procurator vester loco vestri exigit, & in vsus vestros conuertit de voluntate vestra.

℞. Si qui in talibus incautè agunt, dolemus, & contradicimus, & prohibemus. Qualiter autem in hoc licitè agere possimus adverte, & tunc non iudicabis nos (si sanè intelligis) transgressores. Protestamur nos secundum regulam nostram nil debere, seu velle possessionis, vel certorum redditaum recipere, vel habere. Quia verò mendici sumus, & pauperes, ea, quibus pro præsenti necessitate indigemus, ideo recipimus, prout licèt, siue pro soluendis debitis, vel alijs necessarijs procurandis; Cum ergo aliquis ex deuotione vult nobis legare domum suam, vel aream non contiguam nostræ mansioni, non recipimus eam per nos nec per interpositam personam, vt nostram; sed si ille eam disponit per alium quemcumque vt ea vendita, de prætio eius prouideatur nobis ex parte sui, in his, quibus tunc indigemus procurandis, vel soluendis debitis, acceptamus. Si autem ille timens nè fortè eius talis dispositio per hæredes suos, vel alios imposterum impediatur, & propter hoc præoccupat roborare illam sigillo alicuius Iudicis, vel ciuium, vel alterius &c. & sic committit eam alicui amico suo, vel Fratrum qui conseruat, quod ipse disponit de domo tali, vel area, nil ad nos, cum de rebus suis possit ordinare quod vult, nec locum talem vel domum dicimus esse nostram, cum nihil iuris nos in ea protestemur habere. Similiter si aliquis disponeret per amicum, vel alium, quod de pretio, vel de prouentibus illis, vel illis dentur Fratribus tot panes quotidie, vel tantum eleemosynæ singulis septimanis, aut annis, non essemus propter hoc prædij, vel redditu
um possessores: nam si me petente eleemosynam, aliquis diues promittat, quod singulis annis velit dare Fratribus duas tunicas, vel tantùm vnam, vel singulis hebdomadibus tot panes, & hoc committat officialibus suis, vt vice sui ista dent, etiam eo absente, & hoc pro Fratribus recipiam, vel etiam si illi negligant dare, admonendo exigam, numquid propterea certos redditus habere dicendi sumus? cum non ex iure, sed ex gratia solum talem eleemosynā recipiamus, vel

vel exigamus. Et si post obitum illius vxor eius, vel alij amici pro anima illius adhuc velint aliquo tempore talem nobis eleemosynā per se, vel ex dispositione illius largiri, possumus similiter accipere ex tali gratia, ita quod quandocumque nollent amplius ista dare, nihil peteremus ab eis, quasi ex debito, sed more mendicorum recurreremus ad domum Clementis Domini pro quotidiana eleemosyna; quamdiù illi placeret: sed quando plus nollet, discedimus vacui gratias agētes de dato, non murmurantes de negato. Hæc est vera, & pura vita mendicorum, quod datur ex gratia recipere, non ex iure.

De censibus verò domorum Fratribus legatarū nihil quærimus, sicut nec de alijs redditibus: Si autem antequam vendantur aliquem inde censum dare volunt hi, in quorum tunc potestate sunt illæ domus, nihil iuris habere in eo protestamur, sed eleemosynā nobis sponte oblatam simpliciter recipimus, sicut aliundè donatam. Quia verò Dominus docet, nos cauere ab hominibus Matth. 10. & Apostolus, ab omni specie mala abstinere primæ Thes. 5. Ne putemur ab ignorantibus transgressores Regulæ nostræ, debemus apertè protestari nihil nobis iuris in talibus donationibus velle habere, sicut tenetur suspectus de fornicatione omnia illa cauere, ex quibus posset ista suspicio probabilis iudicari. Hæc omnia D. Bonauentura.

Sed quia in his casus solet aliquando euenire, quòd annuus redditus ob temporis antiquitatem non comperiatur habere aliquē patronum, cui fieri habeat talis, vt supra, protestatio, decernimus, quòd in tali casu seruetur statutum Ordinis Minorum sub Paulo II. contentum in Constitutionibus super Cap. 6. Reg. & §. inhibemus. Quòd nimirum huiusmodi redditus assignetur Rectoribus spiritualibus, aut temporalibus Collegiorū, aut Communitatum, Terrarum, aut Ciuitatum, qui tales eleemosynas, siuè fructus, vel redditus annuos nomine Ecclesiæ Romanæ, vel donantium sine fratribus exigant, & recipiant, & Fratribus, siuè alijs Sacerdotibus, quando Fratres noluerint tales Missas, vel suffragia iuxta piam intentionem benefactorum in toto, vel in parte secundum quantitatem talium obuentionum dicere faciant.

De dominio per instrumenta publica, vel alio modo a Fratribus capitulariter congregatis deinceps non transferendo, ac præscripto modo.

Item statuitur, vt deinceps nulla instrumenta publica fiant à Fratribus capitulariter congregatis, nec quocumque alio modo se habentibus, in quibus transferatur dominium & proprietas alicuius Capellæ, sinè Sepulturæ, cum hoc omninò sit contra Regulam, & nostro repugnet instituto: nam quomodo aliquis dat quod non habet? si tamen occasio se obtulerit, in quo oporteat satisfacere deuotæ fidelium voluntati id fiat per modos nostræ regulæ, & instituto congruentes. Est autem protestatio prædicta necessaria, ne vt ait D. Bonauentura, ab Ignorantibus nostrum Institutum, Regulæ nostræ transgressores iudicemur, cuius Seraphici Doctoris sententiam hic inserendam iudicauimus, quatenus è medio tollatur abusus ingnorantissimorum aliquorum, qui existimantes Charibdim fugere, in Scyllam inciderunt in fauorem Ordinariorum, vel alicuius tertij, vel hæredis, renuntiantes prædicta legata, quasi non esset opus proprietatis, & dominij donare, sicuti accipere & summa dementia alienum renunciare.

De huiusmodi autem bonis, seu illorum pretio, Generalis, vel Commissarius Generalis vna cum consilio Guardiani, & Discretorum Conuentus in vsum Sacristiæ, Fabricæ Ecclesiæ, & Cōuentuum prouideat, prout illorum necessitate perspecta salubriter in Domino expedire arbitrabitur. Et de hac prouisione quamprimum sacram hanc Congregationem fideliter certiorem faciat. Hanc verò bonorum abdicationem, & legatorum renunciationem fuisse executioni demandatam constare debebit huic S. Congregationi ex Generalis, vel Commissarij generalis, & Ordinariorum attestationibus gratis, & absque vllo Fratrum dispendio concedendis.

De proprietate Fratrum particularis aufer ēda.

Deindè à Fratribus particularibus auferatur cuiuscumque rei proprietas, si qua sit, & omnia in communi redigantur ad Regulæ, sac. Canonum, Apostolicarum Constitutionum, & sac. Conc. Trident. dispositionem. Potissimum verò tollantur pecuniæ, & quamprimum insumantur in veras, & communes ipsorum Conuentuum necessitates, idque fiat à Syndicis Apostolicis tantùm, itaut nihil pecuniæ mediatè, vel immediatè supersit in manibus, vel potestate Fratrum etiam Superiorum.

De abusu aromatariarū tollendo.

Ad hæc tollatur abusus Aromatariarum, itaut de cetero illæ non retineantur, nisi ad vsum Monasteriorum dumtaxat, nec liceat res illarum cuique vendere.

Trunci pro eleemosynis non habeantur.

Præterea nullo modo habeant in eorum Ecclesijs, vel Sacristijs aut alibi Cippos, aut truncos ordinatos ad offerentium, seu donantium pecunias, nec Capsulas pro eleemosynis Missarum.

De Regula obseruanda.

Ac demum Superiores Regulares inuigilent, vt Fratres communi mensa vtantur; Diuina Officia temporibus debitis recitent; vacent orationi mentali, & diuinum cultum dili-

diligenter exerceant, ac cætera impleant, ad quæ pro regulæ obseruatione tenentur.

Quod prædicta Decreta impleantur constet Sac. Congr.

Hæc autem superius expressa, fuisse ad effectum perducta constare debebit eidem Sac. Congregationi ex attestationibus, medio iuramento Generalis, aut Commissarij generalis, aut Visitatorum, præuia diligenti informatione capta in Visitatione singulorum Conuentuum cuiusque Prouinciæ. Romæ 14. Iunij 1628.

F. A. Card. S. Honuphrij.

P. Fagnanus Secretarius

Publicatio in Congregatione Generali Fratrum.

Lecta, & publicata fuere præfata Decreta die 15. Iunij 1628. In Congregatione Generali Fratrum Min. de Obseruantia in præsentia Illustriss. & Reuerendiss. Cardin. Gipsij Præsidentis eiusdem Congregationis.

Subsequuntur Decreta Sac. Congregationis à Sanctissimo D. N. Fratrum Minorum de Obseruantia Sancti Francisci Cismontanæ Familiæ consultationibus præposita.

De transitu Fratrum de familia ad Reformatos.

IN primis statutum est, vt Fratres de Familia liberè ad Reformationem, transire valeant in quocumque tempore, etiam extra Capitulum, & Congregationem, cum hoc tamen vt è Conuentu, in quo de familia manent, recedere nequeant, nisi prius habita obedientia à Custode, vel alio Superiore Reformatorum, qui eam nullatenus denegare possit. Et in casu, quo eam denegauerit, fiat recursus ad Superiorem Generalem, qui teneatur Fratres pro hac re ad ipsum recurrentes ad Reformationē recipere, necnon, & Superiores dictam licentiam negantes pœna sibi arbitraria punire, nisi sibi constiterit, reformari volentes id facere, vt iudiciū, vel pœnas sibi iniunctas, subterfugiant, aut esse omninò ad reformationem inhabiles.

Secundò: Vt qui ad Reformationem transierit annum vnum à die suæ receptionis computandum, ad deliberandum habeat, an in illo statu velit remanere, quo anno expleto, Superior Reformatorum, Custos videlicet, vel Prouincialis ad Conuentum, in quo dictus Frater de Familia commoratur, se transferat, ibique simplicem informationem à Guardiano, vel alio Superiori locali, a Discretis Conuentus, & ab aliquo Patre principaliori, vel antiquiori, qui ibi reperiatur fideliter capiat de vita, & moribus supradicti Fratris, & si cognouerit, eum benè vixisse, ac statui, & professioni Reformatorum se conformasse, ipsum ad reformationem incorporatum declarer, & huiusmodi incorporationem in libro Custodiæ diligenter notet.

Quod si id per seipsum personaliter facere nequeat, alium substituat, qui id exequatur, dummodò non sit de familia illius Conuentus, in quo Frater in reformatione incorporandus reperitur.

Quo autem ad faciendam assignationem aliquorum Conuentuum Obseruantium de Familia Fratribus Reformatis, in singulis casibus recurratur ad Sac. Congregationem, quæ habita ratione numeri Fratrum ad reformationem transeuntium, & omnibus accuratè perpensis deliberabit, prout in Domino expedire arbitrabitur.

De Nouitijs inter Reformatos recipiendis.

Tertiò: Determinatum est, vt de cetero Nouitij inter Reformatos non recipiantur extra Capitula, vel Congregationes Capitulares non obstante sanct. me. Clementis Octaui hac de re edito, aliàs receptiones, & professiones indè secutæ, nullæ sint, & inualidæ.

De Ministro Prouinciali eligendo.

Quartò; Determinatum est, vt Minister prouincialis eligi possit ex familia, vel ex reformatione, iuxta antiquam consuetudinem Religionis, & iuxta Constitutiones sanctæ mem. Clem. viij. & Pauli v. & quando Minister prouincialis eligetur ex Fratribus Reformatis, tunc ad tollendas discordias, & lites, Custos reformationis non eligatur; sed ipsemet Minister ipsam reformationem regat, & moderetur. Cæterum, vt necessitatibus dictæ reformationis opportuniùs prouideatur. Dictus P. Minister statim ac fuerit electus, teneatur vnum ex ijs, qui aliàs Custodes fuerunt, vel ex Discretis Custodialibus actualibus Commissarium instituere, cui suam auctoritatem tribuat ad dictam reformationem visitandam quandocumque ipse per se id facere non potuerit, necnon & ad capiendas informationes in casibus occurrentibus: Quibus captis, teneatur de omnibus certiorem facere dictum Prouincialem vt ipse, quod opportunum sibi videbitur, determinare, ac ordinare valeat. In casu autem, quo dictus Commissarius non rectè functus fuerit officio suo, tunc Prouincialis per se solum possit ipsum ab officio remouere, & alium vt supra de nouo instituere.

Insuper determinatum est, vt quandocumque Minister prouincialis fuerit reformatus, tunc Custos mittendus ad Comitia generalia eligatur ex Patribus de Familia; & vice versa quando Prouincialis fuerit ex Fratribus de Familia, tunc Custos supradictus sit Refor-

Reformatus, vt vtraque pars vnum vocalem habebat in dictis Comitijs generalibus.

Vlterius determinatum est, vt nominetur à Generali Procurator in Curia Patrum Reformatorum. Romæ die 14. Iunij 1628.

F. A Card. S. Honuphrij,

P. Fagnanus Secretarius.

Publicatio Decretorum in Generali Congregatione Fratrum.

Lecta, & publicata fuere præfata Decreta die 15. Iunij 1628. in Congregatione generali Fratrum Minorum de Obseruantia in præsentia Illustriss. & Reuerendiss. Card. Gipsij Præsidentis eiusdem Congregationis.

L.

Prohibitio ne degentes in Statu Ecclesiastico mediatè, vel immediatè Sedi Apostolicæ subiecto, libros ab eis vbicumque compositos de quacumq; materia tractantes, absque Cardinalis Vicarij, & Magistri Sacri Palatij in Vrbe, & extra eam absque Ordinarij, & Inquisitoris loci licentia deferant, aut imprimendos tramittant.

Generalem circa libros imprimendos prohibitionem habes sup. in Const. 12. Leon. X. tom. 1. pag. 484.

Feria 5. Die 18. Septembris MDCXXV.

Edita A. D. 1625.

In Generali Congregatione S. Romanæ, & Vniuersalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico Montis Quirinalis coram Sanctiss. D. N. D. Vrbano diuina prouidentia Papa Octauo, ac Illustrissimis, & Reuerendissimis DD. S. R. E. Cardinalibus aduersus hæreticam prauitatem Inquisitoribus Generalibus à Sancta Sede Apostolica specialiter deputatis.

Prohibitio de qua in rubrica.

Sanctissimus D. N. pro debito sui pastoralis officij corrigere volens abusus nonnullorum in Statu Sedi Apostolicæ mediatè, vel immediate subiecto existentium, qui libros à se compositos extra præfatum Statum absque vlla Ordinariorum, & Inquisitorum loci, vbi degunt, approbatione, imprimendos transmittunt: statuit, & decreuit, vt imposterum nemo in Statu prædicto degens, cuiusuis conditionis, gradus, ordinis, & dignitatis existat, libros de quauis materia tractantes, & vbicumque compositos audeat aliò deferre, vel mittere imprimendos sine expressa in scriptis approbatione Illustrissimi, & Reuerendissimi D. Cardinalis S. D. N. Vicarij, & Magistri Sacri Palatij si in Vrbe, si verò extra Vrbem existat sine Ordinarij & Inquisitoris loci illius, siue ab ijs deputatorum facultate, & licentia operi præfigenda,

Impositio pœnarum.

§. 2. Libros autē quos cōtra præsētis decreti tenorē imprimi contigerit præter alias pœnas arbitrio suæ Sanctitatis infligendas, absq; alia declaratione ex nunc prohibet, & pro expressè prohibitis haberi vult, & mandat. Contrarijs quibuscumq; non obstantibus &c.

Io. Antonius Thomasius Sanctæ Romanæ, Vniuersalis Inquisitionis Not.

Publicatio in Vrbe.

Anno millesimo sexcētesimo vigesimo quinto, Indictione octaua, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & D. N. D. Vrbani Diuina prouidentia Papæ Octaui, Anno eius tertio, Die vero tertia Mensis Octobris. Supradictæ litteræ Apostolicæ, siue Decretum affixum, & publicatum fuit in acie Campi Floræ, & alijs locis solitis Vrbis, per me Brandimartem Latinū Prælibati Sanctissimi D. N. Papæ, & Sac. Rom. Inquisitionis Cursorem.

LI.

De bonis iurisdictionalibus ad Ecclesias & loca pia spectantibus in feudum, vel emphyteusim non dandis, neque vltra triennium locandis, aut concessiones huiusmodi renouandis, siue prorogandis.

De alienandis vero bonis Ecclesiæ, vel vltra triennium locandis, generales extant nonnulla Pontificia prohibitiones per me indicata in prima Const. Leon. I. & Const. 5. Pauli II. Ambitiosæ, tom. 1. vbi notaui.

De alienandis autem, & infeudandis Terris S. R. E. specialis extat prohibitio 3. Pij V. Admoneo tom. 2. vbi pariter notaui

VRBANVS EPISC. SERV. SERVOR. DEI.
Ad perpetuam rei memoriam.

Edita A.D. 1625

Exordium.

Humanæ salutis Auctor Christus Dominus Romanam Ecclesiam amplissima temporalis ditionis prætogatiua decorauit, quàm voluit inferioribus etiam Ecclesijs aliqua ex parte communicari, vt filiarum decor matris augeret in Summis Pontificibus Maiestatem, quibus cum Ecclesiarum omnium regimen incumbat, illarum quoque omnium tutelam ad Apostolicam eorum

prouidentiam necesse est pertinere.

Causa impulsiua huius prohibitionis.

§. 1. Olim equidem quamplurimi inferiorum Ecclesiarum Prælati, vt strenuos, ac præstantes virtute viros haberent, qui debitum sibi,& Ecclesijs suis impenderent famulatum temporales ditiones ad easdem Ecclesias pertinentes eximiorum virorum fidei, atque administrationi commiserunt: tempore verò præcedente dilabentibus in deterius bonis institutis factum est, vt nonnulli Ecclesiarum Præsules humanis potius affectibus quàm meritorum intuitu moti, ditiones temporales huiusmodi varijs personis, & Vniuersitatibus in feudum, vel emphyteusim dare, vel vltra triennium locare; & rursus occurrente earum ditionum temporalium deuolutione, ad nouam infeudationem, seu inuestituram, vel locationem vltra triennium sub specie quòd illæ in feudum, vel emphyteusim dari, vel vt præfertur locari sint solitæ, seu aliàs causas prætexentes, deuenire consueuerunt, quod in non modicum Ecclesiarum ipsarum damnum, & præiudicium tendere vsu compertum est.

Prohibitio in feudum, vel emphyteusim quocumq; prætextu, vel causa quocumq; bona ad Ecclesias inferiores, & quæuis loca pia nunc vel deinceps spectantia concedendi vel vltra triennium locandi, & concessiones huiusmod renouandi, vel prorogandi cum pœnarum impositione.

§. 2. Nos itaque nostri muneris partes adimplendo, præmissis obuiam ire, necnon Ecclesiarum, Monasteriorum, & locorum piorum quorumcumque indemnitati, ac iurium eis quomodolibet competentium conseruationi, quantum Nobis ex alto conceditur prouidere volentes, Motu proprio, & ex certa scientia nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, hac nostra perpetuò valitura Constitutione omnibus, & singulis Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, etiam Generalibus, cæterisque Ecclesiarum, & locorum piorum vtriusque sexus Præsulibus, Prælatis, Præsidentibus, Rectoribus, Præceptoribus, Commendatarijs,& Administratoribus cuiuscumque status, gradus, dignitatis, & præminentiæ existant, etiamsi Cardinalatus honore præfulgeant, necnon Capitulis, etiam Generalibus, & Prouincialibus, Conuentibus, Collegijs, Sodalitatibus, etiam Laicorum, & quibuscumque alijs Superioribus cuiusuis Ordinis, Societatis, vel Instituti, etiam de necessitate exprimendi, aut Militiarum etiam Sancti Ioannis Hierosolymitani in Vniuersa Italia, etiam in quorumuis Principum sæcularium quomodolibet qualificatorum, etiam Ducali, Regia, Imperiali, vel quauis alia dignitate, honore, vel excellentia præstantium ditione temporali existentibus, si Pontificali, vel Abbatiali immineant dignitate sub Interdicti ingressus Ecclesiæ; ac, si per sex Menses immediatè subsequentes sub interdicto huiusmodi perseuerint, lapsis mensibus eisdem sub regiminis,& administrationis Ecclesiarum, vel Monasteriorum, quibus præsident, in spiritualibus, & temporalibus suspensionis, Capitulis verò, Conuentibus, Collegijs, Sodalitatibus, & Vniuersitatibus prædictis, sub Interdicti à diuinis, eorumque singularibus personis, ac inferioribus Prælatis, Commendatarijs, & alijs præfatis sub excommunicationis latæ sententiæ, ac omnium dignitatum, beneficiorum, & officiorum Ecclesiasticorum, de quorum rebus, & bonis contra præsentis Constitutionis tenorem eos disponere contigerit, vocisque actiuè, & passiuè priuationis, & perpetuæ inhabilitatis ad illa, seu quælibet alia imposterum obtinenda ipso facto, etiam absque Iudicis ministerio, vel sententia incurrẽdis pœnis, ne de cætero Ciuitates, Terras, Castra, Oppida, Villas, Arces, Fortalia, Munitiones, Territoria, Districtus Iurisdictiones, aut quæuis alia loca, vel bona iurisdictionalia, seu quouis modo iurisdictionem temporalem etiam cum alio, vel alijs coniunctim, seu diuisim, aut aliàs quomodolibet annexam habentia, aut eorum, seu iurisdictionis partem, etiam minimam ad Patriachales, Primatiales, Metropolitanas, Episcopales, & alias Ecclesias, Monasteria, Collegia, vel loca pia supradicta nunc, & pro tempore quouis modo spectantia, & pertinentia, tam quæ ad præsens per Ecclesias, Monasteria, & loca huiusmodi pleno iure possidentur, quàm ea quę in feudum, vel emphyteusim concessa, vel vltra triennium locata per quoscumque quomodolibet, & sub quibusuis prætextibus occupata, seu vsurpata reperiuntur, aut ad Ecclesias, Monasteria, & loca prædicta iam de præsenti forsan de iure, vel de facto reuersa, seu deuoluta sunt, etiam si Ecclesijs, Monasterijs, locisque pijs huiusmodi adhuc incorporata, & de eorum mensa effecta non sint, aut quandocumque perpetuis futuris temporibus per lineam finitam, Canonem non solutum, delictum perpetratum, vel alio quocumque modo reuertentur, seu deuoluentur in futurum, etiamsi ex antiqua, seu immemorabili consuetudine, aut etiam priuilegio Apostolico, quamcũq; ob causam concesso, & iteratis vicibus approbato, in feudum, vel emphyteusim concedi, vel vltra triennium locari, aut finita concessione, vel locatione huiusmodi feuda, inuestituræ, vel aliæ concessiones renouari consueuerint, quibusuis personis, quauis Ecclesiastica, seu mundana dignitate, vel excellentia fulgentibus, ac specialı nota dignis, Capitulis, Col-

legijs

legijs, Ecclesijs, Congregationibus, Monasterijs, Conuentibus, Hospitalibus, & quibusuis Vniuersitatibus, tàm sæcularibus quàm Ecclesiasticis, aut quibuscumque alijs quocumque nomine, ac titulo nuncupatis, & quomodolibet qualificatis, in feudum, vel emphyteusim concedere, aut vltra triennium locare, aut concessiones, inuestituras, & locationes huiusmodi post finitum illarū tempus, vel aliàs quandocumque renouare, prorogare, vel de nouo facere, etiam ad fauorem descendentium, hæredum, vel consanguineorum illorum, qui Ciuitates, Terras, & bona iurisdictionalia prædicta obtinuerint, possederint, vel occupata detinuerint, etiam intuitu meritorum, etiam si concessiones, & alia præmissa in euidentem, immò euidentissimam vtilitatem Ecclesiæ, Monasterij, vel loci pij cedant, aut cōcessionibus, inuestituris, locationibus, vel illarum renouationibus, aut prorogationibus consentire, aut aliud scripto, verbo, vel alio quouis modo, per quem dictæ Ciuitates, Terræ, & bona iurisdictionalia huiusmodi ad Ecclesias, Monasteria, & loca pia prædicta, siue eorum Prælatos, Superiores, Rectores, seu Administratores non reuertantur, etiamsi in prædictis concessionibus, inuestituris, renouationibus, protogationibus, & alijs præmissis, nostrum, & Sedis Apostolicæ beneplacitum, etiam cum clausula, & non aliàs aliter, nec alio modo, seruetur, & nisi illo in scriptis tantum prius obtento, facere audeāt, vel præsumant, vltra alias pœnas per Canonicas sanctiones desuper quomodolibet inflictas districtè interdicimus, & prohibemus.

Quibus aliam pœnam nullitatis adiungit.

§. 3. Et insuper qualcumque cōcessiones, inuestituras, locationes, vel illarum prorogationes, & renouationes, quas contra præsentium tenorem quocumq; modo, & quouis tempore fieri contigerit, prorsus nullas, irritas, & effectu omninò carere debere.

Decernitque irritans addit.

§. 4. Sicque in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, & eiusdem Cameræ Apostolicæ Thesaurarium, & Clericos, necnon S. R. E. Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere, & quicquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum & inane decernimus, & declaramus.

Contrarijs quoq; omnibus derogat.

§. 5. Non obstantibus præmissis ac, Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, etiam in corpore iuris insertis, ac etiam im fauorem quarumcumque Ecclesiarum, Prouinciarum, Ciuitatum, Vniuersitatum, Collegiorum, Capitulorum, & locorum piorum, eorumque personarum atque Ordinum tàm Mendicantium, quàm non Mendicantium, Militiarum etiam Sancti Ioannis Hierosolymitani, necnon Congregationum, & Societatum, & cuiusuis alterius Instituti, etiam necessariò, vt præfertur, & indiuiduò exprimendi, eorumque Monasteriorum, Conuentuum, & domorum Regularium, necnon illorum, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus etiam immemorabilibus, indultis quoque, & priuilegijs, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, etiam irritantibus decretis, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, aut aliàs quomodolibet concessis, & iteratis vicibus approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, ac indiuidua, & de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seù quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma seruanda foret tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, & forma in illis tradita obseruata, inserti forent, præsentibus pro expressis habentes, quoad ea quæ ijsdē præsentibus aduersantur, illis alias in suo robore permansuris, harum serie specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Prælatos de hac Constitutione seruanda iurare mandat.

§. 6. Volumus autem, quòd de cætero Patriarchæ, Primates, Archiepiscopi, & Episcopi, necnon Abbates, Præsules, Prælati, alijque præfati in alijs iuramentis ab ijs præstandis, de præsenti etiam Constitutione seruanda omnino iurare teneantur.

Eamque in Cancellaria describi.

§. 7. Ipsaque Constitutio in quinterno Cancellariæ Apostolicæ describatur.

Et in Vrbe publicari iubet.

§. 8. Quodque præsentes ad Valuas Lateranen. & Principis Apostolorum de Vrbe Basilicarum, & dictæ Cancellariæ, & in Acie Campi Floræ publicentur, & sic publicatæ omnes, & singulos quos concernunt, & concernent in futurum, perindè arctent, & afficiant, ac si eis, & eorum cuilibet personaliter intimatæ forent.

Eius quoque trāsumptis credi decernit.

§. 9. Earumdemque transumptis etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo Prælati, seu personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, in iudicio

iudicio,& extra illud eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis originalibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Sanctionem pœnalem adijcit.

§.10. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri interdicti, prohibitionis, decreti, declarationis, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario cōtraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum.

Dat. 7 oct. 3. die 26. Octobr.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo sexcentesimo vigesimo quinto, Kalen. Nouembris, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Publicatio in Vrbe.

Anno à Natiuitate Domini Nostri IESV Christi Millesimo sexcētesimo vigesimo sexto, Indictione nona, die verò decima septima mensis Ianuarij, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Vrbani diuina prouidentia Papę VIII. Anno eius Tertio, Retroscriptæ litteræ Apostolicæ lectæ, affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Basilicarum Sācti Ioannis Lateran. Principis Apostolorum de Vrbe, Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, dimissis ibidem præsentibus litteris per aliquantulum temporis spatium, vt moris est, affixis, & deinde amotis per nos Pompeium Gitancortes, & Brandimartem Latinum prælibati Sanctiss. D. N. Papæ Cursores &c.

Octauius Spada Magist. Curs.

Registratio in Cancellaria.

Retroscriptæ litteræ Apostolicæ Registratæ fuerunt in Quinterno Cancellariæ Apostolicæ Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo sexcentesimo vigesimoquinto, die verò quarta mensis Februarij Pontificatus Sāctiss. D.N.D. Vrbani diuina prouidentia Papę Octaui, Anno Tertio.

Marcus Antonius Ascensius Cancellariæ Apost. Procustos.

LII.

Indultum, quòd Fratres Discalceati B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum, Officium, & Missam de Communi Confessoris non Pontificis recitare possint de S. Raymundo d. Ordinis, dum vixit, professore, & Procuratore generali, ac S. R. E. Cardinale in die suæ festiuitatis.

De hoc Ordine vide ad Const. 9. Greg. IX. Deuotionis. sup. tom. 1. pag. 57. Et eiusdem Priuilegia confirmauit hic Pont. vt inf. in Constit. 94. Ex clementi.

VRBANVS PAPA VIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

Edita an. D. 1625

Exordium.

SAluatoris, & Domini Nostri IESV Christi, qui seruos suos æternæ gloriæ præmio donat in cælis, vices quamquam immeriti gerentes in terris; ex iniuncto Nobis desuper pastoralis officij debito procurare tenemur, vt eorumdem Seruorum Christi debita veneratio in dies magis promoueatur, laudeturq. Dominus in Sanctis suis; Quamobrem fidelium quorumlibet, præsertim verò sub suaui Religionis iugo Altissimo famulantium, votis, quæ peculiarem Sanctorum huiusmodi cultum respiciunt, libenter annuimus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

Causa huius Constitutionis.

§. 1. Sanè dilectus filius Dydacus de Sancto Raymundo Procurator Generalis Ordinis Fratrum Discalceatorum nuncupatorum B. MARIAE de Mercede Redemptionis Captiuorum Nobis nuper exponi fecit, quòd Fratres prædicti pro eo, quem erga Sanctum Raymundum Nonnat. eiusdem Ordinis dum vixit professorem, ac S.R.E. Cardinalem, gerunt deuotionis affectu, & ad augen. Christifidelium erga illum deuotionem, Officiū, & Missam de eodem Sancto Raymundo, vt infra recitari, & celebrari posse summopere desiderant; Nobis propterea idem Dydacus totius Ordinis huiusmodi nomine humiliter supplicari fecit, vt de opportuna ad hoc licentia prouidere de benignitate Apostolica dignaremur.

Indultum de quo in rubr.

§. 2. Nos igitur pijs Dydaci, & Fratrum prædictorum votis in præmissis annuere, illosq. specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusuis excōmunicationis, suspen. & interdicti, alijsq. Ecclesiasticis sentētijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existūt ad effectum præsentium dūtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium Sacris Ritibus præpositorum consilio. Vt de eodem Sācto Raymundo die eius festo Officium, & Missa de Communi Confessoris non Pontificis iuxta Rubricas Missalis Romani ab omnibus prædicti Ordinis vtriusque sexus regularibus personis rantum recitari, & celebrari respectiuè, liberè, & licitè possit, & valeat

leat Apostolica auctoritate, ten. præsentium licentiam, & facultatem concedimus, & impartimur.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstan. Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisq. contrarijs quibuscuuque.

Fides transumptorum.

§. 4. Volumus autem, quòd præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides vbique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. A 3. die 5. Nouembris.

Dat. Romæ apud S. Mariam Maiorē sub Annulo Piscatoris die 5. Nouembris, 1625. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

LIII.

Institutio Archiuij Sacri Collegij S. R. Eccl. Cardinalium in Palatio Vaticano, in quo conseruari debent scripturæ, & alia acta ad ipsum Collegium quomodolibet pertinentia, necnon processus super qualitatibus promouendorum ad Cathedrales Ecclesias, & Monasteria Consistorialia coram dd. Cardinalibus formati. Ac vnio officij Secretariatus Congregationis Cardinalium super prouisionibus consistorialibus deputatorum Officio Clerici Itali d. Sacri Collegij Secretarij.

Tu aduerte quod Greg. XV. erexerat, & instituerat Notarium ad formandum processus, priuatiuè quoad omnes alios, coram S. R. E. Cardinalibus, super qualitatibus promouendorum ad Ecclesias Cathedrales, & Monasteria Consistorialia sup. in Const. 7. Coniunctis. pag. 74. Cui postea demandauit Confectionem dictorum processuum cum assignatione duorum ducatorum auri de Camera pro vnoquoque processu, vt in Const. seq. Pridē. post d. Const. Greg. Quam Constitutionem iste Pont. pro hac parte reuocat.

Archiuium Romanæ Curiæ instituit Iul. II. vt Const. 15. Sicut prudens. sup. tom. 1. pag. 427. videre potes. Archiuia verò in toto Statu Ecclesiastico erexit Siat. V. Constit. 83. Solicitudo, sup. tom. 2. pag. 636.

Edita an. D. 1625.

VRBANVS EPISC. SERVVS SERV. DEI.
Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

ADmonet nos cura Pastoralis officij, Nobis meritis licèt imparibus, diuina dispositione commissi, vt ad ea libenter intendamus, per quæ gratiæ Apostolicæ, quæ à Nobis, & pro tempore existentibus Romanis Pontificibus, præsertim in Consistorio secreto de S. R. E. Cardinalium consilio pro tempore emanare dignoscuntur, vt eueniente casu personæ, in cuius fauorem fiunt, sciant quò tendere pro illarum consequutione, sub bona, & fideli custodia perpetuò præseruentur, & vt id facilius subsequi possit, quandoque noua loca, & officia, quæ pro gratiarum huiusmodi conseruatione necessaria esse conspicimus, de nouo erigimus, & instituimus, ac illorum curam viris fide, doctrina, ac morum integritate conspicuis, qui circa hoc exactam diligentiam adhibituri sperantur, committimus, & mandamus, ac aliàs desuper disponimus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire.

Tempore Leon. X. S. R. E. Cardinales commum impensa redemerūt officium duorum Clericorum sacri illorum Collegij, & ipsius Collegij Cōstitutiones instaurarunt.

§. Cum itaque, sicut accepimus, dudum tunc existentes S. R. E. Cardinales, tempore videlicet Pontificatus fel. rec. Leonis Papæ X. prædecessoris nostri officio duorum Clericorum Sacri illorum Collegij, quod per multos annos antea magno ipsius Collegij incommodo fuerat venale, communi ab eis redempto impensa, & in pristinum suum statum redacto veteres eiusdem Collegij constitutiones noua quadam forma, & modo instaurari fecerint primo.

Quæ tempore Pauli III. in melius redegerūt, ac statuerunt duos Clericos d. Collegij ministros p fabarum suffragia creari vnum exterum ad annum duraturum, alterū Italum ad beneplacitum. Cuius cura scripturę ad d. Collegium pertinentes conficerentur, ac originalibus in Archiuio in Palatio Apost. d signādo, repositis, duplicata ad vsum quotidianum apud ipsum Clericū Italum remanerent.

§. 2. Et successiuè sedente piæ mem. Paulo III. etiam prædecessore nostro, cum constitutionum, vt præfertur, instauratarum partem rarò obseruatam, partem verò antiquatam, & neglectam animaduertissent, de communi omnium consensu, ac deliberatione prædicto Paulo prædecessore id etiam approbante, ex dictis constitutionibus nonnullis reiectis, aliquibus retentis, alijsve adiunctis, ac aliqua ex parte alijs immutatis, inter alia voluerint, & constituerint inter cæteros ipsius Collegij Ministros debere duos Clericos per fabarum suffragia creari, quorum alter ex Italia, & alter exterus esset, & hic quidem ad annum dumtaxat, ille verò ad beneplacitum, cuius etiam cura libri omnes, & scripturæ ad præfatum Collegiū pertinentes conficerentur, & duplicarentur, & originalibus in Archiuio, quod in Palatio Apostolico designandum erat, ad perpetuam rei memoriam repositis, duplicati ad vsum quotidianum penes ipsum Clericum Italum remanerent, ac recolendæ mem. Pius Papa IIII. similiter prædecessor noster sub die sexta Septemb. Anni Domini Millesimi quingentesimi sexagesimi quarti libros propositionum, & actorum Cōsistorialium, aliasq. scripturas prædictas in eodem Archiuio, quod tunc iam erat designatum, deponi decreuerit.

Et

Denale Greg. XV erexit Notariatus officium perpetuum ad instar aliorum, vt ipse fit rogatus pro formandis processibus coram S.R.E. Cardinalibus sup. qualitatibus promouendorum priuatiue quoad alios quoscumque Notarios.

Habes hanc Const. pag.

§. 3. Et similis memoriæ Gregorius Papa XV. pariter prædecessor noster, cum in formandis, & instruendis processibus, qui super qualitatibus promouendorum per Romanum Pontificem pro tempore existentem ad Ecclesiarum Cathedralium Pastorũ solatio destitutarum, ac Monasteriorum Consistorialium pro tempore vacãtium regimina, ac Ecclesiarum & Monasteriorum huiusmodi statu in Romana Curia coram eisdem Cardinalibus formari, & institui consueuerunt, nullus certus eatenus destinatus, seu deputatus fuisset Notarius, sed ad id muneris Notarij plerumque parum periti adhiberentur, vnum perpetuum Notariatus officium ad instar aliorum Romanæ Curiæ officiorum vacabile, cuius concessio, & omnimoda alia dispositio, quoties illud per obitum, resignationem, priuationem, aut aliàs quouis modo vacare cõtingeret, ad Romanum Pontificem pro tempore existentem spectaret, pro vno Notario, qui priuatiuè quoad alios quoscumque, in formandis, & instruendis processibus prædictis, quos coram dictis Cardinalibus, siue eorum Auditoribus formari, & instrui deinceps perpetuis futuris temporibus contingeret, ipsis Cardinalibus, seu Auditoribus assistere, ac restium dicta, & depositiones in scriptis per se, vel substitutum idoneum redigere teneretur, & deberet, erexerit, & instituerit.

Et pro eius congrua dote emolumenta assig. auit, quæ per alios Notarios percipi solita erant.

§. 4. Illiq. sic erecto, & instituto pro eius congrua dote omnia, & singula emolumenta, regalia, & iura per alios Notarios, qui anteà in formãdis huiusmodi processibus eisdem Cardinalibus, seù Auditoribus astiterant, ac dicta, & depositiones prædicta in scriptis redegerant percipi solita, & consueta, eisq. propterea debita perpetuò applicauerit, & appropriauerit.

Officiumq. prædictum Odoardo Tibaldesco concessit.

§. 5. Ac officium sic erectum dilecto filio Odoardo Tibaldesco Clerico Spoletañ diœc. concesserit, & assignauerit per quasdam.

Officio sic erecto conseruationem processuum super qualitatibus promouendorum formatorũ imposuit, & demandauit. Ista Const. est sup. pag.
Hoc reuocatur in §. 9.

§. 6. Ac deinde statuerit, quòd de cætero similiter perpetuis futuris temporibus omnes, & singuli Processus, quos extra dictam Curiam in Germania, Gallia, Hispania, cæterisq. Christiani Orbis Regnis, Prouincijs, & Regionibus super qualitatibus promouendorum ad quarumcũque Carhedralium Ecclesiarum tunc, & pro tempore Pastorum solatio etiam destitutarum, & Monasteriorum Consistorialium vbiuis consistentium, & quouis modo vacantium, & vacaturorum regimina, ac Ecclesiarum, & Monasteriorũ huiusmodi statu formari, & ad dictam Curiã transmitti contingeret, postquam à Cardinalibus ipsarum nationum Protectoribus, Comprotectoribus, seu Proprotectoribus, vel ijs, qui Ecclesias, & Monasteria huiusmodi in nostro, & Romani Pontificis pro tempore existentis Consistorio, vt moris est, proponerent, & à Cardinalibus in ordine Prioribus visi, recogniti, approbati, & subscripti forent ab ipsis Cardinalibus, seù eorum Auditoribus, & ijs ad quos spectaret ante Cedulæ Consistorialis subscriptionẽ, seù saltem illius partibus consignationem prædicto Odoardo quamdiu officium prædictum obtineret, eiusque in illo successoribus ad effectum illos conseruandi tradi, & consignari, ijdẽ verò Odoardus, & successores, illos sic eis consignatos tanquam prædicti officij processus, & scripturas benè, & fideliter cõseruare, & quoad fieri posset, ac humana pateretur conditio, perpetuitati prouidere, bonamq. fidelem, & diligentem illorum curam gerere, & ad effectum illorum, dum opus foret, facilioris perquisitionis, & reperitionis notam, seù vt vocant rubricellam in libro ad hunc particularem effectum retinendo facere deberent, & ad id obligati existerent, & hoc conseruationis processuum onus, curam, & munus prædicto officio Notariatus sic erecto imposuerit, & annexuerit.

Huiusmodi Notario ratione laboris ex cõseruatione ipsorũ processuum accrescentis duos ducatos auri de Camera à promouẽdis soluẽdos assignauit. Hoc annullatur § 10.

§. 7. Ac eidem Odoardo, eiusq. in dicto Officio successoribus ratione laboris eis ex dictę conseruationis processuum accrescentis, & pro illius salario, & mercede, iuribus, & regalibus duos Ducatos auri de Camera pro singulo processu ad dictam Curiam pro expeditione transmittendo, & eis in conseruationẽ tradendo, & consignando ipsis à quolibet ex promouendis ad Ecclesias, & Monasteria huiusmodi, seù Sollicitatoribus in dicta Curia tales expeditiones prosequentibus realiter, & cum effectu, & absque mora, seù dilatione aliqua persoluendos, per alias suas in forma Breuis desuper confectas litteras etiam assignauerit.

Ac desuper clausulas præseruatiuas apposuit.

§. 8. Et ipsas secundo dictas litteras etiam ex eo quod interesse forsan habentes, seù habere prætendentes ad id vocati non fuissent, seù quibusuis ex causis de subreptionis, vel obreptionis vitio notari, impugnari, aut inualidari, seù ad viam, & terminos Iuris reduci, aut aduersus illas quodcumque Iuris, facti, gratiæ, vel Iustitiæ remedium impetrari, vel sub quibusuis similium, vel dissimilium gratiarum reuocationibus, limitationibus, suspensionibus, aut alijs contrarijs dispositionibus editis, & edendis comprehendi non posse, sed semper vti ex titulo oneroso concessas ab illis excipi, & quoties illas reuocari, seù annullari, aut aliàs contrarias dispositiones ema-

emanari contingeret, toties in pristinum, & validissimum statum restitutas, repositas, & plenariè reintegratas, ac de nouo etiam sub quacumque posteriori Dat. per Odoardum, & successores prædictos quandocumque eligenda concessas esse, & fore, sicq. per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, & Cardinales prædictos, sublata eis, & eorum cuilibet aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere, irritumq. & inane quicquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contingeret attentari decreuerit, prout in singulis litteris prædictis plenius dicitur contineri.

Nouissimè Cardd. d. Colleg. statuerunt processus ac alias scripturas ad ipsum spectantes in Archiuum reponendas, & à Clerico Italo sine vlla recognitione conseruandas esse.

§. 9. Nouissimè verò Venerabiles fratres nostri Franciscus Maria à Monte, & Dominicus Gymnasius, necnon Carolus Emmanuel Pius in ordine priores, ac Marcellus dicti Collegij Camerarius Lantes nuncupati S. R. Eccl. prædictæ Cardinales inhærentes decreto aliàs per dictum Pium prædecessorem, vt præfertur, facto, & illud, quatenus opus sit, innouantes, de mandato Nostro libros propositionum, & actorum Consistorialium, aliasque scripturas ad prædictum Collegium quomodolibet spectantes, ac processus omnes Ecclesiarum, & Monasteriorum in Archiuio deponi debere, eosq. à nemine, præterquàm ab eiusdem Collegij Clerico Italo detineri, nec pro recognitione, seù admissione eorumdem processuum quicquam recipi posse etiam statuerint.

Ex his Pont. conseruationem ipsarum scripturarum à Clerico Italo demandat, atque vnit, & annectit officium Secretarij Congregationis Cardd. super prouisionib. Consistorial. depost cum primum vacauerit. Ac reuocat Greg. XV Const. pro ea parte, qua assignat emolumenta duorum ducatorum, &c.

§. 10. Nos, quibus inter alia præcipue cordi est ne aliqui nouis absque necessaria, vel vtili causa impositionibus prægrauentur, & quorum intentio est, vt grauati subleuentur, dictorum processuum conseruationi non satis consultum iri, si illi penes particularem aliquam personam, qualis dictum Notariatus officium pro tempore obtinens existit, conseruari debeant, & si in Archiuio cum libris, actis, & alijs scripturis prædictis deponantur, longè tutius illorum conseruationi prospectum fore, & consequenter solutionem dictorum duorum ducatorum, quam, vt etiam accepimus, plures interesse in præmissis habentes, licèt ad vnum dumtaxat ducatum postmodum redactam, facere recusant, necessariam, aut vtilem non esse, & in Congregatione dilectorum filiorum nostrorum S.R.E. Cardinalium super prouisionibus Consistorialibus deputatorum plurima tractari, quæ verè ad officium dicti Clerici Itali, qui etiam dicti Collegij Secretarius existit, pertinere dignoscuntur, ob idq. officium Secretarij dictæ Congregationis officio Clerici Itali, & Secretarij prædicti annectendum operæ pretium esse attendentes, ac in præmissis opportunè cōsulere volentes; Et nihilominus quod dictum Archiuium erectum reperiatur notitiam non habentes, ac singularum dicti Gregorij prædecessoris litterarum prædictarum, aliorumq. omnium & singulorum præmissorum veriores tenores præsentibus pro expressis habentes, Motu proprio non ad alicuius Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia, ac mera deliberatione nostris, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, secundo dictas Gregorij prædecessoris prædicti litteras, quoad eam partem, quæ assignationem, & solutionem dictorum duorū ducatorum concernit dumtaxat, Apostolica auctoritate tenore præsentium reuocamus, cassamus, & annullamus, ac viribus, & effectu carere debere, nèc aliquem ad illorum solutionem in posterum teneri decernimus & declaramus, ac officium Secretarij dictæ Cōgregationis, cum primum illud per cessum, aut decessum, seù quamcumque aliam dimissionem moderni Secretarij Congregationis huiusmodi; aut aliàs quouis modo vacare contigerit, officio Clerici Itali, & Secretarij dicti Collegij cum omnibus illius oneribus, & honoribus perpetuò eisdem auctoritate, & tenore vnimus, annectimus, & incorporamus.

Statuitq. eū primū vacauerit officium Secretarij d. Cong. vt illud exerceat Clericus Italus, & Secretarius d. Collegij. Et acta ipsius Cōgregationis describat, & in infrascripto Archiuio reponat.

§. 11. Volentes, & eadem auctoritate statuentes, quòd cum primum officium Secretarij dictæ Congregationis, vt præfertur vacauerit, dilectus filius Ioannes Baptista Laurus Clericus Perusinus familiaris, & continuus Commensalis noster modernus, seù tunc existens Clericus Italus, & Secretarius dicti Collegij, Officium dicti Secretarij dictæ Congregationis exerceat, decreta, & acta in illa pro tēpore facta describat, & in infrascripto Archiuio custodienda reponat.

Erigit modo vnū Archiuium Sac. Cardd. Collegij nuncupandum in Palatio Vaticano, in quo conseruari scripturas ad ipsū Collegiū spectantes, seu interesse Consistorij Apostolici concernentes demandat sub cura Clerici Itali, &c.

§. 12. Necnon vnum Archiuium Sacri Cardinalium Collegij nuncupandum in Palatio nostro Vaticano sub protectione, & suprema superintendentia Trium S. R. E. Cardinalium in ordine priorū, & dicti Sacri Collegij Camerarij pro tempore existētium, sub cura tamen, & administratione etiam moderni, & pro tempore existentis eiusdem Collegij Clerici Itali, & Secretarij, ad quod Auditores Cardinalium proponentium, seù qui ipsorum Cardinalium iussu in conficiendis, vel recognoscendis processibus assistunt, statim facta in Consistorio secreto propositione, processus huiusmodi transmittere teneantur, & in quo processus ipsi, & dicti libri propositionum, necnon actorum, & decretorum etiā

super

super erectionibus, suppressionibus, vnionibus, separationibus, dismembrationibus, cessionibus, permutationibus, translationibus, pensionum super illorum redditibus assignationibus, præsentationibus, nominationibus, electionum, seu postulationum confirmationibus Ecclesiarum Cathedralium & Metropolitanarum, ac Patriarchalium, necnon Monasteriorum quorumcumque in Congregatione prędicta, & aliàs quomodolibet & vbicumque emanatorum interesse Consistorij Apostolici aliquo modo concernentium, aliæque scripturæ quomodolibet ad idem Collegium spectantes in perpetuum conseruari, nec indè absque Cardinalium priorum, & Camerarij prædictorum pro tępore existentium licentia aliquo modo extrahi debeant, eisdem auctoritate, & tenore etiam perpetuò erigimus, & instituimus.

Clerico Italo prędicto nonnulla priuilegia concedit, videlicet familiarium, & continuorum commensalium.

§. 13. Vtque impostérum Clericus Italus & Secretarius prædictus pro tempore existēs amplioribus fauoribus, & gratiis decoretur: quod pro tempore existens Clericus Italus, & Secretarius huiusmodi ratione curæ, & administrationis dicti Archiuij, Romani Pōtificis verus, & indubitatus, non fictus familiaris, & continuus Commensalis, aliorumque familiarium, & continuorum Commensalium numero, & consortio adscriptus, & aggregatus eo ipso existat.

Vt vestes violaceas ad instar Cubiculariorum honoris gestare possit.

§. 14. Et vestes violacei coloris ad instar nostrorū Cubiculariorum honoris nuncupatorum gestet, illisque arbitrio suo vtatur.

Eiq. portionem quotidianam, vt hic ex Palatio Apost. quotidie dari mandat.

§. 15. Et in signum veræ, & indubitatæ, ac non fictæ familiaritatis huiusmodi singulis diebus ex Palatio Apostolico vltra panem sibi ratione officij Clerici Itali, & Secretarij dati solitum, etiam panem eiusdē qualitatis, & quātitatis, prout dilectis filijs in vtraq; Signatura nostra Referendarijs dari consueuit, habeat, etiā decernimus, & panē huiusmodi dietim sibi ex dicto Palatio dari mandamus.

Inhibet antedicto Notario vlterius se ingerere in conseruatione dd. processuum.

§. 16. Inhibentes sub indignationis nostræ ac mille ducatorum Cameræ nostræ applicandorum, alijsque trium Cardinalium in ordine priorum, & Camerarij prædictorum arbitrio imponendis pœnis, Odoardo, eiusque in Officio Notariatus successoribus, ne in conseruatione tàm extra Vrbem, quàm in Vrbe super præmissis fabricatorum processuum vlterius se ingerere præsumant.

Præfigit terminū intra quē deferri processus, decreta, & alia pdicta, vt supra ad ipsum Archiuium pręcipit.

§. 17. Et sub eiusdem pœnis præcipientes tàm Odoardo, quàm Auditoribus prædictis nunc, & pro tempore existentibus, cæterisque omnibus, & singulis, quatenus omnes & singulos tam in Vrbe, quàm extra eam fabricatos processus huiusmodi, ac decreta, & acta prædicta, quæ penes eos, & eorum singulos ad præsens reperiuntur, intra triduum a publicatione præsentium computandum, processus verò, qui pro tempore penes eos erunt, ante (vt præfertur) cedularum Cōsistorialium subscriptionem, seu saltem illarum partibus consignationem, actaq. & decreta prędicta, quæ ad eorum, & cuiuslibet manus quoquo modo deuenerint, intra octo dies tūc immediatè sequētes ad Archiuium prædictum transmittant, & moderno ac pro tempore existenti Clerico Italo, & Secretario prædicto consignent, ac transmitti, & consignari faciant realiter, & cum effectu.

Clausulas præseruatiuas apponit.

§. 18. Ac similiter decernentes easdem præsentes etiam ex eo quod dictus Odoardus & Auditores prædicti, ac alij interesse habentes ad hoc vocati, & auditi non fuerint, vel ex eo quod illæ nulla subsistente causa, vel etiam de facto processisse dici possent, siuè etiam processerint, aut ex alia quauis iuridica, & legitima etiam necessariò exprimenda causa, vel quocumque prætextu de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, aut quouis alio defectu notari, impugnari, inualidari, retractari, & ad terminos Iuris reduci, aut in Ius, vel controuersiam reuocari, seù aduersus illas quodcumque Iuris, facti, vel gratię remedium impetrari, aut etiam Motu, & potestatis plenitudine similibus concedi, vel sub quibusuis Constitutionibus, & Cancellariæ Apostolicæ regulis editis, & edendis, ac litteris Apostolicis in contrarium etiam pari Motu, & Consistorialiter emanatis, aut quibusuis alijs similium, vel dissimilium gratiarum reuocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut alijs contrarijs dispositionibus comprehendi nullo vnquam tempore posse, sed semper ab illis excipi, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, & eum in quo ante præmissa erant, validissimum statum restitutas, repositas, & plenariè reintegratas, ac de nouo etiam sub quacumque posteriori Dat. per modernos, & pro tempore existentes tres Cardinales in ordine priores & Camerarium, ac Clericum Italum, & Secretarium prædictos quandocumque eligenda concessas, validasque & efficaces, etiā quod in Camera nostra Apostolica nullo vnquam tempore registrarentur, aut præsentarentur, fore, & esse.

Decretum irritās adiungit.

§. 19. Sicque, & non aliàs per quoscumque Iudices etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, & Cameræ prædictæ Præsidentes, & Clericos, necnon eiusdem S.R.E. Camerarium, & alios Cardinales, sublata

eis

eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere, irritum quoque, & inane quicquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Executores huius Const. deputat.

§. 20. Quo circa dilectis filijs Vrbis nostræ Gubernatori, & causarum Curiæ dictæ Cameræ Apostolicæ generali Auditori, & dilecti filij nostri in eadem Vrbe, eiusque districtu Vicarij in spiritualibus generalis in ciuilibus causis Locumtenenti Motu simili per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel aliũ, seu alios præsentes litteras, & in eis contenta quæcumque, vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte moderni, & pro tempore existentis Clerici Itali, & Secretarij huiusmodi fuerint requisiti, solemniter publicantes, illique efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant easdem præsentes, & in eis contenta huiusmodi ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, firmiter, & inuiolabiliter obseruari, ac modernum, & pro tempore existentem Clericum Italum, & Secretarium huiusmodi illis pacificè frui, & gaudere, non permittentes eum desuper per Odoardum, & Auditores Cardinalium huiusmodi, seu quoscumque alios quomodolibet indebitè molestari, contradictores quoslibet, & rebelles per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, ac sententias, censuras, & pœnas ipsas, seruata forma Concilij Tridentini, etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij sæcularis.

Contraria tollit.

§. 21. Non obstantibus Gregorij secundodictis litteris, alijsque præmissis, ac nostra de non tollendo Iure quæsito, alijsque Cancellariæ prædictæ regulis, necnon Pij Prædecessorum prædictorum sub Dat. videlicet Octauo Idus Augusti Pontificatus sui Anno Sexto edita, inter alia disponente, quod omnes gratiæ qualecumque Cameræ prædictæ interesse concernentes, infra certum inibi expressum tempus in eadem Camera præsentari, & registrari debeant, & quatenus in aliquo obstet, similis memoriæ Sixti Quinti etiam Prædecessoris nostri super institutione prædictæ, & aliarum Quatuordecim Congregationum edita, alijsque Apostolicis, & dicti Collegij Constitutionibus, & Ordinationibus etiam iuramento, confirmatione, vel quauis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis etiam Motu huiusmodi, etiam Consistorialiter, ac aliàs in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, & innouatis, ac in futurum concedendis, approbandis, & innouandis: Quibus omnibus, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad id seruanda foret, tenores huiusmodi præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat etiam pari Motu specialiter, & expressè derogamus, ac derogatum esse volumus, & mandamus, contrarijs quibuscumque, aut si quibus communiter, aut diuisim ab Apostolica Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

Publicationem in Vrbe, & omnes ardare vult.

§. 22. Volumus autem quod eædem præsentes litteræ, vt omnibus innotescant, ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & Cancellariæ Apostolicæ, ac in Acie Campi Flore publicentur, & affigantur, dimissis inibi etiam copijs, quę perindè omnes arctent, ac si personaliter vnicuique intimatæ fuissent.

Huius Bullæ exemplis fidem dari iubet.

§. 23. Quodque earumdem transumptis, & exemplaribus etiam impressis, ac manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur tàm in iudicio, quàm extra, quæ eisdem pręsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Sanctionem pœnalem superaddit

§. 24. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ reuocationis, cassationis, annullationis, declarationis, vnionis, annexionis, incorporationis, statuti, erectionis, institutionis, inhibitionis, præcepti, decretorum, derogationis, mandatorum, & voluntatum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Dat. P. a 4. die 15 Decembris.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo sexcentesimo vigesimo quinto, Decimo octauo Kal. Ianuarij, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Publicatio.

Anno à Natiuitate Domini Nostri Iesu Chri-

sti Millesimo sexcentesimo vigesimo sexto, Indictione nona die verò 30. Mensis Martij Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri D. Vrbani Diuina prouidentia Papæ Octaui, Anno eius Tertio retroscriptæ litteræ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad Valuas Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & in Acie Campi Floræ dimissis ibidem præsentibus litteris per aliquantulum temporis spatium, vt moris est affixis, & deindè amotis per nos Camillum Fundatum, & Brandimartem Latinum prælibati Sanctissimi D. N. Papæ Cursores, &c.

Octauius Spada Magister Cursorum.

Sequitur Decretum Romæ in Palatio Apostolico Quirinali feria 2. die 22. Iunij 1626. in Consistorio secreto editum de clauibus Aerarij Sanctioris, eiusque Scriniorum, ac Portarum fidelius posthac custodiendis.

Hoc Decretum ideò hic posui, quia versatur circa Archiuium Sacri Cardinalium Collegij prout in eo legitur. Institutionem verò huius Aerarij in Arce S. Angeli factam habes à Sixt. V. in Const. 31. Ad Clauum. sup. tom. 2. pag. 529. Vbi vide indicata.

EXquisitis, & auditis Reuerendissimorum DD. S. R. E. Cardinalium sententijs, de vnanimi eorum consilio pariter, & assensu, quo fidelius, ac diligentius imposterum Claues Aerarij Sanctioris in Arce S. Angeli à fel. rec. Sixto V. instituti, custodirentur, Sanctiss. D. N. infrascriptas ordinationes declarauit, ac decreuit esse perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter obseruandas. nimirum vt

Conficiatur liber perpetuò asseruandus in Archiuio Sacri Collegij, in quo Secretarius eiusdem fidem faciat de consignatione Clauium pro tempore facta singulis Cardinalibus, alijsque ius ad eas habentibus, & horum vnusquisque à se conscriptum Iuramentum coram Secretario emittat, se subscribat, suumq; signum apponat.

Cardinales, cum transitum facturi sunt ad altiorem ordinem, promoueri, aut optare in Consistorio non possint, nisi prius de suarum Clauium consignatione Secretario facta constiterit, qui succedentibus Episcopo, Presbytero, & Diacono prædicto modo tradet.

In casu absentiæ à Curia, quæ excedat quadraginta milliaria, Cardinales antequam ab Vrbe discedant, euocent Secretarium, qui Claues acceptas statim deferat alijs in ordine succedentibus.

Decanus Cameræ Apostolicæ consignet Clerico succedenti coram duobus Clericis, & Secretario.

Thesaurarius tàm Generalis, quàm Secretus, eidem Secretario, qui teneatur subitò id Suæ Sanctitati significare.

Si contingat obitus asseruantium Claues; idem Secretarius instet pro recuperatione apud Hæredes: & si sint in mora, addat protestationem cum Censuris coram Notario, & testibus.

Præfectus Castri S. Angeli, vltra Iuramentum Summo Pontifici præstari solitum pro fideli Arcis custodia, iuret etiam de Aerario fideliter custodiendo in manibus eiusdem Sanctissimi D., vel S. R. E. Camerarij, iuxta formam Bullæ, cuius Iuramenti in libro fiat mentio.

Idem verò liber quotannis in prima Congregatione Generali à Secretario in medium afferatur, vt penes quos prædictæ extet Claues, facilè omnibus constare possit.

Ita est Octauius Episcopus Portuensis S. R. Eccl. Cardinalis Bandinus.

Carolus Cardinalis Madrutius.

Io. Baptista Cardin. Lenius Sac. Collegij Camerarius.

Ludouicus Card. Ludouisius S. R. E. Vicecancellarius.

Mauritius S. R. E. Diaconus Card. de Sabaudia.

Io. B. Laurus Secretarius.

LIV.

Contra extrahentes, seu permittentes, vt extrahantur libri, ac etiam manuscripta à Bibliothecis Fratrum Ord. Prædicatorum.

Similem prohibitionem pro conseruatione Bibliothecarum Fratrum Minorum de Obseruantia, Ordinis S. Francisci, fecit Sixt. V. vt in eius Const. 67. Cum sicut. sup. tom. 2. pag. 596. Cuius mitigationem habes impressam in Compendio Bullarij à Flauio Cherubino Canonico V. I. D. meo fratre edito sub Schol. 1. prædictæ Constitutionis. Et aliam pro Bibliothecis Fratrum B. Mariæ de Monte Carmelo edidit prohibitionem Clem. viij. Constit. 24. tom. 3. pag. 31. incipien. Quæ ad tuenda. De Prædicatorum autem Ordine habes ad Const. 2. Honorij III. Religiosam. tom. 1. pag. 44. vbi requiras.

VR-

VRBANVS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Edita A.D. 1626.

Causæ huius Cōstitutionis.

CVm sicut dilectus filius Lucas Castellinas Ordinis Fratrum Prædicatorum Procurator generalis Nobis nuper exponi fecit, hactenus compertū fuerit, nōnullos conscientiarū suarum prodigos, Libros ex Bibliothecis domorum Regularium dicti Ordinis furto subripuisse, ac subripere, & seu extrahere, atq; apud se vti proprios in graue animarum suarum periculum, & dictarum Bibliothecarum præiudicium retinere.

Prohibitio, & pœnæ infliāo, de quibus in Rubr.

§. 1. Nos præmissis, quantum Nobis ex alto conceditur, obuiare, & ipsarum Bibliothecarum conseruationi, & manutentioni consulere volentes, supplicationibus dicti Lucæ nomine Nobis humiliter porrectis inclinati. Ne de cętero quisquam, quauis auctoritate fungens Libros, Quinterna, folia, siue impressa, siue manuscripta, Bibliothecis domorum Regularium dicti Ordinis hactenus donata, seu assignata & in posterum donanda, seù assignanda, ex eisdem Bibliothecis extrahere, seù vt extrahantur permittere, aut cōsentire sub quouis quæsito colore, prætextu, vel ingenio audeat, seù præsumat sub excommunicationis, necnon priuationis vocis actiuæ, & passiuæ pœnis per contrafacientes eo ipso incurrenti, Apostolica auctoritate tenore præsentium interdicimus, & prohibemus.

Derogatio cōtrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon dicti Ordinis, & illius Domuum Regularium quarumcumque, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisq. contrarijs quibuscumque.

Fides transumptorum.

§. 4. Volumus autem quòd præsentium etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica cōstitutę munitis, eadem prorsus vbique fides adhibeatur, quę eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ, quodq. transumpta huiusmodi in valuis dictarum Bibliothecarum, vel aliquo alio perspicuo loco, vnde ab omnibus cerni possint, continuò affixa remaneant.

Dat. R. A. 3. die 23. Martij.

Dat. Romę apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die 23. Martij 1626. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

LV.

Declaratio, quod Sancta Elisabetha Regina dum vixit Portugalliæ, Tertium Ordinem S. Francisci expressè fuerit professa.

Ista Sancta fuit Canonizata ab istomet Pontifice, sed desuper Bulla adhuc expedita non est, prout accepi, & ideo hic non habes.

VRBANVS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Edita A.D. 1626.

Instāte Procuratore General Fratrum Minorum S. Francisci de Obseruantia.

CVm sicut dilectus filius Ioannes de Sancto Bernardino Procurator Generalis Ordinis Frarrum Minorum S. Francisci de Obseruantia Nobis nuper exponi fecit, Sanctam Elisabetham Reginam, dum vixit, Portugalliæ, quàm Nos aliàs diuina aspirante gratia in Sanctorum numerum retulimus, Tertium Ordinem S. Francisci expressè professam fuisse plenè constiterit, prout in processu, alijsq. informationibus desuper fabricatis latius continetur, & propterea dictus Ioannes, ne vlli in hoc dubitationi locus vnquam esse possit, per Nos vt infra opportunè prouidere summopere desideret.

Declarat S. Elisabetham Reginam dum vixit Portugaliæ, Tertium Ordinem ipsius S. Francisci fuisse expressè professam.

§. 1. Nos eūdem Ioannem specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, & à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsq. Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum pręsentium dumtaxat consequendum harum serie absoluentes, & absolutum fore censentes, supplicationibus eius Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus præpositorum consilio, eandem Sanctam Elisabetham Tertij Ordinis S. Francisci huiusmodi fuisse, & esse, atque in omnibus pro tali vbique haberi, & reputari.

Aliter iudicari prohibet.

§. 2. Sicq. & non aliter per quoscumque Iudices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquàm quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuò decernimus, & declaramus.

Contraria sublatio.

§. 3. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Dat. R. A. 3. die 22. Aprilis.

Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die 22. Aprilis 1626. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

LVI.

Confirmatio Constitutionum, seu Statutorum pro Monachorum Congregationis Cęlestinorum Ordinis Sanctissimi P. N. Bene-

Benedicti gubernio, nouissimè de mandato S.D.N. emendatorum, atque editorum.

Vide quæ tibi indicauit sup. ad Constit. 24. Sacrosancti huiusmet Pontificis pag. Genitor meus,

Datū A.D. 1626.

VRBANVS PAPA VIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Sacrosanctum Apostolatus officium humilitati nostræ per ineffabilem diuinæ sapientiæ prouidentiam commissum iugiter Nos admonet, vt inter grauissimas, multiplicesq. Apostolicæ seruitutis curas illam peculiari studio amplectamur, per quam Christifideles sub suaui Religionis iugo virtutum Domino famulantes, sub certis, & prouidè ordinatis Statutis, atque Constitutionibus in sanctitate, & iustitia felicioribus in dies proficiant incrementis, ac proinde ijs, quæ propterea statuta, & ordinata sunt, vt ab omnibus, ad quos spectat, inuiolabiliter obseruentur, perpetuaq. roboris firmitate subsistant, Apostolicæ confirmationis patrocinio communimus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

Monachi Congr. Cælestinorum Ord. S. N. Benedicti, nonnulla Statuta, ac Constitutiones suas factas, nouissimè de mandato huius S.D.N. Papæ emendatas, & in vnum volumen compilatas.

§. 1. Sane dilectus filius Abbas Generalis Monachorum Congregationis Cælestinorum Ordinis Sancti Benedicti, suo, & Diffinitorum dictæ Congregationis nominibus Nobis nuper exponi fecit; quod pro felici, & prospero eiusdem Congregationis regimine, atque gubernio, nonnullæ Constitutiones, & Statuta diuersis temporibus facta, nouissime autem de mandato nostro recognita, & multis in locis ad Sac. Conc. Trid. Decretorũ, & Constitutionum Apostolicarum præscriptum emendata, atque aptata, tandem in vnum volumen compilata fuerunt, tenoris subsequentis videlicet.

Omittitur tenor istarum Constitutionum, quia sunt in libro particulari impressa Romæ anno 1629.

Ac pro perpetua illarum subsistentia, supplicarunt Ponti. vt eas confirmaret.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat; dictus Abbas Generalis nominibus prædictis, præinsertis Cõstitutionibus pro perpetua illarum subsistentia, & inuiolabili obseruantia Apostolici nostri muniminis firmitatẽ per Nos adijci summoperè desideret: Nobisque propterea humiliter supplicari fecerit, vt in præmissis opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 3. Nos inuiolabili earumdem Constitutionum obseruationi, quantum Nobis ex alto conceditur, consulere, necnon dictum Abbatem Generalem, ac totam Congregationem prædictam specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, & illorum singulares personas à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsq. Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis, à iure, vel ab homine, quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat cõsequendũ, harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati: præinsertas Constitutiones, Apostolica auctoritate, tenore præsentiũ perpetuò approbamus, & confirmamus, illisque inuiolabilis Apostolicæ firmitatis robur adijcimus, omnesq. & singulos tàm iuris, quàm facti quantumlibet substantiales defectus, si qui in illis interuenerint, supplemus.

Qui approbat illas, & confirmat, suppletq. defectus quoscumque.

§. 4. Decernentes, easdem Constitutiones, necnon præinsertas litteras, semper, & perpetuò valida, firma, & efficacia existere, & fore.

Clausulas præseruatiuas addit.

§. 5. Necnon in dicta Congregatione ab omnibus, ad quos spectat, & in futurum quomodolibet spectabit, inuiolabiliter sub pœnis in eisdem Constitutionibus comminatis obseruari, & adimpleri debere; ac quoscumque eiusdem Superiores, Monachos, & personas ad obseruationem omnibus iuris, & facti remedijs cogi, & compelli posse.

Earũdem obseruantiam mandat.

§. 6. Sicq. per quoscumq; Iudices ordinarios, & delegatos, etiã causarum Palatij Apostolici Auditores, indicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Ita, & non aliter iudicari præcipit.

§. 7. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, & quibusuis alijs dictæ Congregationis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, Priuilegijs quoque, Indultis, & litteris Apostolicis quibusuis ipsius Congregationis Superioribus, Monachis, & personis huiusmodi, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusq; & alijs Decretis in genere, vel in specie, ac aliàs in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & singulis eorum tenoribus præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore

Contraria tollit.

pet-

permansuris, hac vice dumtaxat specialiter & expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Transumptis fidē iubet.

§. 8. Volumus autem, vt præsentium trāsumptis, etiam impressis, manu Scribæ dictæ Congregationis, vel Notarij publici subscriptis, & sigillo Generalis, vel alterius personę in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P.A.3. die 8. Iulij.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die 8. Iulij 1626. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

LVII.

Reuocat omnia, & singula priuilegia, prærogatiuas, immunitates, & exemptiones quorumcumque Ordinum, Congregationum, & Institutorum, Religiosis in Regnis Hispaniarum existentibus, tam per Apostolicam Sedem, illiusque in dd. Regnis Nuntios, quam eorum Superiores concessa, ac prohibet, illa de cætero absque sua, & Sedis Apostolicæ licentia concedi.

Edita A.D. 1626.

VRBANVS PAPA VIII

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

PAstoralis officij Nobis diuinitus commissi solicitudo iugiter Nos admonet, vt omni cura, & vigilantia ad ea semper intendamus, per quæ regularium personarum, quæ relicto sæculo, diuini numinis obsequijs sese mancipatunt, quieti, feliciq. statui, ac regularis disciplinæ conseruationi consulitur, vt ipsæ personæ iuxta regularia suorum Ordinum instituta tranquillis mentibus gratum Altissimo impendere possint famulatum.

Ob multas exemptiones, priuilegia, prærogatiuas, & immunitates, diuersorum Ordinum Religiosis in Regno Hispaniarum concessas tam à Sede Apostolica, vel eius Nuntijs, quam ab ipsorum superioribus, grauissima scandala, & incōuenientia oriuntur.

§. 1. Cum itaque, sicut accepimus, in Regnis Hispaniarum diuersa priuilegia, prærogatiuæ, immunitates, atque exemptiones diuersorum Ordinum Religiosis tam ab ipsorū Superioribus, quam Sede Apostolica, illiusque in dictis Regnis Nuntijs pro tempore existentibus, concessa reperiantur, per quæ ijdem Religiosi ab eorum Prælatorū obedientia eximuntur, & Monasterijs, & regularibus domibus ad eorum libitum, ac cum socijs sibi benè visis, & iam destinatis, etiam Superiorum suorum nō petita licentia, egrediuntur, absque eo, quod ijdem Superiores tàm huiusmodi egressum, quàm sæcularium personarum quibusuis horis ad eorum cellas accessum, atque ingressum impedire possint; Præterea de vno ad aliud Monasterium, seu regularem domum etiam ipsis Superioribus inultis transeunt, nec Choro, & alijs spiritualibus exercitijs, minusq. Refectorio cum alijs intersint; Ex hoc autem grauissima inconuenientia, & scandala in non modicum regularis obseruantiæ, & disciplinæ detrimētum exoriantur.

Quibus Pont. obuiare volēs reuocat omnes prædictas concessiones, & exemptiones, easque de cætero nemini absque sua & Sedis Apostolicæ licentia concedi posse, declarat.

§. 2. Nos præmissis, quantum cum Domino possumus, obuiare volentes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, omnia, & singula, ac quæcumque huiusmodi priuilegia, prærogatiuas, immunitates, & exemptiones quorumcumque Ordinum, Congregationum, & Institutorum Religiosis, tam per Sedem Apostolicam, illiusq. in eisdem Regnis Nuntios, quā illorum Superiores ex quacumque causa, ac sub quibuscumque verborum formis, & expressionibus quomodolibet concessa, Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuò reuocamus, cassamus, & abrogamus, ac reuocata, cassa, & abrogata, viribusq. & effectu vacua esse, & fore, nec illa cuiquam suffragari, neque de cætero absque nostra, & Sedis Apostolicæ licentia concedi posse.

Ita iudicari ab omnibus decernit.

§. 3. Sicq. & non aliter per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores vbique iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane quicquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus, & declaramus.

Contraria remouet.

§. 4. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon (quatenus opus sit) Ordinum, Congregationum, & Institutorum huiusmodi, & quibusuis alijs, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis eisdem Religiosis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsq. efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritātibus, & alijs decretis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis specialis, specifica, expressa, & indiuidua mentio habenda esset illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisq. contrarijs quibuscumque.

Transumptis vult fidem adhiberi.

§. 5. Volumus autem, quod præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quę

præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris die 30. Iulij 1626. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

LVIII.

Diuidit Congregationem Fratrum Eremitarum Discalceatorum Italiæ Ordinis S. Augustini in quatuor Prouincias, videlicet Romanam, Neapolitanam, Ianuensem, & Siculam, & instituit quatuor Prouinciales pro earum gubernio vsque ad celebrationem futuri Capituli generalis ipsius Congregationis.

Vide quæ plenè de hac Congregatione Indicaui sup. ad Const. 3. Greg. XV. Pastoralis pag. 56. Et etiam vide subsequentia Decreta à Sacra Apostolica Visitationis Congregatione edita de his Fratribus Congregationis Italiæ opportunè à me hic posita.

Edita an. D. 1626

VRBANVS PAPA VIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

Ordinis commenda...

AD vberes, & suaues fructus, quos dilecti filij Fratres Ordinis Eremitarum Sancti Augustini Discalceati nuncupati Cõgregationis Italiæ in militanti Ecclesia, cuius regimini, diuina disponente clementia, præsidemus, in dies afferunt, mentis nostræ aciem conuertentes, quid pro laudabilis eorum Instituti felici directione, atque progressu conferat, diligenter prospicimus, ac desuper officij nostri partes propensis studijs interponimus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

Supplicatur Pōt. vt hæc Congr. in Prouincias diuidat.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Basilius à Sanctissima Trinitate Vicarius generalis Congregationis prædictæ, quod Congregatio ipsa quamplures domos regulares per vniuersam Italiam habet, itaut solus per seipsum commodè eas regere, & gubernare nequeat, proindeq. earundem domorum vtilitati maximè cōsultum iri existimet, si eadem Congregatio in Prouincias, vt infra diuidatur.

Quam diuidit in Romanam, Neapolitanam, Ianuensem, & Siculam.

§. 2. Nos prospero, feliciq. dictæ Congregationis regimini, & gubernio, quantum cum Domino possumus, consulere, ipsumq. Basilium specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, & à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsq. Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutum fore censentes, supplicationibus eius nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Congregationem prædictam in quatuor Prouincias, videlicet Romanam, Neapolitanam, Ianuensem, & Siciliæ, Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuo diuidimus, & separamus.

Earumq. singulis Prouincialem deputat vsq; ad futurū Capitulum cum facultatibus vt hic.

§. 3. Necnon pro hac prima vice vsque ad proximè futuri Capituli generalis eiusdē Congregationis celebrationem tantùm, & non vltra, in Romanæ Victorium ab Epiphania, in Neapolitanæ Simeonem à Cruce, in Ianuensis Valerianum à Sancto Augustino, ac in Siciliæ Prouinciarum huiusmodi Prouinciales Ioannem Baptistam à S. Francisco de Paula, Ordinis, & Congregationis huiusmodi professores dilectos filios sub vno ipsius Congregationis Vicario generali, ac cum priuilegijs, gratijs, indultis, facultatibus, iurisdictione, & auctoritate solitis, & sibi ex nunc vsque ad eiusdem Capituli celebrationem ab ipso Basilio Vicario generali, postmodum verò ab eodem Capitulo generali concedendis, & declarandis, auctoritate, & tenore præsentis creamus, constituimus, & declaramus.

Clausulæ confirmatoriæ ponit.

§. 4. Decernentes, præsentes litteras, validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosq. plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac eidem Congregationi in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari.

Decretum irritās addit.

§. 5. Atque ita in præmissis per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contraria tollit.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit Ordinis, & Congregationis huiusmodi etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoq; indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus & singulis eorū tenoribus præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dūtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisq. contrarijs quibuscumque.

Transumptis cred. mandat.

§. 7. Volumus autem, quod præsentium transumptis etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in

in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides vbique adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. A. 4 die 20. Iunij 1627.

Datum Romæ apud S. Maiorem Maiorem, sub Annulo Piscatoris, die 29. Augusti 1626. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

Sequitur Declaratio Sacræ Congregationis Apostolicæ Visitationis super facultate, quam habere dubitabatur Vicarius Generalis istorum Fratrum eo absente subrogandi alium suo loco cum omnimoda potestate, & iurisdictione, quas ipse Vicarius Generalis præsens habet.

SACRA CONGREGATIO Apostolicæ Visitationis.

Dubitatio de qua in Rubr.

IN causa, & causis coram Nobis inter Admod. R.P.F. Basilium à Sanctiss. Trinitate Vicarium Generalem Congregationis Discalceatorum Ord. S. Augustini Italiæ ex vna; & Patres Ignatium à Sancta Maria, Ioãnem ab Assumptione, & Ioannem Baptistam à S. Francisco de Paula, Definitores, & Procuratorem Generalem respectiuè eiusdẽ Cõgregationis, De, & super prætensa nullitate Delegationis, per eumdem P. Vicarium Generalem factæ in persona P. Valeriani à Sancto Augustino, Quarti Definitoris, & Prioris Conu. S. Antonij de Vrbe, rebusq. alijs &c.

Resolutio dictæ dubitationis.

Fuit prouisum, & decretum, R.P. Vicarium fuisse, & esse verum, & legitimum Superiorem Vicarium Generalem nuncupatum totius suæ Congregationis, ac vti, & gaudere omnibus, & singulis iuribus, prærogatiuis, præeminentijs, & facultatibus, quibus aliarum Religionum Generales gaudent, vtuntur, & potiuntur; Ideoq. sibi licuisse, & licere inter alia, eo absente, alium suo loco subrogare, qui omnimoda eius potestate, & iurisdictione vbique locorum (illa tantum excepta Prouincia, in qua ipse Generalis Vicarius pro tempore repertus fuerit) fungatur, & potiatur, & consequenter subrogationem, ac delegationem à præfato Generali Vicario in persona Patris Valeriani Quarti Definitoris factam, fuisse, & esse iuridicam, & Canonicè factam, & vti talem fore, & esse confirmandam, prout illam confirmamus, & approbamus, & pro confirmata, & approbata haberi volumus, & mandamus, Fratresq. omnes eidem Generali Vicario subiectos eiusdem Religionis, præfato Patri Valeriano ad obedientiam præstandam iuxta formam suæ Delegationis obligatos fuisse, & esse declaramus.

Dat. P. a 3 die 26. Maij 1626.

Actum Romæ Domi solitæ residentiæ Illustrissimorum DD. Sacræ Congregationis hac die 26. Maij 1626.

A. Ricciullus Iudex, & Sec.

Odoardus Tibaldescus Not.

Edita A.D. 1627.

Subsequuntur Decreta generalia pro tota Congregatione Fratrum Discalceatorum S. Augustini Italiæ, facta in Visitatione, die vigesimaprima Iunij Anni 1627.

De Cõstitutionibus Congregationis.

CONstitutiones huius Congregationis auctoritate Apostolica confirmatæ, infra annum post Capitulum Generale imprimantur, ad hoc, vt ab omnibus Religiosis præ manibus possint haberi, &c.

De nouis constitutionibus non faciendis.

Ad tollendas dubitationes, quæ circa Constitutionum intellectum possent exoriri. Sacra Congregatio facto verbo cũ Sãctissimo declarat, hactenus non licuisse, neque licere huius Congregationis Superioribus, etiam in Capitulis Generalibus nouas Ordinationes, aut statuta, sub quouis nomine contrarias, aut contraria Constitutionibus Apostolica auctoritate firmatis facere; easq. non potuisse, neque posse practicari, antequam à tribus Capitulis Generalibus dispositæ, & à Sede Apostolica fuerint confirmatæ.

De Congregatione Diffinitoriali.

Consequenter etiam declarat, Congregationem Definitorialem ex quinque Patribus semel in hebdomada hactenus practicatam, in futurum non esse faciendam, sed esse seruandas Constitutiones parte tertia, cap. 4.

De Diffinitoribus

Declarat præterea Diffinitores pro tẽpore existentes, fore & esse de familia eius Conuentus, cui à Superiore erũt assignati, & non aliorum, atque ideo locum sumere debere post Priorem, etiam vbi Vicarius Generalis moratur; ac potuisse, & posse à Priore in leuibus corrigi, in cæteris verò à Vicario Generali, teneriq. adire Capitulum de culpis, expectare signum in Choro, Refectorio, & alijs locis, non obstantibus Constitutionibus, par. 2. c. 8. & par. 3. cap. 4.

De auctoritate Vicarij Generalis in Diffinitores

Declarat præterea licuisse, atque licere Vicario Generali pro tempore existenti Diffinitores singulos in Visitatione, & extra etiã in grauioribus consultò corrigere, & punire, absque aliorum Diffinitorum consensu, posse tamen Diffinitores scribere, & recipere litteras, ac armarium, oratorium nuncupatum habere, absque Superioris licentia. &c.

De Procuratore Generali.

Declarat demũ Procuratori Generali præsente Generali Vicario secundum locum deberi, absente verò, in Conuentu secundum à Priore,

à Priore, extra Conuentum verò post Vicarium Generalem cæteris præferri, posseque egredi ad negotia peragenda, & absque cunctatione Prior socium assignabit, ac pariter litteras scribere, & recipere absq; scitu Prioris, & Oratorium habere: In reliquis autem, omnia quæ de Diffinitoribus dicta sunt locum sibi vindicare in Procuratore Generali.

De obseruantia horum Decretorum.

Decreta hæc Generalia pro tota Congregatione veluti declaratoria seruentur statim sub pœna arbitrio sacræ Congregationis.

A. Episcopus Bellicastren. Secr. & Iud.

LIX.

Declaratio, quod Capitula Ecclesiarum Cathedralium, quibus S. R. Eccl. Cardinales præsunt, ex indultis conferendi Beneficia Ecclesiastica reseruata, vel affecta eisdem Cardinalibus concessis, nullum ius prætendere possint.

Quod autem S. R. E. Cardinales indulto conferendi Beneficia Ecclesiarum quibus præsunt, non vtantur nisi in Beneficijs illarum Ecclesiarum quibus actu præsunt, vel quarum regimini vltimo loco cesserunt, declarauit hic Sanctiss. Pont. in Const. seq. licet.

Moderationem verò Indultorum S. R. Eccl. Cardd. super collatione Beneficiorum Ecclesiasticorum habes in Pij V. Const. 37. to. 2. pag. 224. & in Greg. XIV. Const. 19. d. to. 2. pag. 712. necnon Pauli V. Const. 58. to. 3. pag. 246.

Edita A. D. 1626.

Sanctiss. in Christo Pater, & D. N. D. Vrbanus diuina prouidentia Papa VIII.

Causa huius Constitutionis.

Accepto quod S. R. E. Cardinales super indultis, & facultatibus disponendi de beneficijs Ecclesiasticis Sedi Apostolicæ reseruatis, & affectis à Sede prædicta sibi concessis per Capitula, & Canonicos Cathedralium Ecclesiarum, quibus illi ex concessione, & dispensatione Apostolica præsunt, impediuntur, sub prætextu quod ipsi Capitula, & Canonici Ius nominandi, vel præsentandi, aut aliàs quomodolibet disponendi de beneficijs in mensibus non reseruatis pro tempore vacantibus cum prędictis Cardinalibus locorum Ordinarijs coniunctim, vel diuisim habentes, tanquam membra capiti adhærentia, à Cancellariæ Apostolicæ regula mensium reseruatoria, à qua Cardinales præseruantur, etiam excipi, & facultates, ac indulta, quæ certarum reseruationum obstacula tollunt, sibi quoque suffragari debere prætendunt: & attendens priuilegium, quod Cardinales in prædicta regula præseruentur, eis intuitu Cardinalatus concessum esse, neque rationi consonum fore, vt Capitula, & Canonici dū sui Præsules Cardinalatus honore præfulgent, plus Iuris in præiudicium Sedis Apostolicæ, seu ipsorum Cardinalium Præsulum Ius, & indultum conferendi ab ipsa Sede habentium obtineant, quàm si ipsi Cardinales non forēt.

Facultatis seu Indultorum de quibus in rubr. Declaratio.

§. 1. Motu proprio sub die vigesima nona Decebris Anni ab Incarnatione Domini millesimi sexcentesimi vigesimi quinti declarauit, intentionis, & voluntatis suæ esse, quod Cardinales Præsules de omnibus, & singulis beneficijs Ecclesiasticis quomodolibet nuncupatis, & qualificatis ad eorum, etiam cum alio, vel alijs collationem, prouisionem, præsentationem, electionem, seu quamuis aliam similem, vel dissimilem dispositionem ratione Ecclesiarum, quibus ipsi Cardinales præsunt coniunctim, vel diuisim spectañ, non tamen in libris Cameræ Apostolicæ descriptis, neq ex personis familiarium Suæ Sanctitatis, vel Conclauistarum, aut ratione vacationis apud Sedem prædictam reseruatis, vel affectis, quæ omnia Sanctitas Sua sibi, & successoribus suis pro tempore existentibus specialiter, & expressè reseruauit, ad præsens vacantibus, & in futurum vacaturis soli per se ipsos, vel alios ad id deputandos absque Capitulis, & Canonicis, alijsq. quamcumque ordinariam dispositionem eorumdem beneficiorum similiter coniunctim, vel diuisim cū eisdem Cardinalibus habentibus, dummodo aliàs sub indultis eis concessis comprehendantur, liberè prouideant.

Priuatio facta Capitulis etc. de dictis Indultis.

§. 2. Neque Capitula, aut Canonici huiusmodi priuilegio, quod Cardinalibus Præsulibus, nullo habito Capitulorum, & Canonicorum respectu concessum esse dignoscitur, gaudere, frui, aut ius aliquod inde prætendere possint.

Hæc declaratio incipiat à die 29. Decembris obtinere cum Decreto irritanti.

§. 3. Decernēs declarationem prædictam à dicta die vigesima nona Decembris robur obtinere debere, etiamsi necdum publicata fuisset, ac irritum &c.

Papæ subscriptio.

Placet, publicetur, & describatur M.

Publicatio in Cancellaria.

Lecta, & publicata fuit supradicta Regula in Cancel. Apost. Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo sexcētesimo vigesimo sexto; die verò decima mensis Septemb. Pontificatus prælibati Sanctiss. D. N. Anno IIII.

Dat. P. a. 4. die 10. septembris.

Marcus Antonius Ascentius Procustos.

LX.

LX.

Declaratio, quòd S. R. E. Cardinales Ecclesiarum Præsules Indulto conferendi Beneficia Ecclesiastica ratione Ecclesiarum, quibus præsunt; vel quarum regimini vltimo loco cesserunt, dumtaxat vti possint.

Vide quæ notaui ad Constitutionem præcedentem plenè de hac materia.

Editæ a. D. 1626.

URBANUS PAPA VIII.
Motu proprio, &c.

Causæ huius Constitutionis.

Licèt nullus Episcoporum, postquam regimini Ecclesiæ, cui præerat, cesserit, in beneficiorum Ecclesiasticorum dispositione ratione eiusdem Ecclesiæ sibi antea competenti ingerere se valeat: attamen nonnulli ex Ven. Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus sub prætextu indultorum Apostolicorum eis pro tempore concessorum beneficia nedum vnius, sed etiam plurium Ecclesiarum, quarum regimini cesserunt, vel à quarum vinculo ad alias trãslati, absoluti reperiuntur, contemplatione, aliàs ad se spectantia, conferre perseuerant. Quare Motu simili &c.

Declaratio de qua in Rubr. cum clausula irritati.

§. 1. Declaramus, de cætero non licere cuiuis personæ, etiamsi Cardinalatus honore præfulgeat, prætextu cuiusuis indulti Apostolici concessi, seu concedendi facultatem huiusmodi, etiam expressè continentis conferre, vel quouis modo disponere de quibusuis beneficijs Ecclesiasticis, quorum collatio, præsentatio, nominatio, vel quæuis alia dispositio separatim, vel coniunctim cum alijs ad eũ spectabat ratione cuiuscumque Ecclesiæ Cathedralis, etiam Metropolitanæ, Primatialis, vel Patriarchalis, cuius regimini cesserit, si quidem ad aliam Episcopalem, Archiepiscopalem, Primatialem, vel Patriarchalem Ecclesiam translatus, vel postmodum assumptus fuerit, sed indulto tãtùm ratione Ecclesiæ, cui actu præsit, vel cuius regimini vltimo loco cesserit, sibi concesso vti posse, & debere, ac irritum, &c.

Exceptio nonnullarum Ecclesiarũ.

§. 2. Ostien. & Viliternen. inuicem perpetuò vnitis, & Portuen. ac Sabinen. necnon Tusculan. & Prænestin. ac Albanen. Ecclesijs dumtaxat exceptis, quoad quas Cardinalibus illarum pro tempore Præsulibus facultate disponendi de beneficijs huiusmodi, etiam vna cum indulto sibi ratione aliarum Ecclesiarum, quibus actu præsunt, vel antea nouissimè præfuerint, vt præfertur, frui licere decernimus.

Sola signatura sufficiat.

§. 3. Statuentes, præsentium, etiam absque eo quod registrentur, aut illis data apponatur, solam signaturam nostram sufficere, & vbique in iudicio & extra regula, contraria non obstante, fidem facere.

Registretur in Cancellaria.

§. 4. Ac insuper illas in Cancellaria Apostolica describi debere.

Omnes etiam absentes liget.

§. 5. Et deinceps omnes, & singulos Cardinales etiam absentes, præsentes, & futuros, & alios quoscumque, quorum interest, vel interesse poterit quomodolibet in futurum afficere, & ligare, nullumq. earum ignorantiam prætendere posse, non secus ac si ei personaliter intimatæ forent.

Contrariorum remotio.

§. 6. Statuto, & ordinatione, decreto, & declaratione, per Nos in crastinum assumptionis nostræ ad summi Apostolatus apicem editis, quòd Cardinales in Constitutionibus, & regulis per Nos post priorum nostrarum Constitutionum, & regularum editionem, & publicationem imposterum faciendis non includantur, nisi illæ eorumdem Cardinalium fauorem concernant, vel ipsæ edendæ Constitutiones de illorum, seu maioris partis eorum consilio editæ fuerint, necnon prædictis, & quibuscumque alijs regulis Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisq. contrarijs quibuscumque nequaquam obstantibus.

Papæ subscriptio.

Placet Motu proprio publicetur, & describatur M.

Publicatio in Cãcellaria.

Lecta, & publicata fuit supradicta Constitutio in Cancell. Apost. Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo sexcentesimo vigesimo sexto; die verò decima mensis Septembris, Pontificatus prælibati Sanctiss. D. N. Anno Quarto.

Dat. P. a. 4. die 10 Septemb.

Marcus Antonius Ascentius Procustos.

LXI.

Reuocatio omnium gratiarum, exemptionum, Indultorum, ac Priuilegiorum quomodolibet concessorum Assistentibus Vltramõtanis Prioris Generalis Ordinis Eremitarum S. Augustini, absolutis ab eorum officio, quo peracto ad suas Prouincias redire tenentur.

De Assistentibus Prioris Generalis huius Ordinis habes in Const. 5. Paul. V. in Appẽd. 3. to. aliàs 93. Paul. V. pag. 60. Et de hoc Ordine vide ad Const. 6. Alex. 4. sup. tom. 1. pag. 84. Et alia nonnulla de promouendis ad Doctoratus, vel Magisterij in Sacra Theologia gradus, statuit hic met Pont. supra Const.

Const 40. Romanus pag. 304. Qui etiã in expeditionibus per Priores Generales faciendis, modum viendi facultatibus à Sede Apostolica obtentis, praescripsit in Const. 98. Commissi, hic infra, & in altera eidem subsequente, & incipiente. Inter caeteras; prohibuit de caetero concedi exemptiones Officiorum ijs Fratribus, qui ea non exercuerint, absque expressa Sedis Apostolica licentia.

VRBANVS PAPA VIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium.

Romanus Pontifex æqui, bonique supremus assertor, gregi Dominico, à Deo, & Saluatore nostro præpositus, vt iuxta verbum propheticum noxia euellat, & destruat, vtiliaq; planter, & ædificet, ea interdũ, quæ rationabilibus ex causis a Sede Apostolica cõcessa sunt, ipsa subindè, rerum experientia suadente, & maioribus ex causis, quibus præsertim felici Christifidelium sub suaui Religionis iugo Altissimo famulantium statui, & salubri gubernio consulitur, alterat, & reuocat, in hisque solicitudinis, & prouidentiæ suæ studium fauorabiliter interponit, prout pia Catholicorum Regum vota id expolcunt, & ipse rerum, & temporum qualitatibus debitè pensatis, conspicit in Domino salubriter expedire.

Ratione priuilegiorum Fratribus Vltramõtanis Assistentibus Prioris Generalis huius Ordinis expleto eorum officio cõcessorum, multa inconuenientia oriuntur.

§. 1. Cũ itaque, sicut charissimus in Christo filius noster Philippus Hispaniarum Rex Catholicus Nobis nuper exponi fecit, ratione priuilegiorum, gratiarum, & indultorum Fratribus Vltramontanis Assistentibus Prioris Generalis Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Augustini tàm præteritis, quàm futuris ab hac Sancta Sede, & aliàs concessorum, expleto eorum officio non leuia in eodem Ordine inconueniẽtia, & perturbationes oriatur.

Ad quæ tollenda, Pôt reuocat omnia priuilegia, indulta &c. quomodolibet concessa, quibus dd. Assistentes gaudebant, expleto eorum officio.

§. 2. Nos illis, quantum Nobis ex alto conceditur, opportunè prouidere volentes, supplicationibus dicti Philippi Regis nomine Nobis super hoc humiliter porrectis, inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotijs Regularium præpositorum consilio omnia, & singula, exemptiones, immunitates, prærogatiuas, præeminentias, gratias, priuilegia, & indulta eisdem Fratribus Vltramontanis Assistentibus per Sedem Apostolicam sub quibuscumque verborum formis, & tenoribus, ac cum quibusuis clausulis, & decretis, etiam Motu proprio, vel aliàs, ac etiam per quoscumque alios concessa, quibus huiusmodi Assistentes expleto suo huiusmodi officio hactenus vsi, & gauisi sunt, siue vti, & gaudere potuerunt, vel debuerunt, Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuò reuocamus, & abrogamus; ac reuocata, & abrogata.

Quo finito ad suas Prouincias redire teneri, ac cogi posse declarat.

§. 3. Ipsosque Assistentes finito eorum officio huiusmodi ad suas Prouincias redire teneri, & ad id per modernum, & pro tempore existentem dicti Ordinis Priorem Generalem oppotunis iuris, & facti remedijs cogendos.

Clausulas præseruatiuas ponit.

§. 4. Præsentes verò litteras, omniaque & singula in eis contenta semper, & perpetuò valida, & firma, & efficacia esse, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis ad quos spectat, & pro tempore quomodolibet spectabit, inuiolabiliter obseruari.

aliter iudicandi facultatem tollit.

§. 5. Sicque, & non aliter per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores vbiq; iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam scienter, vel ignoranter contigerit attentari, auctoritate, & tenore prædictis decernimus, & declaramus.

Contraria remouet.

§. 6. Non obstantibus præmissis, ac quibusuis litteris Apostolicis super concessione priuilegiorum, gratiarũ, & indultorum huiusmodi expeditis litteris, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon dicti Ordinis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoq; indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum omnium tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisq. contrarijs quibuscumque.

Dat. P. A. 4. die 25. Nouemb.

Datum Romæ apud Sãctam Mariam Maiorem, die 25. Nouembris 1626. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

LXII.

Excommunicatio, & anathematizatio Hæreticorum cuiuscumque Sectæ, eisque fauentium, auxilium, aut consilium quoquomodo præstantium, ac Schismaticorum, vel libertatem Ecclesiasticam perturbantium, aut his, quæ in ista Bulla in die Cœnæ Domini legi solita continentur, cõtrauenientium.

De

De materijs in huiusmodi Bulla Cœnæ Domini contentis, plenissimè habes ad Constitut. 63. Pauli V. sup. tom. 3. pag. 251. Hic autem quid addam vix habeo, nisi quod contra Hæreticos in locis Italiæ, & Insularum adiacentium quouis prætextu commorantes, eorumq. fautores, Constitutionem edidit Gregor. XV. vt sup. in Const. 28. Romani. pag. 133. Qui etiam licentias omnes quibuscumque personis, & à quibusuis, etiam Romanis Pontificibus concessas legendi, & habendi libros quomodolibet prohibitos reuocauit in Const. 40. Apostolatus. pag. 157. Et demum libros aliò deferri, vel transmitti imprimendos sine Cardinalis Vicarij, atque Magistri Sacri Palatij in Vrbe, & extra eam sine Ordinarij, & Inquisitionis loci, vel ab eis Deputatorum licentia prohibuit hic idem Sanctissimus Pontifex sup. in Const. 50. Sanctissimus. pag. 337.

Edita A.D. 1627.

VRBANVS EPISC. SERV. SERVOR. DEI.

Ad futuram rei memoriam.

De onere Romanorum Pōtificum suorum prædecessorum, & causas hic enunciat iste Pontifex.

PAstoralis Romani Pontificis vigilantia, & solicitudo, cùm in omni Christianæ Reipublicæ pace, & tranquillitate procuranda pro sui muneris officio assiduè versatur, tùm potissimum in Catholicæ fidei, sine qua impossibile est placere Deo, vnitate, atque integritate retinenda, maximè elucet: Nimirum, vt fideles Christi non sint paruuli fluctuantes, neque circunferantur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, ad circumuentionem erroris: sed omnes occurrant in vnitatem fidei, & agnitionis Filij Dei in virum perfectum, neque se in huius vitæ societate & communione lædant, aut inter se alter alteri offensionem præbeat: sed potius in vinculo charitatis coniuncti, tamquam vnius corporis membra sub Christo capite, eiusque in terris Vicario Romano Pontifice Beatissimi Petri Successore, à quo totius Ecclesiæ vnitas dimanat, augeantur in ædificationem, atque ita diuina gratia adiutrice, sic præsentis vitæ quiete gaudeant, vt futura quoque beatitudine perfruantur. Ob quas sanè causas Romani Pontifices prædecessores nostri, hodierna die, quæ anniuersaria Dominicæ Cœnæ commemoratione solemnis est, spiritualem Ecclesiasticæ disciplinæ gladium, & salutaria iustitiæ arma per ministerium summi Apostolatus ad Dei gloriam, & animarum salutem solemniter exercere consueuerunt. Nos igitur, quibus nihil optabilius est, quàm fidei inuiolatam integritatem, publicam pacem, & iustitiam, Deo auctore, tueri, vetustum & solemnem hunc morem sequentes.

Excommunicat omnes Hæreticos quocumq; nomine censeātur, eorūq; fautores &c. & illorum libros legentes, tenētes, aut imprimentes, Schismaticos, &c.

§. 1. Excommunicamus, & anathematizamus, ex parte Dei Omnipotentis, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, auctoritate quoque Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, ac Nostra, quoscūque Hussitas, Vvichlephistas, Luteranos, Zuinglianos, Caluinistas, Vgonottos, Anabaptistas, Trinitarios, & à Christiana fide Apostatas, ac omnes, & singulos alios Hæreticos quocūque nomine censeantur, & cuiuscūque sectæ existant, ac eis credentes, eorumq. receptatores, fautores, & generaliter quoslibet illorum defensores, ac eorumdem libros hæresim continentes, vel de Religione tractantes, sine auctoritate nostra & Sedis Apost. scienter legentes, aut retinētes, imprimentes, seù quomodolibet defendentes ex quauis causa publicè, vel occultè, quouis ingenio, vel colore, necnon Schismaticos, & eos, qui se à nostra, & Romani Pontificis pro tempore existentis obedientia pertinaciter subtrahunt, vel recedunt.

Appellantes à Pōtificum mandatis ad futurum Concilium.

§. 2. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & singulos cuiuscumque status, gradus, seu conditionis fuerint: Vniuersitates verò, Collegia, & Capitula quocunque nomine nuncupentur, interdicimus: ab ordinationibus, seu mandatis nostris, ac Romanorum Pontificum pro tempore existentium ad vniuersale futurum Concilium appellantes: necnon eos, quorum auxilio, consilio, vel fauore, appellatum fuerit.

Piratas, & latrūculos maritimos, eorumq. receptatores, &c.

§. 3. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes Piratas, Cursarios, ac Latrunculos maritimos, discurrentes Mare nostrum, præcipuè à Monte Argentario vsque ad Terracinam, ac omnes eorum fautores, receptatores, & defensores.

Surripientes Christianorum bona naufragium passa, proiecta. vel in litore inuenta.

§. 4. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & singulos, qui Christianorum quorumcumque nauibus, tempestate, seu in transuersum (vt dici solet) iactatis, vel quoquomodo naufragium passis, siue in ipsis nauibus, siue ex eisdem eiecta in mari, vel in litore inuenta, cuiuscumque generis bona, tàm in nostris Tyrrheni, & Adriatici, quàm in cæteris cuiusque maris Regionibus, & litoribus, surripuerint, ita vt nec ob quodcumque priuilegium, consuetudinem, aut longissimi etiam immemorabilis temporis possessionem, seu alium quemcunque prætextum excusari possint.

Gabellas, seu noua pedagia imponentes, vel augētes.

§. 5. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, qui in Terris suis noua Pedagia, seu Gabellas, præterquàm in casibus sibi à iure, seu ex speciali Sedis Apostolicæ licentia permissis, imponunt, vel augent,

seu

seu imponi, vel augeri prohibita exigunt.

Falsarios literarum Apostolicarum, ac supplicationum ab habente auctoritatem, signatarum.

§.6. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes falsarios literarum Apostolicarum, etiam in forma Breuis, ac Supplicationum, gratiam, vel iustitiam concernentium, per Romanum Pontificem, vel S. R. E. Vicecancellarios, seu gerentes vices eorum, aut de mandato eiusdem Rom. Pontificis signatarum, necnon falsò fabricantes literas Apostolicas, etiam in forma Breuis, & etiam falsò signantes Supplicationes huiusmodi sub nomine Romani Pontificis, seu Vicecancellarij, aut gerentium vices prædictorum.

Transmittentes, vel deferentes arma, vel alia apta bellico vsui, ad Turcas, & alios Christianorum inimicos, ac eos, qui de reb. Christianæ Reipublicæ statum concernentibus, ipsos certiores faciunt.

§.7. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui ad Saracenos, Turcas, & alios Christiani nominis hostes & inimicos, vel Hæreticos per nostras, siue huius sanctæ Sedis sententias expressè, & nominatim declaratos, deferunt, seu transmittunt equos, arma, ferrum, filum ferri, stannum, chalybem, omniaq. alia metallorum genera, atque bellica instrumenta, lignamina, canapem, funes, tam ex ipso canape, quā alia quacumque materia, & ipsam materiam, aliaq. huiusmodi, quibus Christianos, & Catholicos impugnant, necnon illos, qui per se, vel alios de rebus statum Christianæ Reipublicæ concernentibus, in Christianorum perniciem, & damnum ipsos Turcas, & Christianæ Religionis inimicos, necnon hæreticos, in damnum Catholicæ Religionis, certiores faciunt, illisq. ad id auxilium, consilium, vel fauorem quomodolibet præstant. Non obstantibus quibuscumque priuilegijs, quibusuis personis, Principibus, Respublicis, per Nos, & Sedem prædictam hactenus concessis, de huiusmodi prohibitione expressam mentionem non facientibus.

Perturbantes, aut inuadentes eos, q. victualia, & similia necessaria Romam adducunt.

§.8. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes impedientes, seu inuadentes eos, qui victualia, seu alia ad vsum Rom. Curię necessaria adducunt, ac etiam eos, qui, nè ad Rom. Curiam adducantur, vel afferantur, prohibent, impediunt, seu perturbant, seu hæc facientes defendunt per se, vel alios cuiuscumque fuerint ordinis, præeminentiæ, conditionis, & status, etiam si Pontificali, seu Regali, aut alia quauis Ecclesiastica, vel mūdana præfulgeant dignitate.

Lædentes eos qui veniūt ad Sedem Apost. vel ab ea recedunt, & Iudices sine iurisd. vel auctes in Curia commorantes.

§.9. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui ad Pedem Apostolicam venientes, & recedentes ab eadem, sua, vel aliorum opera interficiunt, mutilant, spoliant, capiunt, detinent, necnon illos omnes, qui iurisdictionem ordinariam, vel delegatam, à Nobis, vel nostris Iudicibus non habentes, illam sibi temerè vendicantes, similia, contra morantes in eadem Curia, audent perpetrare.

Romipetas & Peregrinos etiam in Vrbe morātes, vel ab ea recedentes lædentes.

§.10. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes interficientes, mutilantes, vulnerantes, detinentes, capientes, seu depredantes Romipetas, seu Peregrinos ad Vrbem causa deuotionis, seu peregrinationis accedentes, & in ea morantes, vel ab ipsa recedentes, & in his dantes auxilium, consilium, vel fauorem.

Offendētes S. R. E. Cardinales, & alios Prælatos.

§.11. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes interficientes, mutilantes, vulnerantes, percutientes, capientes, carcerantes, detinentes, vel hostiliter insequentes S.R.E. Cardināles, Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Sedisq. Apostolicæ Legatos, vel Nuncios, aut eos à suis Diœcesibus, Territorijs, Terris, seu Dominijs eijcientes: Necnon ea mandantes, vel rata habentes, seu præstantes in eis auxilium, consilium, vel fauorem.

Offendentes ad Rom. Cur. venientes pro suis negotijs expediendis, negotiorumq. gestores.

§.12. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qni per se, vel per alios, personas ecclesiasticas quascunque, vel sęculares ad Romanam Curiam super eorum causis, & negotijs recurrentes, ac illa in eadem Curia prosequentes, aut procurantes, negotiorumq. gestores, aduocatos, procuratores, & agentes, seu etiam Auditores, vel Iudices super dictis causis, vel negotijs deputatos, occasione causarum, vel negotiorum huiusmodi, occidunt, seu quoquomodo percutiunt, bonis spoliant, seu qui per se, vel per alios directè, vel indirectè, delicta huiusmodi committere, exequi, vel procurare, aut in eisdem auxilium, consilium, vel fauorem præstare non verentur, cuiuscumque præeminentiæ, & dignitatis fuerint.

Appellātes à grauamine, seu futura executione literarum Apostolicarum, etiam in forma Breuis ad Curias sęculares.

§.13. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes tam Ecclesiasticos, quam sęculares, cuiuscūque dignitatis, qui prætexentes friuolam quandam appellationem à grauamine, vel futura executione literarum Apostol. etiam in forma Breuis, tā gratiā, quàm iustitiam concernentium: Necnon citationum, inhibitionum, sequestrorum, monitoriorum, processuum, executorialium, & aliorum decretorum, à Nobis, & à Sede prædicta, seu Legatis, Nuncijs, Præsidentibus, Palatij nostri, & Cam. Apost. Auditoribus, Commissarijs, alijsq. Iudicibus, & delegatis Apostolicis emanatorum, & quæ pro tempore emanauerint, aut aliàs ad Curias sęculares, & laicam potestatem recurrunt, & ab ea, instante etiam Fisci Procuratore, vel Aduocato, appellationes huiusmodi admitti, ac literas, citationes, inhibitiones, sequestra, monitoria,

nitoria, & alia prædicta, capi, & retineri faciunt, quivè illa simpliciter, vel sine eorum beneplacito, & consensu, vel examine executioni demandari, aut ne Tabelliones, & Notarij, super huiusmodi literarum & processum executione, instrumenta, vel acta conficere, aut confecta, parti, cuius interest, tradere debeant, impediunt, vel prohibent, ac etiam partes, seu eorum agentes, consanguineos, affines, familiares, notarios, executores, & subexecutores literarum, citationum, monitoriorum, & aliorum prædictorum capiunt, percutiunt, vulnerant, carcerant, detinent, ex Ciuitatibus, Locis, & Regnis eijciunt, bonis spoliant, perterrefaciunt, cōcutiunt, & comminantur per se, vel alium, seu alios, publicè, vel occultè, quivè aliàs quibuscumque personis, in genere, vel in specie, ne pro quibusuis eorum negotijs prosequendis, seu gratijs, vel literis impetrandis ad Roman. Cur. accedant, aut recursum habeant, seu gratias ipsas, vel literas à dicta Sede impetrent, seu impetratis vtantur, directè vel indirectè prohibere, statuere, seu mandare, vel eas apud se, aut Notarios, seu Tabelliones, vel aliàs quomodolibet retinere præsumunt.

Impedientes executionem literarum Apostolicarum, vel aliarum expeditionum; & alias causas à Iudicib. Ecclesiast. auocātes, seu cursum earum impedientes, aut se in illis vt Iudices interponentes.

§. 14. Item ea communicamus, & anathematizamus omnes, & singulos, qui per se, vel alios, auctoritate propria, ac de facto, quarumcumque exemptionum, vel aliarum gratiarum, & literarum Apostolicarum prætextu, beneficiales, & decimarum, ac alias causas spirituales, & spiritualibus annexas, ab Auditoribus, & Commissarijs nostris, alijsq. Iudicibus Ecclesiasticis auocant, illorumvè cursum, & audientiam, ac personas, capitula, conuentus, collegia, causas ipsas prosequi volentes impediunt, ac se de illarum cognitione tanquam Iudices interponūt; Quivè partes actrices, quæ illas committi fecerunt, & faciunt, ad reuocandum, & reuocari faciendum citationes, vel inhibitiones, aut alias literas in eis decretas, & ad faciendum, vel consentiendum eos, contra quos tales inhibitiones emanarunt, à censuris, & pœnis in illis contentis absolui per statutum, vel aliàs, compellunt, vel executionem literarum Apostolicarum, seu executorialium, processuum, ac decretorum prædictorū, quomodolibet impediunt, vel suum ad id fauorem, consilium, aut assensum præstant, etiam prætextu violentiæ prohibendæ, vel aliarum prætensionum, seu etiam donec ipsi ad Nos informandos, vt dicunt, supplicauerint, aut supplicari fecerint, nisi supplicationes huiusmodi coram Nobis, & Sede Apostolica legitimè prosequantur, etiamsi talia committētes fuerint Præsidentes Cancellariarum, Consiliorum, Parlamentorum, Cancellarij, Vicecancellarij, Consiliarij, ordinarij, vel extraordinarij quorumcumque Principum sæcularium, etiamsi Imperiali, Regali, Ducali, vel alia quacumque præfulgeant dignitate, aut Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, Commendatarij, seu Vicarij fuerint.

Iudices sæculares trahentes personas Ecclesiasticas ad sua Tribunalia, vel aliàs Ecclesiasticam libertatem quomodolibet lędētes, aut deprimentes.

§. 15. Quivè ea eorum prætenso officio, vel ad instantiam partis, aut aliorum quorumcumq; personas Ecclesiasticas, capitula, conuentus, collegia Ecclesiarum quarumcūque coram se ad suum tribunal, Audientiam, Cancellariam, consilium, vel Parlamentum, præter Iuris Canonici dispositionem, trahūt, vel trahi faciunt, vel procurant directè, vel indirectè, quouis quæsito colore: Necnon qui statuta, ordinationes, constitutiones, pragmaticas, seu quæuis alia decreta in genere, vel in specie, ex quauis causa, & quouis quæsito colore, ac etiam prætextu cuiusuis consuetudinis, aut priuilegij, vel aliàs quomodolibet fecerint, ordinauerint, & publicauerint, vel factis, & ordinatis vsi fuerint, vnde libertas ecclesiastica tollitur, seu in aliquo læditur, vel deprimitur, aut aliàs quouis modo restringitur, seu nostris & dictę Sedis, ac quarumcumque Ecclesiarum iuribus quomodolibet directè, vel indirectè, tacitè, vel expressè præiudicatur.

Impediētes quoscumque Prælatos, ne suas iurisdictione vtantur Ac sæcul. Ecclesiastica iudicia eludētes ad Cur. sæcul. recurrentes contra illos exequi procurant; ac eos qui ea decernunt aut

§. 16. Necnon qui Archiepiscopos, Episcopos, aliosq. superiores, & inferiores Prælatos, & omnes alios quoscūque Iudices ecclesiasticos ordinarios quomodolibet hac de causa directè, vel indirectè, carcerando, vel molestando eorum agentes, procuratores, familiares, necnon consanguineos, & affines, aut aliàs impediunt, quo minus sua iurisdictione ecclesiastica contra quoscūque vtantur, secundùm quòd Canones, & sacræ Constitutiones ecclesiasticæ, & decreta Conciliorum generalium, & præsertim Tridentini, statuunt; ac etiam eos, qui post ipsorum Ordinariorum, vel etiam ab eis delegatorum quorumcūque sententias, & decreta, aut aliàs fori ecclesiastici iudicium eludentes, ad Cancellarias, & alias Curias sæculares recurrunt, & ab illis prohibitiones & mandata, etiam pœnalia, Ordinarijs, & delegatis prædictis decerni, & contra illos exequi procurant, eos quoque qui hæc decernunt, & exequuntur, seu dant auxilium, consilium, patrocinium, & fauorem in eisdem.

auxilium præstāt. Vsurpantes Sedis Apost. vel Ecclesiarum iurisdictiones seu fructus.

§. 17. Quivè iurisdictiones, seu fructus, redditus, & prouentus ad Nos, & Sedem Apostolicā, & quascūque ecclesiasticas personas ratione Ecclesiarum, Monasteriorum, &

aliorum beneficiorum ecclesiasticorum pertinentes vsurpant, vel etiam quauis occasione, vel causa, siue Romani Pontificis, vel aliorum ad id legitimam facultatem habentium expressa licentia sequestrant.

Imponẽ. ec Decimas, vel alia onera personis Ecclesiast., ac eorũ, Ecclesiarum, seu Monasteriorum bonis.

§. 18. Quivè collectas, decimas, talleas, pręstãtias, & alia onera clericis, prælatis, & alijs personis ecclesiast. ac eorum, & Ecclesiarũ, Monast. & aliorum beneficiorum ecclesiasticorum bonis, illorumq. fructibus, redditibus, & prouentibus huiusmodi absque simili Rom. Pont. speciali, & expressa licentia, imponũt, & diuersis etiam exquisitis modis exigunt, aut sic imposita, etiam à spontè dantibus, & concedentibus, recipiunt. Necnon qui per se, vel alios directè, vel indirectè prædicta facere, exequi, vel procurare, aut in eisdem auxilium, consilium, vel fauorem præstare non verentur, cuiuscũque sint præeminentię, dignitatis, ordinis, conditionis, aut status, etiam si Imperiali, aut Regali præfulgeãt dignitate, seu Principes, Duces, Comites, Barones, & alij potentatus quicũque etiam Regnis, Prouincijs, Ciuitatibus, & Terris quoquomodo Præsidentes, Consiliarij, & Senatores, aut quauis etiam Pontificali dignitate insigniti. Innouantes decreta super his per sacros Canones, tàm in Lateranensi nouissimè celebrato, quàm Concilijs generalibus edita, etiam cum censuris, & pœnis in eis contentis.

Officiales seculares se interponentes in causis capitalibus, seu criminalibus contra Ecclesiasticas personas.

§. 19. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & quoscũque Magistratus, & Iudices, Notarios, Scribas, Executores, Subexecutores quomodolibet se interponentes in causis capitalibus, seu criminalibus cõtra personas ecclesiasticas, illas processando, banniendo, capiendo, seu sententias contra illas proferendo, vel exequendo, sine speciali, specifica, & expressa huius sanctæ Sedis Apostolicæ licentia, quique huiusmodi licentiam ad personas, & casus non expressos extendunt, vel alias illa perperam abutuntur, etiam si talia committentes fuerint Consiliarij, Senatores, Præsidentes, Cãcellarij, Vicecancellarij, aut quouis alio nomine nuncupati.

Occupãtes, & inuadentes S. R. E. Terras, & alias iurisdictionẽ supremam vsurpantes.

§. 20. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui per se, seu alios directè, vel indirectè sub quocũque titulo, vel colore inuadere, destruere, occupare, ac detinere præsumpserint, in totum, vel in partẽ, Almam Vrbem, Regnum Siciliæ, Insulas Sardiniæ, & Corsicæ, Terras citra Pharum, Patrimonium Beati Petri in Thuscia, Ducatum Spoletañ, Comitatum Venaysinum, Sabineñ, Marchiæ Anconitanæ, Massæ Trebariæ, Romandiolæ, Campaniæ, & maritimas Prouincias, illarumq. Terras, & loca, ac Terras specialis commissionis Arnulphorum, Ciuitatesque nostras Bononiam, Cæsenam, Ariminũ, Beneuentum, Perusium, Auinionem, Ciuitatem Castelli, Tudertum, Ferrariam, Comaclum, & alias Ciuitates, Terras, & loca, vel iura ad ipsam Romanam Ecclesiam pertinẽtia, dictæq. Rom. Eccl. mediatè, vel immediatè subiecta, necnon supremam iurisdictionem in illis Nobis, & eidem Romanæ Ecclesiæ competentem de facto vsurpare, perturbare, retinere, & vexare varijs modis præsumunt, necnon adhærentes, fautores, & defensores eorum, seu illis auxilium, consilium, vel fauorem quomodolibet præstantes.

Hæc Const. quousque liget.

§. 21. Volentes præsentes nostros processus, ac omnia, & quæcũque his literis contẽta, quousque alij huiusmodi processus, à Nobis, aut Rom. Pontifice pro tempore existente fiant, aut publicentur, durare, suosq. effectus omnino sortiri.

Absolutio ab huiusmodi casibus præter mortis articulum Papæ reseruatur.

§. 22. Cæterum à prædictis sentẽtijs nullus per alium, quam per Romanum Pontificem, nisi in mortis articulo constitutus, nec etiam tunc, nisi de stando Ecclesiæ mandatis, & satisfaciẽdo cautione præstita, absolui possit, etiam prætextu quarumuis facultatum, & indultorum quibuscumque ecclesiasticis, sęcularibus, & quorumuis Ordinum, etiam Mendicantium, ac Militiarum regularibus, etiam Episcopali, vel alia maiori dignitate præditis, ipsisque Ordinibus, & eorum Monasterijs, Conuentibus, & Domibus, ac Capitulis, Collegijs, Confraternitatibus, Congregationibus, Hospitalibus & locis pijs, necnon laicis, etiam Imperiali, Regali, & alia mundana excellentia fulgentibus, per Nos, & dictam Sedem, ac cuiuluis Concilij decreta, verbo, literis, aut alia quacũque scriptura in genere, & in specie concessorum, & innouatorum, ac concedendorum, & innouandorum.

aliorum absolutio præsumentium pænis subiicitur.

§. 23. Quòd si fortè aliqui contra tenorẽ præsentium talibus excommunicatione, & anathemate laqueatis, vel eorum alicui absolutionis beneficium impendere de facto pͥsumpserint, eos excommunicationis sententia innodamus, grauiùs contra eos, spiritualiter & temporaliter, prout expedire nouerimus, processuri.

Papæ absolutionẽ non comprehendere eos, qui a præmissi desistere non promiserint, declarat.

§. 24. Declarantes, ac protestantes quãcumque absolutionem, etiam solemniter per Nos faciendam, prædictos excommunicatos sub præsentibus comprehensos, nisi priùs à præmissis, cum vero proposito vlteriùs similia non committendi, destiterint, Ac quoad eos,

qui

qui contra Ecclesiasticam libertatem, vt præmittitur, statuta fecerint, nisi priùs statuta, ordinationes, constitutiones, pragmaticas, & decreta huiusmodi publicè reuocauerint, & ex Archiuijs, seu capitularibus locis, aut libris, in quibus annotata reperiuntur, deleri & cassari, ac Nos de reuocatione huiusmodi certiores fecerint, eos non comprehendere, nec eis aliter suffragari, quin etiam per huiusmodi absolutionem, aut quoscũque alios actus contrarios, tacitos, vel expressos, ac etiam per patientiam, & tolerantiam nostrã, vel Successorum nostrorum quantocumque tempore continuatam, in præmissis omnibus & singulis, ac quibuscumque iuribus Sedis Apost. ac S.R.E. vndecumque, & quandocũque quæsitis, vel quærendis, nullatenus præiudicari posse, aut debere.

Contrarijs quibuscumque derogat.

§.25. Non obstantibus priuilegijs, indulgentijs, indultis & literis Apostolicis generalibus, vel specialibus, supradictis, vel eorũ alicui, seu aliquibus alijs cuiuscũque ordinis, status, vel conditionis, dignitatis, & præeminentiæ fuerint, etiamsi, vt præmittitur, Pontificali, Imperiali, Regali, seu quauis ecclesiastica, & mundana præfulgeant dignitate, vel eorum Regnis, Prouincijs, Ciuitatibus, seu locis à prædicta Sede, ex quauis causa, etiam per viam contractus, aut remunerationis, & sub quauis alia forma, & tenore, ac cum quibusuis clausulis, etiam derogatoriarum derogatorijs concessis, etiam continentibus quòd excommunicari, anathematizari, vel interdici non possint, per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de priuilegijs, indulgentijs, & indultis huiusmodi, ac de ordinibus locis, nominibus proprijs, cognominibus, & dignitatibus eorum, mentionem, necnon consuetudinibus, etiam immemorabilibus, ac præscriptionibus quantumcũque longissimis, & alijs quibuslibet obseruantijs, scriptis, vel non scriptis, per quæ contra hos nostros processus, ac sententias, quominus includantur in eis, se iuuare valeant, vel tueri.

Quæ omnia quo ad hoc, eorum omnium tenores, ac si ad verbum, nihil penitus omisso, insererentur, præsentibus pro expressis habentes, penitùs tollimus, & omninò reuocamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Publicationis in Vrbe effectus.

§.26. Vt verò præsentes nostri processus ad publicam omnium notitiam faciliùs deducantur, chartas, seu membranas processus ipsos continentes, valuis Ecclesiæ S. Io. Lateran, & Basilicæ Principis Apost. de Vrbe appendi faciemus, vt ij, quos processus huiusmodi concernunt, quòd ad ipsos non peruenerint, aut quòd ipsos ignorauerint, nullam possint excusationem prætendere, aut ignorantiam allegare, cùm non sit verisimile, id remanere incognitũ, quòd tàm patenter omnibus publicatur.

Preceptum etiam alibi publicandi huic Const.

§. 27. Insuper, vt processus ipsi, & præsentes literæ, ac omnia, & singula in eis contenta eò fiant notiora, quò in plerisq. Ciuitatibus, & locis fuerint publicata, vniuersis, & singulis Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & locorum Ordinarijs, & Prælatis vbilibet constitutis, per hæc scripta committimus, & in virtute sanctæ obedientiæ districtè præcipiendo mandamus, vt per se, vel per alium, seu alios præsentes literas, postquam eas receperint, seu earum habuerint notitiam, semel in anno, aut si expedire viderint, etiã pluries in Ecclesijs suis, dum in eis maior populi multitudo ad diuina conuenerit, solemniter publicent, & ad Christifidelium mentes reducant, nuncient, & declarent.

Audientes confessiones habeant apud se has literas.

§.28. Cæterùm Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, alijq. locorum Ordinarij, & Ecclesiarum Prælati, necnòn Rectores, cæteriq. curam animarum exercentes, ac presbyteri sæculares, & quorumuis Ordinum regulares, ad audiendas peccatorum confessiones, quauis auctoritate deputati, transumptum præsentium Literarum penès se habeant, easque diligenter legere, & percipere studeant.

Transumptorum fides.

§.29. Volentes earumdem præsentium transumptis, etiam impressis, Notarij publici manu subscriptis, & sigillo Iudicis ordinarij Romanæ Curiæ, vel alterius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eamdem prorsus fidem in iudicio, & extra illud vbique locorum adhibendam fore, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ.

Decreta pœnalia.

§.30. Nulli ergo omnino hominũ liceat hanc paginam nostræ excommunicationis, anathematizationis, interdicti, innouationis, innodationis, declarationis, protestationis, sublationis, reuocationis, commissionis, mãdati, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum.

Dat. P. A 4 die 1 aprilis.

Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo sexcentesimo vigesimo septimo, Kal. Aprilis Pontificatus Nostri Anno Quarto.

LXIII.

Declaratio, quod Beata Maria Magdalena de Pazzis Florentina, dum vixit, Ordinis B. MARIAE de Monte Carmelo Monialis extitit. Ac extensio Indulti recitandi Officium, & celebrandi Missam de ea in omnibus Ecclesijs tàm in Diœcesi Florentina, quàm in vniuersa ditione temporali Magnis Ducis Hetruriæ.

Beatificauit hanc Mariam Magdalenam hic idem Pontifex, sed huiusmodi Bullam adhuc obtinere non valui, quam si habuero, inferiùs tibi ponam.

Edita A.D. 1637.

VRBANVS PAPA VIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

IN supremo Apostolicatus solio, meritis licet insufficientibus diuina dispensatione constituti, ad ea, per quæ seruorum, & ancillarum Christi honos, & veneratio in terris promoueatur, iuxta creditũ Nobis desuper Apostolicæ seruitutis officium libenter intendimus, votisq. Christifidelium honorẽ, & venerationem huiusmodi respicientibus libenter annuimus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

Alias iste Pontif. beatificauit Mariam Magdalenam de Pazzis, & Missam, ac Officium de ea celebrari posse indulsit in omnibus Ecclesiis Ciuit. Floreñ. & Romæ in Ecclesia Ipsius Nationis.

§. 1. Aliàs siquidem pro parte dilecti filij nobilis Adolescentis Ferdinãdi Hetruriæ sibi subiectæ Magni Ducis, ac dilectarum in Christo filiarum nobilium Mulierum Mariæ Magdalenæ Archiducissæ Austriæ, & Christiernæ à Lotharingia Hetruriæ sibi subiectæ Magnarum Ducissarum viduarum, necnon Priorissæ, & Monialium Monasterij Sanctæ MARIAE Angelorum nuncupat. in Burgo S. Fridiani Ciuitatis Florẽtiñ Nobis exposito, quòd bona memoria Ancilla Dei Maria Magdalena de Pazzis Florẽtiñ Monialis multis, & eximijs virtutum & gratiarum, ac miraculorum donis à Domino illustrata fuerat. Nobisq. propterea pro parte eorumdem Ferdinandi Magni Ducis, & Mariæ Magdalenæ Archiducissæ, necnon Christiernæ Magnarũ Ducissarum viduarum, ac Priorissæ, & Monialium humiliter supplicato, vt donec Canonizationis honor dictæ Ancillæ Dei Mariæ Magdalenæ ob eius excellentia merita, diuina aspirante gratia ab Apostolica Sede decernatur, eadem Ancilla Dei Maria Magdalena Beata nuncupari, atque Officium & Missa de ea, vt infrà recitari, & celebrari posset. Nos re prius per venerabiles fratres nostros S.R.E. Cardinales sacris Ritibus propositos, quibus eam examinandam mandaueramus, maturè discussa, de eorumdem Cardinalium consilio, huiusmodi supplicationibus inclinati, vt ipsa Ancilla Dei Maria Magdalena Beata nuncupari, Officiumq. & Missa de ea tanquam de Communi Virginis non Martyris iuxta rubricas Missalis, & Breuiarij Romani in omnibus, & singulis Ciuitatis Florentiñ Ecclesijs, & hic Romæ pro tunc præsente anno dumtaxat, in Ecclesia S. Ioannis Baptistæ nationis Florentinorum, in qua Beatificationis huiusmodi solemnitas celebranda erat in eiusdem Ancillæ Dei Mariæ Magdalenæ obitus, seu alia subsequenti non impedita die, à quibusuis Clericis, & Presbyteris tàm sęcularibus, quàm regularibus recitari, & celebrari respectiuè possent, & valerent Apostolica auctoritate concessimus, & indulsimus, & aliàs prout in alijs nostris desuper in simili forma Breuis expeditis litteris, quarum tenor præsentibus pro expressis haberi volumus, pleniùs continetur.

Nunc declarat d. Beatam du vixit Ord. B. MARIAE de Monte Carmelo Monialem fuisse.

§. 2. Nunc autem supplicationibus dilectorum filiorum Generalis, aliorumq. Superiorum, & Fratrum Ordinis B. MARIAE de Monte Carmelo Nobis humiliter porrectis inclinati, De eorumdem Fratrum consilio dictam Beatam Mariam Magdalenam de Pazzis dicti Ordinis B. MARIAE de Monte Carmelo Monialem, dum ipsa vixit, fuisse, tenore præsentium declaramus.

Et indultum recitandi Officium ad omnes d. Ordinis extendit.

§. 3. Quodq. in omnibus Monasterijs, locis, & Ecclesijs dicti Ordinis in ipsius Beatæ Mariæ Magdalenæ obitus, seu alia subsequẽti non impedita die, singulis annis, ab omnibus vtriusq; sexus eiusdem Ordinis Religiosis Officium & Missa, & à confluentibus ad Ecclesias dicti Ordinis in Alma Vrbe nostra, & in Ciuitate Florentiñ existentes, Missa dũtaxat de eadem Beata Maria Magdalena tanquàm de Communi Virginis non Martyris iuxta ipsius Ordinis Breuiarium a Sede Apostolica approbatum, & rubricas Breuiarij ac Missalis Romani in futurum recitari, & celebrari liberè pariter, & licitè respectiuè possint, & valeant, auctoritate, & tenore prædictis concedimus, & indulgemus.

Contrarijs derogat.

§. 4. Non obstantibus omnibus & singulis, quę in dictis litteris voluimus non obstare, cæterisq. contrarijs quibuscumque.

Transumptis fidẽ mandat.

§. 5. Volumus autem, quòd præsentium transumptis etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides vbiq; adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem, sub

Dat. P. A. 4. die 31. Aprilis.

sub Annulo Piscatoris, die vigesimatertia Aprilis 1627. Pontificatus Nostri Anno IV.

Sequitur extensio indulti recitandi, & celebrandi Officium, & Missam de B. Maria Magdalena de Pazzis in omnibus Ecclesiis, tàm in Diœces. Florentin. quàm in vniuersa ditione temporali Magni Ducis Hetruriæ.

VRBANVS PAPA VIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

Bulla A. D. 1628.

Alias pro parte dilecti filij nobilis adolescentis Ferdinandi Hetruriæ sibi subiectæ Magni Ducis, ac dilectarum in Christo filiarum nobilium mulierum Mariæ Magdalenæ Archiducissæ Austriæ, & Christiernæ à Lotharingia Hetruriæ similiter sibi subiectæ Magnarum Ducissarum viduarum, necnon Priorissæ, & Monialium Monasterij Sanctæ MARIAE Angelorum nuncupati in Burgo Sancti Fridiani Ciuitatis Florentiñ Nobis exposito, quod bon. mem. Ancilla Dei Maria Magdalena de Pazzis Florentiñ Monialis multis, & eximijs virtutum & gratiarum, ac miraculorum donis à Domino illustrata fuerat, & propterea pro parte dictorum exponentium Nobis humiliter supplicato, vt donec Canonizationis honor dictæ Ancillæ Dei Mariæ Magdalenæ ob eius excellentia merita ab Apostolica Sede decernatur, eadem Ancilla Dei Maria Magdalena Beata nuncupari, atq; Officium, & Missa de ea recitari, & celebrari posset. Nos re priùs per Venerabiles fratres nostros S. R. E. Cardinales sacris Ritibus præpositos, quibus eam examinandā mandaueramus, maturè discussa, de eorumdem Cardinalium consilio huiusmodi supplicationibus tunc inclinati, Vt ipsa Ancilla Dei Maria Magdalena Beata nuncupari, Officiumq. & Missa de ea sub certis modo, & forma tunc expressis recitari, & celebrari respectiuè posset, & valeret, Apostolicâ auctoritate concessimus, & indulsimus.

Alias ille Pont. adiecit Conf. & a ratificationem huius Mariæ Magdalenæ.

§. 2. Subinde verò supplicationibus dilectorum filiorum Generalis, aliorumq. Superiorum, & Fratrum Ordinis B. MARIAE de Monte Carmelo Nobis humiliter porrectis pariter inclinati, de eorumdem Cardinalium consilio, dictam Beatam Mariam Magdalenam de Pazzis dicti Ordinis Monialem, dum vixit, fuisse declarauimus, quòdq. in omnibus Monasterijs, locis, & Ecclesijs dicti Ordinis in ipsius Beatæ Mariæ Magdalenæ obitus, seu alia subsequenti non impedita die, singulis annis ab omnibus vtriusq; sexus eiusdem Ordinis Religiosis Officium, & Missa, & à confluentibus ad Ecclesias dicti Ordinis in Alma Vrbe nostra, & in Ciuitate Florentina existentes Missa dumtaxat de eadem Beata Maria Magdalena, tanquam de Communi Virginis non Martyris iuxta ipsius Ordinis Breuiarium à Sede Apostolica approbatum, ac rubricas Breuiarij, & Missalis Romani, in futurum recitari pariter, & celebrari posset, similiter concessimus, & indulsimus, prout in diuersis nostris in simili forma Breuis expeditis literis, quarum tenores præsentibus pro sufficienter expressis haberi volumus, plenius continetur.

Nunc extendit p dictas Conf. prout in Rubr.

§. 3. Nunc autem Ferdinandi Magni Ducis, ac Priorissæ, & Monialium prædictorum supplicationibus Nobis denuo humiliter porrectis inclinati, de eorumdem Cardinalium consilio, Quòd in omnibus, & quibuscumque Ecclesijs, tàm in Diœcesi Florentiñ, quàm in vniuersa ditione temporali præfati Ferdinandi Magni Ducis existentibus in ipsius Beatæ Mariæ Magdalenæ obitus, seu alia subsequenti non impedita die, singulis annis, Officium, & Missa de eadem Beata Maria Magdalena, tanquam de Communi Virginis non Martyris, vt præfertur, recitari, & celebrari liberè similiter, & licitè possit, & valeat, dicta auctoritate tenore præsentium concedimus pariter, & indulgemus.

Contrarijs derogat.

§. 4. Non obstantibus omnibus illis, quæ in dictis litteris voluimus non obstare, cæterisq. contrarijs quibuscumque.

Transumptis fidem mandat.

§. 5. Volumus autem, quòd præsentium transumptis etiam impressis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ alicuius in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus vbique fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ ipsis præsentibus litteris originalibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. A. 5. die 18. Ianuarij.

Dat. Romæ apud Sāctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die 18. Ianuarij 1628. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

LXIV.

Noua Erectio Collegij Illyrici nuncupandi in Ciuitate Lauretana pro adolescentibus, ex Illyricis Prouinciis ibi sūptibus sacrosanctæ Domus Lauretanæ educandis, & in bonis, ecclesiasticisque moribus, ac Sacrorum Canonum, aliarumque facultatum necessitates Illyricas concernentium disciplinis instruendis; cum Priuilegiorum, & Indultorum elargitione.

Hoc Collegium olim instituit Greg. xii. & enunciatur hic in §. 1. sed cum aliquot post

 annis

annis quibusdam de causis imminutum, & ad duodecim Alumnos Romam Laureto translatos redactum fuerit, & ipsum Collegium Lauretanum extinctum in maximum fidei damnum, hic Pont. illud de nouo erigit in hac Constitutione.

Tria alia Collegia postea erexit istemet Pôtifex pro Scholaribus Germanicæ Nationis in illis educandis, ac sacra Theologia, aliisq. facultatibus, & pijs moribus imbuendis. Vnum in Ciuitate Pragensi, Regni Boemię Metropoli, vt inf. Const. 66. Quoniam. Et alterum in Ciuitate Viennensi, vt inf. Const. 67. Quoniam. Et aliud in Oppido Fuldensi. vt inf. Const. 96. Quoniam.

Edita A. D. 1627.

VRBANVS EPISC. SERVVS SERV. DEI.
Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmiũ, & Causa fundationis.

ZELO Domus Dei Nos commouente, vt paruulis petẽtibus panem verbi Dei, pro munere nostro frangamus; quippe qui vniuersarum gentium, populorumq. Christi fidem profitentium salutem procurare, & promouere studemus; dum omnes Christiani Orbis partes oculis mentis nostræ perlustramus, Illyricæ linguæ gentis, maiorem Europæ, & maximam Asiæ portionem incolentis, atque per Europam, præstantissimis Regnis, & Prouinciis olim florentissimæ, ac inter plantas Apostolicas, in gremio Catholicæ Ecclesiæ Primogenitæ, nunc verò maxima ex parte sub impia Turcarum tirannide gementis. Schismaticorumque Orientalium, hæresumque Septentrionalium venenis per partes infectæ, pro debito nostri Pastoralis officij, necessitatibus spiritualibus succurere cogimur, & admonemur.

Gregorius XIII. fundauit Collegium Illyricorum Laureti, prouentibus Sacrosanctæ Domus pro alendis ibi 30 iuuenibus d nationis & instruendis.

§. 1. Cum itaque sicut Nobis innotuit aliàs fel. recordationis Gregorius Papa XIII. prædecessor noster miseratione tantæ gentis, Collegium Illyricanæ iuuenturis in Ciuitate Lauretan. illius Sacrosanctæ domus prouentibus alendæ, bonisq. artibus, & disciplinis instruendæ, præfixo tunc temporis numero, ad triginta adolescentes, Apostolica auctoritate erexisset, optimo æque consilio, fructuq. cum breui temporis interuallo inuentus inibi bonis moribus ac litteris instituta, patriæq. iuuandæ adhibita, magno diuinæ gloriæ augumento, animarumq. salute, Prouincias Illyricas, præsertim verò litoralem Dalmatiam, discussis quibus offundebatur ignorantiæ tenebris, ad veræ pietatis media excitauerit.

Collegium Illyricorum Laureti extinctum aliquot post annos, & alumnorũ numero Romam translato, & ad duodecim redacto.

§. 2. Cũque adeò pium opus aliquot post annis, quibusdã de causis admodũ imminutũ fuerit, redacto ad duodecim tãtum alumnos adolescẽtium Romã Laureto, trãslatorum numero, Lauretan. Collegio penitus extincto.

S.D.N. Vrbanus Octauus de nouo Laureti fundat, & erigit pro triginta sex iuuenibus ex Illyrica natione vt supra educandis, & instruendis.

§. 3. Nos qui hanc eiusmodi translationem, & numeri alumnorum imminutionem, in maximum damnum fidei, in illis prouinciis contigisse, certa scientia cognouimus, ad opus hoc, dictum Collegium in pristinum, & quantum fieri poterit, in meliorem statum restituendum, & renouandum, animum, & mentem nostram conuertentes, maturo desuper cum Ven. Fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, Cõgregationi de propaganda fide præfectis, habito consilio. Motu proprio, non ad alicuius Nobis desuper oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia, meraq. liberalitate nostris, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, ad Dei Omnipotentis laudem, Sanctæque ipsius Ecclesiæ incrementum, ac præcipuam Illyricæ gentis salutem, & commodum, in Ciuitate Lauretan. præfata dictum Collegium Illyricum appellandum, in quo in posterum prior adolescentium numerus triginta sex videlicet, Sacrosanctæ domus Lauretan. vt olim prouentibus redditibus, & prouentionibus, sustentari, ali, educari, ac in bonis ecclesiasticisque moribus nec non in Grammaticæ, Philosophiæ, & Theologiæ, ac sacrorum Canonum, aliarũq. facultatum, necessitates Illyricas concernentium, disciplinis ac studiis instrui, ita tamen vt donec dicta Sacra domus, cuius prouentus, ob multas expensas in translatione Alũnorum, & extructione domus Collegialis factas, tam magno Alumnorum numero sustẽtado, non facile sufficere videtur, expensarum mole leuati ceperit, Collegio præfato viginti saltem Alumni ex Illyric. Prouinciis euocandi, ali, educari, & instrui debeant.

Distributio, & assignatio locorum Ecclesiis Illyricis.

§. 4. Ex horum viginti Alumnorum loca, duodecim, videlicet littoralibus Dalmatiæ vrbibus ab exordio dicti Collegii destinata, perpetuò Adolescẽtium eiusdem Prouinciæ immurabilia censeantur, & esse debeant, distributione, & assignatione dictorum duodecim locorum, sequenti ratione inuiolabiliter obseruanda. Nimirum vt Spalaten. Ragusin. Iadren. & Antibaren. Ecclesiæ Metropolitan. singulæ vnum semper Alumnum, seu vnius Alumni locum habeant, & in illorum distributione, Spalaten. videlicet, Oppidi Almisensis nunc suæ dioc. Antibaren. verò Budu. næ Ciuitatis suæ Prouintiæ, Iadren. autem Ecclesiæ præfatæ, Oppidi Pagensis

etiam

etiam suæ diœc. rationem habere debeant, vt scilicet tertia quæque successio Alumnorũ pertinentium ad dictas tres Metropoliticas Ecclesias, sit oppidorum, & Ciuitatis huiusmodi. Similiter Sibenicen. Veglien. Pharen. siue Lesinen. Ausseren. Catharensisque Ecclesijs singulis locus vnius Alumni competat, in quibus distribuendis Pharen. seu Lesinen. Bracchiæ Insulæ suæ Diœc. Ausseren. verò Chersi oppidi, item suæ diœc. Catharen. Ecclesiæ præfatæ Perasti oppidi pariter suæ diœc. eamdem rationem quæ supra tribus Metropoliticis Ecclesijs præfatis præscripta est habeant, & habere teneantur. Denique Ecclesiæ Curzolen. cum Stagnen. vnum alternatim; Traguriem. & Nonen. itidem sicuti & Arben. & Segnien. vnum alternatim habere debeant; hoc tamen expressè seruãdo.

Si Prælati negligerint mittere alumnos, quid seruandum.

§. 5. Vt quandocumque vel negligentia Prælatorum, Capitulorumque Dalmaticorum, ad quos approbationem dictorum Alũnorum coniunctim, electionem verò, & admissionem eorum, qui vt præfertur approbati fuerint ad Cardinalem eiusdem Collegij Protectorem pro tempore existen. perpetuò spectare, & pertinere volumus, vel quauis alia de causa loca alicuius, vel aliquorum Alumnorum eisdem vt præfertur Ecclesijs assignatorum, vltra sex menses vacare contigerint, nullatenus illa ex alijs præfatis Dalmatiæ Ecclesijs litoralibus, sed ex alijs Illyricæ nationis sub Turca existẽtibus; ea tantum vice, qua vacare contigerint, per quod tamen nullum præiudicium, in posterum alijs Ecclesijs præfatis generentur, suppleantur, & hoc toties quoties similis vacatio intercesserit.

Quid seruandum cum præsentibus Alumnis.

§. 6. Quinimò si qui Alumni plures videlicet ex vna dictarũ Ecclesiarum præter hanc nostram declarationem, in dicto Collegio admissi de cætero reperientur, sine vlla mora protinus excludantur, locaque suis Ecclesijs assignata, vel alijs eorum loco nominatis, sine vlla interpretatione, indulgentiaue restituantur. Reliqua verò octo loca pro nunc, donec Alumni ad antiquum numerum integrentur, si diuisa intelligantur nimirum Bosnen. Maccaren. Scardonen. necnon Samandrien. & Vscopien. Ecclesiæ, singulæ videlicet vnicum Alumnum habeant, sicuti, & regio intra Drauum, Sauumque fluuios constitutæ, Bosnen. Administratoris eorũ commissa vnicum, in Albanensi verò, siuè Epirotica Prouincia, donec iuxta eiusdem prædecessoris mentem, peculiare Collegium eidem constituatur, Ecclesiæ citra Drinum Fluuium constitutæ, vnicum, vltra varò Drinum, alium vicissim habere debeant. Adaucto verò numero, in futurum illius beneficio prænominatæ Ecclesiæ sub Turcis cõstitutæ, additis Tinien. Dumnen. seu Dalmaten. Stridonen. Tribuniensique, in Dalmatia Turcica, Bosnaque Nissiensique, ac Prisrien, siue Iustinianea prima in Seruia, potiantur, & gaudeant, habita nihilominus ratione Ecclesiarum præfatarum, maiori auxilio indigentium, Apostolica auctoritate præfata, earumdem tenore præsentium rursus ex integro perpetuò erigimus, & instituimus.

Modus admittendi Alũnos ad Collegium.

§. 7. Vt autem admissio, & receptio dictorum Alumnorum debito ordine procedat, vt nemo intra eorum numerum in præfato Collegio acceptetur, qui litteras testimoniales Ordinarij sui, & Capituli loci, vbi fieri poterit, non habeat, quibus constet illum in & de legitimo matrimonio natum, & saltem prima tonsura initiatum, nec esse Neophitum, multo minus aliquo tempore hæresi, vel maumetismo adhæsisse, sitque sanus, & absque vlla infirmitate habituata, vel incurabili, ac sine vllo vitio, vel deformitate notabili corporis, lingua minimè impedita; parentibus Illyricis, Illyricæque linguæ, & si fieri poterit litteraturæ quoque Illyricæ peritus, qui vagus non fuerit, nihilque negotij, ac litium habeat, & præseferat voluntatem, ac speciem proficiendi in disciplina pietatis, & literarum, ad effectum vt euadat vtilis operarius in cultura Illyricanæ Ecclesiæ, idemque non sit inferior quatuordecim annis, nec vigesimum annum excedat, habeatque aliquam Grammaticæ cognitionem, quæ omnia sicut in duodecim Dalmaticis Alumnis, ab Episcopis, & Capitulis vt præfertur deligendis, omni rigore, ita in subditis Turcarum mitius obseruentur.

Iuramentũ alumnorum.

§. 8. Et postquam aliquis præfato ordine inter Alumnos receptus fuerit, Collegialem vestem, non induat, nisi per semestre spatium probatus, iudicio Superiorum eiusdem Collegij solemne iuramentum in manibus eiusdem Collegij Rectoris pro tempore existentis, emiserit, iuxtà formam à Congregatione de Propaganda fide præscriptam. & præterea iurauerit, quòd peractis studijs, vel ob aliam legitimam causam non prorsus absolutis, dummodo tamen per annum, & dimidium, in Collegio moram traxerit, nec ad aulas Principum, domosq; Magnatum diuturnioris moræ causa vnquam se conferet, minusque ad vniuersitates, aut alias publicas scholas, sub quouis prætextu, nisi forte iudicio, vel voluntate superiorum

in

in scriptis exprimenda.

Pœna contrafacientium.

§. 9. Contrafactores verò periuri, & infames, inhabilesque perpetuò ad quæcumque beneficia, officia, dignitatesque tàm Ecclesiasticas, quàm sæculares existant, etiam volumus ad tependendas, & exsoluendas omnes illas expensas, quas Sacra Domus pro huiusmodi Alumnis, tàm in conuictu, quàm vestibus, libris, medicinis, viaticisque insumpserit, cogi, & compelli possint, eisdem auctoritate, & tenore etiam perpetuò statuimus, & ordinamus.

Priuilegia alumnorum.

§. 10. Quò verò dicti Alumni expeditiores, & alacriores ad succurendum patriæ necessitatibus efficiantur, eisdem Alumnis, vt eo temporis spatio, quo in Collegio præfato sese continuerint, & Superiorum iudicio in studijs præfatis, & litterarum profecerint, ad omnes, etiam Sacros, & Presbyteratus Ordines, etiam sine litteris dimissorialibus, nisi habeant Episcopos proprios, a quibus illæ obtineri poterint, cum ad Collegium dirigentur, & sine beneficij Ecclesiastici, aut patrimonij, ac etiam extra legitimarum ordinationum tempora, dummodò tamen aliàs ad id reperiantur idonei, promoueri possint, & valeant, ijdemque sic ad Ordines promoti, in originalibus Ecclesijs cum beneficia, personatus, dignitatesque earum vacare contigerit, tàm in Romana Curia, quàm apud Ordinarios proprios, & Capitula, alijs omnibus, cæteris paribus, anteferri debeant, & secus factæ prouisiones, irritæ, & inanes, ipso iure existant, auctoritate, & tenore præmissis, de speciali gratia indulgemus.

Volo sex adolescentum Bulgarorum cum dictis Alumnis, & eoru sustentatio.

§. 11. Adolescentes quoque Bulgarici Regni, qui sex numero per Eleemosynarium nostrum secretum, hic in Vrbe in studijs sustentantur, auxilio afflictissimæ illorum patriæ, vt inter connationales Illyricos, in pietate, & litteris magis proficere possint, præfatis Alumnis in Lauretano Collegio adiungimus, quibus idem Eleemosynarius noster, vt impostertum, vti hactenus consueuit, omnia necessaria pro sufficienti illorum sustentatione, & educatione subministrare debeat; absolutisque ab eisdem Bulgaricis Alumnis studijs semper alios vicissim, substitui, sufficique ex eodem Regno, per eãdem Congregationem de propaganda fide, ad Episcopi Sophien. pro tempore existentis, nominationem, eodem quo hactenus numero, & prouisione declaramus.

Gubernium Collegij datur Presbyteris Soc. Iesu.

§. 12. Cæterum cum dilectorum filiorum Presbyterorum Societatis Iesu in hoc educandorum, instituendorumque adolescentium munere, diligentia, fides, integritas, & in alijs einsmodi Collegijs, & in hoc ipso quamdiu Laureti, & in Seminario Romano fuit, satis cognita sit atq; perspecta, Collegiũ atq; scholares huiusmodi ipsorum, sicuti à prima illius origine fuit regimini, institutioni, doctrinę, atque obedientiæ, sub regulis, & constitutionibus, per dictam Congregationem de propaganda fide, approbatis, quas Apostolica auctoritate confirmamus, easdẽque à Rectore, Alumnis perpetuò obseruari mandamus, eadem auctoritate subijcimus, atque submittimus.

Priuilegia generalia Collegij & præsertim studio generali Vrbis cõcessa.

§. 13. Et insuper eidem Collegio, & Scholaribus, Rectoribus, & Gubernatoribus, ac Ministris, omnia, & quæcumque priuilegia, exemptiones, libertates, facultates, & indulta, quibus Studium generale Almæ Vrbis, & illius Rector, Doctoresque in eo legentes, aliaque Collegia quarumcumque Nationum, & Seminariorum tàm in eadem Alma Vrbe, quàm extra illam, per prædecessores nostros Romanos Pontifices instituta, vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, quibusque Collegium, Scholares, Rectores, & Gubernatores huiusmodi non solùm ad eorum instar, sed etiã æque principaliter, vti, potiri, & gaudere valeant, in omnibus, & per omnia, dicta auctoritate communicamus.

Vide Const. 9. Bonif. 8. tom. 1. pag. 206.

Priuilegia superiorum Collegij ad fauorem alumnorum.

§. 14. Præterea Regentibus, & Superioribus dicti Collegij, cum assistentia tamen Cardinalis Protectoris, qui pro tempore constitutus fuerit, & de eius consilio, & expresso consensu, illos quos in dicto Collegio & alibi per debitum tempus studuisse, ac scientia, ac moribus idoneos esse reperint, in præfatis facultatibus, ad Baccalaureatus, Licentiaturæ, Doctoratusque, & Magisterij gradus, seruata forma Concilij Viennensi. iuxta Vniuersitatis Almæ Vrbis consuetudinem, seu alias promouendi, & ipsorum graduum solita insigna exhibendi, eisque in facultatibus suprascriptis sic promotis, aut illas legitimè interpretari, ac de eis disputare, quoscumque gradui, seu gradibus huiusmodi conuenientes actus exercere, ac omnibus, & singulis priuilegijs, gratijs, fauoribus, prærogatiuis, & indultis, quibus alij in præfata, seù alijs vniuersitatibus, & alibi, iuxta illius, & aliarum vniuersitatum huiusmodi constitutiones, & mores, ad gradus præfatos promoti, de iure, vel consuetudine vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere poterunt, quomodolibet in futurum, vti, potiri, & gaudere possint

possint, & debeant, perindè ac si gradus præfatos in ipsa vniuersitate, iuxta consuetudines, & mores præfatos suscepissent, cōcedendi, & indulgendi, plenam, & liberam facultatem, & auctoritatem, earumdem tenore præsentium concedimus, & impartimur.

Deputatio Protectoris Collegij

§. 15. Præterea vt eiusdem Collegij conseruationi, bonoque regimini, tàm in his, quæ ad Scholarum institutionem, & disciplinam, quàm quæ ad victum, vestitum, aliaque huiusmodi necessaria pertinent, opportunius consulatur, & promptum eis paratumque auxilium sit, dilectum filium nostrum Scipionem tituli Sancti Chrysogoni Presbyterum Cardinalem Burghesium, nuncupatum, sacrosanctæ Lauretanæ domus Protectorem, eiusdem Collegij Illyrici Protectorem, & defensorem, cuius auctoritate, consilio, & ope, tàm suprascripta, quàm quæcumque alia, ad eosdem in dicto Collegio admittendos Scholares, retinendosue, locisue priuandos, atque de beneficijs Ecclesiasticis prouidendos spectantia, agantur, statuantur, & ordinentur, dicta auctoritate constituimus, & deputamus.

Eiusdem facultates.

§. 16. Dantes eidem, & pro tempore existentibus eiusdem Collegij Protectoribus, plenam, & liberam facultatem, & auctoritatem, pro salubri directione, & conseruatione dicti Collegij, illiusque bonorum, & rerum, ac iurium, tàm temporalium, quàm spiritualium Oeconomos, Aduocatos, Procuratores, aliosque Ministros, & Officiales in eo deputandi, amouendique, & alios eorum loco sufficiendi. Ordinationes præterea, statuta, æqua tamen, & honesta sacrisque Canonibus, & Concilij Tridentini, Sacræq; Congregationis de propaganda fide decretis, circa Collegia Pontificia editis, non repugnantia, faciendi, & edendi, eaque, cum opus visum fuerit, reuocandi, irritandi, corrigendi, aliaque de nouo condendi, quæ postquam facta edita, reuocata, immutata, & correcta fuerint, perindè haberi volumus, ac si auctoritate Apostolica approbata, & confirmata essent.

Decretum irritans.

§. 17. Ac decernentes illa ab omnibus Rectoribus, & Magistris, Scholaribus, alijsque personis in huiusmodi Collegio seruientibus, & ministrantibus, inuiolabiliter obseruari, ac iuxta eor ūdispositionem à quibusuis Iudicibus, sublata quauis aliter indicādi facultate iudicari, & diffiniri debere, irritū quoque, & inane si secus super his à quocūq; quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, exceptis tamen ijs, quæ in præsenti fundatione, vel in regulis, & constitutionibus, à Congregatione de propaganda fide approbatis, & à Nobis vt præfertur confirmatis, continentur.

Gratiæ spirituales Alumnis concessæ.

§. 18. Vt verò etiam temporalibus commodis spiritualia munera addamus, quibus fidelium deuotio, & merita, crescere magis, & augeri possint; De omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum auctoritate confisi, omnibus, & singulis Scholaribus, qui in dictum Collegium recepti fuerint, in ipso ingressu, ac deinde in exitu, si quidem confessi, & contriti, Sacram Communionem deuotè receperint, atque etiam si in eodem Collegio decedere eos ab humanis contigerit, in mortis articulo, Plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem concedimus, & elargimur.

Executoris præsentis Bullæ.

§. 19. Quocirca dilectis filijs causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ generali Auditori, ac Venerabilium Fratrum nostrorum Lauretan. & Anconitan. Episcoporum Vicarijs in spiritualibus generalibus, Motu simili mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios, præsentes litteras, & in eis contenta quæcumque, vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Rectorum, & Scholarium huiusmodi fuerint requisiti, solemniter publicantes, illisque efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra, easdem præsentes, & in eis contenta huiusmodi, ab omnibus ad quos spectat, & pro tempore spectabit, firmiter, & inuiolabiliter obseruari, ac Rectores, & Scholares præfatos illis pacificè frui, & gaudere, non permittentes, eos desuper per quoscumque quomodolibet indebitè molestari, contradictores quoslibet, & rebelles, per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna Iuris, & facti remedia, appellatione postposita compescendo, ac censuras, & pœnas ipsas, seruata forma Concilij Tridentini, & iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij sæcularis.

Contrariorum derogatio.

§. 20. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac dictæ Ciuitatis Lauretan. iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate aliàs roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis quibusuis Vniuersitatibus, Collegijs, eorumque Rectoribus, & personis, etiam sub quibuscumque verborum tenoribus, ac formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum dero-

derogatorijs, alijsq. efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusq. ; & alijs decretis in genere, vel in specie, etiam Motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, ac aliàs quomodolibet, etiam iteratis vicibus, concessis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, etiamsi de illis, earumq. totis tenoribus pro earum sufficienti derogatione specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autè per clausulas generales idè importantes, mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda, & tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & formã in illis tradita obseruata, inserti forent, eisdem præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse, Motu pari derogamus, contrarijs quibuscumque, aut si quibusuis communiter, aut diuisim ab eadem sit Sede indultum, q interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam ac de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi mentionem.

Exemplorum fides.

§.21. Volumus autem, quòd earumdem præsentium trãsumptis, etiam impressis, manu Notarij publici subscriptis, & sigillo cõmuni dicti Collegij, aut alicuius Curiæ Ecclesiasticæ, seu personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio & extra, ac aliàs vbicumque opus fuerit, habeatur, quæ haberetur eisdem præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Sanctio pœnalis.

§.22. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ erectionis, institutionis, statuti, ordinationis, indulti, adiunctionis, declarationis, confirmationis, subiectionis, submissionis, impartitionis, constitutionis, deputationis, decreto concessorum, elargitionis, mandatorum, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario cõtraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum.

Dat. Romæ apud S. Mariam Maiorem.

Datum Romæ apud Sãctam Mariam Maiorem, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo sexcentesimo vigesimo septimo, Kalen. Iunij, Pontificatus Nostri Anno Quinto.

LXV.

Confirmatio, & innouatio Constitutionum Sixti V. Clementis VIII. & Pauli V. super prohibitione alienandi Fortalitia, & Castra, aliaq. bona Iurisdictionalia in Statu Ecclesiastico existentia, absque Sedis Apostolicæ licentia.

Earumq. declaratio & extensio respectiuè quoad Castra diruta, Tenutas, & Prædia etiam non Iurisdictionalia in confinibus loci Iurisdictionalis, & bona in dicto Statu in confinio Principum exterorum sita, illorumq. locationes, & Censuum annuorum super præmissis omnibus impositiones, & impositorum venditiones.

Prohibitionem Sixti V. de huiusmodi alienationibus habes sup. in Const. 3. Sollicitudo t. 2. pag. 488. Innouationem vero, & declarationem Clement. VIII. habes in 3. tom. Constit. 78. Romanum. pag. 121. Et earumdem confirmationem ac pariter innouationem Pauli V. habes hic sup. Constit. 50. Pastorale, pag. 18. Terminum demum præfixit partibus ad reuocandum alienata contra formam istius Constitutionis, vt inf. Const. 72. Sedes Apostolica.

VRBANVS EPISC. SERVVS SERV. DEI. *Ad perpetuam rei memoriam.*

Edita A.D. 1627.

Proœmium.

Decens, & æquum esse cẽsemus, vt Nos, qui ex onere Pastoralis Officij, subditorum commodis assiduè inuigilamus, Sedis Apostolicæ Iura tueri nullo pacto negligamus, ac proinde Iurisdictiones temporales eidem Sedi subiectas, quouis prætextu, vel colore à quoquam vsurpari, aut illis grauamina, seu incommoda inferri non permittamus; & si super Constitutionibus Apostolicis per Rom. Pontifices prædecessores nostros editis, dubia aliqua oriri contingat, nostræ declarationis remedio, abstractisq. illarum interpretationibus, & quorumcumque contrahentium palliationibus, occurramus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire.

Sixt. V. cit. in Rubric. prohibuit ne Ciuitates, Oppida, Castra, Iurisdictiones, Fortalitia & alia bona, vel loca iurisdictionalia venderentur aut permutarentur, seu donarentur subditis, vel forensibus absq. Sedis Apostol. licentia.

§.1. Cum itaque aliàs fel. rec. Sixtus V. considerans conuenire, quòd, si Ciuitates, Castra, Oppida, Iurisdictiones, Fortalitia præsertim feudalia vendantur, vel permutentur, seu etiam donentur ditioni temporali S.R.E. subditis, siue extraneis, vel forensibus, id ad Principis notitiam deducatur per suas sub Dat. videlicet Kalen. Iulij Pontificatus sui Anno Primo, omnibus, & singulis cuiuscumque status, gradus, conditionis, qualitatis, & dignitatis existentibus, etiamsi Imperiali, Regali, Ducali, vel alia quauis auctoritate, & dignitate etiam Ecclesiastica, quæ specialem, & indiuiduam mentionem requireret,

reret, præditi essent, ne Ciuitates, Castra, Oppida, Iurisdictiones, Fortalitia, & seu bona, aut loca iurisdictionalia huiusmodi in alium, vel alios quoscumque, nisi de expressa præcedente sua, & pro tempore existentis Romani Pontificis licentia vendere, permutare, vel donare valerent, sub pœna nullitatis contractuum huiusmodi, prohibuerit, aliaq. etiam circa præmissa statuerit.

Clem. VIII similiter etiam in Rubr. d. prohibitionem confirmauit, declarauit, & ampliauit, pœnasq. contrafacientibus ac Notarijs de illis contractibus se rogantibus imposuit.

§. 2. Et successiuè Clemens VIII. volens hominum malitijs, & fraudibus occurrere, & dubia, quæ tunc super præmissorum interpretatione emergebant, declarare, per suas sub Dat. Prid. Non. Iulij, Pontificatus sui Anno Decimo, prohibitionem, & statuta prædicta confirmauerit, approbauerit, innouauerit, declarauerit, extenderit, & ampliauerit, pœnasq. amissionis bonorum, & aliorum prædictorum contrafacientibus, ac priuationis officiorum Tabellionibus, & Notarijs, qui de contractibus, vt præfertur prohibitis se rogarent, imposuerit, aliaq. etiam iusserit, & decreuerit.

Et Paul. V. etiam cit. in Rub. ea omnia cōfirmauit pariter, & declarauit, ac extēdit ad quodcumq; genus contractuum, & conuentionum, dictamq. licentiam a Sede Apost. obtineri, & apud Notarium in celebratione contractus huiusmodi exhiberi voluit. Contrafacientibus ac Notarijs aliter rogantibus similiter pœnas statuit, & adiunxit.

§. 3. Et insuper Paulus etiam V. Roman. Pontifices prædecessores nostri, ne dispositaper Sixtum, & Clementē prædecessores præfatos varijs, & alienis ab eorum mente interpretationibus subuerti, ac palliatis conuentionibus eludi possent, etiam per suas sub Dat. Duodecimo Kal. Decembris, Pontificatus sui Anno Tertiodecimo, confectas litteras, nedum præmissa confirmauerit, & innouauerit, sed etiam declarauerit, & quatenus opus esset, ad quodcumque genus contractuum, & conuentionū extenderit, & ampliauerit, ac licentiam prædictam in scriptis prius obtineri, & in actu celebrationis contractus apud Notarium exhiberi mādauerit, & contrafacientes nullitatis contractuum, & priuationis rei alienatæ, seu translatæ, vel grauatæ, ac Tabelliones, seu Notarios pœnas falsi, ac priuationis officiorum omnium, quæ obtinerent, & inhabilitatis ad illa, & alia in posterum exercenda incurrere voluerit, aliaque similiter disposuerit, prout in singulis litteris prædictis plenius continetur.

Nunc vero quia aliqui modi inuenti fuere alienandi absque prædicta licentia, & cōtrahendi cum retentione Iurisdictionis, & quibus modis damnum potest inferri Cameræ apost.

§. 4. Ab inde verò citrà hominum versutia, & artificium aduersus prædictarum litterarum tenorem, vel ipsorum prædecessorum verisimilem intentionem, & mentem, cautelas, & modos aliquos, absque prædicta Romani Pontificis licentia alienandi, & contrahendi adinuenerit, & excogitauerit, alienando, & respectiuè acquirendo Castra diruta, seu Tenutas iurisdictionales etiam cum retentione, seu reseruatione Iurisdictionis, ac etiā Barones, seu Domicelli, Casalia, Tenutas, siuè prædia etiam non Iurisdictionalia in confinibus Territorij alterius Ciuitatis, Castri, Oppidi, vel loci Iurisdictionalis alterius Baronis, seu Domicelli existentia, illa etiam, nulla Romani Pontificis obtenta licentia, alteri Baroni, seu Domicello conuicino vendiderint, seu alienauerint, & respectiuè emerint, seu acquisiuerint, & ex prædictis alienationibus, & acquisitionibus respectiuè dubitari possit, ne, tempore saltem procedente, iurisdictio aliqua vsurpetur, ac termini, seu fines Iurisdictionales confundantur, aut protrahantur, vel illam vsurpandi, seu illos confundendi, & protrahendi occasio inde aliqua præbeatur, etiam in præiudicium Sedis, & Cameræ Apostolicæ, ac præsertim in euentum cuiuscumque aperitionis Feudi, & deuolutionis, seu cuiuscumque alterius acquisitionis Ciuitatum, Castrorum, Oppidorum, seu locorum Iurisdictionalium, aut Casalium, seu Tenutarum, siuè prædiorum eorumdem.

Ideo ex istis & alijs causis dd. litt. Clem. & Pauli cōstitutiones sup. cit. approbat, cōfirmat, & innouat.

§. 5. Nos attendentes, prædictas litteras ad hoc, vt omnia Principi innotescant, emanasse, & verisimilem eorumdem Pontificum prædecessorum nostrorum intentionem extitisse, ne vllo modo Cameræ præfatæ præiudicium aliquod inferri possit, easdemq. rationes, etiam in huiusmodi cōtractibus, & alienationibus, ac acquisitionibus militare, ex prædictis; & seu alijs rationabilibus causis animum nostrum mouentibus, & remedium opportunum exquirentibus adducti, singularum litterarum præfatarum, ac alienationum, acquisitionum, & contractuum quorumcumque, necnon omniū in singulis litteris prędictis expressorū, & aliorū hic etiam de necessitate exprimendorum tenores, præsentibus pro expressis, habentes, Motu proprio, & ex certa nostra scientia, & matura deliberatione, deq. Apostolicæ potestatis plenitudine, hac nostra perpetuò valitura Constitutione, singulas Sixti, & Clementis, ac Pauli prædecessorum nostrorum prædictorum litteras prædictas approbamus, & confirmamus, ac etiam, quatenus opus sit, innouamus.

Irritat venditiones locationes, & alienationes vltra triennium locorum Iurisdictionalium, vel non Iurisdictionalium locorum Territorij cōfinibus, siuerum etiam ab vno tantū latere a Barona alteri Baroni locum Iurisdictionalem, vel territorium in ipso possidenti cuicumque dignitatis &c. à die Dat. dd. litterarū factas.

§. 6. Præterea, quascumque venditiones, seu alienationes, ac locationes vltra triennium cuiuscumque Ciuitatis, Oppidi, seu diruti, seu Tenutæ iurisdictionalis, vel cuiuscūque Casalis, Tenutæ, seu prædij etiam non Iurisdictionalis in confinibus alterius Ciuitatis, Castri, Oppidi, seu loci iurisdictionalis, eiusue Territorij siti, & etiam ab vno tantùm latere confinantis, hactenus, à die Dat. vltimo dictarum litterarum, per quemcumque Baronem, seu Domicellum cuicumque alteri Baroni, seu Domicello, Ciuitatem, Oppidū,

Ca-

Castrum, seu locum quemcumque iurisdictionalem; eiusuè Territorium in confinio quomodolibet positum possidenti cuiuscumque qualitatis, conditionis, status, gradus, & dignitatis etiam Ecclesiasticæ, etiam speciali, vt præfertur, & indiuidua nota dignæ ipsi alienantes, & locantes, ac etiam acquirentes, & conducentes fuerint, & sint, siue simpliciter, siue cum assertione non existentis Iurisdictionis, siue cum Iurisdictionis penès venditorem, seu alienantem retentione, seu reseruatione, aut aliàs quomodolibet factas, etiã hucusque effectum plenum sortitas vltimodictarum litterarum dispositioni, quoad nullitatem præfatarum alienationum, acquisitionum, & contractuum dumtaxat subiacuisse, & subiacere; & huiusmodi alienationes, acquisitiones, & contractus inter Barones, seu Domicellos, vt præfertur, facta, & inde sequuta quæcumque, nulla, nulliusq. roboris, aut momenti fuisse, & esse declaramus.

Notarij etiam Notarij sub pœnis vt hic, vt quascumq; scripturas desuper confectas infra 60. dies à publicatione præsentium reuelare Cameræ Apost. & exhibere debeant.

§. 7. Ac Tabelliones, & Notarios de illis rogatos, sub eadem priuationis Officiorum, alijsq. nostro, & pro tempore existentis Romani Pontificis arbitrio incurrendis pœnis, Instrumenta, & scripturas desuper iam facta Nobis, & Cameræ præfatæ intra sexaginta dies, à die infrascriptæ publicationis præsentium computandos, reuelare, & cum effectu exhibere teneri volumus, & mandamus.

Extendit dd. const. ad omnes venditiones, locationes &c. etiã ad triennium vel minus tempus faciendas a non Barone de bonis nõ iurisdictionalibus in cõfinibus loci iurisdictionis, vel eius Territorij etiam ab vno latere existẽ, & quomodolibet Baroni iurisdictionem habenti, seu bona in d. Territorio possidenti subiectis.

§. 8. Denique singulas litteras prædictas, & in eis contenta quæcumque, tàm ad venditiones, permutationes, & quascumque alienationes, & locationes etiam ad triennium, vel quantumuis minus tempus à quocumq; etiam non Barone de Casalibus, Tenutis, seu prædijs non Iurisdictionalibus, quæ in confinibus etiam ab vno tãtùm latere alicuius Ciuitatis, Castri, Oppidi, vel loci iurisdictionalis, vel eius Territorij consistãt, de cætero directè, vel indirectè, mediatè, vel immediatè, ac aliàs quomodolibet alicui Baroni, vt præfertur, Iurisdictionem, seu bona in confinio possidenti.

Nec non ad locationes bonorum in Statu Ecclesiastico existentium in confinio dominij Principis exteri S. Sedi Apost. non mediatè subiectis, etiam Nobis pariter faciendas.

§. 9. Ac etiam ad quascumque locationes bonorum quorumcumque in Statu nostro Ecclesiastico, in confinio tamen Dominij cuiuscis Principis exteri, etiam Nobis mediatè, vel immediatè subiecti existẽtium, cuiuis etiam non Baroni, qui tamen noster subditus non sit, vel esse quandocumque desierit, itaut eo casu, eo ipso illæ nullæ sint, & resoluantur, faciendas.

Ac etiam amplias ad impositiones, venditiones, cessiones, & alienationes censuum annuorum impositorum.

§. 10. Quàm etiam ad quascumque impositiones, venditiones, cessiones, & alienationes censuum annuorum, iuxta Constitutionem per piæ memoriæ Pium Papam V. etiam prædecessorem nostrum de ereandis censibus editam super prædictis Ciuitatibus, Castris, Oppidis, locisue iurisdictionalibus, alijsque bonis non iurisdictionalibus, in confinio alicuius Ciuitatis, Castri, Oppidi, seu loci iurisdictionalis, vt præfertur, eiusuè Territorij, etiam ab vno tantum latere confinantis, existentibus, per quoscumque Barones, seu Domicellos, & alios quoscumque, etiam Communitates, Vniuersitates, & quorumcumque Monasteriorum, Ecclesiarum, beneficiorum Ecclesiasticorum, & aliorum piorum locorum Superiores, & Conuentus, Capitula, Rectores, Beneficiatos, & Gubernatores, seu Administratores respectiuè in futurum imponendorum, ac tam quoad illos, quàm etiam quoad antea iam impositos vendendorum, cedendorum, seu alienandorum ad fauorem cuiuscumque, ita quod nullum ius prælationis in emendis præfatis Ciuitatibus, Castris, Oppidis, aut locis iurisdictionalibus, siue non iurisdictionalibus præfatis Censuarijs, alijsuè ab ipsis causam pro tempore quomodolibet habentibus, vnquam tribuant in præiudicium dictæ Cameræ, quæ eisdem Censuarijs, & alijs præfatis semper erit præferenda, siue emat ad effectum retinendi, siue intra annum à die emptionis computandum cuilibet alteri rem emendam, vendendi, vel cedendi, extendimus, & ampliamus.

Quem impositorũ iuxta formam Const. Pij V. de qua sup. num. 79. Cum onus, tom. 2. pag. 176.

Clausula sublata.

§. 11. Sicq. & non aliter in omnibus, & singulis præmissis per quoscumque Iudices ordinarios, delegatos, & commissarios, & etiam Cameræ præfatæ Clericos, Præsidentes, nec non causarum Palatij Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam Camerarium, & de latere Legatos iudicari, & diffiniri, ac interpretari debere, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ac irritum, & inane quicquid secus super his à quoquã quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Mandatum obseruantiæ d. Constitutionis.

§. 12. Iniungentes, & mandantes in virtute sanctæ Obedientiæ, ac sub pœna indignationis nostræ, eisdem Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus etiam Vrbis, ac Iudicibus, nunc, & pro tempore in eadem Vrbe, & toto Statu nostro Ecclesiastico existentibus, & cuilibet eorum, vt præsentes nostras, & in eis contenta quæcumque in Vrbe, ac Statu præfatis ab omnibus, & singulis, ad quos quomodolibet spectat, & in futurum spectabit, perpetuò obseruari mandẽt, & faciant, & pro omnium, & singulorum præmissorum inuiolabili obseruatione contra

inobe-

inobedientes, & præmissis in aliquo contrauenientes, & alios, quos opus erit, omnibus Iuris, & facti remedijs opportunis procedât, omni, & quacumque appellatione remota.

Clausula derogatoria.

§.13. Non obstantibus præfata Pij V. super creandis censibus, & nostra de non tollendo iure quæsito, alijsq. Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac omnibus illis, quæ Sixtus, & Clemens, ac Paulus prædecessores præfati, in dictis eorum litteris voluerunt non obstare, cæterisq. contrarijs quibuscumque.

Publicatio in Vrbe omnes ligare decernit.

§.14. Vt autem præsentes omnibus innotescant, volumus, & Apostolica auctoritate decernimus, quòd illæ in valuis Ecclesiæ Lateranen. & Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, necnon in acie Campi Floræ publicentur, & affigantur, quæ postquam sic affixæ, & publicatæ fuerint, quoscumque tàm in Romana Curia, & Statu præfato, quàm extra eos existentes perinde obligent, & arctēt, ac si vnicuique eorum nominatim, & personaliter intimatæ fuissent.

Transumptis fidē iubet.

§.15. Quòdq. earum exemplis etiam impressis, manu Notarij publici, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsismet præsentibus adhiberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ.

Decretum pœnales adiungit.

§.16. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam approbationis, confirmationis, innouationis, declarationis, extensionis, ampliationis, iniunctionis, mandati, voluntatis, & decretorum nostrorum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Dat. P. a. 4. die 1. Iunij.

Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo sexcentesimo vigesimo septimo, kal. Iunij, Pontificatus Nostri Anno Quarto.

Publicatio.

Anno à Natiuitate D. N. IESV Christi Millesimo sexcentesimo vigesimo septimo, Indictione decima, die verò vigesima mensis Iunij, Pontificatus Sanctiss. In Christo Patris, & D.N. D. Vrbani diuina prouidentia Papæ Octaui, Anno eius Quarto, retroscriptæ litteræ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt in valuis Basilicarum S. Ioannis Lateranen. Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie Campi Floræ, dimissis ibidem eisdem litteris per aliquantulum temporis spatium appensis, deinde amotis per nos Paulum Bartoccium, & Camillum Fundatum Sanctissimi D.N. Papæ Cursores.

Brandimartes Latinus prælibati S.D.N. Papæ Curs. pro Mag. Curs.

LXVI.

Noua erectio Collegij in Ciuitate Pragensi Regni Boemiæ Metropoli, in quo Scholares Germanicæ Nationis sustentandi, & Sacra Theologia, cæterisq. liberalibus disciplinis imbuendi sunt. Ac redditituum attributio; Indultorumq. concessio, & communicatio.

Instituisse olim istud Collegium Gregor. XIII. *scias, & desuper Apostolicas litteras expeditas non fuisse probabile est, prout narratur hic in §§. 2. & 3. Et parum etiam huiusmodi Collegium processisse, ob quas causas S.D.N. Vrban.* VIII. *de nouo illud ex integro erigit.*

Vnum Collegium pro Adolescentibus ex Illyticis Prouincijs in Ciuitate Lauretana sumptibus Sacrosanctæ Domus alendis, & & vt supra imbuēdis fundauerat hic idem Pont. vt in Constit. 64. Zelo Domus Dei. hic sup. pag. 362. Et deinde alia duo pro Scholaribus pariter Germanicæ Nationis erexit. Vnum in Ciuitate Viennensi, vt in Constit. seq. Et aliud in Oppido Fuldensi, vt infra Const. 96. Quoniam.

VRBANVS EPISC. SERV. SERVOR. DEI. Edita An. D. 1627.
Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

QVoniam diuinæ bonitati visum est, humilitatem nostram turbulentissimis Christianæ Reipublicæ temporibus ad vniuersalis Ecclesiæ regimen vocare, ex eo tempore Nos eiusdem adiuuante gratia, ea potissimum, sicut officij nostri ratio postulat, cogitare, & agere non destitimus, quæ ad diuinum vbique cultum propagandum, & Ecclesiasticam disciplinam restaurandam, & augendam, animarumq. salutem procurandam cognouimus pertinere.

Animo recolens amplitudinē Regni Boemiæ ob tot tàmq. excitatos de Religione dissidias.

§.1. In primis verò animo recolentes amplissimum Boemię Regnum, quod superioribus seculis inter cęteras Germanicę Nationis laudes, atque virtutes tanto sincerę fidei, & Christianę religionis cultu eminere solebat, vt reliquis Christianæ Reipublicæ partibus non minori exemplo, quàm ornamento, atque decori esset, nunc tot, tantisq. in eo in-

 stinctu

ſtinctu Satanæ excitatis de Religione diſſidijs ita miſerandum in modum afflictum, & deformatum eſſe, vt nemo vel mediocri pietate præditus ſine lacrymis tàm grauem animarum iacturam recordari, nedùm intueri, queat, curam ſuſcepimus, vt quibuſuis poſſimus modis, nullis laboribus, nulliſuè ſumptibus parcentes, apta ſanandis illius vulneribus remedia adhibeamus.

ac conſiderans Greg. XIII in Ciuitate Pragen. d. Regni Metropoli ereaiſſe Collegiũ pro 40 pueris Nationis Germanicæ ibi alendis, & in liberalibus diſciplinis, ſacra Theolog. a, ſacris moribus Chriſtianis inſtruendis, aſſignata ſũma 1530. ta erorum Imperialium a Camera apoſt. exſoluendã.

§. 2. Ac prouidè conſiderantes fel. recor. Gregorium Papam XIII. prædeceſſorem noſtrum, optimo quidem conſilio Collegium in Ciuitate Prageñ dicti Regni Metropoli Quadraginta alendorum, ac Latinis litteris, Logica, Phyſica, alijſq. liberalibus diſciplinis, ac ſacra demum Theologia, necnon pijs, & Chriſtiano nomine dignis moribus inſtituendorum Germanicæ Nationis puerorum cauſa eidem Collegio mille quingentorum triginta Talerorum Imperialium ſumma aſſignata, quam de præſenti Camera noſtra Apoſtolica perſoluit, aliàs Apoſtolica auctoritate erexiſſe, & inſtituiſſe, vt ij non per ſe ſolum boni, doctiq. euaderent, ſed habendis concionibus, ac diſputationibus, refellendis hæreſibus, fideiq. orthodoxæ veritati dilucidandæ, ac præterea exercendæ animarum curæ, alijſq. pijs, & ſanctis operibus apti, & idonei eſſent, & quàm maximum in Eccleſia Dei fructum ex ſe proferrent.

Sed parum ipſum Collegium profeciſſe, nec deſuper litteras Apoſt. expeditas fuiſſe ob rerum, & temporum difficultates.

§. 3. Id tamen eius cœptum atque conatum, tum propter obitum ipſius, tum ob varias, quæ poſtea ſequutæ ſunt, temporum & rerum difficultates, parum proceſſiſſe, immo nec litteras Apoſtolicas ſuper huiuſmodi erectione, & inſtitutione expeditas fuiſſe veriſimiliter credendum eſſe, cum factis plurimis tàm in Romana Curia, quàm in dicta Ciuitate Prageñ diligentijs, tales litteræ reperiri nõ potuerint.

Erigit & inſtituit Collegiũ Pragen. in quo ſuſtentari, & erudiri debeãt 20. Alumni, & locis, & partibus hic deſcriptis deſumendi.

§. 4. Nos ad opus hoc propagationi fidei vtiliſſimum, præſertim hoc tempore, quo Regnum Boemiæ ſumma operariorum Catholicorum inopia laborat, totis viribus, prout ex ſuſceptæ ſeruitutis officio tenemur, promouendum, animum, & mentem noſtram conuertentes, ac cœptum, & conatum dicti Gregorij prædeceſſoris, quantum in Nobis eſt, renouare intendentes, maturè deſuper cum Venerabilibus fratribus noſtris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus Congregationi de propaganda Fide præfectis habito conſilio, Motu proprio, non ad alicuius Nobis deſuper oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia, meraq. liberalitate noſtris, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ad Dei omnipotentis laudem, ſanctæq. ipſius Eccleſiæ incrementum, præcipuamq. Germanicæ Nationis ſalutem, & commodum in dicta Ciuitate Prageñ rurſus Collegium prefatum, Pragenſe appellandum, in quo poſthac non minus quàm viginti Alumni, videlicet ex Boemia octo, ex Sileſia tres, ex Luſatia duo, ex vtroque Palatinatu etiam duo, ex Brandeburgica Marchia ſimiliter duo, & ex ambabus Saxonijs alij pariter duo, ex Haſſia vero vnus colligendi, dictis ſcientijs, & diſciplinis, necnon ſacris Canonibus inſtitui, atque eruditi; & ſi contigerit ex Sileſia, Luſatia, vtroque Palatinatu, ex Brandeburgica, Haſſia, & vtraque Saxonia Alumnos haberi non poſſe, tunc & eo caſu, poſt factas à Rectore dicti Collegij, & demum à dilecto filio moderno, & pro tempore exiſtente noſtro, & Sedis Apoſtolicæ Nuncio apud chariſſimum in Chriſto filium noſtrum modernum, & pro tempore etiam exiſtentem Romanorum Regem in Imperatorem electum commorante diligentias, Alumni Boemi in locum eorum aſſumi debeant, Apoſtolica auctoritate præfata, tenore præſentium de nouo ex integro perpetuò erigimus, & inſtituimus.

Illiq. ſic erecto, & inſtituto, pro perſonarũ, & rerum ſuſtentatione 1530. Taleros Imperiales annuos attribuit.

§. 5. Illiq. ſic erecto, & inſtituto, pro congrua eius dote, ac Alumnorum præfatorum, & illis inſeruientium perſonarum ſuſtentatione, onerumq. illis incumbentium ſupportatione, redditus annuos mille quingentorũ triginta Talerorum huiuſmodi ex Cameræ Apoſtolicæ pecunijs quotannis ſumendos, & numerandos diſtributa in trimeſtres ſingulos pro rata ſolutione, quoad de totidem redditiuum ſumma in bonis ſtabilibus eidem Collegio à Nobis, vel ſucceſſoribus noſtris fuerit prouiſum, ciſdem auctoritate & tenore concedimus, & attribuimus.

ac regimini, & inſtitutioni Presbyterorũ Soc. IESV ſubmittit.

§. 6. Cæterum cum dilectorum filiorum Presbyterorum Societatis IESV in hoc educandorum, inſtituendorumq. adoleſcentium munere diligentia, fides, integritas, & in alijs huiuſmodi Collegijs, & in hoc ipſo ſatis cognita ſit, atque perſpecta, idem Collegium, atque Scholares illius, ipſorum, ſicut prius fuit, regimini, inſtitutioni, doctrinæ, atque prudentiæ eadem auctoritate etiam perpetuò ſubijcimus, atque ſubmittimus.

Protectores d. Collegij creat Card. Congr. de propag. fide præfectos pro tempore exiſtentes, qui in Viceprotectorem Archiepiſcopum Pragen. conſtituant.

§. 7. Præterea, vt eiuſdem Collegij conſeruationi, bonoq. regimini, tàm in his, quæ ad Scholarium inſtitutionem, & diſciplinam, quàm quæ ad victum, veſtitum, aliaq. huiuſmodi neceſſaria pertinent, opportuniùs conſulatur, & promptum eis, paratumq. auxilium ſit, dictos S.R.E. Cardinales Sacræ Congre-

gationi præfatæ Præfectos nunc & pro tempore existentes eiusdem Collegij Protectores, & Defensores, qui in Viceprotectorem illius Venerabilem fratrem nostrum Archiepiscopum Pragen similiter nunc, & pro tempore existentem, ita tamen vt in grauioribus nihil præcipere, aut mandare, vel facere valeat sine consilio, & consensu Nuncij præfati, quibus aliquid eorum, quæ in hac fundatione, vel in regulis à Congregatione præfata approbatis continentur, immutare minimè licebit absque eiusdem Congregationis, vel Romani Pontificis expressa licentia, deputare possint & valeant, eadem auctoritate constituimus, & creamus.

Protectoribus, ac Viceprotectori prædictis facultates dat.

§.8. Illisq. ac Viceprotectori præfato pro salubri illius conseruatione, Alumnorum bonorum, & rerum, ac iurium temporalium, & spiritualium eiusdem Oeconomos, Aduocatos, Procuratores in eo deputandi, & amouendi, & alios eorum loco substituendi, differentias, lites, & controuersias inter quascumque personas tàm Alumnorum, quàm ministrantium Clericorum, & Laicorum, non tamen Presbyterorum ipsius Societatis exortas summariè, simpliciter, & de plano sine figura, aut strepitu Iudicij, appellatione quacumque remota, decidendi, definiendi, terminandi, & exequendi, Statutaq. & ordinationes disciplinam Scholasticorum, & studia Alumnorum præfatorum concernentia, æqua tamen, & honesta, sacrisque Canonibus, & Concilij Tridentini decretis non repugnantia, faciendi, & condendi, eaque cum opus fuerit, reuocandi, immutandi, & corrigendi, aliaq. de nouo condendi, quæ postquam facta, edita, reuocata, immutata, & correcta fuerint, perinde habeantur, & obseruentur, ac si auctoritate Apostolica approbata, & cõfirmata essent, prout illa ab omnibus dicti Collegij Alumnis ita haberi, & Inuiolabiliter obseruari mandamus, plenam & liberam auctoritate & tenore præmissis, concedimus facultatem.

Modum, & formã recipiendorum in ipso Collegio præscribit.

§.9. Quod autem ad dictorum Alumnorum admissionis modum, & formam deinceps habendam attinet. Rectorem presbyterum dicti Collegij pro tempore existẽtem librum habere, in quo notentur nomina, & cognomina, ac patriæ, & parentes Alumnorum, qui recipientur in dicto Collegio, & ex eo dimittentur, ex dictoq. libro singulis annis catalogum eorum, qui recepti, & qui dimissi fuerint cum die, & mense ingressus, & egressus illorum ad Nuncium præfatum transmittere, vt ipse Nuncius illum dictæ Congregationi transmittere possit. Quod si ex aliqua peculiari causa dimitti contigerit, eam etiam in dicto Catalogo exprimi; insigniores verò Alumnorum præfatorum actiones in eodem libro annotare, easque suo tempore eidem Nuncio significare, vt pariter de illis eamdem Congregationem certiorem facere valeat, quas ad Nos, & successores nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes per eamdem Congregationem deferri volumus, vt cum occasio tulerit, præmio cohonestentur.

Aliaq. circa administrationem bonorum temporalium seruanda statuit.

§. 10. Ac denique alium librum, in quo dati, & accepti rationes diligentissimè, & clarissimè descriptæ sint, illæq. singulis annis ad minus eidem Nuncio reddantur, & in eius manibus relinquatur foliũ, vulgò Bilãciũ nũcupatũ, in quo prouisio Collegij, & alia, quæ ipsius Collegij, vel Alumnorũ ratione acceperit, & ea, quæ illo anno pro ipsius Collegij, & Alũnorũ sustentatione impenderit, notata existant, vt similiter ab codẽ Nuncio ad Vrbẽ mitti possit, etiam habere. Si quod autem de tota summa pensionis Pontificiæ, redditis rationibus, superesit, id vel in alijs Alumnis euocandis, vel in necessarijs libris emendis, vel in vestiendis Alumnis dimittendis, vel etiam in redditibus augendis, aut in alijs Collegij necessitatibus arbitrio Nuncij, & Archiepiscopi Pragen præfatorum impendi debere, eadem auctoritate statuimus, & ordinamus.

Priuilegia Alumnis elargitur, & præcipue in sacris Ordinibus suscipiendis.

§. 11. Vt verò huius Collegij Alumni post longas studiorum vel cœptorum, vel consummatorum labores expeditiores, & alacriores ad succurrendum Patriæ necessitatibus reddantur, eisdem Alumnis, vt cum solis litteris testimonialibus dicti Collegij Rectoris pro tempore existentis Archiepiscopo Pragen offerendis, ab eoq. subscribendis, ac eius sigillo muniendis, nisi fortè Alumni præfati suos Ordinarios habuerint, à quibus dimissorias à Concilio Tridentino ordinatas habere possint, ad omnes etiam sacros, & Presbyteratus Ordines sine aliquo beneficij, vel patrimonij titulo, etiam extra tempora ad id à Iure statuta, & intra annum, anniq. curriculo non expectato, minusq. seruatis ad id à Concilio Tridentino præfato designatis interstitijs (dummodo ad id aliàs reperiantur idonei) promoueri, &, postquam promoti fuerint, in illis etiam in Altaris ministerio ministrare, ac etiam tam ipsi, quàm cæteri omnes in dicto Collegio degentes, vt Pœnitentiæ, & Eucharistiæ etiam die Paschatis, & extremæ Vnctionis Sacramenta à Cõfessario, aut alio Sacerdote ipsius Collegij à dicto Rectore cõstituendo suscipere liberè, &

licitè valeant, auctoritate & teſſ præmiſſis de ſpeciali gratia indulgemus.

Epiſcopos in illis partibus exiſtentes hortatur, vt in conferendis beneficijs ipſos Alumnos alijs præferant.

§. 12. Verùm, vt, quantum fieri poterit, dictorum Alumnorum paupertati, & neceſſitati ſuccurratur, Archiepiſcopos, Epiſcopos, & alios antedictarum Prouinciarum beneficiorum Collatores, & Collatrices ſeriò requirimus, & monemus, vt in illis conferendis, & præſertim ſi beneficia huiuſmodi pro tempore obtinentibus immineat cura animarum, Alumnos præfatos alijs omnibus cæteris paribus præferant; Nuncios quoque Sedis Apoſtolicæ, aliosq. Prælatos ſupradictarum Prouinciarum, in quorum diœceſi Alumni præfati extiterint, ſimiliter monemus, & hortamur, vt in occurrentibus beneficiorum, & præſertim curam animarum habentium vacationibus, quorum collatio, prouiſio, vel diſpoſitio quoquomodo ad Sedem Apoſtolicam pertinuerit, de illis Alumnis antedictis pauperioribus, præcipuèq. noſtra Pontificia gratia dignis Nos, Succeſſoresq. noſtros Roman. Pontifices pro tempore exiſtentes certiores faciant, vt munificentiam noſtram erga illos, prout tempus, vel occaſio tulerit, exercere poſſimus. Et generaliter in Dignitatibus, Perſonatibus, Canonicatibus, & Præbendis parochialibus, Eccleſijs, & alijs beneficijs per collationem, vel electionem in Alumnorum Patrijs prouidendis, alijs omnibus cæteris paribus tàm in Romana Curia, quàm in Eccleſijs ſuis originalibus præferri volumus, & decernimus.

Collegio, & eius perſonis communicat priuilegia Studij generalis Vrbis.

Hæc priuilegia lege Conſt. 9. Bonif. 8 tom. 1. pag. 140.

§. 13. Atque inſuper eiſdem Collegio, & Scholaribus, Rectoribus, & Gubernatoribus, omnia & quæcumque priuilegia, exemptiones, libertates, facultates, & indulta, quibus Studium generale Almæ Vrbis noſtræ, & illius Rectores, Doctoreſq. & in eo legentes quouis modo vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere poſſunt, & poterũt quomodolibet in futurum, quibuſq. Collegium, & Scholares, ac Rectores, & Gubernatores huiuſmodi non ſolum ad eorum inſtar, ſed pariformiter, & æquè principaliter vti, potiri, & gaudere valeant in omnibus, & per omnia eiſdem auctoritate, & tenore communicauimus,

Indulgentias quasdam concedit.

§. 14. Vt verò temporalibus commodis ſpiritualia munera quoque coniungamus, quibus fidelium deuotio, & merita creſcere magis, & augeri poſſint, de omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius auctoritate confiſi, omnibus, & ſingulis Scholaribus, Rectoribus, & Miniſtris, qui in idem Collegium recepti fuerint in ipſo ingreſſu, & deinde in exitu ſiquidem confeſſi, & contriti Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſumpſerint, atque etiam ſi in eodem Collegio decedere eos ab humanis contigerit, in mortis articulo plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus, & elargimur.

Statuta à Congr. de propag. fide pro regimine Collegij edita approbat, & obſeruari mandat.

§. 15. Poſtremo quaſcumque Regulas, & Conſtitutiones ad eiuſdem Collegij, illiuſq. perſonarum rerum, & bonorum ſpiritualium, & temporalium curam, regimen, gubernium, directionem, & adminiſtrationem, ac Alumnorum præfatorum receptionem, admiſſionem, victum, amictum, inſtructionem, diſciplinam, & alia quomodolibet pertinentia à dicta ſacra de Propaganda Fide Congregatione die nona Nouembris milleſimi ſexceteſimi vigeſimi ſexti edita etiã perpetuo approbamus, & confirmamus, illaſq. ab omnibus inuiolabiliter obſeruari volumus, & mãdamus.

Clauſulas præſeruatiuas addit.

§. 16. Decernentes præmiſſa omnia, & ſingula, ac præſentes nullo vnquam tempore ex quibuſuis cauſis ſubreptionis, vel obreptionis, ſeu nullitatis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quocumque alio defectu notari, impugnari, retractari, ſeu etiam reuocari, ſuſpendi, reſtringi, limitari, aut in ius, vel controuerſiam vocari, ſeu ad terminos iuris reduci poſſe, nec quemquam ad eaſdem præſentes in Camera Apoſtolica, iuxta Conſtitutionem piæ memoriæ Pij Papæ IIII. etiam prædeceſſoris noſtri deſuper editam, aut aliàs quandocumque præſentandum, inſinuandũ, & regiſtrari faciendum teneri, neque propterea illas irritas eſſe, ſed omni modo valere, ac ſi Conſtitutio præfata, & alia contraria minimè emanaſſent.

Aliter iudicanda, ſeu diffiniendo irritat.

§. 17. Sicq. per quoſcumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam Cameræ Apoſtolicæ Præſidentes Clericos, eiuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Camerarium, Vicecamerarium, & cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac alios eiuſdem S. R.E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere, irritum quoque, & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Executores huius Conſt. deputat.

§. 18. Quocirca Venerabili fratri Archiepiſcopo Pragenſi, & Nuncio præfato, ac dilecto filio cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori Motu pari mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes noſtras litteras, & in eis contenta quæcumque vbi, & quan-

quando opus fuerit, ac quoties pro parte Rectoris, & Alumnorum Collegij huiusmodi fuerint requisiti, solemniter publicantes, illisque efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra easdem præsentes, & in eis contenta huiusmodi ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, firmiter, & inuiolabiliter obseruari; ac Rectorem, & Alumnos huiusmodi illis pacificè frui, & gaudere, non permittentes eos desuper per quoscumque quomodolibet indebitè molestari, contradictores quoslibet, & rebelles per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, ac censuras, & pœnas ipsas seruata forma eiusdem Concilij Tridentini etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis.

Contraria abrogat.

§. 19. Non obstantibus nostra de gratijs ad instar non concedendis, ac præfata Gregorij prædecessoris huiusmodi quatenus opus sit, & quatenus reperiretur, ac quibusuis alijs cõstitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis quibusuis Vniuersitatibus, Collegijs, eorumque Rectoribus, & personis etiam sub quibusuis verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & alijs decretis in genere, vel in specie, etiam Motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, & aliàs quomodolibet iteratis vicibus concessis, approbatis, & innouatis; Quibus omnibus, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus pro eorum sufficienti derogatione specialis, specifica, & expressa, ac indiuidua, & de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbũ nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata, inserti forent, eisdem præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè harum serie derogamus contrarijs quibuscumque. Aut si quibus communiter, aut diuisim ab eadem sit Sede indultum, quòd interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

Transumptis credi mandat.

§. 20. Volumus autem quòd earumdem præsentiũ transumptis etiam impressis, manu Notarij publici subscriptis, & sigillo communi dicti Collegij, aut alicuius curiæ Ecclesiasticæ, seu personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra, ac aliàs vbicumque opus fuerit, habeatur, quæ haberetur eisdem præsentibus si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Sanctionem pœnalem imperaddit.

§. 21. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ erectionis, institutionis, attributionis, subiectionis, submissionis, constitutionis, creationis, statuti, ordinationis, indulti, communicationis, concessionum, elargitionis, approbationis, confirmationis, decretorum, mandatorum, derogationis, & voluntatum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Dat. p. A. 4. die 1. Iunij.

Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo sexcentesimo vigesimo septimo, Kal. Iunij, Pontificatus Nostri Anno Quarto.

LXVII.

Noua Institutio Collegij in Ciuitate Viennæ Austriæ pro Scholaribus Germanicæ Nationis ibi in liberalibus disciplinis, Sacra Theologia, & pijs moribus instituendis, cum prouentuum assignatione; Priuilegiorum concessione, & communicatione.

Viennense Collegium institutum fuit à Greg. Decimotertio, Cuius institutionis Bullam cũ verisimiliter credendũ sit non fuisse expeditam, & ob varias temporum ac rerum causas prædictum Collegium parum processerit, hic summus Pontifex iterum illud fundat, & erigit.

Alia Collegia à S. D. N. Vrbano VIII. instituta, seu restituta, & ad propagationem Catholicæ fidei vtilissima, lege ad Constit. præcedentem notata, quæ hic repetere, otio non careret.

Edita A. D. 1627.

VRBANVS EPISC. SER. SERVV. DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

QVoniam diuinæ bonitati visum est, humilitatem nostram turbulentissimis Christianæ Reipublicæ temporibus ad vniuersalis Ecclesiæ regimen vocare, ex eo tẽpore Nos eiusdem adiuuante gratia, ea cogi-

tare, & agere non destitimus, quæ, sicut officij nostri ratio postulat, ad diuinum vbique cultum propagandum, & Ecclesiasticam disciplinam restaurandam, & augendam, animarumque salutem procurandam maximè cognouimus pertinere.

Causa istius Erectionis.

§. 1. In primis verò animo recolentes amplissimam Germaniæ Prouinciam, quæ superioribus sæculis inter fortissimæ ipsius Nationis laudes, atq; virtutes, tãto sinceræ fidei, & Christianæ Religionis cultu eminere solebat, vt reliquis Christianæ Reipublicæ partibus nõ minori exemplo, quàm ornamẽto, atq; decori esset; nunc tot, tantisq; in ea instinctu Satanæ excitatis de Religione dissidijs, ita miserandum in modum afflictam, & deformatam esse, vt nemo vel mediocri pietate præditus sine lacrymis tàm grauem animarum iacturam recordari, nedum intueri queat: eam præcipuè curam suscepimus, vt quibuscumque possimus modis, nullis laboribus, nullisuè sumptibus parcentes, apta sanandis illius vulneribus remedia adhibeamus, ac prouidè considerãtes fel. rec. Gregorium Pap. xiij. prædecessorem nostrum, optimo quidem consilio Collegium in Ciuitate Viennẽ Austriæ quadraginta alendorum, ac Latinis litteris Logica, Physica, alijsque liberalibus disciplinis, ac sacra demùm Theologia, necnon pijs, & Christiano nomine dignis moribus instituendorum Germanicæ nationis puerorum causa eidem Collegio mille trecentorum octuaginta scutorum monetæ summa assignata, quam de præsenti Camera nostra Apostolica soluit, aliàs Apostolica auctoritate erexisse, & instituisse, vt ij non per se solum boni, doctique euaderent, sed habendis concionibus, & disputationibus, refellendis hæresibus, fideique orthodoxæ veritati dilucidandæ, ac præterea exercendæ animarum curæ, alijsque pijs, & sanctis operibus apti, & idonei essent, & quam maximum in Ecclesia Dei fructum ex se proferrent, tamen id eius cœptum, atque conatum, tum per obitum ipsius, tùm ob varias, quæ postea sequutæ sunt, temporum & rerum difficultates parùm processisse, immò nec litteras Apostolicas super huiusmodi erectione, & institutione expeditas esse verisimiliter credendum sit, cum factis plurimis tam in Romana Curia, quàm in dicta Ciuitate Viennẽ diligentijs, litteræ Apostolicæ super huiusmodi erectione non potuerint reperiri expeditæ.

Erectio, & institutio [illegible]

§. 2. Nos ad opus hoc propagationi fidei vtilissimum, præsertim hoc tempore, quo Germania summa operariorum Catholicorum inopia laborat, totis viribus, prout ex susceptæ seruitutis officio tenemur, promouendum animum, & mentem nostram conuertentes, ac cœptum, & conatum dicti Gregorij prædecessoris renouare intendentes, maturo desuper cum Venerabilibus fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus Congregationi de propaganda fide præfectis habito consilio, Motu proprio, non ad alicuius Nobis desuper oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia, meraque liberalitate nostris, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, ad Dei omnipotentis laudem, sanctæque ipsius Ecclesiæ incrementum, præcipuamque Germanicæ nationis salutem, & commodum, in dicta Ciuitate Viennẽ rursus Collegium ipsum Viennense appellandum, in quo posthac non minus quàm viginti Alumni, videlicet ex ambabus Austrijs quatuordecim septem, scilicet ex Superiori, & septem ex Inferiori Austria, duo ex Vallesia, duo ex Rhetia, & duo Bernenses colligendi, & si contigerit ex Vallesia, Rhetia, & Bernia Alumnos haberi non posse, tunc & eo casu post factas à Rectore dicti Collegij, & demum à dilecto filio moderno, & pro tempore existente nostro, & Sedis Apostolicæ Nuncio apud charissimum in Christo filium nostrum modernum, & pro tempore etiam existentem Romanorum Regem in Imperatorem electum commorante diligentias, Alumni Austriaci in locum eorum assumi debeant, Apostolica auctoritate tenore præsentium de nouo ex integro perpetuò erigimus, & instituimus,

Dotis assignatio d. Collegij 1380. scutorum monetæ annuorum.

§. 3. Illique sic erecto, & instituto pro congrua eius dote, ac Alumnorum præfatorum, & illis inseruientium personarum sustẽtatione, onerumque illis incumbentium supportatione redditus annuos mille trecentorum octoginta scutorum monetæ huiusmodi ex Cameræ Apostolicæ pecunijs quotannis sumendos, & numerandos, distributa in trimestres singulos pro rata solutione, quoad de totidẽ reddituum summa in bonis stabilibus eidẽ Collegio à Nobis, vel successoribus nostris Romanis Põtificibus fuerit prouisum, eisdem auctoritate, & tenore concedimus, & attribuimus.

Eiusdem Collegij regiminis, & institutionis demandatio Presbyter. Societ. Iesu.

§. 4. Cæterum cum dilectorum filiorum Præsbyterorum Societatis Iesu in hoc educandorum, instituendorumque Alumnorũ munere diligentia, fides, & integritas, & in alijs huiusmodi Collegijs, & in hoc ipso satis cognita sit, atque perspecta, idem Collegium, atque Scholares illius Presbyterorum, sicut adhuc fuit, regimini, institutioni,

ni, doctrinæ, atque prudentiæ eadem auctoritate etiam perpetuò subijcimus, atque submittimus.

Protectorū, & Viceprotectoru Collegij deputatio.

§. 5. Præterea, vt eiusdem Collegij conseruationi, bonoque tam in his, quæ ad Scholarium institutionem, & disciplinam, quàm quæ ad victum, vestitum, aliaque huiusmodi necessaria pertinent, opportunius consulatur, & promptum eis paratumque auxiliū sit, S.R.E. Cardinales Sacræ Congregationi de propagãda fide Præfectos præfatos nūc & pro tempore existentes eiusdē Collegij Protectores, & Defensores, qui in Viceprotectorem illius Venerabilem fratrem nostrum Episcopum Vienneñ nunc, & pro tempore existentem, ita tamen vt in grauioribus nihil præcipere, aut mandare, vel facere valeat sine consilio, & consensu Nuncij præfati, quibus aliquid eorum, quæ vel in hac fundatione, vel in regulis à Congregatione præfata approbatis continentur, immutare minimè licebit absque eiusdem Congregationis, vel Romani Pontificis pro tempore existentis expressa licentia, deputare possint, & valeant, eadem auctoritate constituimus, atque creamus.

Eorumdem auctoritas, & facultates

§. 6. Illisque ac Viceprotectori præfato pro salubri illius conseruatione, Alumnorum bonorum, & rerum, ac Iurium temporalium, & spiritualium eiusdem plenam, & liberam facultatem, & auctoritatem Oeconomos, Aduocatos, & Procuratores in eo deputandi, & amouendi, ac alios in eorum locum substituendi, differentias, lites, & controuersias inter quascumq; personas, tàm Alumnorum, quam Ministrantium Clericorum, & Laicorum, non tamen Presbyterorum ipsius Societatis exortas, summariè, simpliciter, & de plano sine figura, aut strepitu Iudicij, appellatione quacumque remota, decidendi, definiendi, terminandi, & exequendi, statutaque & ordinationes disciplinam domesticam, & studia Alumnorum præfatorum concernentia, æqua tamen, & honesta, sacrisque Canonibus, & Concilij Tridentini Decretis non repugnantia faciendi, & condendi, eaque cum opus fuerit, reuocandi, immutandi, & corrigendi, aliaque de nouo condendi, quę postquam facta, edita, reuocata, immutata, & correcta fuerint, perindè habeantur, & obseruentur, ac si auctoritate Apostolica approbata, & confirmata essent, prout illa ab omnibus dicti Collegij Alumnis ita haberi, & inuiolabiliter obseruari mādamus, plenam, & liberam auctoritate, & tenore præmissis concedimus facultatem.

Modus, & forma admissionis Alumnorum

§. 7. Quod autem ad dictorum Alumnorum admissionis modum, & formam deinceps habendam attinet, Rectorem præfatum dicti Collegij pro tempore existentem librum habere, in quo notetur nomina, & cognomina, ac patriæ, & parentes Alumnorum, qui recipientur in dicto Collegio, & ex eo dimittentur, ex dictoque libro singulis annis catalogum eorum, qui recepti, & qui dimissi fuerint, cum die, mensèque ingressus, & egressus illorum Nuncio præfato mittere, vt ipse Nuncius illum præfatæ de propaganda fide Congregationi transmittere possit. Quod si ex aliqua peculiari causa dimitti cōtigerit, eam etiam in dicto Catalogo exprimi; insigniores verò Alumnorum præfatorum actiones in eodem libro annotare, easque suo tempore eidem Nuncio significare, vt pariter de illis eamdem Congregationem certiorem facere valeat, quas ad Nos & successores nostros Romanos Pontifices pro tēpore existentes per eamdem Congregationem deferri volumus, vt cum occasio tulerit, præmio cohonestentur.

Ac administrationis bonorum temporalium.

§. 8. Ac denique alium librum, in quo dati, & accepti rationes diligentissimè, & clarissimè descriptæ sint, illæque singulis annis ad minus eidem Nuncio reddantur, & eius manibus relinquatur folium, vulgo Bilancium nuncupatum, in quo prouisio Collegij, & alia, quæ ipsius Collegij, vel Alumnorum ratione acceperit, & ea, quæ illo anno pro ipsius Collegij, & Alumnorum sustentatione impenderit, notata existant, vt similiter ab eodem Nuncio ad Vrbem mitti possit, etiam habere. Si quid autem de tota pensionis Pontificiæ summa, redditis rationibus, superer it, id, vel in alijs Alumnis euocandis, vel in necessarijs libris emendis, vel in vestiendis Alumnis dimittendis, vel etiam in redditibus augendis, aut in alijs Collegij necessitatibus arbitrio Nuncij, & Episcopi Vienneñ præfatorum impendi debere, eadem auctoritate statuimus, & ordinamus.

Alumnorum Priuilegia in susceptione Sacrorum Ordinum.

§. 9. Vt verò huius Collegij Alumni post longas studiorum aut cœptorum, vel consumatorum labores expeditiores, & alacriores ad succurrendum Patriæ necessitatibus reddantur, eiusdem Alumnis, vt cum solis litteris testimonialibus dicti Collegij Rectoris pro tempore existentis Episcopo Viēneñ offerendis, easque eo subscribendis, ac eius sigillo muniendis, nisi fortè Alumni præfati suos Ordinarios habuerint, à quibus suis dimissorias à Concilio Tridentino ordinatas habere possint, ad omnes etiam sacros, & Presbyteratus Ordines sine aliquo beneficij

vel

vel patrimonij titulo, etiam extra tempora ad id à Iure statuta, & intra annum, anniqs circulo non expectato, minusque seruatis ad id à Concilio Tridentino designatis interstitijs (dummodo ad id aliàs reperiantur idonei) promoueri, & postquam promoti fuerint, in illis etiam in Altaris ministerio ministrare, ac etiam tàm ipsi, quàm cęteri omnes in dicto Collegio degentes, vt Pœnitentię, & Eucharistiæ etiam die Paschatis, & extremæ Vnctionis Sacramenta à Confessario, aut alio Sacerdote ipsius Collegij à dicto Rectore constituendo suspicere liberè, & licitè valeant, auctoritate, & tenore præmissis de speciali gratia indulgemus.

Et in prouisione beneficiorum Ecclesiasticorum.

§. 10. Verùm, vt quantum fieri poterit, dictorum Alumnorum paupertati, & necessitati succurratur, Archiepiscopos, Episcopos, & alios antedictarum Prouinciarum beneficiorum Ecclesiasticorum Collatores, & Collatrices seriò requirimus, atque monemus, vt in illis conferendis, & præsertim si beneficia huiusmodi pro tempore obtinentibus immineat cura animarum, Alumnos præfatos alijs omnibus cæteris paribus præferant; Nuncios quoque Sedis Apostolicæ, aliosque Prælatos supradictarum Prouinciarum, in quorum diœcesi Alumni præfati extiterint, similiter monemus, & hortamur, vt in occurrentibus beneficiorum huiusmodi, & præsertim curam animarum habentium vacationibus, quorum collatio, prouisio, vel dispositio quoquomodo ad Sedem Apostolicam pertinuerit, de illis Alumnis antedictis pauperioribus, præcipueque nostra Pontificia gratia dignis, Nos, Successoresque nostros Romanos Pontifices pro tempore similiter existentes certiores faciant, vt munificentiam nostram erga illos, prout tempus, vel occasio tulerit, exercere possimus. Et generaliter in Dignitatibus, Personatibus Canonicatibus, & Prębendis, parochialibus Ecclesijs, & alijs beneficijs Ecclesiasticis per collationem, vel electionem in Alumnorum Patrijs prouidendis alijs omnibus cæteris paribus tàm in Romana Curia, quàm in Ecclesijs suis originalibus præferri volumus, & decernimus.

Cõmunicatio omniũ priuilegiorum & indultorum studio generali Vrbis concessorum.

§. 11. Atque insuper eisdem Collegio, & Scholaribus, Rectoribus, & Gubernatoribus omnia, & quæcumque priuilegia, exemptiones, libertates, facultates, & indulta, quibus studium generale Almæ Vrbis nostræ, & illius Rectores, Doctoresque & in eo legentes quouis modo vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum, quibus-

Habes Const. Eugenij 4. 10. pag. 346.

que Collegium, & Scholares, ac Rectores, & Gubernatores huiusmodi non solum ad eorum instar, sed pariformiter, & æquè principaliter vti, potiri, & gaudere possint, & valeant in omnibus, & per omnia eisdem auctoritate, & tenore communicamus.

Indulgentia plenariæ elargitio.

§. 12. Vt verò temporalibus commodis spiritualia munera quoque coniugamus, quibus fidelium deuotio, & merita erescere magis, & augeri possint, de eiusdem omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus, & singulis Scholaribus, Rectoribus, & Ministris, qui in idem Collegium recepti fuerint in ipso ingressu, & deindè in exitu si quidem confessi, & contriti Sanctissimũ Eucharistiæ Sacramentum sumpserint, atque etiam si in eodem Collegio decedere eos ab humanis contigerit, in mortis articulo plenariam omnium, & singulorum peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus, & elargimur.

Approbatio statutorum à Cõgr. de propag. fide pro ipsius Collegij guberno editorum eorumdemque obseruantia.

§. 13. Postremò quascumque regulas, & constitutiones ad eiusdem Collegij, illiusqs personarum, rerum, & bonorum spiritualium, & temporalium curam, regimen, gubernium, directionem, & administrationem, ac Alumnorum præfatorum receptionem, admissionem, victum, amictum, instructionem, disciplinã, & alia quomodolibet pertinẽtia à dicta sacra de propaganda fide Congregatione die nona Nouembris millesimi sexcentesimi vigesimi sexti edita etiam perpetuò approbamus, & confirmamus, illasque ab omnibus inuiolabiliter obseruari volumus, & mandamus.

Clausula præseruatiua.

§. 14. Decernentes præmissa omnia, & singula, ac pręsentes nostras litteras nullo vnquam tempore ex quibuscumque causis de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitis vitio, aut intentionis nostrę, vel quocumque alio defectu notari, impugnari, retractari, seu etiam reuocari, suspendi, restringi, limitari; aut in ius, vel controuersiam vocari, seu ad terminos iuris reduci posse, nec quemquam ad easdem præsentes in Camera Apostolica, iuxta Constitutionem piæ memoriæ Pij Papæ IV. etiam prædecessoris nostri desuper editam, aut aliàs quandoque præsentandum, insinuandum, & registrari faciendum teneri, neque propterea illa inualida esse, sed omni modo valere, ac si Constitutio præfata, & alia contraria minimè emanassent.

Clausula sublata.

§. 15. Sicque per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam Cameræ Apostolicæ

ſtolicæ Præſidentes Clericos, eiuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Camerarium, Vicecamerarium, & cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac alios dictæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere, irritum quoque, & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Executores illius Const. deputatio.

§. 16. Quocirca Venerabili fratri Epiſcopo Vienneń, & Nuncio præfato, necnon dilecto filio cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori Motu pari per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes noſtras litteras, & in eis contenta quæcumque vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Rectoris, & Alumnorum Collegij huiuſmodi fuerint requiſiti ſolemniter publicantes, illiſque efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra eaſdem præſentes, & in eis contenta huiuſmodi ab omnibus, ad quos ſpectat, & in futurum pro tempore ſpectabit, firmiter, & inuiolabiliter obſeruari, ac Rectorem, & Alumnos huiuſmodi illis pacificè frui, & gaudere, non permittentes eos deſuper per quoſcumque indebitè moleſtari, Contradictores quoſlibet, & rebelles per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, ac cenſuras, & pœnas ipſas ſeruata forma eiuſdem Sacri Concilij Tridentini etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis.

Contrariorum abrogatio.

§. 17. Non obſtantibus noſtra de gratijs ad inſtar non concedendis, ac præfata Gregorij prædeceſſoris huiuſmodi quatenus opus ſit, & quatenus reperiretur, necnon quibuſuis Apoſtolicis conſtitutionibus, & ordinationibus, ac ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis quibuſuis Vniuerſitatibus, Collegijs, eorumque Rectoribus, & perſonis etiam ſub quibuſuis verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & alijs decretis, in genere, vel in ſpecie etiam Motu, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, & alijs quomodolibet iteratis vicibus conceſſis, approbatis, & innouatis; Quibus omnibus etiamſi pro eorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, ac indiuidua, & de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitùs omiſſo, & forma in eis tradita obſeruata inſerti forent, eiſdem præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè harum ſerie derogamus contrarijs quibuſcumque. Aut ſi quibus cómuniter, aut diuiſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quòd interdici ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de Indulto huiuſmodi mentionem.

Transumptis fides.

§. 18. Volumus autem vt præſentium transſumptis manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo communi dicti Collegij, aut alicuius Curiæ Eccleſiaſticæ, ſeu perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides in Iudicio, & extra habeatur, quæ haberetur eiſdem præſentibus ſi forent exhibitę, vel oſtenſæ.

Decretum pœnale.

§. 19. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ erectionis, inſtitutionis, attributionis, ſubiectionis, conſtitutionis, creationis, ſtatuti, ordinationis, indulti, requiſitionis, monitionum, exhortationis, communicationis, coniunctionis, conceſſionum, elargitionis, approbationis, confirmationis, decretorum, mandatorum, derogationis, & voluntatum infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſeptimo, Kal. Iunij Pontificatus Noſtri Anno Quarto.

Dat. P. a 4 die 1. Iunij.

LXVIII.

Declaratio quòd Fratres Capuccini ſunt verè Fratres Minores Ordinis Sancti Franciſci, ac ex illius vera, & nunquam interrupta linea deſcendunt, & ſub illius Regula militant, & militarunt.

Hoc idem decreuerat Paul. V. vt ſup. in eius Conſt. Eccleſiæ 54. t. 3. p. 244. Et eiſdem vt Crucem propriam in publicis Proceſſionibus vbique locorum deferre poſſent indulſit in-

in Const. 9. Pastoralis hic sup. pag. 17. Ac habitus eorum, vel consimilis declati omnem prohibuit Greg. XV. sup. in Const. 15. Ex iniuncto, vbi aliam Greg. XIII. habes super eadem materia Const. insertam. Et de tota ipsorum Religione plenè notatum est ad Const. 21. Clem. VII. sup. to. 1. pag. 589.

Edita A.D. 1627.

VRBANVS PAPA VIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

SAluatoris, & Domini nostri, qui caritas est, & Deus pacis, vices (licèt immeriti) gerentes in terris, inter grauissimas, multiplicesque Apostolicæ seruitutis curas, in eam peculiari sollicitudine iugiter incumbimus, vt Christifideles, qui in sortem Domini vocati, eius obsequijs diù, noctuque mancipati sunt, sublatis quibuslibet dubijs, & controuersijs, Altissimo reddant abundanter fructus suos; nec ab ijs, quorum est euangelizare pacem, & bona, veritatem verò temerè impugnando, pacem cum scandalo pusillorum scindere non verentur, a sua sancta vocatione distrahantur.

Dubitatum fuit tempore Pauli V. vtrum Fratres Capuccini essent de vera linea S. Francisci.

§. 1. Aliàs siquidem à fel. rec. Paulo Papa V. prædecessore nostro accepto à nonnullis in dubium reuocari, an Fratres Ordinis eiusdem Sancti Francisci, Capuccini nuncupati essent verè Fratres Minores, & etiam quoniam regulam Sancti Francisci profitentur, filij Sancti Francisci, cum tempore Sancti Francisci instituti non fuerint, pariterque an eorum Constitutiones aliquid haberent, quòd Regulæ Sancti Francisci repugnaret.

Qui omnibus bene visis declarauit esse i sua Cōst. 90. Ecclesia sup. t. 3. c. 344.

§. 2. Idem Paulus prædecessor sua perpetuò valitura Constitutione declarauit, Fratrès Capuccinos esse verè Minores, ac etiam quamuis tempore Sancti Francisci minimè instituti fuerint, cum tamen eius regulam profiteantur, atque eorum instituta congruant tàm regulæ statutis, quàm eiusdem regulæ declarationibus, quæ habentur in Constitutione fel. rec. Clementis Papæ V. prædecessoris nostri, in generali Concilio Viennen edita, quę incipit: Exiui de Paradiso, filios Sancti Francisci, eorum præterea Constitutiones nihil continere, quod non sit regulæ Sancti Francisci pręfatæ consentaneum, irritanti etiam decreto desuper apposito, & aliàs prout in dicti Pauli Prædecessoris desuper in simili forma Breuis sub die xv. Octobris M.DC. VIII. expeditis litteris, quarum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis haberi volumus, pleniùs continetur.

Modo hoc idem in dubium reuocatur prætextu nonullorū verborum.

§. 3. Cum autē sicut dilectus filius Franciscus Genuensis, eorumdem Fratrum Capuccinorum Procurator Generalis, Nobis nuper exponi fecit, prætextu illorum verborum, videlicet: Quamquam tempore Beati Francisci instituti non fuerint, à nonnullis in dubium reuocetur, an ijdem Fratres Capucini ex vera, & nunquam intermissa linea Sancti Francisci originem trahant.

Quod iste Pont. omnino tollit declarando esse ex vera, & nunquā interrupta linea, & sub ipsa S. Francisci regula militasse, & militare.

§. 4. Nos ęquum, & rationi consonum fore censentes, vt qui verbo, & exemplo veros sese Beati Francisci imitatores ostendunt, tales ab omnibus absque vlla controuersia habeantur, attentiusque considerantes, eorumdem Fratrum Capuccinorum originem, seu principium illorum esse realiter, & cum effectu computandum à tempore primæuæ, & originalis institutionis regulæ Seraphicæ, cuius obseruantiam ipsi Fratres Capuccini semper sine aliqua interruptione continuarunt; eorumdem Fratrum Capuccinorum quieti, quantum Nobis ex Alto conceditur, consulere, eosdemque Fratres Capuccinos specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, harum serie absoluentes, & absolutas fore censentes, supplicationibus dicti Francisci Procuratoris Generalis totius Ordinis eorumdem Fratrum Capuccinorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis, inclinati; re prius per Venerabiles Fratres nostros S. R. E. Cardinales negotijs Regulariū præpositos maturè discussa, de eorumdem Cardinalium consilio, hac nostra perpetuò valitura Constitutione, Fratres Capuccinos præfatos fuisse, & esse ex vera, & nūquam interrupta linea, ac veros, & indubitatos Fratres Ordinis Sancti Francisci, & illius regulæ obseruatores, subque ipsius Beati Francisci regula militasse, & ad præsens quoque militare.

Clausula sublata.

§. 4. Sicque ab omnibus, & singulis censeri, ac reputari, & iudicari debere, irritumq; & inane si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, Apostolica auctoritate tenore præsentium decernimus, & declaramus.

Executorum deputatio.

§. 5. Quocirca omnibus, & singulis venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, ac dilectis filijs nostris, & Apostolicæ Sedis Nuncijs, per præsentes commit-

committimus, & mandamus, quatenus ipsi per se, vel alium, seu alios præsentes litteras, & in eis contenta quæcumque, vbi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte Fratrum Capuccinorum præfatorum fuerint requisiti, solemniter publicantes, illisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra eos præmissis omnibus, & singulis, iuxta præsentium continentiam, & tenorem pacificè frui, & gaudere. Non permittentes, eos desuper à quoquam quauis auctoritate quomodolibet indebitè molestari, contradictores quoslibet & rebelles per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, legitimisq; super his habendis seruatis processibus, censuras, & pœnas ipsas etiã iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis.

Contrariorum abrogatio.

§. 6. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Transumptorum fides.

§. 7. Volumus autem, vt præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. A. 4. die, Iunij.

Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die XXVIII. Iunij M.D.C.XXVII. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

LXIX.

Reuocatio reseruationum pensionum perpetuarum super Beneficijs Ecclesiasticis ad Collegiorum, & piorum locorum fauorẽ factarum, & Indultorum imponendi pensiones etiam temporales quibusuis concessorum.

De pensionibus vltra diposita à Sacris Canonibus, & a Conc. Trid. scias a Pio V. fuisse reuocatas facultates transferendi huiusmodi pensiones quibuscumque Militijs concessas vt in sua Const. 73. Sacrosanctum, sup. t. 2. pag. 269. Sed postea multa ex eis nonnullas obtinuerunt reintegrationes, quas vt facilius inuenias, quere in Indice 3. tom. 5. Militia.

Quomodo verò, & quando super Ecclesiarum fructibus pensiones reseruari possint, definiuit Leo X. in Const. 7. Supremæ t. 1. p. 475, §. 11.

Edita A. D. 1627.

SANCTISSIMVS Dominus Noster VRBANVS Diuina prouidentia Papæ VIII. qui pridem beneficiorum Ecclesiasticorum conseruationi, & exonerationi consultum volens, vniones Beneficiorum huiusmodi, prætérquam in certos casus factas, necnon facultates transferendi pensiones, quæ effectum integraliter sortitæ non essent, pro summa quæ medietatem veri valoris fructuum Beneficiorum, super quibus pensiones huiusmodi impositæ forent excederent, specialibus desuper editis regulis reuocauit; libertati eorumdem Beneficiorum pleniùs prospicere, & quod in antiquorum onerum moderatione præcauit, multò fortiùs in nouorum impositione auertere cupiens.

Causa huius Constitutionis.

Reuocatio facultatis reseruationũ pensionũ perpetuarum.

§. 1. Quascumque reseruationes pensionum perpetuarum super fructibus certis, vel incertis quorumuis Beneficiorum, non tamen Iurispatronatus laicalis existentium, etiam in fauorem quorumcumque Collegiorum, Capitulorum, Vniuersitatum, Locorum, & Beneficiorum, etiam per S. R. E. Cardinales obtentorum, etiam Apostolica auctoritate, non tamen pro fundatione, seu dotatione, augumento, vel conseruatione Collegiorum, & aliorum piorum, & religiosorum locorum ad fidei Catholicæ defensionẽ, & propagationem, bonarumque artium cultum institutorum factas, quæ suum necdum sortitæ sunt effectum.

Necnon Indultorum imponendi pensiones etiã temporales. Hoc autem moderaurrat ipsemet Pont. inf. in Const. Sanctiss.

§. 2. Necnon omnes, & quascumque facultates, indulta, & priuilegia imponendi quascumque pensiones etiam temporales super quibusuis Beneficijs, non tamen Iurispatronatus laicalis existentibus, seu ad pensiones iam antea Apostolica auctoritate desuper forsan, non tamen certis personis reseruatas, personas sibi beneuisas nominandi, etiamsi ad nominationem huiusmodi iam forsan sit processum, quatenus tamen per Notarij desuper rogati, & duorum testium attestationem non constet de reali, & integrali solutione alicuius termini singularum pensionum huiusmodi specialiter, & expressè in eam causam ante publicationem præsentium facta quibusuis personis etiam Abbatiali, Episcopali, Archiepiscopali, Patriarchali, vel alia quauis dignitate, etiam Cardinalatus honore fulgentibus, quouis intuitu, & consideratione, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, ac potestatis plenitudine, ac etiam quòd in eis, quòd illa sub reuocationibus, & contrarijs dispositionibus per Rom. Pontifices pro tempore existentes comprehendi non posse, aut debere, concessum

sum foret,& aliàs cum quibusuis alijs etiam detogatoriarũ detogatorijs, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & alijs decretis, quorum tenores perinde ac si de verbo ad verbum insererentur, & exptimerentur, haberi voluit pro expressis, vel aliàs quouis modo, & ex quauis causa per quoscumque Rom.Pōtifices prædecessores suos hactenus concessa reuocauit, cassauit, & annullauit, ac viribus, & effectu euacuauit.

Clausula sublata.

§.3. Decernens sic in præmissis per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ipsosquemet Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere, necnon irritum, & inane quidquid secus super præmissis per quoscumque, etiam prætextu facultatum, indultorum, & priuilegiorum prædictorum, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariorum remotio.

§.4. Facultatibus, indultis, & priuilegijs, alijsq. præmissis, necnon regula de Iure quęsito nō tollendo, statuto, ordinatione, & declaratione Suæ Sanctitatis in crastinum eius assumptionis ad summi Apostolatus apicem editis, & in Cancellaria Apostolica sub die 21. mensis Octobris anni Millesimi sexcentesimi vigesimi tertij publicatis, quòdq. dicti S.R.E. Cardinales in Constitutionibus & regulis per Sanctitatem suam post priorum suarum Constitutionum, & regularum editionē, & publicationem facien. non includantur, nisi illæ eorumdem Cardinalium fauorem concernant, vel ipsæ Constitutiones, & regulæ edendæ de ipsorum Cardinalium, vel maioris partis eorum consilio editæ fuerint, alijsque regulis, Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cęterisq. contrarijs quibuscumque nequaquam obstantibus.

Papæ subscriptio.

Pl. publicetur & describatur M.

Publicata 20. Iulij hora decimaquarta in Cancellaria Apostolica 1627.

A.Reg.

Lecta, & publicata fuit supradicta Constitutio Romæ in Cancellaria Apostolica, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo sexcentesimo vigesimo septimo, die verò Martis 20. Iulij, & registrata fuit in Quinterno Cancellariæ Apostolicæ, Pontificatus S. D.N. Papæ Anno Quarto.

Publicatio P.A. die 20. Iulij.

Marcus Antonius Ascentius Procustos.

LXX.

Concessio celebrandi Missam, & recitandi Officium die quinta Februarij de Vigintitribus Martyribus ex Ord. Min. S.Francisci de Obseruantia Prouinciæ Discalceatorum S. Gregorij, Filippinarum, & Iaponiæ pro Fratribus d. Ordinis vbique existentibus, & pro alijs quibuscumque Manilen. Diœcesis tantum.

Isti Beati fuerunt Martyrio coronati vna cum tribus alijs è Societate Iesu, quorũ Beatificationem habes in Const. seq. Et alteram Beatificationem Paschalis Baylon huius Ordinis professionis, vide hic sup. in Paul. V. Const. 13. In sede. pag. 28.

VRBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Edita an.D.1627.

Proœmium.

SAluatoris, & Domini Nostri IESV Christi, qui Milites suos inclytos, quorum mors pretiosa in conspectu eius, immortalitatis corona donat in Cælis, vices quamquā immeriti gerentes in terris, pia Christi fidelium præsertim Catholicorum Regum vota, per quæ eorumdem Sanctorum militum veneratio promouetur, & laudatur Dominus in Sanctis suis, ad exauditionis gratiam libenter admittimus, fauoribusq., & gratijs prosequimur opportunis.

Supplicatum fuit Pont. pro facultate, de qua in Rubr.

§.1. Cum itaque, sicut dilectus filius Petrus Baptista Procurator Fratrum Ordinis Minorum Sancti Francisci de Obseruantia, Discalceatorum nuncupatorum, Prouinciæ Sancti Gregorij Filippinarum, & Iapponiæ, Nobis nuper exponi fecit, venerabiles fratres nostri S.R.E. Cardinales sacris Ritibus præpositi in causa Canonizationis Vigintitrium Martyrum, videlicet, Petri Baptistæ, & Sociorum eius ex dicto Ordine, quorum nempe sex professi, cæteri verò laici familiares, & coadiutores eorumdem sex professorum erāt, quique omnes pro CHRISTI nomine in Oppido Ciuitate nuncupato Nangasaqui extra muros in Regno Iapponiæ Cruci affixi, & transuerberati fuerunt, in Sacro Rotæ Auditorio, & deinde de mandato nostro ab eisdē Cardinalibus, referente dilecto filio nostro Tiberio Titoli S.Priscæ Presbytero Cardinale Muto nuncupato, discussa, censuerint constare de martyrio, & miraculis, Ideoque ad actualem illorum Canonizationem quandocumque deueniri posse; Superiores verò dicti Ordinis pro eo, quem erga eosdem Martyres gerunt deuotionis affectu, Officium & Missam de illis, donec ad solemnem eorum Canonizationem, pro qua non solum dictus Petrus eorumdem Fratrum nomine, verum etiā cha-

chariſſimus in Chriſto filius noſter Philippus Rex Catholicus, ac chariſſima in Chriſto filia noſtra Iſabella Regina Catholica Hiſpaniarum, necnon vniuerſa Ciuitas Manileñ, & Chincñ, ſeu Machaneñ, aliiq. Nobis per eorum litteras ad Nos tranſmiſſas humiliter ſupplicarunt, deueniatur, vt infra recitari poſſe plurimum deſiderent.

Qui modo eam concedit.

§. 2. Nos pijs eorumdem Superiorum votis huiuſmodi quantum cum Domino poſſumus, annuere, illoſq. ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi volentes, eorumq. ſingulares perſonas à quibuſuis excommunicationis, ſuſpeñ, & interdicti, alijsq. Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutas fore cenſentes, Supplicationibus dicti Petri eorumdem Superiorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati: De eorumdem Cardinalium conſilio: Vt de eiſdem Martyribus, tàm ab omnibus dicti Ordinis Sancti Franciſci Religioſis vbiq; exiſtẽtibus, quã etiã alijs Eccleſiaſticis, & ſæcularibus perſonis Manileñ Diœceſis dumtaxar, vbi præcipui dictorum Martyrum pro Chriſti fide laborãtes valde profecerunt, Officium, & Miſſa de Communi plurimorum Martyrum die eorum Natalis, videlicet, die quinta Februarij recitari, & celebrari reſpectiuè liberè, & licitè poſſit, & valeat, Apoſtolica auctoritate tenore præſentiũ licentiam, & facultatem concedimus, & impartimur.

Contraria remouendo.

§. 3. Non obſtañ Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſq. contrarijs quibuſcumque.

Tranſumptisq. fidem mandando.

§. 4. Volumus autem, quòd præſentium tranſumptis etiam impreſſis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem proſrus fides vbiq; adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. P. a. 5 die 14. Septembris.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem ſub Annulo Piſcatoris, die 14. Septembris 1627. Pontificatus Noſtri Anno V.

LXXI.

Indultum celebrandi Miſſam, & recitandi Officium, de tribus Martyribus Paulo Michi, Ioanne de Goto, & Didaco Quizai e Societate IESV quotannis die, quinta Februarij pro omnibus d. Societatis Religioſis.

Hoc Indultum ad omnes Sacerdotes tam Sæculares, quam Regulares ad Eccleſias huius Societatis confluentes extendit Sacra Rituum Congregatio, vt in Decreto mox ſubſequente, quod S. D. N. Vrban. VIII. approbauit. Et de hac Societate habes ſupra notata in Conſt. 25. Pauli 3. Regimini. tom. 1. pag. 653.

VRBANVS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Edita A. D. 1627.

Proœmium.

SAluatoris, & Domini Noſtri IESV Chriſti, qui Milites ſuos inclytos, quorum mors pretioſa eſt in conſpectu eius, immortalitatis corona donat in Cælis, vices quamquam immeriti gerentes in terris, pia Chriſti fidelium præſertim Catholicorum Regum vota, per quæ eorumdem Sanctorum militũ veneratio promouetur, & laudatur Dominus in Sanctis ſuis, ad exauditionis gratiam libenter admittimus, fauoribuſq., & gratijs proſequimur opportunis.

Supplicatio facta Pont. pro huiuſmodi concessione.

§. 1. Cum itaque, ſicut dilecti filij Præpoſitus Generalis, & Presbyteri Societatis IESV Nobis nuper exponi fecerunt, Venerabiles fratres noſtri S. R. E. Cardinales ſacris Ritibus præpoſiti in cauſa Canonizationis trium Martyrum, videlicet, Pauli Michi, ac Ioannis de Goto, & Didaci Quizai ex dicta Societate, qui pro CHRISTI nomine in Oppido Ciuitate nuncupato Nangaſaqui extra muros in Regno Iapponiæ Cruci affixi, & tranſuerberati fuerunt, in Sacro Rotæ Auditorio, & deinde de mandato noſtro ab eiſdem Cardinalibus, referente dilecto filio noſtro Tiberio Tituli S. Priſcæ Presbytero Cardinale Muto nuncupato, diſcuſſa, cenſuerint, conſtare de martyrio, & miraculis, Ideoq. ad actualem illorum Canonizationem, quandocumque deueniri poſſe. Præpoſitus verò, & Presbyteri prædicti pro eo, quem erga ipſos Sanctos Martyres gerunt, deuotionis affectu, Officium, & Miſſam de illis donec ad ſolemnem eorum Canonizationem (pro qua non ſolum ijdem Præpoſitus & presbyteri, verùm etiam chariſſimus in Chriſto filius noſter Philippus Rex Catholicus, ac chariſſima in Chriſto filia noſtra Iſabella Regina Catholica Hiſpaniarum, necnon vniuerſa Ciuitas Manileñ, & Chineñ, ſeu Machaneñ, aliiq. Nobis per eorum litteras ad Nos tranſmiſſas humiliter ſupplicarunt) deueniatur, vt infrarecitari poſſe plurimum deſiderent.

Conceſſio de qua in Rubr.

§. 2. Nos pijs ipſorum Præpoſiti, & Presbyterorum votis quantum cum Domino poſſumus, annuere, illoſq. ſpecialibus fauoribus,

& gratijs prosequi volentes, eorumq. singulares personas à quibusuis excommunicationis, suspen., & interdicti, alijsq. Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dùntaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutas fore censentes, Supplicationibus Præpositi, ac Presbyterorum prædictorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati: De eorumdem Cardinalium consilio: Vt de eisdem Martyribus ab omnibus dictæ Societatis Religiosis vbique existentibus, Officium, & Missa de Communi plurimorum Martyrum, die eorum Natalis, videlicet, die quinta Februarij recitari, & celebrari respectiuè liberè, & licitè possit, & valeat Apostolica auctoritate tenore præsentium licentiam, & facultatem concedimus, & impartimur.

Contrariorum derogatio.

§. 3. Non obstan. Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisq. contrarijs quibuscumque.

Transumptorum fides.

§. 4. Volumus autem, vt præsentium transumptis etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides vbique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P.A.S. die 15. septembris.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die 15. Septembris 1627. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Sequitur Decretum Sacræ Rituum Congregationis, quo prædictum Indultum extenditur ad omnes Sacerdotes tàm Sæculares, quàm Regulares ad Ecclesias d. Societatis confluentes.

CVm aliàs sub die 3. Iulij 1627. Sacra Rituum Congregatio, annuente Sanctissimo, concesserit, vt de tribus Sanctis Martyribus è Societate IESV Paulo Michi, Ioanne de Goto, & Didaco Quizai in Iapponia pro Christi fide Cruci affixis, Officium ac Missa de Communi plurium Martyrum ipsa die eorum martyrij, nempe 5. Februarij, ab omnibus presbyteris eiusdem Societatis, vbique existentibus, recitari & celebrari posset: Instante Generali Patrum Societatis IESV, Indultum prædictum, ad omnes Sacerdotes, tàm sæculares quàm regulares ad eorum Ecclesias confluentes, extendi posse, eadem Sacra Congregatio censuit, facto verbo cum Sanctissimo, Sanctissimus annuit die 26. Septembris 1629.

Io. Baptista Card. Detus.

F. Fulu. Benign. Secr.

LXXII.

Præfigitur terminus trium mensium ab istius Constitutionis publicatione partibus ad retractandum omnia contra Constitutiones Sixti V. Clementis VIII. & Pauli V. super prohibitione alienandi Fortalitia, & Castra, aliaq. bona Iurisdictionalia in Statu Ecclesiastico existentia absque Sedis Apostolicæ licentia, & contra illarum declarationem, & extensionem respectiue quoad Castra diruta, & alia in eis expressa à Sanctitate sua emanatas, gesta; & Notarijs, etiam Sedis Apostolicæ, etiam de numero participantium ad instrumenta de quibus sunt rogati exhibendum, & in eorum margine cassationes adnotandum. Et insuper mandatur testibus quatenus contractus omnes, quibus interfuerint, intra similem terminum à die contractus reuelare, & de eis notam dare debeant.

Prohibitionem huiusmodi alienationum à Sixto V. editam, habes inter ipsius Const. 3. incipien. Solicitudo. sup. tom. 2. pag. 488. Et Clemen. VIII. declarationem, & extensionem lege in eiusdem Const. 78. Romanum. tom. 3. pag. 121. Ac Pauli V. innouationem require hic sup. Const. 10. Pastorale. pag. 18. Quas omnes postremo confirmauit, innouauit, & ampliauit hic Sanctissimus Pont. in Const. 65. Decens. sup. pag. 366.

Quia verò multæ alienationes contra tenores dictarum Constitutionum factæ fuerunt, & ne temporis progressu iurisdictio aliqua vsurpetur, seu fines iurisdictionales confundantur, erexit Congregationem de Cōfinibus Status Ecclesiastici, Sedi Apostolicæ mediatè, & immediatè subiecti, nuncupandam, vt Const. seq. Debitum Pastoralis.

VRBANVS EPISC. SERVVS SERV. DEI.
Ad perpetuam rei memoriam.

Edita A. D. 1627.

Exordium.

SEdes Apostolica pia mater filijs pœnis, quas illi per inobedientiam, vel negligentiam incurrerunt, aliquando remittere, & condonare consueuit ad hoc, vt illi benignitatem

tatem experti, ad ea, quæ sibi iniuncta sunt, fideliùs peragenda incitentur, eos verò, qui clementiam suam agnoscere non curant, timore pœnæ perterrere non desistit.

Refertur dispositio Constitutionis ab ipso editæ quã habes indicatam in Rubr.

§. 1. Nuper siquidem per alias nostras, sub Dat. videlicet kal. Iunij Pontificatus nostri anno quarto, confectas litteras, Constitutiones per fel. record. Sixtum V. Clementem VIII. ac Paulum etiam V. Romanos Pontifices prædecessores nostros super prohibitione Fortalitia, & Castra, aliaq. bona iurisdictionalia in Statu Ecclesiastico existẽtia absque Sedis Apostolicæ licẽtia alienãdi editas confirmauimus, & innouauimus, easq. quoad Castra diruta, Tenutas, & Prædia etiam non iurisdictionalia in confinibus loci iurisdictionalis, & bona in dicto Statu in confinio Principum exterorum sita, illorumq. locationes, & censuum annuorum super præmissis omnibus impositiones, & impositorum venditiones extendi declarauimus, & respectiuè extendimus, prout in dictis litteris plenius continetur.

Partibus quæ dd. Const. Clem. VIII Sixt. V & Paul. V. & huius Pont. cõtrauenerunt præfigitur terminus trium mensium à publicatione huius Bullæ computand. ad retractãdum gesta contra ipsas Const. & pœnas exigi prohibetur d. termino durante.

§. 2. Licèt autem omnes, & singuli, qui ad venditiones, alienationes, locationes, aliaq. in singulis Constitutionibus, ac etiam nostris litteris prædictis respectiuè fieri prohibita, aut eorum aliquod nulla Sedis Apostolicæ præcedente in scriptis obtenta licentia, vel illa apud Notarium in actu celebrationis contractus minimè dimissa deuenerint, & seu exequutioni demandauerint, pœnas omnes in Constitutionibus, & earum qualibet, ac etiam in nostris litteris prædictis cõtẽtas eo ipso incurrerint, & incurrisse censeri debeant. Nihilominus ex nostra benignitate mitiùs agendo, Motu proprio, non ad alicuius oblatæ Nobis desuper petitionis instãtiam, sed ex mera nostra scientia, & deliberatione, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, Omnibus, & singulis, qui in præmissis, aut eorum aliquo hactenus contrauenerint, terminum trium mensium, à die publicationis præsentium computandum, intra quem omnes, & singuli tàm emptores, quàm venditores, cæteriq. quomodolibet contrauenientes omnia, & singula per eos gesta, & inde sequuta quæcumque retractasse, & actu retrosimili in pristinum, prout ante sequutam aliquo modo contrauentionem erant, reposuisse, & restituisse debeant, Apostolica auctoritate præfigimus per præsentes; quo quidem termino durante pœnas prædictas, tàm ab ipsis contrahentibus, scilicet, venditoribus, alienantibus, & locatoribus, ac emptoribus acquirentibus, & conductoribus, quàm à Notarijs exigi nolumus.

Quo elapso tanquam contra non parentes manu regia, & exequutiuè procedatur, & pœnæ exigantur.

§. 3. Ipso autem termino elapso, & præmissis non parito, tam Cameræ nostræ Apostolicæ Commissarium, quàm Fisci procuratorem generalem dilectos filios posse, & debere eiusdem Cameræ nomine, & nemine vocato, ac manu regia, & exequutiuè, ac etiam de facto, citra virium spolij, nullitatis, & attentatorum, possessionem bonorum venditorum, alienatorum, vel locatorum capere ad effectum retinendi, & fructus illorum percipiendi ad vtilitatem dictæ Cameræ, ac respectiuè possessionem suo tempore consignandi iuxta Constitutionum, & nostrarum litterarum prædictarum formam personis in eisdem Constitutionibus, & nostris litteris designatis; necnon etiam desuper agere coram quocumque Romanæ Curiæ, seu Status nostri Ecclesiastici Iudice pro effectuali, & integra reuocatione, restitutione, & repositione omnium, & singulorum in pristinum, non obstante taciturnitate, negligentia, ac etiam contradictione ipsorummet cõtrahentiũ, & cuiuslibet eorum, ita quòd etiam illis, seu altero eorum non instantibus, quinimò etiam inuitis, & contradicentibus, omnia vt præfertur, etiam manu regia in pristinum quàm primum reponantur, & contrauenientes, ac omnia, & singula in pristinum infra dictum terminum trium mensium non reponentes in pœnas prædictas Ipso iure, & absque aliqua declaratione, etiamsi quoad contrahentes, & eorum quemlibet pretia restituta, aut alia in recompensam soluta, tradita, vel eis quomodolibet promissa adimpleta non fuerint, incurrisse, & in illas incidisse.

Notarij omnes etiam Sedis Apost. eorum participantes instrumenta huiusmodi exhibeant, & in margine cassationes ad notentur intra d. terminũ, aliàs in pœnis incidisse censeantur.

§. 4. Notarios quoque etiam Sedis Apostolicæ nuncupatos, etiam de numero participantium intra eumdem trium mensium terminum, tàm in exhibendo instrumento, quàm etiam vlterius in adnotando in margine ipsorum instrumentorum cassationem, retractationem, restitutionem, & repositionem in pristinum omnium contra Constitutionũ, & litterarum prædictarum tenorem actorum paruisse debere, aliàs priuationis officiorum suorum, & alias omnes pœnas in eisdem Constitutionibus, & litteris inflictas incurrisse eadem auctoritate decernimus, & declaramus.

Testes qui huiusmodi cõtractibus interfuerint, reuelent contractus, & Notarios de illis rogatos infra terminum triũ mensium à die celebrationis cuiusq. contractus.

§. 5. Et insuper, ne Cõstitutiones, & nostræ litteræ prædictæ ex occultis contractibus fraudari contingat, præcipimus, & mandamus, quòd omnes, & singuli testes, qui in prædictis contractibus, scilicet, venditionis, alie-

alienationis, locationis, & alijs, vt præfertur, prohibitis de cætero celebrãdis adhibiti fuerint, infra terminum trium mensium à die cuiuslibet celebrati contractus computandorum sub pœnis nostro, & pro tempore existentis Romani Pontificis arbitrio imponendis, contractus, quibus interuenerint, reuelare, & de eis, ac Notarijs de illis rogatis notam dare teneantur, etiamsi contractus ipsi in executionem iudicati, vel in vim subhastationis, aut aliàs quomodolibet celebrati extiterint.

Licentiæ, & Beneplacita Sedis Apost. super præmissis, vel similibus concessa, seu cõcedenda, ad fauorem Sedis, & Cameræ apost. concessa intelligãtur

§.6. Demum licentias, & beneplacitum Apostolicum à Sede Apostolica in quorumcumque Baronum, & aliorum quomodolibet nuncupatorum Montium erectione, seu censuum impositione, vel aliàs quomodolibet concessa hactenus, & imposterum quouis tempore concedenda, ac etiam Motu proprio, aliàs quomodolibet emanata hactenus, & in futurum emananda, etiam quoad omnia in eisdem licentijs, & beneplacito expressa, & exprimenda, sine præiudicio quorumcumque iurium Cameræ Apostolicæ in quemcumque casum, seu euentum cuiuscumque deuolutionis, seu caducitatis ex quocumque capite hactenus quomodolibet forsan incursæ, seu de cætero quomodolibet incurrendæ, & purificatæ, seu purificandæ ad fauorem Sedis, & Cameræ prædictarum in, & super Ciuitatibus, Castris, Oppidis, Terris, & locis iurisdictionalibus, & non iurisdictionalibus, ac etiam bonis per prædictas Constitutiones, & nostras litteras qualificatis, nec aliàs, aliter, aut alio modo intelligi debere, aut posse harum serie similiter declaramus.

Clausula sublata.

§.7. Sicq. & non aliter in omnibus, & singulis præmissis per quoscumque Iudices ordinarios, delegatos, & commissarios, & etiam Cameræ prædictę Clericos Præsidentes, necnon causarum Palatij Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales etiam Camerarium, & de latere Legatos iudicari, & diffiniri, ac interpretari debere, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate & auctoritate, ac irritum & inane quidquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attētari, etiam decernimus.

Præceptum obseruantiæ huius Cõstitutionis.

§.8. Iniungentes, & mandantes in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub pœna indignationis nostræ eisdem Legatis, ac dilectis filijs Prolegatis, Gubernatoribus, etiam Vrbis, ac Iudicibus nunc & pro tempore in eadem Vrbe, & toto Statu nostro prædicto existentibus, & cuilibet eorum, vt præsentes nostras, & in eis contenta quæcumque in Vrbe, ac Statu prædictis ab omnibus, & singulis, ad quos quomodolibet spectat, & in futurum spectabit, perpetuò obseruari mandēt, & faciant, & pro omnium, & singulorum præmissorum inuiolabili obseruatione contra inobedientes, & præmissis in aliquo contrauenientes, & alios, quos opus erit, omnibus iuris & facti remedijs opportunis similiter manu regia, & via exequutiua, ac omni & quacumque appellatione remota, procedant.

Contrariorum derogatio.

§.9. Non obstantibus nostra de non tollendo iure quæsito, ac alijs Constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac omnibus illis, quæ Sixtus, & Clemens, ac Paulus prędecessores prædicti in dictis Constitutionibus, & Nos in litteris nostris voluimus non obstare, cæterisq. contrarijs quibuscumque.

Forma, & effectus publicationis.

§.10. Vt autem præsentes omnibus innotescant, volumus & Apostolica auctoritate pariter decernimus, quòd illæ in valuis Ecclesiæ Lateraneñ, & Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, necnon in acie Cãpi Floræ publicentur, & affigantur, quæ postquam sic affixæ, & publicatæ fuerint, quoscumque tàm in Romana Curia & Statu prædicto, quàm extra eos existentes perinde obligent & arctent, ac si vnicuique eorum nominatim, & personaliter intimatæ fuissent.

Exemplorũ fides

§.11. Quòdq. earum exemplis, etiam impressis, manu Notarij publici, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsismet præsentibus haberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ.

Sanctio pœnalis.

§.12. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ præfixionis, præcepti, declarationum, iniunctionis, mandatorum, voluntatis, & decretorum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Dat. P.a.s. die 27. Septembris.

Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem Anno Incarnationis Dominicæ 1627. quinto Kal. Octob. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Publicatio in Vrbe.

Anno à Natiuitate Domini Nostri IESV Christi 1627. Indict. 10. Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D.N.D. Vrbani diuina prouidentia Papæ Octaui anno eius quinto, die verò quinta mensis Octobris, retroscriptæ litteræ Apostolicæ publicatæ, & affixæ fuerunt ad valuas Principis Apostolorum de Vrbe, Sancti Ioannis Lateraneñ, & in

in acie Campi Floræ per nos Paulum Bartoccium & Augustinum de Bolis Apostolicos Cursores.

Matthias Magister.

LXXIII.

Erectio Congregationis super Confinibus Status Sedi Apostolicæ mediatè & immediatè subiecti, cum deputatione illius Præfecti & Consultorum, & facultatibus eisdem concessis.

Sixtus V. prohibuit alienari bona in forenses: & Castra, aliaq. bona iurisdictionalia tam in forenses, quàm in subditos absque Sedis Apostolicæ licentia, vt in eius Const. 3. Solicitudo. sup. tom. 2. pag. 488. Quam prohibitionem innouarunt Clem. viij. in Constit. 78. Romanum. tom 3. pag. 121. Et Paul. V. Constit. 10. Pastorale. hic sup. pag. 18. Et pariter iste Pont. eas confirmauit, declarauit, & ampliauit in Constit. Decens. sup. At cum multæ alienationes contra prædictas Constitut. factæ fuissent, ex sua benignitate præfixit partibus terminũ ad eas reuocandum absque pœnarum incursarum inflictione, vt in Const. præced. Sedes. Sed cum Sanctitati suæ hoc quoque parum profuisse innotuisset, hanc Congregationem erigit, & instituit.

Edita A. D. 1627. VRBANVS EPISC. SERVVS SERV. DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

DEbitum Pastoralis officij Nobis meritis licèt imparibus diuina dispositione commissi mentem nostram continua pulsat instantia, vt ad ea quæ nostræ, & Sedis Apostolicæ Ciuitatum, Oppidorum, & locorum, aliorumq. bonorum, Confinium, & terminorum manutentionem, & conseruationẽ, ac illorum incolarum nostrorum, & dictæ Sedis subditorum securitatem, & tranquillitatem concernunt, etiam per nouarum Congregationum præmissis sedulò vigilantium erectionem procuranda, opem, & operam, quantum Nobis ex alto conceditur, efficaces impendamus, aliasq. desuper disponamus, prout ad Cameræ nostræ, & subditorum eorumdem vtilitatem, & Status nostri Ecclesiastici tuitionem conspicimus in Domino salubriter expedire.

Sixt. V. Clem. VIII & Paul. V. ediderunt Constitutiones citatas in Rubr. quas iste Pont. innouauit, & extendit, vt in Cõst. pariter cit. in Rubr.

§. 1. Nuper siquidem ex præmissis, & certis alijs tunc expressis rationibus, & causis adducti, ac Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum vestigijs inhærentes, vnã à fel. rec. Sixto V. sub Kalendis Iulij Pontificatus sui anno primo, qua cauetur, ne bona in forenses, & Castra, aliaq. iurisdictionalia tam in forenses quàm in subditos absque Sedis Apostolicæ licentia alienentur, ac aliã à piæ mem. Clem. VIII. sub pridie nonas Iulij Pontif. sui anno 10. prædicta Sixti innouatoriam, ac extensiuam, ac reliquam perpetuò valituras constitutiones à recol. me. Paulo etiam V. Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris sub 12. Kalen. Decembris Pontif. sui anno 13. respectiuè datas, editas, ac prædictas Sixti, & Clementis prædecessorum etiam innouatoriam, & declaratoriam non tantum Apostolica auctoritate perpetuò approbauimus, confirmauimus, & innouauimus, sed etiam ad Castra diruta, Tenutas, prædia etiam non iurisdictionalia in confinibus loci iurisdictionalis, & ad bona in nostro, & S. R. E. statu, ac confinio Principum exterorum sita, illorumq. locationes, ac census annuorum super præmissis impositiones, & impositorum venditiones dicta auctoritate etiam perpetuò extendimus, & ampliauimus, prout in nostris desuper sub Dat. Kalen. Iunij Pontif. nostri anno 4. confectis litteris plenius continetur.

Causa erectionis huius Congregationis.

§. 2. Verùm quia sicut Nobis postea non sine graui animi nostri mœrore innotuit, variæ impunè contra Constitutionum, & Litterarum prædictarum tenores factæ fuerunt alienationes, & nisi in præmissis aliquod opportunum remedium adhibeatur, periculum est, ne temporis progressu, & varietate iurisdictio aliqua vsurpetur, & termini, seu fines iurisdictionales confundantur, seu confusioni, & vsurpationi huiusmodi occasio præbeatur.

Erectio Cõgregationis de Confinibus Status Ecclesiast. Sedi Apost. mediatè, & immediatè subiecti nuncupandæ.

§. 3. Nos in præmissis quantum cum Domino possumus, opportunè prouidere volentes, ac Constitutionum & Litterarum huiusmodi, à quibus per præsentes recedere non intendimus, sed in earum primæuo robore eas perpetuò remanere volumus, totos, & integros tenores etiam veriores, ac datas perinde ac si de verbo ad verbum insererentur, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, Motu proprio non ad alicuius Nobis desuper oblatę petitionis instantiam, sed ex certa scientia, meraq. deliberatione nostris, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, Congregationem de Confinibus Status Ecclesiastici Nobis, & Sedi Apostolicæ mediatè, & immediatè subiecti nuncupandam, quæ vni ex eiusdem S. R. E. Cardinalibus, qui Præfectus, & alijs partim ex sacra Consulta Status huiusmodi, partim ex Camera Apostolica prædicta, necnon etiam aliqui-

bus alijs insignibus à Romano Pontifice pro tempore existente seligendis viris, qui Consultores dictæ Cōgregationis respectiuè existant, constare debeat.

Facultates ipsius Congregationis.

§.4. Et apud quam, ac Præfectū, & Cōsultores huiusmodi omnes, & singulas venditiones, permutationes, alienationes, & quascumque alias dispositiones contra, vel præter renorem, & formam dd. Constitutionum, & Litterarum factas ac faciendas, tàm partibus instantibus quàm ex officio cognoscendi, examinandi, ac prout eis visum fuerit in toto, vel in parte cassandi, annullandi, aut nullas declarandi, moderandi, restringendi, reuocandi, confirmandi, & approbandi, aut de nouo concedendi, & dubitationes quascumque super eisdem Constitutionibus & Litteris causa, & occasione alienationum huiusmodi ortas, vel oriundas tollendi, declarandi & decidendi, nec non controuersias, & lites quascumque siue inter Nos Sedem, & Cameram Apostolicam, & quascumque personas tàm sæculares, quàm Ecclesiasticas cuiuscumque dignitatis, gradus, ordinis, status, conditionis, & præeminentiæ, etiam de quibus specialis, & indiuidua mentio facienda foret, & quascumque Ciuitates, Castra, Oppida, Vniuersitates, Collegia, Monasteria, & loca etiam pia, & religiosa, regularia, & sæcularia, etiam exempta quouis nomine nūcupata; siue etiam inter easdem personas, Ciuitates, Collegia, Monasteria, & loca prędicta motas, seu mouendas, ac omnes, & singulas alias causas Ciuiles, & Criminales, & Capitales, ac mixtas audiendi, cognoscendi, & quoad Criminales, dummodo sententiam sanguinis per seipsos non ferant, absq; alicuius irregularitatis incursu definiendi, & decidendi; & confines quoscumque Status huiusmodi, & singularum illius Ciuitatum, Oppidorum, Terrarum, & quorumuis aliorum locorum inuisendi, declarandi, pouendi, & amonendi, perturbantes, occultantes, amouentes, incidentes, aut ponentes terminos, seu aliàs quomodolibet, & qualitercumque in & super confinibus, & terminis, & circa confinia, seu ab eis dependentia, annexa, vel connexa delinquentes, aut aquas in vel propè confinia quomodolibet deriuantes, aut ab eisdem amouentes, aut ædificium quouis nomine nuncupatum construentes, & quamcumque seruitutem prope vel in confinibus imponentes ciuiliter, & dummodo sēntentiam sanguinis, vt præfertur, per se ipsos non ferant, criminaliter eorum arbitrio, omni, & quacumque appellatione remota, puniendi, vel cuiuscumque personæ sibi bene visæ etiam in dignitate Ecclesiastica non constitutæ, quæ tamen à Præfecto, & Consultoribus huiusmodi ad id idonea iudicata fuerit, causas huiusmodi committendi, siue eam in toto, vel in parte cum ijsdem facultatibus subdelegandi; ac vnum, vel plures Commissarios, vel Notarios ad capiendas informationes, conficiendosque processus quando, quoties, ac cum quibus opus fuerit, & ad confines inuisendos, illorumq. plantas, & descriptiones conficiendas cum prouisionibus, salarijs, atque expensis per Præfectū, & Consultores prædictos declarandis, ac per locorum communitates, atque alios interesse habentes, vel etiam per nostram Cameram arbitrio ipsorum Præfecti, & Consultorum persoluendis, transmittendi, & deputandi, ac personis quibuscumque in vel prope confinia Status prædicti habitantibus pro cōfiniū huiusmodi defensione arma quacumque (nō tamen breuioris mensuræ) deferendi simili arbitrio licentiam concedendi, necnon omnes, & singulas causas, lites, controuersias, & quæstiones de & super Cōfinibus, vel eorum annexis, seu connexis principaliter vel secundario vt præfertur motas, & mouendas à nostris Sacræ Consultæ, Boni Regiminis, & Aquarum, & alijs quibuscumque Tribunalibus, Iudicibus, Præsidentibus, Gubernatoribus etiam Vrbis, necnon Cameræ Apostolicæ generali, & Sacri Palatij Apostolici causarum Auditoribus nostris etiam, & dictæ Sedis de latere Legatis tàm ex officio, quàm ad partiū istantiam reassumendi, & auocandi, citandi, & inhibendi etiam sub censuris, & pœnis pari arbitrio imponendis, moderandis, & applicandis, & illas sic reassumptas, & auocatas, & omnes, & quascumque alias præmissa quomodolibet concernentes summariè, simpliciter, & de plano sola facti veritate inspecta, ac manu regia, & sine strepitu, & figura iudicij similiter quacumque appellatione remota cognoscendi, seu eisdem Congregationibus, Tribunalibus, Legatis, Iudicibus, & alijs personis eidem Congregationi bene visis remittendi, & committendi cum ijsdem facultatibus etiam simili arbitrio, & respectiuè cū participatione tamen nostra, & non aliàs, ea omnia agendi, & gerendi, quæ super Confinibus, Territorijs, & alienationibus, venditionibus, permutationibus præmissisq. omnibus, & singulis, & circa ea Nos, & Sedes Apost. facere possemus, quæq. pro nostrorum subditorum quiete, & dicti Status conseruatione necessaria, seu quomodolibet opportuna per eos respectiuè indicabuntur etiam priuatiuè ad Congregationes, Tribunalia, personas,

sonas, & Iudices prædictos, & alios etiam quomodolibet qualificatos siue incidenter siue principaliter agatur, plena, libera, & absoluta potestas residear, Apostolica auctoritate prædicta earumdem tenore præsentium similiter perperuò erigimus, & instituimus.

Deputatio Præfecti, & Consultorũ Congregationis.

§. 5. Ac in Congregationis sic erectæ, & institutæ pro eius felici regimine, & administratione dilectos filios nostrum Martium S. Mariæ Nouæ Diaconum Cardinalem Ginettum nuncupatum Præfectum, Stephanum vero Duratium nostrum & Cameræ Apostolicæ Thesaurarium generalem, & Ioannem Beninum eiusdem Cameræ Clericum, ac Franciscum Vitellium Sacræ Consultæ prædictæ Prælatum, necnon etiam pro tempore existentem eiusdem Consultæ Secretarium, ac Antonium Cerrum nostri Consistorij, Cameræ, & Fisci Aduocatum, & Cæsarem Raccagnum eiusdem Cameræ Apostolicæ Commissarium generalem, & Felicem Contelorium Bibliothecæ nostræ Vaticanæ, & illius, ac Io. Baptistam Confalonerium in Theologia Magistrum Arcis S. Angeli Archiuiorum Custodes Sedis Apostolicæ Notarios in Consultores, & eumdem Felicem in Secretarium eisdem auctoritate, & tenore constituimus, & deputamus.

Clausulæ præseruatiuæ.

§. 6. Decernentes præsentes litteras de subreptionis vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostræ, vel quopiam alio defectu notari, vel impugnari nunquam posse, sed illas semper, & perpetuò validas, & efficaces fore, suosq. plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, illasq. sub quibusuis reuocationibus, suspensionibus, derogationibus, alijsq. contrarijs, etiam totum tenorem continentibus dispositionibus minimè comprehendi, sed semper ab illis excipi; & quoties illas reuocari, vel limitari, aut suspendi, seu eis derogari contigerit, toties in pristinum statum restitutas, repositas, & plenariè reintegratas, ac de nouo concessas esse, & fore.

Clausula sublata. Præceptum obseruantiæ, & executionis huius Cõst.

§. 7. Sicq. & non aliàs in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque Iudices ordinarios, vel delegatos quauis auctoritate fungentes etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac eiusdem S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos, & Vicelegatos, dictæq. Sedis Nuncios sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicañ & interpretañ facultate, & auctoritate, vbique & in quacumque instantia iudicari, & diffiniri debere; irritum quoque & inane quicquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 8. Mandantes propterea prædictis ac pro tempore existeñ Præfecto, necnon Consultoribus dictæ Congregationis, & eorum singulis, vt præsentes nostras litteras obseruent, & exequantur, ac faciant ab alijs, quãtum in eis erit, omnibus opportunis iuris, & facti remedijs firmiter, & inuiolabiliter obseruari.

Derogatio cõtrariorum. Hæc Pij IV. cõst. est inp. to. 3. 20. 2 pag. 252.

§. 9. Non obstañ quatenus opus sit nostra de Iure quæsito non tolleñ. ac similis me. Pij Papæ Quarti etiam prædecessoris nostri de similibus, seu alijs gratijs interesse Cameræ prædictæ quomodolibet concerneñ in eadem Camera registrandis, & insinuandis, itaut præsentes absque alia in eadem Camera admissione, & registratione validæ sint, suumq. debitum sortiantur effectum, alijsq. Apostolicis etiam in Prouincialibus, Synodalibus, & vniuersalibus Concilijs editis specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ac Cameræ & Consultæ huiusmodi, aliarumq. Congregationum, seu Tribunalium, si quæ sint; necnon Vrbis, Ciuitatum, Terrarum, Oppidorum, Villarum, & locorũ quorumcumque etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis Cameræ, Consultæq. ac Congregationibus, seu Tribunalibus huiusmodi, etiam super Iure similes causas etiam priuatiuè, quod alios cognoscendi, & terminandi, ac Communitatibus, Vniuersitatibus, Baronibus, & alijs quibusuis, etiam Motu simili, etiam consistorialiter, aut aliàs in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, & innouatis: quibus omnibus, etiam si aliàs pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumq. totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata, inserti forêt, eisdem, præsentibus etiam pro plenè & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter & expressè harum serie derogamus, cæterisq. contrarijs quibuscumque.

Transumptorum fides.

§. 10. Volumus autem quod earumdem præsentium transumptis, etiam impressis manu alicuius Notarij dictæ Cameræ Apostolicæ subscriptis, ac Capitis seu Præfecti, vel alicuius ex modernis, & pro tempore existeñ Consultoribus huiusmodi sigillo munitis

nitis, eadem prorsus, tàm in iudicio, quàm extra illud in omnibus & per omnia fides adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Sanctio pœnalis. §. 11. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ erectionis, institutionis, constitutionis, deputationis, decreti, mandati, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurũ.

Dat. P. A. 5. die 1. Octobris. Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem Anno Incarnationis Dominicæ 1627. kalen. Octobris, Pontificatus Nostri Anno Quinto.

LXXIV.

Concessio recitandi Officium, & celebrandi Missam de Beata Rita de Cassia Ordinis Eremitarum S. Augustini pro vniuersi Ordinis prædicti Frattibus, & Monialibus vbique terrarum, & pro alijs in tota Spoletaña Diœcesi.

Edita A.D. 1627. & 1628.

VRBANVS PAPA VIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium. IN supremo Apostolatus solio, meritis licèt imparibus, diuina dispositione constituti, ad ea, per quæ feruotum, & ancillarum Christi bonos & veneratio in terris promoueatur, iuxta creditum Nobis desuper Apostolatus officiũ, libenter intendimus, pijsque Christifidelium, præsertim sanctimonialium, votis peculiarem erga illos cultum & venerationem respicientibus benignè annuimus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

Supplicatio facta Pont. pro facultate de qua in Rubr. §. 1. Sanè nomine dilectarum in Christo filiarum Priorissæ & Monialium Monasterij Beatæ Ritæ Ord. Sancti Augustini de Cassia Spoletañ diœc. Nobis nuper expositum fuit, quòd ipsæ pro eo, quem erga dictam Beatam Ritam de Cassia gerunt deuotionis affectum, Officium & Missam de ea, vt infra, recitari, & celebrari posse summopere desiderant. Quare Nobis humiliter supplicari fecerunt, vt de opportuna in præmissis licentia prouidere de benignitate Apostolica dignaremur.

Quam Pont. concedit. §. 2. Nos igitur pijs Priorissæ, & Monialium præfatarum votis huiusmodi, quantum cum Domino possumus, annuere, illasque specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volẽtes, & earum singulares personas à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsq. ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis, à iure vel ab homine quauis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutas fore censentes, supplicationibus illarum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium sacris Ritibus præpositorum consilio, Vt de dicta Beata Rita in tota diœc. Spoletañ, ac ab omnibus vtriusque sexus dicti Ordinis Religiosis vbique existentibus Officium, & Missa tamquam de communi nec Virginis, nec Martyris iuxta Rubricas Breuiarij, ac Missalis Romani, ac Breuiarium ipsius Ordinis à Sede Apostolica approbatum respectiuè recitari, & celebrari liberè, & licitè possit, & valeat, Apostolica auctoritate tenore præsentium licentiam, & facultatem impartimur.

Contraria remouet. §. 3. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisq. contrarijs quibuscumque.

Transũptis fidem dari mandat. §. 4. Volumus autem quòd præsentium transumptis etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides vbique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Dat. P. A. 5. die 2. Octobris. Datum Romę apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris, die ij. Octobris 1627. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Sequitur extensio supradictæ concessionis pro confluentibus vbique terrarum ad Ecclesias prædicti Ordinis, & in tota Spoletana Diœcesi, ad omnes Ecclesias.

Edita A. D. 1628.

VRBANVS PAPA VIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

Recenset indulti concessionem in preced. Constitutionem. NVper pro parte dilectarum in Christo filiarum Priorissæ, & Monialium Beatę Ritæ de Cassia Ordinis Sãcti Augustini Spoletañ diœc. Nobis exposito, quòd ipsæ pro eo, quem erga Beatam Ritam gerebant, deuotionis affectu, Officium, & Missam de ea recitari, & celebrari posse desiderabant; Nos earũ hac in parte supplicationibus inclinati, de Veñ fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium sacris Ritibus præpositorum consilio, vt de dicta Beata Rita in tota diœcesi Spoletañ, ac ab omnibus vtriusque sexus dicti Ordinis Religiosis vbiq; existentibus Officium, & Missa tamquam de communi nec Virginis, nec Martyris iuxta Rubricas Breuiarij, & Missalis Romani, ac Bre-

Breuiarium ipsius Ordinis à Sede Apostolica approbatum respectiuè recitari, & celebrari liberè, & licitè posset,& valeret, Apostolica auctoritate licentiam, & facultatē impartiti sumus, prout in nostris desuper in simili forma Breuis expeditis litteris, quarum tenorem præsentibus pro expressis haberi volumus, pleniùs continetur.

Quam nunc extēdat vt in Rubr.

§. 2. Nunc autem dilectorum filiorum Prioris generalis, & Fratrum totius Ordinis huiusmodi, necnon Priorissæ, & Monialium præfatarum supplicationibus Nobis denuò humiliter porrectis inclinati, de eorumdem Cardinalium consilio, vt in die festiuo de eadem Beata Rita Missa tamquam de communi nec Virginis, nec Martyris iuxta Rubricas Missalis Romani huiusmodi ab omnibus presbyteris sæcularibus ad omnes totius Ordinis præfati, ac dioec. Spoletan. Ecclesias confluentibus celebrari liberè similiter, & licitè possit, & valeat, eadem auctoritate tenore præsentium licentiam, & facultatem impartimur.

Obstantia tollit.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Transumpt. fidem iubet.

§. 4. Volumus autem, quòd præsentium transumptis etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus vbique fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur,si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P.A. 5. die 4. Februarij.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die 4. Februarij 1628. Pontificatus Nostri Anno V.

LXXV.

Confirmatio, & Innouatio Constitutionis Pij Papæ V. contra Monetarios, eiusdemque ad quascumque personas Ecclesiasticas sæculares, ac cuiusque Ordinis, necnon etiam Militiarum Regulares ampliatio, & extensio.

Pij V. Constitutio, quam Pont. hic innouat, ac extendit, est sup. num. 111. Cum nil magis. tom. 2. pag. 316.

VRBANVS EPISC. SER. SERVV. DEI *Ad perpetuam rei memoriam.*

Edita A. D. 1627.

Proœmium.

IN suprema Pastorali specula meritis licèt imparibus à Domino constituti vt noxia ab eius Grege arcentes, eiusdem salutari regimini prospiciamus, non sine magno animi mœrore videmus,eò nostri temporis iniquitates esse progressas, vt ij, quibus onus incumberet pacē euangelizandi, & caritate proximum prosequendi, suæ vocationis immemores, à cupiditatum vortice abrepti, adulterinæ monetæ crimen perpetrare, siue perpetrantibus opem præstare non erubescant, nec reformident. Quare Prædecessorum nostrorum constitutiones desuper editas innouantes, extendentes, & ampliantes huiusmodi perditorum hominum, quos suæ existimationis consideratio in officio nō continet, condigna pœnarum seueritate temerarios,& nefarios ausus intendimus coercere.

Pius V edidit cōstit. contra monetarios indicatam in Rubrica.

§. 1. Cum itaque fel. rec. Pius Papa V. prædecessor noster attendens, quòd licèt monetarum aurearum tonsoribus de iure vltimi supplicij esset inflicta pœna, argenteas tamen monetas tondentibus satis minor erat imposita omnes eos, qui argenteas tonderent, vltimi supplitij, & eadem, qua aurearum tonsores eatenus puniti fuerant, & de iure puniri debebant, pœna puniendos esse statuerit, prout in cedula Motus proprij manu eiusdem Pij prædecessoris subscripta plenius continetur.

Eam iste Pont. approbat, & innouat.

Nos Motu proprio, ac ex certa scientia, meraque deliberatione nostris, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine hac nostra perpetuò valitura constitutione, statutum, voluntatem, & mandatum Pij prædecessoris præfati tenore præsentium approbamus, confirmamus, & innouamus.

Et ad omnes personas Eccl. sæculares aut Regul. in Italia existentes ampliat.

§. 3. Ac ad omnes, & singulas personas Ecclesiasticas, etiam quomodolibet exemptas tàm sæculares, quàm cuiusuis Ordinis, Congregationis, Societatis, & Instituti etiā de necessitate exprimendi, necnon Militiarum quarumcumque, etiam Hospitalis Sancti Ioannis Hierosolymitani regulares non solùm in Statu Ecclesiastico mediatè, vel immediatè Nobis, & Sedi Apostolicæ subiecto, sed etiam in omnibus, & singulis Prouincijs, Regnis, Ciuitatibus, Terris, Oppidis, Castris, & locis in Italia dumtaxat existentibus, qui aureas, vel argenteas monetas tondere, fabricare, colorare, vel aliàs adulterare, seu etiam quomodolibet adulteratas scienter erogare, aut exponere præsumpserint, extendimus, & ampliamus.

Ita delinquentes præuia degradatione Curiæ sæculari tradi iubet.

§. 4. Volentes, vt culpabiles in præmissis reperti, præuia degradatione Curiæ sæculari puniendi tradantur.

Monetam seu opē ad præmissa præstantibus pœnas imponit.

§. 5. Pecunias verò sic, vt præfertur, adulteratas scienter detinentibus, seu de loco ad locum trasferentibus, aut materiam, instrumenta, siue opem ad præmissa præstantibus,

pœnam

pœnam terminū per decennium imponimus.

§. 6. Et cognitionem causarum huiusmodi, quoad personas Ecclesiasticas præfatas tàm sæculares, quàm regulares in Prouincijs Nobis, & Sedi præfatæ subiectis, ad Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales in eisdem Prouincijs de latere Legatos, & Prolegatos pro tempore existentes; in alijs verò omnibus, & singulis Prouincijs, Regnis, Ciuitatibus, Oppidis, Castris, & locis tàm sub nostra, & dictæ Sedis, quàm cuiusuis alterius Principis ditione, in Italia tantùm comprehensis, priuatiuè quoad omnes etiam Superiores Religiosorum, ipsisque Superioribus penitùs exclusis, ad Ordinarios locorum spectare etiam volumus. Mandantes propterea Venerabilibus Fratribus nostris Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, singulis videlicet in suis Ciuitat. & Diœces. & quoad loca intra fines alicuius Diœcesis, non tamen de Diœces. existentia, ipsarum Diœcesum, intra quarum fines eadem loca existerint, quo verò ad ea, quę extra fines alicuius Diœcesis consistunt, vicinioribus eorumdem locorum Ordinarijs, quatenus ad instantiam cuiusuis fisci, vel etiā cuiusuis denunciatoris causarum huiusmodi cognitiones, suscipientes, præuia etiam auocatione à quibusuis alijs, in causis ipsis modo præmisso procedant, omnibus iuris, & facti remedijs opportunis, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, brachij sæcularis auxilio.

Iudices huiusmodi causarum deputat.

§. 7. Inhibentes insuper tàm Decanis, & Capitulis Ecclesiarum Cathedralium, Metropolitanarum, & Patriarchalium, necnon quorumuis Ordinū, & Locorum Regularium Societatum, & Institutorum, ac etiam Hospitalis præfatorum Superioribus, Conuentibus, & Fratribus quarumuis exemptis, ne sub priuationis beneficiorum, & officiorum per eos respectiuè obtentorum, ac inhabilitatis ad alia in futurum obtinenda, vocisque actiuæ, & passiuæ, nec non excommunicationis latæ sententiæ eo ipso incurrendis pœnis, Legatos, & Prolegatos, ac Ordinarios locorum, vt præfertur procedentes, quoquomodo impedire, molestare, aut perturbare audeant, vel præsumant, ac etiam mandantes, vt quoties ad id fuerint requisiti, religiosos ipsos, etiamsi Superiores alicuius loci regularis actu fuerint, ipsis Legatis, Prolegatis, & Ordinarijs vel alijs quibus ijdē Legati, & Ordinarij mādauerint, cōsignēt cū scripturis, & actis, si quæ facta fuisse reperiātur.

Cognitionem huiusmodi causarum superioribus penitus adimit.

§. 8. Sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Iudices ordinarios, delegatos, & commissarios, & etiam Cameræ prædictæ Clericos, Præsidentes, necnon causarum Palatij Apostolici, & Curiæ eiusdē Cameræ generalem Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerarium, & alios Cardinales, etiam de latere Legatos, necnon Vicecamerarium iudicari, & diffiniri, ac interpretari debere, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter Iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ac irritum, & inane quidquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Ita iudicari decernit.

§. 9. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon Prouinciarum, Regnorum, Ciuitatum, Terrarum, Oppidorum, Locorum, Ecclesiarum, Monasteriorum, Militiarum, Hospitalium, etiam S. Ioannis præfatorum, & aliorum religiosorum, ac piorum locorum, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis eisdem Prouincijs, Regnis, Ciuitatibus, Terris, Oppidis, Locis, Ecclesijs, Monasterijs, Hospitalibus, & Militijs etiam S. Ioannis, vt præfertur, & alijs religiosis, & pijs locis, Vniuersitatibus, Capitulis, Superioribus, & personis in contrarium quomodolibet concessis, ac etiam pluries, & iteratis vicibus approbatis, confirmatis, & innouatis, quibus omnibus, & singulis, etiamsi de illis eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, eorum omnium tenores ac si de verbo ad verbum insererentur, præsentibus pro expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad effectum præsentium dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Contraria remouet.

§. 10. Volumus autem, quòd præsentes in valuis Ecclesiæ Lateranen. & Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, necnon Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ publicentur, & affigantur, quæ postquā sic affixæ, & publicatæ fuerint, post duos menses à die publicationis huiusmodi computandos, quoscumque tàm in Statu nostro, quàm extra eum vbique locorum; in Italia tamen existentes, perinde arctent, & afficiant, ac si vnicuique nominatim, & personaliter intimatæ fuissent.

Publicatione in Vrbe omnes in Italia existentes afficiat.

§. 11. Quòdque earum exemplis etiam impressis, manu Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica

Exemplorū fides.

siastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ iisdem præsentibus haberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Decretū pœnale

§. 12. Nulli ergò omnino hominum liceat hanc paginam approbationis, confirmationis, innouationis, extensionis, ampliationis, impositionis, voluntatum, derogationis, mandatorum, & decreti nostrorum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorū Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Dat. P.A 5. die 10 Nouembris.

Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo sexcentesimo vigesimo septimo, Idus Nouēbris, Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Publicatio.

Anno à Natiuitate Domini Nostri Iesu Christi Millesimo sexcentesimo vigesimo octauo, Inditione vndecim, die verò vigesima octaua mensis Ianuarij Pontificatus Sanctissimi D. N. D. Vrbani Diuina prouidentia Papæ Octaui Anno eius Quinto, retroscriptæ litteræ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Basilicarum Sancti Ioannis Lateranēsi, & Principis Apostolorum de Vrbe, Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, dimissis ibidem præsentibus litteris per aliquod temporis spatium appensis, & deinde amotis, vt moris est, per nos Augustinum de Bolis Romanum, & Brandimartem Latinum Apostolicos Cursores.

Matthias Spada Magister.

LXXVII.

Prohibitio transeundi ab Ordine Fratrum Reformatorum B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum, ad Fratres Calceatos eiusdem Ordinis, absque Romani Pontificis expressa licentia;

De Fratribus B. Mariæ de Mercede, & toto eorum statu vide indicata ad Const. 9. Gregor. IX. Deuotionis sup. tom. 1. pag. 57. Et priuilegia eidem Ordini concessa nouissimè confirmauit iste Sanctiss. Pont. inf. Const. 94. Ex clementi.

Edita A.D. 1627.

VRBANVS PAPA VIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

INiuncti Apostolici muneris ratio postulat vt Religiosorum virorum, qui spretis huius sæculi vanitatibus, diuini numinis obsequijs sub suaui Religionis iugo se se mancipaurunt, paternam curam gerentes, ea statuamus, & decernamus, per quæ prospero, felicique eorum statui, & directioni opportunè consulatur, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

Causa istius Cōst.

§. 1. Cum itaque sicut dilecti filij Vicarius, & Prior generalis Fratrum Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum Reformatorum nuncupatorum, Nobis nuper exponi fecerunt, nonnulli ex Fratribus huiusmodi aliquando nullis, aliquando verò leuibus ex causis, nulla tamen super hoc ab Apostolica Sede obtenta licentia, ad Fratres Ordinis Calceatos nuncupatos se transferre procurauerint, & in dies procurent, non sine Regularis obseruantiæ detrimento, ac Fratrum tàm Calceatorum, quàm Reformatorum prædictorum inquietudine.

Prohibitio transitus de quo in Rubrica.

§. 2. Nos pro nostri Pastoralis officij debito, præmissis quantum Nobis ex Alto conceditur obuiam ire, prosperoque Fratrum eorumdem statui, & quieti consulere volentes, supplicationibus Vicarij, & Procuratoris generalium huiusmodi Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati. Quod de cœtero perpetuis futuris temporibus, nulli Fratrum Reformatorum huiusmodi absque speciali nostra, & Sedis Apostolicæ licentia ad Fratres Calceatos prædictos quouis prætextu aut ex quauis quantumuis iusta, legitima, & priuilegiata causa sub apostasiæ, & infamiæ perpetuæ notæ, necnon excommunicationis, ac priuationis vocis actiuæ, & passiuæ pœnis ipso facto absque vlla declaratione incurrendis transire.

Prohibitio ne Fratres Calceati huius Ordinis huiusmodi transeuntes recipiant.

§. 3. Minusque Fratribus Calceatis prædictis illorumque Superioribus eosdem Fratres Reformatos sic vt præfertur de facto transeuntes, etiamsi nouam professionem regularem emiserint, sub priuationis suorum officiorum, ac excommunicationis pœnis huiusmodi etiam, vt præfertur incurrendis recipere, vel retinere vllo modo liceat, sed Fratres Reformati prædicti, qui secus fecerint cum primum desuper moniti fuerint nulla mora, aut excusatione, vel appellatione etiam ad Nos, seu Sedem Apostolicam interpositis ad suam propriam Congregationem redire, & suorum Superiorum correctioni se submittere, Fratres verò Calceati, seu illorum Superiores huiusmodi ipsos Fratres Reformatos de facto transeuntes, vt præfertur ipsorum Reformatorum Superioribus, seu ab eis deputandis, statim absque Iudicis ministerio tradere, & consignare debeant, & teneantur, Apostolica auctoritate tenore præsentium declaramus.

Decer-

niti debere, ac irritum, & inane quidquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Cõtrarijs derogat.

§. 6. Non obstan. præfati Gregorij prædecessoris, alijsque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Exemplis fidem in hoc.

§. 7. Volumus autem, quòd præsentium transumptis, etiã impressis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus vbique fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitę, vel ostensæ.

Dat. V Ap. die 17. Februarij.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die xvij Februarij 1628. Pontificatus Nostri Anno V.

LXXIX.

Ampliatio Constitutionis à Clement. VIII. contra non promotos ad sacrum Presbyteratus ordinem, sacramentales confessiones audientes, aut Missam celebrantes, Curiæ sæculari præuia degradatione tradendos editæ, ad omnes etiam minores vigintiquinque annis, dummodo vigesimum ætatis annum compleuerint.

Clement. VIII. Constitutionem editam contra hos nefarios homines habes sup. tom. 3. nu. 81. pag. 138. vbi notauit Genitor meus.

Edita A. D. 1627.

VRBANVS PAPA VIII

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Apostolatus officium, cui meritis licèt imparibus, disponente Deo, præsidemus, à Nobis postulat, vt quantum Nobis ex alto conceditur, delinquendi fiduciam compescamus in ijs præsertim, quorum eo sacrilega processit audacia, vt se beneficio minoris ætatis, spretis Apostolicis constitutionibus, confoueant in delictis, quorum statutis pœnis se idcirco iactant minimè subiacere.

Clemens 8 edidit Const. 81. sup. t. 3. p. 138.

§. 1. Aliàs siquidem à felicis recordationis Clemente Papa VIII. prædecessore nostrò emanarunt litteræ tenoris subsequentis; videlicet. Clemens Papa VIII. Ad perpetuam rei memoriam. Etsi aliàs felicis recordationis Paulus Papa III. &c.

Omittitur residuum, quia ista Const. est sup. t. 3. pag. 128. num. 81.

Nonnulli non minore ætate putant in d. Const. incidisse, parui pendunt.

§. 2. Cum itaque sicut accepimus, nonnulli priuilegio minoris ætatis nimis temerè confisi, & legum indulgentia freti, pœnas à d. Clementis prædecessoris constitutione in huiusmodi delinquentes statutas paruipẽdere præsumant.

Quare Pont. decla rat ætate 25. annis non excusari, dummodo 20. annum cõpleuerint.

§. 3. Nos desiantes, & quantum in Nobis est, cohibere volentes impiam, & nefariam horum temeritatem, qui atrocissimo hoc scelere Catholicam veritatem, quæ solos Presbyteros dictorum Sacramentorum ministros esse docuit, facto impugnant, negotio huiusmodi in Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium generalium Inquisitorum coram Nobis habita, maturè discusso, inhærentes constitutioni prædictæ, alijsque decretis per fel. record. Paulum IV. & Sixtum V. Romanos Pontifices prædecessores nostros contra similia perpetrantes editis, eaque etiam ad effectum prædictum matura deliberatione, deque Apostolicæ potestatis plenitudine ampliantes, & extendentes hac nostra perpetuò valitura constitutione statuimus, & decernimus, vt de cætero perpetuis futuris temporibus, qui imposterum ad sacrum Presbyteratus Ordinem non promotus Missam celebrare, aut sacramentalem confessionem audire præsumpserit, ætate minoris annis vigintiquinque non excusetur, quominus eidem Clementis constitutioni subijciatur, dummodò vigesimum suæ ætatis annum compleuerit.

Sicque delinquentes Regulares, et sęculares Curiæ sæculari plectendos tradi mandat.

§. 4. Ipseque non promotus sic delinquens, nulla habita consideratione pręfatæ minoris ætatis, siuè Laicus, siuè Clericus sæcularis, aut cuiusuis Ordinis, Congregationis, Societatis, etiam de necessitate exprimendæ regularis, aut cuiusuis alterius Instituti, etiam quantumuis exempti, & priuilegiati, Nobisq; & Apostolicæ Sedi immediatè subiecti, necnon Militiarum quarumcumque etiam Sancti Ioannis Hierosolymitani fuerit, tradatur Curiæ sęculari pœnis debitis plectendus.

Ita iudicari decernit.

§. 5. Sicque & non aliter per quoscumq; sanctæ Inquisitionis Iudices, & Inquisitores, etiam generales Sanctę Romanæ Ecclesiæ Cardinales, & locorum Ordinarios, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Quocirca omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore quomodolibet spectabit, in virtute sanctæ obedientiæ districtè præcipiendo mandamus, quatenus statutum, decretum,

 & consti-

& constitutionem hanc nostram inuiolabiliter obseruent, & obseruari faciant.

Contrarijs derogat.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac in Concilijs, etiam generalibus, editis, etiam in corpore Iuris clausis, necnon Legibus, Statutis, Decretis, Consuetudinibus, & Priuilegijs, ad fauorem minorum vigintiquinque annis, quomodolibet, & vbicumque locorum editis, ac aliàs in ipsorum fauorem facientibus, Apostolica etiam confirmatione, ac iuramento, &seu quauis firmitate alia roboratis. Quibus omnibus, & singulis, illorum ten. præsentibus pio sufficienter expressis, & ab verbum insertis habentes, specialiter, & expressè derogamus, cæterisq; contrarijs quibuscumque.

Hanc Constitutionem iuxta formam Clem. s. publicari præcipit.

§. 7. Volumus autem, harum litterarum publicationem, & affixionem fieri iuxta formam in prædicta Clementis constitutione præscriptam, easque publicatas, & affixas omnes intra Vrbem, & extra tàm citra, quàm vltra montes, & mare post tempus in ipsa Clementis constitutione præfixum arctare, & afficere, ac si cuilibet personaliter intimatæ fuissent.

Transumptis fidē iubet.

§. 8. Mandamus pariter, vt earumdem transumptis etiam impressis, manuque Notarij publici subscriptis, & sigillo Officij Sanctæ Romanæ Inquisitionis, vel alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem, quæ præsentibus hisce adhiberetur fides, adhibeatur.

Dat. 7. a.5. die 23. Martij.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die xxiij. Martij 1628. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Publicatio.

Anno à Natiuitate Domini Nostri Iesu Christi Millesimo sexcentesimo vigesimo octauo, Indictione vndecima, die verò decima Septembris, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Vrbani Diuina prouidentia Papæ Octaui Anno eius Sexto, retroscriptæ litteræ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Basilicarum Sancti Ioannis Lateranēn, & Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie Campi Floræ, dimissis præsentibus litteris per aliquantulum temporis spatiū, vt moris est, affixis, ac deinde amotis, postea earumdem exempla etiam impressa, & affixa relicta fuerunt per nos Francifcum Pignoccatum, & Camillum Fundatum Sanctiss. D. N. Papæ Cursores.

Brandimarttes Latinus Sanctiss. D. N. Papæ Cursor, pro Mag. DD. Cursorum.

LXXX.

Confirmatio, & innouatio Regulæ Cancellariæ, Decreti Cameræ Apostolicæ, & Constitutionum Iulij III. quoad fructus Beneficiorum Ecclesiasticorum inexatos.

Hanc Iulij III. Constitutionem habes sup. t. 1. num. 7. Cum sicut, pag. 697. vbi vide.

Edita A. D. 1628

VRBANVS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Æternus rerum Conditor, cuius iudicia Abyssus multa, sacrosanctum Apostolicæ seruitutis officium Nobis ad hoc licèt immeritis demandare voluit, vt speculatores domus Israel, quæ est Ecclesia sua sancta, ab eo constituti, inter cæteras eiusdem seruitutis curas, boni Patrisfamilias exemplò prouideamus, vt non modo Ecclesiarum omnium, & personarum eis in diuinis deseruientium idemnitati iugiter consulatur, verùm etiam Cameræ Apostolicæ iura, sarta, tectaq; omni sollicitudine præseruentur, & vnicuique, quod suum est, æqua lance tribuatur: ea verò Nobis vt sublatis impedimentis quibuslibet faciliùs succedere valeant, Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum constitutiones desuper editas & libenter innouamus, & si quæ super illis, ac etiam à Nobis ea de re emanatis regulis, siue litteris Apostolicis dubia oriri noscuntur, opportunæ declarationis ministerio remoueamus, vt etiam hac ratione nostram eidem Ecclesiæ sanctæ operam, quantum Nobis ex Alto conceditur, non inutilem faciamus.

Reuocauit Pontifex facultates disponendi de fructibus certis, vel incertis beneficiorum per regulas Cancellariæ vt in Rubrica notatur.

§. 1. Aliàs siquidem per regulas Cancellariæ Apostolicæ per Nos in crastinum assūptionis nostræ ad summi Apostolatus apicem editas omnia, & singula facultates, & indulta in ea parte, in qua necdum verè, & realiter suum erant sortita effectum, per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores nostros ad fauorem quarumcumque personarum concessa, quibus eis, vel eorum singulis vllo modo, & ex quauis causa, vel prætextu permittebatur, fructus certos, vel incertos, iura, obuentiones, & emolumenta quæcumque quorumlibet beneficiorum per eos obtentorum anticipatis solutionibus vltra vnum annum elocare, & arrendare, ac ad firmam, vel annuam responsionem concedere, seu eos, & ea ad fauorem quarumcumque personarum obligare, vel hypothecare, in solutū dare, aut de eis quomodolibet, & ex quauis causa disponere

pro

pro tempore ad vitam beneficiatorum, & ad tempus, quo beneficia huiusmodi obtinuissent, minimè restricta, nec coarctata, inter alia reuocauimus, cassauimus, & annullauimus.

Et deinde per aliamCōst. vbi sup. indicat. reuocauit indulta in praeiudicium Cam. apost. concessa excepta secularere testandi & ab intestato succedendi.

§. 2. Ac deindè per nostras sub plumbo sub datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem, Anno Incarnationis Dominicae MDCXXIV. xj. Kal. Nouembris Pontificatus Nostri Anno II. expeditas litteras, licèt post generalem gratiarum, & indultorum in praeiudicium Camerae, & Sedis Apostolicae per eosdem Praedecessores nostros quomodolibet concessorum reuocationem, facultates testandi, & ab intestato succedendi, quibusuis etiam per Nos concessas excepe-rimus.

Nihilominus super indulti super uacantia d. regulā seruandā esse declarauit.

§. 3. Nihilominus mentis, & intentionis nostrae fuisse, & esse declarauimus, praedictae Regulae Cancellariae super reuocatione indultorum superuenientiae, vt praefertur per Nos editae, nullatenus per easdem litteras nostras praeiudicare, quinimò eamdem regulam quoad omnia in illa comprehensa, ac omnes, & quascumque personas quauis dignitate, etiam Cardinalatus fulgeñ confirmauimus, & quatenus opus esset, innouauimus, & extendimus, ac aliàs prout in dictis litteris, quarum tenores praesentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur.

Ob dubie postea, quorta resolutum fuit in plena Camera, quod à regula reuocare intelligatur facultates testandi de fructibus etiam non exactis, & super hac resolutione decretum Camerae emanauit.

§. 4. Cum autem sicut accepimus, pro interesse successorum in beneficijs Ecclesiasticis, & seu respectiuè Camerae nostrae à nonnullis in dubium reuocato, an regula nostra praedicta facultates, ab eisdem praedecessoribus nostris quomodolibet concessas, & emanatas testandi, quoad Ecclesiarum, & beneficiorum fructus inexactos, reuocaret, in eadem plena Camera nostra Apostolica sub die xiij Ianuarij 1625. resolutum fuit, facultates testandi, in ea parte, in qua concedi-rur facultas disponendi de fructibus non exactis, per praedictam regulam nostram esse reuocatas, & super resolutione huiusmodi decretum Camerale emanauerit, eiusdem decreti obseruātia, & executione etiam subsecutis, & pariter ex eo quod in facultatibus testañ, & de bonis disponeñ, ac ab intestato succedendi per Nos ab indè citra concessis, expressa constitutionum etiam declaratoriarum fel. rec. Iulij Papae III. etiam praedecessoris nostri super fructibus inexactis aliàs in fauorem Ecclesiarum, & beneficiorum, ac eis successorum, & respectiuè Camerae nostrae Apostolicae editarum derogatio, cum diuersis, & praegnantibus clausulis, etiam derogatoriarum derogatorijs apposita fuit, à nonnullis praetendatur, regulae, & constitutioni nostris huiusmodi, resolutionique, & Decreto Cameralibus praedictis sufficienter derogatum, ac proinde successoribus in beneficijs, & Ecclesijs, & respectiuè Camerae praedictis, quoad fructus inexactos huiusmodi praeiudicium illatum fuisse.

Nunc Regulā Cācell. Constit. resolutioné, & decretū praedicta approbat. confirmat, ac etiam sui t. indicatam in Rubrica

§. 5. Nos omnem in praemissis dubitandi, seù haesitandi materiam e medio tollere, necnon Ecclesiarum, & beneficiorum, in eisque successorum, ac etiā respectiue Camerae praedictorum iudemnitati consulere volentes, & quarumcumque litterarum Apostolicarum tàm in forma Breuis, quàm sub plumbo super facultatibus testandi, disponendi, & ab intestato succedendi, & aliàs quomodolibet expeditarum, ac quarumcumque aliarum concessionum, & gratiarum desuper quomodolibet factarum veriores, & totos tenores, necnon alia quaecumque etiam hic forsan de necessitate exprimenda, praesentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine hac nostra perpetuò valitura constitutione easdem nostras Cancellariae Apostolicae regulam, & constitutionem, praedictamque resolutionem Cameralem, ac decretum desuper emanatum huiusmodi, necnon ipsas dicti Iulij praedecessoris Constitutiones in fauorem Ecclesiarum, & beneficiorum, in eisque successorum, ac Camerae Apostolicae respectiue super fructibus inexactis huiusmodi editas, & de ijs quomodolibet disponentes tenore praesentium perpetuò approbamus & confirmamus illasque & earum quamlibet quoad fructus inexactos huiusmodi in fauorem Ecclesiarum, & beneficiorum, in eisque successorum, & respectiuè Camerae nostrae Apostolicae praedictae innouamus.

Insuper declarat nō fuisse, nec esse nec fore intentionis suae, in huiusmodi cōcessionib. praedicta Cōst & Decr. derogare.

§. 6. Insuper Motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus declaramus, & in verbo Rom. Pontificis attestamur, mentis, & intentionis nostrae nunquam fuisse, nec esse, minusque de caetero fore per quamcumque concessionem, indultum, seu facultatem testandi, & disponendi, ac ab intestato succedendi, vel transmittendi etiam Motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, ac etiam consistorialiter, & per modum Indulti, seu legis generalis, vel aliàs quomodolibet à Nobis emanatam, & pro tempore emanandam praedictis regulae, & constitutioni nostris, nec resolutioni, & decreto Cameralibus, illorumque obseruantiae, minusque Constitutionibus d. Iulij praedecessoris huiusmodi

iusmodi, quoad dd. fructus inexactos, etiamsi affictus, & emolumenta quæcumque inexacta huiusmodi deberentur ratione fructuum recollectorum, & in horreo reconditorum ac etiam consumptorum, derogare, nec aliquod eis præiudicium vllo modo inferre, quinimò easdem nostras regulā, & constitutionem, decretumque, & resolutionem Cameræ prædictæ, ac dicti Iulij prædecessoris Constitutiones per Nos, vt præfertur approbatas, confirmatas, & respectiuè innouatas de cætero perpetuis futuris temporibus, quoad fructus quarumcumque Ecclesiarum, & beneficiorum quomodolibet qualificatorum, & quocumque nomine nuncupatorum inexactos huiusmodi inuiolabiliter obseruari, ac omnimode executioni demandari debere, etiamsi in prædictis indultis, licentijs, seu facultatibus testandi, vel aliàs quomodolibet disponendi, & ab intestato transmittendi, vel succedendi, hactenus etiam per Nos concessis, & de cætero etiam per successores nostros Romanos Pontifices, etiam Motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, vel aliàs quomodolibet concedendis clausula prædictæ regulæ nostræ reuocatoriæ præseruatiua, siue quoduis aliud Decretum, sub quacumque verborum forma, & expressione conceptum, de eadem regula præseruanda apposita, & appositum respectiuè non fuerit.

In huiusmodi indultis apponatur, & ac apposita intelligatur clausula præseruatiua iurium Cam. apost. Ecclesiar. Beneficior. & in eis successorum.

§. 7. Omnes verò, & singulas licentias, indulta, & facultates testandi, & aliàs quomodolibet disponendi, vel ab intestato transmittendi, & succedendi tàm à Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, & à Nobis hactenus quomodolibet concessas, & emanatas, quam in futurum etiam à successoribus nostris prædictis etiam Motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concedendas, & emanandas in fauorem quarumcumque personarum etiam speciali, & indiuidua mentione, & expressione dignarū cuiuscumque qualitatis, status, gradus, & conditionis sint, vel fuerint, & quacumque dignitate etiam Cardinalatus fulgeant censendas, haben, & intelligen esse, censerique haberi, & intelligi debere, perindè, ac si in eis, & quacumq; illarum parte apposita esset clausula omnium, & singulorum iurium prædictorum dictæ Cameræ Apostolicæ, ac respectiuè Ecclesiarum, & beneficiorum, in eisque successorum præseruatiua, verbis infrascriptis, siue æquipolentibus concepta, videlicet (Saluis semper, & in suo robore permanentibus prædictis regula, & Constitutionibus, resolutioneque, & decreto Camerali super ipsius regulæ declaratione die xiij. Ianuarij MDCXXV. emanatis, quibus omnibus nullo modo intēdimus derogare.)

Nec per quascūq. clausulas intelligatur derogatum præmissis Cōst. Decreto &c. neque hunc sanctionem.

§. 8. Præterea etiam decernimus nunquā de cætero in quibuscumque concessionibus, & dispositionibus, indultis, facultatibus, & gratijs etiam, Motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, etiam quorum ten. &c. & quascumque aliàs clausulas etiam derogatoriarum derogatorias habentibus, ac etiā per viam legis, vel indulti generalis etiam consistorialiter, & aliàs quomodolibet sub quibuscumque ten, & formis per Nos, & quoscumque successores nostros huiusmodi concedendis, seu à Nobis, vel illis emanandis nunquam præmissis omnibus, & singulis censeri in aliquo præiudicatum, nec derogatum, nisi in eorum quolibet fuerit expressè, & dispositiuè, non autem per clausulas generales idem importantes, & seu euentualiter præsenti nostræ constitutioni derogatum.

Clausulæ præseruatiuæ.

§. 9. Præsentes verò litteras omniaque, & singula in eis contenta quæcumque etiam ex eo, quod in præmissis, seu eorum aliquo interesse haben, seu habere quomodolibet prætendentes eis nullatenus consenserint, nec ad ea vocati, & auditi, minusque causæ propter quas eædem præsentes emanarint, adductæ, verificatæ, seu aliàs iustificatæ fuerint, nullo vnquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, nullitatis, seu inualiditatis vitio, aut intentionis nostræ, vel alio quopiam defectu etiam quātumuis magno, inexcogitato, & substantiali, siue etiam ex eo, quod in facultatibus testandi, ac aliàs de rebus, & bonis disponendi quibusuis etiam S. R. E. Cardinalibus à Sede Apostolica, vel aliàs quomodolibet ex quacumque causa etiam fauorabili, publica, & pia, etiam ratione consanguinitatis, vel affinitatis inter concedentem, & priuilegiatum existentis, ac aliàs quouis modo etiam consistorialiter concessis caueatur expressè, quòd illis vti intuitu, & in remunerationem laborum, & onerum quorumcumque, vel ratione legationum, aliorumque officiorum etiam Romanæ Curiæ, & dignitatum quarumlibet etiam speciali nota & expressione dignarum, ac aliàs ex titulo, & causa merè onerosis, & aliàs quouis modo attributis nullatenus, vel nonnisi sub certis modo, & forma tunc expressis derogari valeat, ac in præmissis, seu eorum aliquo solemnitates & quæuis alia seruanda, & adimplenda, seruata, & adimpleta non fuerint, aut ex quouis alio capite à iure, vel facto, seu statuto, & consuetudine aliqua resultante, seu etiam enormis,

mis, enormissimæ, & totalis læsionis, etiam quoad quoscumque ipsorum priuilegiatorũ creditores, etiam quantumlibet priuilegiatos, aut quocumque alio colore, & titulo etiam in corpore iuris clauso, seu occasione vel causa etiam quantumuis iusta, rationabili, & priuilegiata, etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessariò exprimẽda foret, aut quòd de voluntate nostra huiusmodi, ac alijs superiùs expressis, seu relatis nihil vllibi appareret, seù aliter probari posset, notari, impugnari, inualidari, retractari, in ius, vel cõtrouersiam reuocari, aut ad terminos iuris reduci, vel aduersus illas restitutionis in integrum, aperitionis oris, reductionis ad viã, & terminos iuris, aut aliud quodcumque iuris, gratiæ, vel iustitiæ remedium impetrari, seu etiam Motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus concedi, aut sic impetrato, vel concesso quempiam vti, seu se iuuare in iudicio, vel extra posse, neque ipsas præsentes sub quibusuis similiũ, vel dissimilium gratiarum reuocationibus, suspeñ, limitationibus, aut alijs contrarijs dispositionibus pro tempore quomodolibet faciendis comprehendi sed semper ab illis exceptas; perpetuòque validas, & firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac per omnes, & singulos ad quos spectat & quomodolibet spectabit in futurum inuiolabiliter obseruari.

Clausula sublata.

§. 10. Sicque, & non aliter in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, & S.R.E. Cardinales, ac Camerariũ, & Thesaurarium Cameræ, necnon Præsidentes, & Clericos Cameræ nostræ Apostolicæ in quauis causa, & instãtia, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicañ, & interpetañ facultate, & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere, irritumque, & inane quidquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariorum derogatio.

§. 11. Non obstañ quatenus opus sit nostra de iure quæsito non tolleñ, alijsque Cancellariæ Apostolicę regulis, necnon quibusuis constitutionibus, & ordinationibus etiam Apostolicis, ac iuramento vel alia quauis firmitate roboratis statutis, vsibus, stylis, & consuetudinibus etiam immemorabilibus, necnon litteris facultatum testandi, aliàsque de rebus, & bonis disponendi per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac etiam Nos quibusuis personis etiam S. R. E. Cardinalibus, sub quibuscumque testi, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, etiam Motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, etiam in remunerationem laborum, & damnorum passorum, ac ratione officiorum, & dignitatum, necnon ex titulo, & causa merè onerosis, & aliàs cum quibusuis efficacioribus clausulis, & decretis, priuilegijs quoque indultis, alijsque litteris Apostolicis in contrarium, vt præmittitur, & aliàs quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis: Quibus omnibus, & singulis etiamsi pro sufficienti eorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seù quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi ac si specificè, & sigillatim expressi, & inserti forent, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, ad effectum omnium, & singulorum præmissorum, specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Huius Const. publicatio, & effectus.

§. 12. Vt autem præsentium litterarum notitia ad omnes deueniat, volumus, quod illæ, siuè earum exempla ad valuas Basilicarum Sancti Ioannis Lateraneñ, ac Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie Campi Floræ affixæ seu affixa omnes ita arctent, & afficiant perinde, ac si vnicuique personaliter intimatæ, vel intimata fuissent.

Transumptor. fides

§. 13. Quodque earumdem præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica cõstitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio & extra adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. R. A. 5. die 5. Aprilis

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die 5. Aprilis 1628. Pontificatus Nostri Anno V.

Publicatio.

Anno à Natiuitate Domini Nostri Iesu Christi Millesimo sexcentesimo vigesimo octauo, Indictione vndecima, die verò decima mensis Iunij, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Vrbani Diuina prouidentia Papæ Octaui, Anno eius Quinto, supradictæ litteræ Apostolicæ, seu Constitutiones affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Basilicarum S. Ioannis Lateraneñ, & Principis Apostolorum de Vrbe, ac in Acie Campi Floræ, dimissis ibidem præsentibus litteris per aliquantulum temporis spatium affixis, & deinde

amotis; postea earumdem exempla etiã impressa, & affixa, vt moris est, per nos Franciscum Pignoccatum, & Camillum Fundatum Sanctiss. D. N. Papæ Cursores.

Brandimartes Latinus pro D. Mag. DD. Cursorum.

LXXXI.

De electione Priorum Prouincialium, ac celebratione Capitulorum Prouincialium, necnon de modo regendi, & gubernandi Prouincias Fratrum Discalceatorum Ordinis Eremitarum Sancti Augustini Congregationis Italiæ.

Vide de his Fratribus notata ad Constit. 63. Clemen. VIII. *sup. tom. 3. pag. 89. Et ad Const. 3. Greg. XV. Pastoralis hic sup. pag. 56. vbi notaui.*

Edita A.D. 1628

VRBANVS PAPA VIII.
Ad futuram rei memoriam.

Aliàs iste Pont. diuisit Congr. istam in quatuor Prouincias deputauitque earum Prouinciales sup. in cõst. 58. Ad Vberes.

Aliàs pro parte dilecti filij Basilij à Sanctissima Trinitate Vicarij generalis Congregationis Fratrum Ordinis Eremitarum Sancti Augustini Discalceatorum nuncupatorum Italiæ Nobis exposito, quòd Cõgregatio ipsa quamplures domus regulares per vniuersam Italiam habebat, ita vt solus per seipsum commodè eas regere, & gubernare nequiret, proindeque earumdem domorum vtilitati maximè consultum iri existimabat, si eadem Congregatio in Prouincias, vt infra diuideretur. Nos supplicationibus eiusdem Basilij Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Congregationem prædictam in quatuor Prouincias videlicet Romanam, Neapolitanam, Ianueñ, & Siciliæ Apostolica auctoritate perpetuò diuisimus, & separauimus, necnon pro ea prima vice vsque ad proximè futuri Capituli generalis eiusdem Congregationis celebrationem tantum, & non vltra in Romanæ Victorium ab Epiphania, in Neapolitanæ Simeonem à Cruce; in Ianueñ Valerianum à S. Augustino; ac in Siciliæ Prouinciarũ huiusmodi Prouinciales Ioannẽ Baptistam à S. Francisco de Paula Ordinis, & Congregationis huiusmodi professores dilectos filios sub vno ipsius Congregationis Vicario generali, ac cum priuilegijs, gratijs, indultis, facultatibus, iurisdictione, & auctoritate sub certis modo, & forma tunc expressis dicta auctoritate creauimus, constituimus, & deputauimus, & aliàs prout in nostris desuper in simili forma Breuis expeditis litteris, quarum teñ præsentibus pro expressis habere volumus, pleniùs continetur.

Sed quia ind. cõst. neque in statutis ordinis de modo Priores Prouinciales eligendi &c. nulla fit mentio.

§. 2. Cum autem, nulla in litteris nostris prædictis de modo nouos Priores Prouinciales eligendi, Capitula prouincialia celebrandi, Prouinciasque ipsas regendi, & gubernandi in litteris nostris prædictis, minusque in eorumdem Fratrum constitutionibus ab hac Sancta Sede confirmatis mentio fiat, Capitulum verò generale eorumdem Fratrum in domo regulari eiusdem Congregationis Ciuitatis Neapolitañ Dominica quarta post proximum festum Paschatis Resurrectionis celebrañ sit.

Ideo Pont. illum modo determinat

§. 3. Nos felici eiusdem Congregationis, illisque Fratrum regimini, atque gubernio, quantum cum Domino possumus, consulere, eosdemque Fratres specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, eorumque singulares personas à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis, à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequeñ, harum serie absoluentes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorũ nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati. Quod omnes ipsius Congregationis Vocales pro hac vice dũtaxat in Capitulo generali prædicto Priorẽ generalem, & alios officiales generales, sicut hactenus in eadem Congregatione vsq; in præsentem diem fieri consueuit tam cõstitutionum eiusdem Congregationis quàm declarationum, siue decretorum, à preteritis Capitulis generalibus emanatorum vigore eligere libere, & licitè possint, Apostolica auctoritate tenore præsentium licentiam cõcedimus, & impartimur, ita tamen, vt congregatis in vnum pro celebratione ipsius Capituli generalis Vocalibus prædictis ante quã ad quamlibet electionem deueniatur, per viam constitutionum proponatur, discutiatur, & terminetur modus expediens, & opportunus, qui de cætero in Capitulorum generalium, & prouincialium celebratione, Prioris generalis, & Prouincialium electione seruari omnino debeat, quas quidem constitutiones ad Nos, & hanc Sanctam Sedem deindè trasmitti volumus, vt quid circa illarum confirmationem statueñ fuerit, matura consultatione adhibita, deliberare valeamus.

Alia quoque pro hac vice dumtaxat fieri in Capitulo celebrando concedit.

§. 4. Præterea vt stante temporis huiusmodi angustiæ Capitulum generale prædictum

ctum ad Dei laudem, ipsiusq. Congregationis vtilitatem feliciùs celebretur, quod electis in dicto Capitulo generali prædictę Congregationis Officialibus generalibus, ipsiusque Capituli generalis, quod in ijs, quæ ad Capitula particularia quomodolibet pertinuerint, nullatenus se ingeret, totali celebratione absoluta, vocales vniuscuiusque Prouinciæ nouiter electi, ac etiam ij, quorum officia tunctemporis cessauerint, immediatè in eadem domo regulari, & pro hac vice dumtaxat seorsim, & separatum ab alijs se congregare, suaq. Capitula prouincialia celebrare, Præsidentes, Diffinitores Prouinciæ, Prouinciales, Priores, aliosq. Officiales solitos eligere liberè similiter, & licitè possint, & valeant, itaut vocales vnius Prouinciæ in Officialium quorumcumq; alterius Prouinciæ electione nullatenus interueniát, nec votum ferant, seu aliàs se immisceant, auctoritate, & tenore prædictis facultatem impartimur.

Decretum irritans. §.5. Decernentes præsentes litteras validas, firmas & efficaces existere, & fore, suosq. plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus ad quos quomodolibet spectat, & spectabit in futurum, inuiolabiliter obseruari, & adimpleri debere.

Decretum irritans. §.6. Sicq. & non aliter per quoscumque Indices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatij Apostolici Auditores iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariorum derogatio. §.7. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, Ordinis, & Congregationis huiusmodi, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoq. indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & singulis eorum ten. præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Transumptorum fides. §.8. Volumus autem quòd præsentium transumptis etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Dat. P. a. 5. die 8. Aprilis. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die viij. Aprilis 1628. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

LXXXII.

Indictio vniuersalis Iubilei ad agendas gratias, & diuinam opem in imminentibus Ecclesiæ necessitatibus implorandam.

Vide quæ supra notaui ad Const. 6. Pauli V. Ecce, pag. 9. Et scitu quod anno sequenti validioribus armorum ingruentibus motibus, & periculosius aduersitatibus imminentibus pro pace inter Principes à Deo faciliùs impetranda, aliam concessit Indulgentiam. Plenariam videlicet, vt in Const. sequenti.

VRBANVS PAPA VIII. *Vniuersis Christifidelibus præsentes litteras inspecturis salutem, & Apostolicam benedictionem.* Edita A. D. 1628

Proœmiũ, & causa huius cõcessionis. QVod ab initio Pontificatus nostri precibus, & votis experiuimus, Pater misericordiarum Deus, animi nostri pios affectus respiciens, orthodoxę Fidei hostes non solùm repressit, sed eorum vires attriuit adeò, vt in portu tranquillitatis conquiescere posse videremur. Inimicus tamen humani generis, qui in agro dominico solitus est superseminare zizania, satagit autam vertere in procellam, & inturbare tàm felices progressus nititur. Quamobrem præterita beneficia ab Altissimo obtenta requirũt, vt maiores, quas possumus, gratias ei agamus, & grati animi significationem publicam exhibeamus, & insimul diuinæ Maiestatis suæ thronum adeuntes, pro Sanctæ Ecclesiæ hostium conuersione, eiusdemq. Ecclesiæ exaltatione, & inter Principes Catholicos pace summopere deprecemur; peccata igitur, quæ obicem gratiæ Dei interponunt, ieiunio, fletu, orationibus, & eleemosynis redimamus, vt qui spetantes in se infirmari non patitur, vlterius magnificet nobiscum facere misericordiam, & conuertamur ad illum in toto corde nostro. Hoc autem vt fructuosiùs, & maiori cum spiritus ardore peragatur, ex veteri Ecclesiæ Romanæ omnium Matris, & Magistræ more, in præsentibus necessitatibus, eiusdem Ecclesiæ thesauros, quorum dispẽsatores à Domino constituti sumus, proferre, & largissimè erogare decreuimus.

Hi qui præsentes fuerint processioni à basilica S. Petri ad Ecclesiam S. Spiritus faciendæ, aut dd. ecclesias illas, vel sequ. §.1. Itaque ex parte Omnipotentis Dei Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, omnes & singulos vtriusque sexus Christifideles, tàm in Alma Vrbe nostra, quàm alibi vbicumque loco-

Hebdomada ieiunauerint, ac cōfessi, & cōmunione refecti, & alia ut hic fecerint plenissimam Indulgentiam concedit in Vrbe existentibus.

locorum constitutos Apostolica auctoritate paternè, enixèq. requirimus, monemus, & in Domino adhortamur ad infrascripta deuote peragendum, & adimplendum, ac ad Deum Saluatorem nostrum orandum, vt per viscera misericordiæ suæ fidem Catholicam protegere, ab hostium conatibus, & insidijs defendere, hæresim extirpare, Principibus Christianis pacem, & veram concordiam donare, ac præcipuè præsentibus Ecclesiæ necessitatibus subuenire dignetur. Nos enim de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, ex illa ligandi, atque soluendi potestate, quam Nobis Dominus, meritis minimè suffragantibus, contulit, Vniuersis, & singulis Christifidelibus in Alma Vrbe præfata degentibus, qui solemni processioni, quam à Basilica Principis Apostolorum in Vaticano ad Ecclesiā Archihospitalis nostri Sancti Spiritus in Saxia nuncupati de Vrbe Feria Quarta proximæ hebdomadæ Passionis, vna cum Venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, Christianorumq. Regum, & Principum apud Nos, & Apostolicam Sedem Oratoribus, omnibusq. Prælatis, & Proceribus, vniuersoq. Clero, & Populo agemus, interfuerint, aut qui prædicta, vel illam sequenti hebdomada easdem Basilicā, & Ecclesiam saltem semel visitauerint, ibiq. deuotè, vt supra, Deum orauerint, ac feria quarta, & sexta, ac Sabbato eiusdem, vel sequentis hebdomadę ieiunauerint, & peccata sua confessi fuerint, atque in primo die Dominico, vel secundo, seu saltem alio dictarum hebdomadarum die Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum reuerenter sumpserint, & eleemosynas ad libitum, prout caritas singulis suggesserit, fecerint.

Praescribit etiam modū consequendi huiusmodi Iubileum pro extra Vrbem cōmorantibus.

§. 2. Cæteris verò omnibus, & singulis fidelibus extra Vrbem existentibus in quibusuis Ciuitatibus, Terris, & locis, qui processioni ab Ordinarijs locorum, vel eorum Vicarijs, seu Officialibus, vel de eorum mandato, & ipsis deficientibus, per eos, qui ibi curam animarum exercent, prima, vel secunda hebdomada, postquam ad eorum notitiā hæ nostræ litteræ deuenerint, indicendæ, & agendæ interfuerint, vel Ecclesiam, seu Ecclesias per eosdem designandas, saltem semel visitauerint, ibiq. vt supra Deum orauerint, ac feria quarta, sexta, & Sabbato alterius ex duabus hebdomadis, ab eisdem deputandis, ieiunauerint, pariterq. peccata sua confessi, ac sanctissima Communione refecti fuerint, & eleemosynas similiter pro arbitrio suo fecerint, plenissimam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem, sicut in anno Iubilei visitantibus certas Ecclesias intra, & extra Vrbem concedi consueuit, tenore præsentium concedimus, & elargimur.

Ac Nauigantibus & iter agentibus.

§. 3. Nauigantes verò, aut iter agentes, vt cum primum ad sua sese domicilia receperint, suprascriptis omnibus peractis, vt suprà, eamdem Indulgentiam consequi possint, & valeant.

Regularibusq infirmis, carceratis, &c.

§. 4. Regularibus autem personis vtriusque sexus, in claustris perpetuò degentibus, necnon alijs quibuscumque tam laicis, quā Religiosis sæcularibus, seu regularibus in carcere, aut in captiuitate existentibus, vel aliqua corporis infirmitate, seu alio quocumque impedimento detentis, qui supra expressa, vel eorum aliqua præstare nequiuerint, vt confessarius, quem vt infra elegerint, prædicta omnia, & singula, vel eorum aliqua in alia pietatis opera commutare, vel in aliud proximum tempus prorogare possit, eaque iniungere, quæ ipsi pœnitentes efficere poterunt, pariter concedimus, & indulgemus.

Omnibus Christianis facultatem sibi eligendi confessarium approbatum concedit, qui eos absoluat ab omnibus peccatis, & casibus etiam reseruatis, etiā in Bulla Cœnæ Domini contentis.

§. 5. Cupientes autem omnes Christifideles participes fieri huius pretiosissimi thesauri, Vniuersis, & singulis vtriusque sexus tàm laicis, quàm ecclesiasticis sæcularibus, & regularibus cuiusuis Ordinis, Congregationis, & Instituti licentiam concedimus, & facultatem damus, vt sibi ad hunc effectū eligere possint quemcumque Presbyterum Confessarium, tàm sæcularem, quam cuiusuis Ordinis regularem, ex approbatis à locorum Ordinarijs, qui eos ab omnibus excommunicationis, suspensionis, & alijs ecclesiasticis sententijs, & censuris à iure, vel ab homine quauis causa latis, seu inflictis, necnō ab omnibus peccatis, excessibus, criminibus, & delictis quantumuis grauibus, & enormibus, etiam locorum Ordinarijs, siue Nobis, & Sedi Apostolicæ, etiam in litteris die Cœnæ Domini legi solitis contentis, & aliàs per quascumque Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum Constitutiones, quarum tenores præsentibus haberi volumus pro expressis, quomodocumque reseruatis in foro conscientiæ, & hac vice tantùm absoluere, & liberare valeant.

Ac vota omnia, (Religionis, & Castitatis exceptis) commutet.

§. 6. Et insuper vota quæcumque (Religionis, & Castitatis exceptis) in alia pia, & salutaria opera commutare, iniunctis tamen eis, & eorum cuilibet in supradictis omnibus casibus pœnitentia salutari, alijsq. eiusdem Confessarij arbitrio iniungendis.

Qua-

Ordinarij locorũ hoc Iubileum, & hanc Cõſt. publicare faciant.

§.7. Quapropter tenore præſentium in virtute ſanctæ obedientiæ diſtrictè præcipimus, atque mandamus omnibus, & quibuſcumque Venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & alijs Eccleſiarum Prælatis, ac quibuſcumque Ordinarijs locorum, eorumq. Vicarijs, & Officialibus, vel ijs deficientibus, illis, qui curam animarum exercent, vt cum præſentium litterarum tranſumpta, aut exempla, etiam impreſſa acceperint, illa ſtatim abſque vlla mora, retardatione, vel impedimento per ſuas Eccleſias, & Diœc. Prouincias, Ciuitates, Oppida, Terras, & loca publicent, & publicari faciant, & Cleris, ac Populis ſibi ſubiectis ſolemnes proceſſiones, & ſupplicationes indicent, & celebrent, Eccleſiamq. ſeu Eccleſias viſitandas deſignent.

Declarat iſtam Conſt. quoad abſolutiones, & diſpenſationes.

§.8. Non intendimus autem per præſentes ſuper aliqua irregularitate publica, vel occulta, nota, defectu, incapacitate, ſeu inhabilitate quoquo modo contracta diſpenſare, vel aliquam facultatem tribuere diſpenſandi, ſeu habilitandi, & in priſtinum ſtatum reſtituendi, etiam in foro conſcientiæ; Neque etiam ijs, qui à Nobis & Apoſtolica Sede, vel ab aliquo Prælato, ſeu Iudice Eccleſiaſtico excommunicati, ſuſpenſi, interdicti, ſeu aliàs in ſententias, & cenſuras incidiſſe declarati, vel publicè denunciati fuerint, niſi infra tempus celebrationis huiuſmodi Iubilei ſatisfecerint, aut cum partibus concordauerint, vllo modo ſuffragari poſſe, aut debere.

Contraria tollit.

§. 9. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, præſertim quibus facultas abſoluendi in certis tunc expreſſis caſibus ità Romano Pontifici pro tempore exiſtenti reſeruatur, vt nec etiam ſimiles, vel diſſimiles Iubilei, Indulgentiarum, ac facultatum huiuſmodi conceſſiones, niſi de illis expreſſa mentio, aut ſpecialis derogatio fiat, cuiquam ſuffragari queant, necnon regula noſtra de non concedendis Indulgentijs ad inſtar, ac quorumcumque Ordinum, & Congregationum, ſiue Inſtitutorum regularium iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel alia quauis firmitate roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque, Indultis, & litteris Apoſtolicis eiſdem Ordinibus, & Congregationibus, atque Inſtitutis quomodolibet conceſſis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi de illis, eorumq. totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & indiuidua, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, aut expreſſio habenda, vel quæuis alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, illorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis, ac formam eorum traditam pro ſeruata habentes, hac vice ſpecialiter, & nominatim, & expreſſè ad effectum præſentium derogamus, cæteriſq; contrarijs quibuſcumque.

Tranſumptis fides iubet.

§.10. Vt autem præſentes noſtræ, quæ ad ſingula loca deferri non poſſunt, ad omnium notitiam faciliùs deueniant, volumus vt earumdem præſentium tranſumptis, vel exemplis, etiam impreſſis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis vbique locorum, & gentium eadem prorſus fides habeatur, quæ haberetur ipſis litteris, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. P. a. 5. die 8 Aprilis.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die 8. Aprilis 1628. Pontificatus Noſtri Anno V.

Sequitur Conceſſio Indulgentiæ Plenariæ, pro ijſdem neceſſitatibus validius ingruentibus, auertendis.

VRBANVS PAPA VIII.

Edita A.D. 1629.

Vniuerſis Chriſtifidelibus præſentes Litteras inſpecturis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Exordium, & cauſa huius conceſſionis, & hortatio ad populũ ad illam aſſequendam.

VOtis, & precibus pro ſanctæ Eccleſiæ hoſtium conuerſione, eiuſdemq. Eccleſiæ exaltatione, & inter Principes Catholicos pace impetranda à Domino, in ſuperioris anni quadrageſimali ieiunio euixè precati ſumus. Nunc autem periculoſius aduerſitatibus imminentibus, & validioribus armorum ingruentibus motibus, ad immenſam eius miſericordiam, publicis etiam precibus indictis, denuò confugiendum eſſe duximus, ſperantes fore, vt exaudiat preces noſtras multiplicatis intercesſionibus, is qui dixit, Conuertimini ad me, & ego cõuertar ad vos. Quapropter reuertamur ad illum, & hoc præſertim acceptabili tempore ſcindamus corda noſtra, & proijciamus à nobis præuaricationes noſtras, in quibus præuaricati ſumus, humiliemus illi animas noſtras in ieiunijs, orationibus, eleemoſynis, alijſq. pijs operibus, vt coniunctis pœnitentium ſuffragijs, dirigãtur preces noſtræ, ſicut incenſum in conſpectu ſuo, & quæ ab ineffabili eius clementia petimus, tandem conſequamur. Hoc autem, vt fructuoſiùs, & maiori cum ſpiritus ardore peragatur, ex veteri Eccleſiæ Romanæ omnium Matris, & Magiſtræ more, in præſentibus neceſſitatibus eiuſdem Eccleſiæ theſauros, quorum diſpenſatores à Domino conſtituti ſumus, proferre, & erogare decreuimus.

mus. Itaque ex parte Omnipotentis Dei Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, omnes, & singulos vtriusque sexus Christifideles tàm in Alma Vrbe nostra, quàm alibi vbicumque locorum constitutos Apostolica auctoritate paternè requirimus, monemus, & in Domino adhortamur ad infrascripta deuotè peragendum, & adimplendum, ac ad Deum Saluatorem nostrum orandum, vt per viscera misericordiæ suæ fidem Catholicam protegere, ab hostium conatibus, & insidijs defendere, hæresim extirpare, Principibus Christianis pacem, & veram concordiam donare, ac præcipuè præsentibus Ecclesiæ necessitatibus subuenire dignetur.

Concessio Indulgentiæ plenariæ consequendæ ab ijs, qui demandata in hac Constit. adimpleuerint.

§. 1. Nos enim de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, vniuersis & singulis Christifidelibus in Alma Vrbe prædicta degentibus, qui in vna ex tribus hebdomadis post præsentium publicationem immediatè sequentibus, cæteris verò omnibus, & singulis fidelibus extra eamdem Vrbem existentibus, qui prima, vel secunda hebdomada postquam ad eorum notitiam hæ nostræ litteræ peruenerint (maiori tamen, & Octauæ Paschatis Resurrectionis hebdomadis exceptis) quarta, & sexta ferijs, necnon sabbato ieiunauerint, & quatenus ieiunare non possint, alia pietatis opera arbitrio infrascripti Confessarij fecerint, ac in vno ex diebus huiusmodi, vel sequenti Dominica verè pœnitentes, & confessi Sanctiss. Eucharistiæ Sacramentum sumpserint, & vt præfertur, orauerint, eleemosynamq. arbitrio suo fecerint, necnon processioni à dilecto filio nostro in Vrbe prædicta Vicario in spiritualibus generali in ead. Vrbe in Ecclesia, seu Ecclesijs designandis; extra illam verò ab Ordinarijs locorum, vel eorum Vicarijs, seu Officialibus, aut de eorum mandato, & ipsis deficientibus, per eos, qui ibi curam animarum exercent, in vna ex dictis hebdomadis, respectiuè indicendæ, & in vnaquaque Cathedrali, seu Collegiata, aut his non extantibus, Parochiali, vel Matrice Ecclesia viciniore agendæ, in qua Litaniæ cum solitis precibus, & orationibus, addita tamen oratione, Deus refugium, &c. decantandæ erunt, interfuerint, seu vnam ex dictis Ecclesijs visitauerint, & ibi, vt præfertur, orauerint, Plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino, pro hac vice dumtaxat, concedimus.

§. 2. Infirmis verò, nauigantibus, iter agentibus, in carcere, seu seruitute, aut alio quocumque legitimo impedimento detentis, qui Processioni huiusmodi interesse, aut dictam Ecclesiam visitare nequiuerint, si alia pietatis opera sibi à Confessario ex approbatis ab Ordinario iniungenda, adimpleuerint, ac verè pœnitentes, & confessi, ac sacra Communione refecti, vt præfertur orauerint: regularibus quoq; personis vtriusque sexus, qui Processioni, quoad Moniales, videlicet, in suis Monasterijs, quo verò ad alios regulares ad Cathedralem, seu in eius defectum Collegiatam, aut aliam Ecclesiam maiorem loci respectiuè faciendæ interfuerint, ibiq. similiter verè pœnitentes, & confessi, ac sacra communione refecti, vt præfertur, orauerint, aliaq. præmissa adimpleuerint, vt eamdem Indulgentiam consequantur, etiam concedimus, & indulgemus.

Extensio ad infirmos, iter facientes, carceratos, & c. sub certis modo, & forma.

§. 3. Ac eisdem Christifidelibus tàm laicis, quàm Ecclesiasticis sæcularibus licentiam concedimus, & facultatem damus, vt sibi ad hunc effectum eligere possint quemcumque Presbyterum Confessarium tàm sæcularem, quam cuiusuis Ordinis regularem ex approbatis à locorum Ordinarijs, qui eos ab excommunicationis, suspensionis & alijs ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis, à iure, vel ab homine quauis causa, non tamen iudicialiter, latis, seu inflictis, ac ab omnibus peccatis, excessibus, criminibus, & delictis quantumuis grauibus, & enormibus, etiam locorum Ordinarijs, siue Nobis, & Sedi Apostolicæ reseruatis, non tamen in Bulla die Cœnæ Domini legi solita, contentis, in foro conscientiæ, & hac vice tantùm, iniuncta tamen eis, & eorum cuilibet propter præmissa, pœnitentia salutari, & alijs eisdem Confessarij arbitrio iniungendis, absoluere, & liberare valeat, citrà tamen facultatem dispensandi super aliqua irregularitate publica, vel occulta, nota, defectu, incapacitate, seu inhabilitate, quoquomodo contracta, seu habilitandi, & in pristinum statum restituendi, etiam in foro conscientiæ.

Facultas pro sæcularibus tā laicis, quàm Ecclesiasticis sibi eligendi Confessarium approbatū, vt eos absoluat à casib. non tamen in Bulla Cœnæ Domini reseruatis, cum prohibitione illos habilitandi, &c.

§. 4. Idcirco tenore præsentium in virtute sanctæ obedientiæ districtè præcipimus, atque mandamus omnibus, & quibuscumque Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & alijs Ecclesiarum Prælatis, ac quibuscumque Ordinarijs locorum, eorumq. Vicarijs, & Officialibus, vel ijs deficientibus, illis qui curam animarum exercent, vt cum præsentium litterarum transũpta, aut exempla etiam impressa acceperint, illa statim absque vlla mora, retardatione, vel impedimento per suas Ecclesias, & Diœc. Prouincias, Ciuitates, Oppida, Terras, & loca

Publicatio huius Bullæ facienda ab Ordinarijs locorum.

ea publicent, & publicari faciant, Clerisq. & Populis sibi subiectis priuatas processiones, & supplicationes, vt præfertur, celebrãdas indicant.

Contrariorum derogatio, & exemplorum fides.

§. 5. In contrarium facien. non obstan. quibuscumque. Vt autem præsentes nostræ, quæ ad singula loca deferri non possunt, ad omnium notitiam facilius deueniant, volumus, vt earumdem præsentium transumptis, vel exemplis etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, vbiq; locorum, & gentium eadem prorsus fides habeatur, quæ haberetur ipsis litteris, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. A. 5. die 8. aprilis.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die 1. Martij 1629. Pontificatus Nostri Anno VI.

LXXXIII.

Erectio vnius Cathedræ Eloquentiæ, siue Rhetoricæ in publico Vrbis Gymnasio, pro vno ipsius Rhetoricæ Lectore, & professore, cum annuæ prouisionis assignatione, necnon priuilegiorum, & Indultorum quibus alij dicti Gymnasij Cathedratici gaudent, communicatione; Eiusdemque concessio Augustino Mascardo.

Studium generale in Vrbe cum priuilegijs pro Doctoribus, & Scholaribus instituit Bonif. Octauus vt Const. 9. In supreme tom. 1. pag. 146. Cui consonat Leon. X. Const. 4. Dum suauissimos, d. tom. 1. pag. 472.

Edita A.D. 1628.

VRBANVS PAPA VIII

Ad futuram rei memoriam.

Proœmium.

Militantis Ecclesiæ regimini ab eo, à quo omnis sapientia est, & cum quo illa semper fuit, & est antè æuum, nullo licet meritorum suffragio præpositi, & attentè considerantes, inter cæteras liberales doctrinas, & disciplinas, quibus Iuuentus in publico Almæ Vrbis nostræ Gymnasio instruitur, & eruditur, vt hominis decus est ingenium, sic ingenij lumen esse eloquentiã, quodque Rhetorica docet & iusta persuadere, & horum contraria fugere, operæ pretium Nos facturos existimauimus, si in eodem Gymnasio vna Eloquentiæ, siuè Rhetoricæ Cathedra prouisionis nostræ ministerio erigatur, & instituatur, eique sic erectæ, & institutæ, de tali persona prouideatur, cuius insignis doctrina, & eruditio non modo industria, studio, labore, & diligentia, verùm etiam singulari in Deum pietate comprobetur.

Erectio Cathedræ Rhetoricæ de qua in Rubrica.

§. 1. Motu itaque proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, vnam in præfato Gymnasio Eloquentiæ, siuè Rhetoricæ Cathedrã pro vno ipsius Eloquentiæ, siue Rhetoricæ Lectore, & professore cum omnibus, & singulis priuilegijs, & indultis, etiam speciali nota, & expressione dignis, & aliarum scientiarum, siuè disciplinarum in dicto Gymnasio Cathedratici professores de iure, vsu, statuto, consuetudine, aut ex concessione Apostolica, vel aliàs quomodolibet vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum.

Prouisionis annuæ scutorum 500. assignatio.

§. 2. Necnon prouisione annua scutorum quingentorum monetæ ex ea octingentorum scutorum similium, quam Venerabilis Frater Iulius Archiepiscopus Thessalonicen. vtr Iuris ciuilis in eodem Gymnasio olim professor, & Iubilatus ex concessione Apostolica percipit, postquam tamen per obitum ipsius Iulij Archiepiscopi, seu alias ex eius persona quomodolibet cessauerit, desumenda, & persoluenda, Apostolica auctoritate tenore præsentium erigimus, & instituimus.

Augustini Mascardi in d. Cathedra Rhetoricæ Lectorem deputatio.

§. 3. Insuper dilecti filij Augustini Mascardi Clerici Lunen. Sarzanen. Cubicularij, ac familiaris continui comensalis nostri eximiæ doctrinæ, & spectatæ multarum litterarum scientiæ, atque eruditionis, aliarumq; insignium virtutum, syncerae erga Nos, & hanc Sanctam Sedem fidei, & deuotioni cõiunctarum rationem habentes, Motu, scientia, & deliberatione similibus, Cathedram Eloquentiæ, siuè Rhetoricæ per Nos, vt præfertur, erectam, & institutam, siuè onus scientiam huiusmodi in dicto Gymnasio publicè legendi, docendi, & profitendi eidem Augustino, quoad vixerit, cum omnibus, & singulis honoribus, oneribus, priuilegijs, gratijs, indultis, ac prouisione annua quingentorum scutorum huiusmodi, illi modo, & forma præmissis persoluenda, auctoritate, & tenore præfatis concedimus, assignamus, & demandamus, eumque Eloquentiæ, siue Rhetoricæ in d. Gymnasio professorem quoad vixerit cum honoribus, oneribus, & prouisione præfatis facimus, constituimus, & deputamus.

Executionis pro dictorum manda tum.

§. 4. Mandantes propterea omnibus, & singulis, ad quos spectat, in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub indignationis, aliisque arbitrij nostri pœnis, vt eumdem Augustinum ad Cathedram Eloquentiæ, siue Rhetoricæ præfatam, onusque scientiam huiusmodi pro-

ſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon dictæ Congregationis, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoq; indultis, & litteris Apoſtolicis eidem Congregationi, illiuſque Superioribus, & Fratribus, ac aliàs in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innouatis: Quibus omnibus, & ſingulis, illorum omnium teni præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcumque.

Fides tranſumptorum.

§.9. Volumus autem quòd præſentium tranſumptis etiam impreſſis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides vbique adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ.

Dat. P.A.ſ. die 18 Aprilis.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die 18. Aprilis 1628. Pontificatus Noſtri Anno Quinto.

Sequitur declaratio quæ nominibus officiorum, & dignitatum intelligenda ſint, ac pænarum inflictio eligentibus ac electis contra formam huius Conſtitutionis.

Edita A.D. 1628.

VRBANVS PAPA VIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

Paul.v. indulſit vt in qualibet domo Regulari huius Congr. vnus Confrater ad Sacros Ordines promoueri poſſet, vt in Conſt. 55. ſup. t. 3. pag. 144. Iſtius Clem Cõſt. habes ſup tom 3. nu. 44. pag 59.

§.1. Alias felicis record. Paulo Papæ V. prædeceſſori noſtro pro parte tunc exiſtentis Vicarij Generalis, & Confratrum Congregationis Ioannis Dei expoſito, quòd omnes Domus Regulares Congregationis prædictæ magna incommoda, & damna patiebantur ex eo, quòd quadam Conſtitutione piæ memoriæ Clementis Papæ VIII. etiam prædeceſſoris noſtri ſub datũ die 9. Septemb. 1596. Pontificatus ſui Anno Quinto, inter alia Confratribus dictæ Congregationis aſcenſus ad Sacros Ordines interdictus erat; ſiquidem Presbyteros Sæculares, qui pauperum in domibus prædictis exceptorum confeſſiones audirent, & Sacramenta miniſtrarent, & agonizantium animas omnipotenti Deo commendarent, habere valde diſpendioſum, &, quod deterius erat, dicti Presbyteri Sæculares poſt celebratum ab eis Sacroſanctum Miſſæ Sacrificium, à prædictis Domibus Regularibus pro maiori parte diei, & tota nocte aberant in maximũ animarum dictorum pauperum præiudicium: Idem Paulus prædeceſſor eorum hac in parte ſupplicationibus inclinatus, Quòd in qualibet domo dictæ Congregationis vnus Confrater dumtaxat arbitrio tunc, & pro temporibus exiſtentis eiuſdem Congregationis apud Sedem Apoſtolicam Protectoris ad omnea etiam Sacros, & presbyteratus Ordines promoueri poſſet, ſub certis modo, & forma tunc expreſſis conceſſit, & indulſit.

Et ſic promoti Officiorum d. Congr. adminiſtrationem interdixit.

§.2. Vtq. ſic promoti nullum Officium, munus, aut adminiſtrationem in dicta Congregatione gerere, vel exercere valerent, ſed Miſſis celebrandis, & Sacramentis miniſtrãdis tantummodo vacare deberent, ſtatuit.

Subinde vero iſtẽ Põt. ſtatuit Sacerdotes in d. Congregatione Prælaturas nullatenus obtinere poſſe in Congr. præced.

§.3 Subinde verò Nos proſpero, felicique dictæ Congregationis regimini, quantum cum Domino poſſumus, conſulere volentes, Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, inter alia, voluimus, ac etiam ſtatuimus, quòd eiuſdẽ Congregationis Sacerdotes Prælaturas in ipſa Congregatione nullo modo obtinere poſſent, & aliàs, prout in dictis Pauli prædeceſſoris, ac noſtris in ſimili forma Breuis expeditis litteris, quarum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis haberi volumus, plenius continetur.

Modo ea contra hæc expreſſa.

§.4. Cum autem, ſicut accepimus, nonnulli dictæ Congregationis Superiores, & Sacerdotes prædictas litteras contra verum illarum ſenſum, & diſpoſitionem interpretari non verentes Confratris Maioris, Procuratoris generalis, Conſiliarij, Prouincialis, Vicarij generalis, Prioris, ac Secretarij generalis dignitates, & officia dictæ Congregationis, ſi ad ea aſſumantur, abſque vllo conſcientiæ ſcrupulo ſe recipere, & obtinere poſſe prætendant.

Declarat dignitates ad quas omnino inhabiles eſſe declarat.

§.5. Nos in præmiſſis opportunè declarationis miniſterio, quantum cum Domino poſſumus, prouidere volentes, de Venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinaliũ negotijs Regularium præpoſitorum conſilio, motu, ſcientia, & deliberatione ſimilibus, Confratres Sacerdotes Congregationis huiuſmodi ex forma litterarum prædictarum ad prænominatas dignitates, & officia obtinenda inhabiles eſſe, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium, decernimus, & declaramus.

Electis quoque, ac eligentibus cõtra formam huius Conſt. pœnas apponit.

§.6. Necnon eiſdem Confratribus Sacerdotibus, earumdem tenore præſentium, interdicimus, & prohibemus, ne ad dignitates, & officia huiuſmodi patiantur ſe eligi, vel aſſumi, aut in eis ſe immiſcere quoquomodo: Superioribus verò ne illorum quemquam eligere, vel aſſumere audeant, ſeu præſumant, alioquin Superiores ſic eligentes, vel aſſumentes omnibus officijs, & dignitatibus

obrentis, voceq. actiua, & passiua eo ipso priuari censeantur: Confratres verò Sacerdotes huiusmodi, vt proponitur, electi, vel assumpti à suorum Ordinum executione perpetuò suspensi remaneant.

Aliter iudicandi facultatem tollit.

§. 7. Decernentes, sic, & non aliter in præmissis per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Quibuscumque non obstantibus.

§. 8. Non obstantibus omnibus illis, quæ in dictis litteris concessa sunt non obstare, cæterisq. contrarijs quibuscumque.

Transumptis fidei dari mandat.

§. 4. Volumus autem, quòd præsentium transumptis etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. R. a. s. die 17. Iunij.

Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris, die 17. Iunij 1628. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

LXXXV.

De electione Præfecti Generalis, Consultorum, & Arbitri Congregationis Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis.

Huius Congregationis materiam lege ad Const. 25. Sixti V. Ex omnibus. sup. t. 2. pag. 519. Et etiam huius Pont. Constit. 10. Sacrosanctæ. sup. pag. 226.

Edita A. D. 1628.

VRBANVS PAPA VIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Romanus Pontifex è sublimi militantis Ecclesiæ specula vniuersi gregis Dominici curæ iugiter inuigilans, præcipuas Apostolicæ solicitudinis partes ijs impendere consueuit, vt qui abiectis vanitatibus, huic temporali vitæ renunciarunt, caritatemque sectantes, & spiritualia æmulantes, non solum sibi, sed etiam proximo ad salutem prodesse satagunt, perordinatè, prouideq. constitutam superiorum electionem feliciter regantur, & gubernentur, sublatisq. contentionibus quibuslibet, reddant Domino vota sua, ambulentq. in innocentia vitæ, ac sanctitate, & iustitia coram ipso.

Numerus Prouinciarum, & Officialium in Capitulo generali eligendorum.

§. 1. Cum itaque, sicut accepimus, Congregatio dilectorũ filiorum Clericorum Regularium Congregationis Ministrantium Infirmis in quinque Prouincias, videlicet Romanam, & Hetruriæ insimul, Siculam, Neapolitanam, Bononiẽ, & Mediolanẽ diuisa existat, & in Capitulo generali ipsius Congregationis præter generalem illius Præfectum, quatuor Consultores, duo scilicet Presbyteri, & duo Laici, vnusq. Arbiter, qui in sacro Presbyteratus ordine constitutus esse debeat, eligi consueuerint.

Præfectus generalis ex qua Prouincia, & quo ordine de cætero eligendus.

§. 2. Nos felici, atque prospero Clericorum præfatorum regimini, atque gubernio, quantum Nobis ex alto conceditur, prospicere volentes, Motu proprio, non ad alicuius Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiã, sed ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deq. Apostolicæ potestatis plenitudine, Quòd de cætero perpetuis futuris temporibus succedente muneris Præfecti generalis dictæ Congregationis vacatione, Siciliæ primo, ac subinde Mediolanensis, deinde verò Bononiensis, postea Neapolitañ, demumq. Romanæ, & Hetruriæ Prouinciarum eiusdem Congregationis professores ad munus Præfecti generalis ordine huiusmodi successiuo seruato, dummodo tamen ad illius functionem, siue exercitium habiles, & idonei in ea Prouincia, cui id obtigerit, reperiantur, & sic deinceps alternis vicibus.

Consultores, & Arbiter ex quibus Prouincijs eligendi.

§. 3. Quòdq. in proximè futuro Capitulo generali ipsius Congregationis, è Mediolanẽ, & Bononiẽ duo Laici, è Neapolitañ verò, & Siciliæ duo Presbyteri in Consultores, necnon arbiter pro hac prima vice sursus è Mediolanẽ Prouincijs huiusmodi, in futurum vero ex alijs prouincijs per turnum alternis vicibus, atque ordine successiuo, vt præfatur, eligantur, & assumantur, eligiq. & assumi debeant, ita tamen, vt è duabus illis Prouincijs, ex quibus in vno Capitulo generali duo Presbyteri in Consultores assumpti fuerint, in alio subsequenti non nisi duo Laici, ad officium Consultorum huiusmodi eligi valeant, neque Consultores, & Arbiter eius sint Prouinciæ, ex qua Præfectum generalem eligi contigerit, seruato semper in omnibus præmissis ordine alternatiuæ, tenore præsentium statuimus, & ordinamus.

Decretum præseruatiuum.

§. 4. Decernentes præsentes litteras validas, firmas, ac efficaces existere, & fore, suosq. plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, ad quos spectat, & in futurum quomodolibet spectabit, inuiolabiliter obseruari.

Decretum irritãs.

§. 5. Sicq. per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel igno-

gnoranter corrigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§.6. Non obstan. constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon dictæ Congregationis etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, alijsque litteris Apostolicis eidem Congregationi illiusq. Superioribus, & personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis: Quibus omnibus, & singulis, eorum omnium teñ præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Fides transumptorum.

§.7. Volumus autem, vt præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subsc̃riptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica cõstitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio & extra adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P.A 5. die 29. Aprilis.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die 29. Aprilis 1628. Pontificatus Nostri Anno V.

LXXXVI.

Extensio Indulti recitandi Officium, & celebrandi Missam de Beato Felice de Cantalicio Ordinis Capuccinorum in eius festo ad omnes Sacerdotes ad Ecclesias eiusdem Ordinis confluentes.

Hunc Felicem de Cantalicio beatificauit hic idem Pont. sup. Constit. 48 In specula. pag. 325. vbi notaui.

Edita A. D. 1628.

VRBANVS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Refert dispositionem alterius Const. ab eo editarum, vt notaui in Rubr.

Alias nomine dilectorum filiorum nobilium virorum Maximiliani Bauariæ Sacri Romani Imperij Principis Electoris, & Caroli Lotharingiæ Ducum respectiuè, necnon Francisci à Lotharingia Comitis Vademontanæ, dilectarumq. in Christo filiarum nobilis mulieris Elisabethæ Bauariæ Ducissæ, & Catharinę etiam à Lotharingia Monasterij Sedi Apostolicæ immediatè subiecti Sancti Petri de Romaricomonte Ordinis Sancti Benedicti Nullius, seu Tullesi Diœcesis Abbatissæ, necnon etiam Ministri Generalis, & Fratrum Ordinis Minorum Sancti Francisci Capuccinorum nuncupatorum, Nobis exposito, quòd bo. me. Felix de Cantalicio eiusdem Ordinis, dum vixit, professor, multis, & eximijs virtutum, gratiarum, & miraculorum donis à Dño illustratus fuerat, eaq. propter exponentes prædicti Nobis humiliter supplicari fecerant, vt donec Canonizationis honor dicto Felici de Cantalicio ab Apostolica Sede decerneretur, idem Felix de Cantalicio Beatus nuncupari, Officiumq. & Missa de eo recitari, & celebrari posset. Nos huiusmodi supplicationibus tunc inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus Præpositorum consilio, vt ipse bo. me. Felix de Cantalicio Beatus nuncupari, Officiumq. & Missa de eo tanquam de Communi Confessoris non Pontificis iuxta rubricas Missalis, & Breuiarij Romani eo anno ab omnibus dicti Ordinis Fratribus vbique existentibus, hic autem Romę etiam à Sacerdotibus ad Ecclesias eorumdẽ Fratrum confluentibus, die eorum Superioribus beneuisa, in posterum vero die dumtaxat sui obitus in Ecclesijs Fratrum præfatorũ, videlicet in Nanceij, ac præfato Romaticomontis, necnon Cantalicij Oppidis ab eisdẽ Fratribus tantùm, Romæ vero vbi Corpus eiusdem requiescit, etiam à Sacerdotibus ad Ecclesiam ipsorum Fratrũ confluentibus recitari, & celebrari. Et subinde, vt à Fratribus eiusdẽ Ordinis vniuersis, & singulis vbique existentibus, Romæ autem dumtaxat etiam à Sacerdotibus ad Ecclesiam, vbi eiusdem Beati Felicis Corpus quiescit, confluen in die obdormitionis ipsius Beati Felicis Officium, & Missa de eo, vt præfertur, similiter recitari, & celebrari respectiuè posset, & valeret, licentiam, & facultatem concessimus, & impartiti sumus, prout in diuersis nostris in simili forma Breuis expeditis litteris, quarũ teñ præsentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur.

Nunc ad supplicationem huius Fratrum extendit Se iusmodi Indultum.

§.2. Nunc autem dilecti filij Francisci Genuensis Procuratoris generalis dicti Ordinis, ac Ministri Generalis, & Fratrum præfatorũ nomine Nobis humiliter porrectis supplicationibus inclinati; De eorumdem Cardinalium consilio, vt in die tantùm festi eiusdem Beati Felicis Officium, & Missa de eo tanquam de communi Confessoris non Pontificis, vt præfertur, iuxta rubricas prædictas etiam à Sacerdotibus ad Ecclesias eorumdẽ Fratrum confluentibus recitari, & celebrari respectiuè liberè similiter, & licitè valeat, licentiam, & facultatem Apostolica auctoritate tenore præsentium concedimus pariter, & impartimur.

§.3. Non obstañ Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisq. contrarijs quibuscumque.

Transumptis fides maneat.

§.4. Volumus autem, quòd præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides vbique adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. A. 5. die 15 Martij.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die 15. Martij 1628. Pontificatus Nostri Anno V.

LXXXVII.

De electione Diffinitorum nostræ Congregationis Casinensis, aliàs Sanctæ Iustinæ de Padua, Ordinis Sanctissimi Patris Benedicti, ac de eorumdem vacatione ab Officio; Necnon de auctoritate Dietæ circa depositiones Abbatum, eorumq. mutationes, ac eorum, qui Decanatus munere digni sunt, electionem.

Huius Congregationis materiam plenè indicatam vide ad Const. 1. Iul. II. super Cathedrā tom. 1. pag. 402. Nouissimè autem scito emanasse Decretum à Sacra Rituum Congregatione super vsu Baldachini, & Ministrarum, & aliarum Cæremoniarum ad fauorem Abbatum ipsius Congregationis, relatum, & confirmatum ab ipsomet S. D. N. inf. Const. 101. Exponi.

Edita A.D. 1628.

VRBANVS PAPA VIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Commissi Nobis per abundantiam Diuinæ gratiæ Pastoralis Officij debitum postulat, vt sacrarum Religionum in Ecclesia Dei militantium felici statui, & directioni sedulò intendentes, ea statuamus, & decernamus, quæ prospero illarum regimini, & gubernio conspicimus in Domino salubriter expedire.

Causa illius Constitutionis.

Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filij Abbates Monasteriorum Ordinis S. Benedicti Congregationis Casineñ aliàs S. Iustinæ de Padua, quòd ipsi aliàs de anno proximè præterito in Ciuitate Perusiñ capitulariter cõgregati, considerantes damna, seu inconuenientia, quæ in dicta Congregatione ob nimiam, & ferè absolutam auctoritatem, & potestatem, qua ipsius Congregationis Diffinitorium sua perpetuitate fretum, ac Dieta vtebantur, exorta erant, proindeq. illis, de aliquo opportuno remedio prouideri cupientes, ad Nos, & Apostolicam Sedem desuper recursum habere decreuerunt. Quare Nobis humiliter supplicari fecerunt, quatenus super præmissis opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur.

De electione, duratione, & vacatione Diffinitorū de cætero.

§.1. Nos damnis, & inconuenientibus huiusmodi quãtum cum Domino possumus, obuiam ire, ac Abbates præfatos specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volen, eorumque singulares personas à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequen, harum serie absoluentes, & absolutas fore censen, huiusmodi supplicationibus inclinati. Quod de cætero perpetuis futuris temporibus Diffinitorium eiusdem Congregationis non sit, nec esse possit perpetuum, sed quoad omnes Diffinitores vacabile, ita quod ipsorum Diffinitorum officium sit annale, & vigore cuiuscumque confirmationis vltra biennium non duret, & qui de præsenti Diffinitores existunt, si tempore proximi Capituli generalis eiusdem Cõgregationis, quod vt asserunt, præsenti anno in Ciuitate Parmeñ celebrandum est, eorum, & seu cuiuslibet ipsorum Diffinitorum officium spatio bienni tunc præcedentis durauerit, eorum officium per biennium, vt præfertur obtentum, eo ipso vacet, & vacare censeatur, ijdemq. Diffinitores biennales ad officium Diffinitoris huiusmodi denuò eligi, vel assumi nequeant, nisi postquam per aliud biennium ab eodem officio cessauerint.

De auctoritate Dietæ circa depositiones Abbatū, ac Decanorum electione.

§.2. Quodq. etiam in Dieta dictæ Congregationis nullus Abbas deponi possit, sed id Capitulo generali eiusdem Congregationis omnino relinquatur, & casu quo aliqua vrgens necessitas prouisione indigens occurrat, tunc cognita primum causa, reoq. audito, ad suspensionem administrationis dumtaxat deueniri possit, ac loco Prælati sic suspensi alius deputetur Prælatus, qui tamen ex illis non sit, qui Dietam ex qua iudicium fieri cõtigerit, ingrediuntur: Demum quod in Dieta vllus Abbas in pœnam absque cognitione causæ mutari, seu decreta in Capitulo generali facta annullari, aut Decani sub quouis prætextu creari nullatenus possint.

Contrafacientium pœna.

§.3. Prædictaq. omnia & singula perpetuo sub nullitatis gestorum, excommunicationis latæ sententiæ, priuationis vocis actiuæ & passiuæ, ac officiorum per eos obtentorum, perpetuæq. inhabilitatis ad illa in posterum obtinen pœnis eo ipso incurrendis.

Clausula sublata.

§.4. Sicq. & non aliter in præmissis omnibus, & singulis in prædicta Congregatione per-

perpetuò obseruari, & ita per quoscumque Iudices Ordinarios & delegatos etiam causarum Palatij Apostolici Auditores iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, si quid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, Apostolica auctoritate tenore præsentium statuimus, decernimus, & declaramus.

Deputatio Executorum.

§. 5. Quocirca dilectis filijs nostro Ludouico tituli S. Laurentij in Damaso Presbytero Cardinali Ludouisio nuncupato, moderno, & pro tempore existenti Ordinis, & Congregationis huiusmodi apud Nos, & Apostolicā Sedem Protectori, ac causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ Generali Auditori per præsentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios præsentes litteras, & in eis contentaquæcumque, vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte nunc, & pro tempore existentium Ordinis, & Congregationis huiusmodi Superiorum, aut alius eorum nomine dictæ Congregationis fuerint requisiti, solemniter publicañ, eisq. in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciāt eas, & ea auctoritate nostra ab omnibus inuiolabiliter obseruari, contradictores quoslibet, & rebelles per censuras Ecclesiasticas, & pœnas etiam pecuniarias eorum arbitrio imponeñ, moderañ, & applicañ, aliaq. opportuna iuris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, legitimisque super his habeñ seruatis processibus, ceñ, & pœnas ipsas etiam iteratis vicibus aggrauañ, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus fel. rec. Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri de vna, & in Concilio generali edita de duabus dietis, alijsq. constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon Ordinis, & Congregationis huiusmodi etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis; Quibus omnibus, & singulis, illorum teñ præsentibus pro sufficienter expressis habeñ, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisq. contrarijs quibuscumque. Aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab eadem sit Sede indultum, quòd interdici, suspendi, vel excommunicari nō possint per litteras Apostolicas non facieñ plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mētionem.

Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris, die 4. Maij 1628. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Dat. P. A 5. die 4. Maij.

LXXXVIII.

Confirmatio Constitutionum Vrbanarum Fratrum Minorum Conuentualium Ordinis Sancti Francisci in Capitulo generali dicti Ordinis Anno 1625. celebrato pro feliciori ipsius Ordinis progressu editarū, ac de mandato S. D. N. examinatarum cum annullatione quarumcumq; aliarum Constitutionum prædictis repugnantium.

Istæ Constitutiones Vrbanæ sunt impressæ in libro Romæ de Anno. 1628. quas, hic imprimere denuò, otiosum esset.

Fratribus huius Ordinis, eorumque Superioribus ambitum prohibuit Paul. V. vt in Const. 16. Admonemur, hic sup. pag. 35. Et pro d. Ordinis Studentibus Collegium in Insula Melenitana erexit idem Paul. in Const. 23. In supereminenti, pag. 43. Et aliud in Ciuitate Pragæ instituit postea Greg. XV. vt sup. in Const. 51. In supereminenti, pag. 122. De toto autem Ordine Beati Francisci attende quæ sunt indicata ad Honor. 3. Const. 5. sup. to. 1. pag. 46.

VRBANVS PAPA VIII.

Edita A. D. 1628.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

Militantis Ecclesiæ regimini, meritis licèt imparibus per abundantiam diuinæ gratiæ præpositi, inter grauissimas, multiplicesque Apostolicæ seruitutis curas, in eam peculiari studio iugiter incumbimus, vt qui, abiectis vanitatibus, huic temporali vitæ renunciarunt, caritatemque sectantes, & spiritualia emulantes, diuini numinis obsequijs se manciparunt, sub prouidè, atque ordinatè editis statutis, feliciter regantur, atque gubernentur.

In Capitulo generali F. [illegible] anno 1625. celebrato, ipsius Ordinis Constitutiones Vrbanæ nuncupatæ compilatæ fuerunt, & in vnum Volumen redactæ.

§. 1. Exponi si quidem Nobis nuper fecit dilectus filius Felix Franciscinus de Cascia, Minister generalis Fratrum Ordinis Minorū Sancti Francisci Conuentualium nuncupatorum, quod in proximè præterito ipsius Ordinis Capitulo generali de anno 1625. celebrato pro feliciori ipsius Ordinis, eiusque Fratrum progressu ac disciplinæ regularis obseruantia, nouæ ipsius Ordinis constitutiones Vrbanæ nuncupatæ in vnum volumen compilatæ fuerunt.

Illasq; vt cõfirmaret supplicarunt Pont.

§. 2. Cum autem, ficut eadem expofitio fubiungebat, pro maiori earumdem Conftitutionum validitate, atque obferuantia, dictus Felix plurimum cupiat, illas Apoftolicæ confirmationis patrocinio communiri, & aliàs per Nos, vt infra prouideri.

Qui eas, vt hic reuisas, & examinatas approbat, & cõfirmat, supplet quoscumque interuenerint, defectus.

§. 3. Nos, qui Conftitutiones ipfas per dilectum filium Iacobum Crefcentium Monafterij Abbatiæ nuncupatæ Sancti Euthitij, Sancti Benedicti, feu alterius Ordinis Spoletañ dictorum Commendatarium diligenter examinare, & reuideri iuffimus, pijs dicti Felicis votis, quantum cum Domino poffumus, annuere, illumque fpecialibus fauoribus, & gratijs profequi volentes, & à quibufuis excommunicationis, fufpenfionis, & interdicti, alijfque Ecclefiafticis fententijs, cenfuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occafione, vel caufa latis, fi quibus quomodolibet innodatus exiftat, ad effectum præfentium dumtaxat confequendum, harum ferie abfoluentes, & abfolutum fore cenfentes, huiufmodi fupplicationibus inclinati, Conftitutiones huiufmodi in vnũ volumen compilatas, fic de mandato noftro examinatas, & reuifas, vt præfertur, Apoftolica auctoritate tenore præfentium perpetuò approbamus, & confirmamus, illifque inuiolabilis Apoftolicæ firmitatis robur adijcimus, ac omnes, & fingulos, tàm iuris, quàm facti defectus, fi qui defuper quomodolibet interuenerint, fupplemus.

Alias quascumq; d. Ordinis Cõst. illis repugnantes, reuocat, & annullat.

§. 4. Omnes verò, & fingulas alias dicti Ordinis Conftitutiones in antea factas, etiã auctoritate Apoftolica roboratas, in ijs, quæ præfentibus repugnant, & quæ annis proximè præteritis pro reformatione Fratrum dicti Ordinis Regni Poloniæ factę fuerunt, reuocamus, caffamus, & annullamus, viribufque, & effectu euacuamus.

Huiusmodi Const. Vrbanas ab omnibus d. Ordinis obseruandas esse decernit.

§. 5. Decernentes Conftitutiones huiufmodi compilatas, ac de mandato noftro examinatas, & reuifas, vt præfertur, ab omnibus, & fingulis dicti Ordinis Fratribus, cæterifq; perfonis fub pœnis in illis contentis inuiolabiliter perpetuò obferuari debere.

Aliter iudicandi auctoritatẽ tollit.

§. 6. Sicque, & non aliter per quofcumque Iudices ordinarios, & delegatos etiam caufarum Palatij Apoftolici Auditores vbiq; iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane fi fecus fuper his à quocumque, quauis auctoritate fcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrarijs derogat.

§. 7. Non obftañ Conftitutionibus, & ordinationibus Apoftolicis, ac dicti Ordinis etiam iuramento, confirmatione Apoftolica, uel quauis firmitate alia roboratis ftatutis, & confuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apoftolicis in contrarium quomodolibet conceffis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & fingulis, eorum omnium tenores præfentibus pro plenè, & fufficienter expreffis habentes, illis alias in fuo robore permanfuris, hac vice dumtaxat fpecialiter, & exprefsè derogamus, cæterifque contrarijs quibufcumque.

Transumptis fidē mandat.

§. 8. Volumus autem, vt pręfentium tranfumptis etiam impreffis, manu alicuius Notarij publici fubfcriptis, & figillo alicuius perfonæ in dignitate Ecclefiaftica cõftitutæ munitis, eadem prorfus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ ipfius originalibus litteris adhiberetur, fi forent exhibitæ, vel oftenfæ.

Dat. A. Pis. die 8. Maij.

Dat. in Arce Candulphi Albanefi Diœcefis fub Annulo Pifcatoris die 15. Maij 1628. Pontificatus Noftri Anno Quinto.

Sequitur Deputatio Miniſtri generalis huius Ordinis in Executorem obſeruantiæ dictarum Conſtitutionum Vrbanarum.

Edita A.D. 1628.

VRBANVS PAPA VIII.
Dilecto filio Felici Franciſchino à Caſſia Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci Conuentualium nuncupatorum Miniſtro Generali ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Ite Pont. edidit Const. præcedētes.

NVper à Nobis emanarunt litteræ tenoris fubfequentis videlicet. Vrbanus Papa Octauus. Ad perpetuam rei memoriam. Militantis Ecclefiæ regimini, meritis licèt imparibus.

Reſiduum eſt Conſt. quæ præcedit.

Causa huius Cõst. & deputatio de qua in Rubrica.

§. 2. Cum autem ficut accepimus, Conftitutiones huiufmodi de mandato noftro examinatæ, emendatæ, correctæ, & reuifæ, ac per Nos approbatæ, & confirmatæ, vt præfertur in generali eorumdem Fratrum Congregatione in domo regulari fanctorum duodecim Apoftolorum de Vrbe de Menfe Maij proxime præteriti celebrata publicatæ, & acceptæ fuerint; Nos vt Conftitutiones prædictæ eò faciliùs in omnibus ipfius Ordinis Domibus, & locis regularibus introducantur, exactiùfque ab illorum Fratribus, & perfonis obferuentur, quò amplioribus fueris à Nobis, & hac Sancta fede facultatibus fuffultus, prouidere volẽ, ac de tua fide, prudentia, pietate, doctrina, & religionis zelo plurimum in Domino confifi, tuam in præmiffis auctoritatem in primis Apoftolica auctoritate præfata tenore præfentiũ excitamus, tibique per præfen-

præsentes committimus, & mandamus, vt per teipsum, si commodè potueris, sin minus per idoneos ipsius Ordinis religiosos viros vitæ, ac morum probitate, doctrinaq; præstantes à te subdelegañ Constitutiones huiusmodi de mandato nostro examinatas,& reuisas, ac per Nos approbatas, & confirmatas, vt præfertur, in omnibus tui Ordinis domibus, & locis regularibus auctoritate nostra introducas, easque ab omnibus illorum Fratribus, & personis quantum fieri posse,& & expedire iudicaueris obseruari eadem auctoritate cures, & facias; contradictores quoslibet, & rebelles, per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia appellatione postposita compesceñ.

Facul. & auctoritatis concessio.

§. 3. Nos enim tibi præmissa, & quæcumque alia circa ea necessaria, & quomodolibet opportuna facieñ, diceñ, gereñ, & exequeñ, plenam, liberam, & amplam facultatem,& auctoritatem dicta auctoritate renore præsentium concedimus, & impartimur. Non obstañ omnibus illis, quæ in præsentis litteris concessa sunt non obstate, cæterisq; contrarijs quibuscumque.

Dat. P. a 5. dicas Septembris.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die 16. Septembris 1628. Pontificatus Nostri Anno Sexto.

LXXXIX.

Ordinationes, & leges obseruandæ in electione Magni Magistri Hospitalis S. Ioannis Hierosolymitani.

Huius Hospitalis materiam vide indicatam ad Const. 2. Anastas. 4. Christiane, sup. tom. 1. pag. 22. Et etiam huius Pont. Const. 15. Vniuersalis, pag. 243. qua confirmauit omnia Priuilegia ei quomodolibet concessa. Et altam pariter Const. 78. Exponi hic sup. pag. 392. qua confirmauit decretū editum ad ipsius Hospitalis, & Militum fauorem circa Const. Greg. XV. de Conseruatoribus.

Edita A. D. 1628

VRBANVS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

IN specula militantis Ecclesiæ, nullo meritorum suffragio, sed per abundantiam Diuinæ gratiæ constituti, inter cætera, quibus iuxta creditum humilitati nostræ Apostolatus officium iugiter angimur, illa Nos maximè solicitos reddunt, vt eorum, qui ad primaria in Militijs Regularibus munia assumendi sunt, electiones certis legibus celebrentur, & omni perturbatione semota, feliciter perficiantur.

Certã legem præscribere volēs, iste sunt in electione Magni Magistri prohibet ne Locūtenens a quocūq; electus in actus gratiam concernentes se intromittat, sed quæ ad iustitiam tantū pertinent, exerceat. Et alia statuit vt infra.

§. 1. Quare certam legem, & formam in electione Magni Magistri Hospitalis S. Ioannis Hierosolymitani celebranda præscribere volentes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, hac nostra perpetuò valitura constitutione, prohibemus, & Interdicimus, nec de cætero vllus Locumtenens à pro tempore existente dicti Hospitalis Magno Magistro, vel, sede Magistrali vacante, à consilio status, seu Completo iuxta formam statutorum, seu stabilimentorum d. Hospitalis, auctoritate Apostolica confirmatorum deputatus, vel electus eum quouis Fratre Milite dicti Hospitalis, seu alia quauis persona ad habitum Fratrum dicti Hospitalis admitti petente super cuiuscumque generis impedimento, vel defectu, etiam in vim quorumcumque priuilegiorum, seu facultatum eadem auctoritate concessorum, seu confirmatorum dispensare, aut alias gratias quouis prætextu facere, minusq; litteras Apostolicas Magno Magistro prædefuncto directas executioni demandare, aut alios quosuis actus gratiam concernentes, sub pœna priuationis vocis actiuæ, & passiuæ eo ipso incurreñ facere audeat, vel præsumat; Volentes, & expressè præcipientes, vt ipse Locumtenēs ea solùm, quæ ad meram iustitiam pertinent, exercere valeat: alioquin omnia, & singula per eum contra præsentium tenorem quomodolibet gesta, irrita, & inania, nulliusque roboris, & momenti existant. Sicque dispensati, & alij quicumque executionis litterarum prædictarum, necnon gratiarum, eis sic, vt præfertur, à Locumtenente huiusmodi factarum, vsu, & effectu careant, & aliàs in eodem statu, in quo antea erant, non secus ac si cum eis super suis impedimentis, vel defectibus dispensatum, gratiæq; eis concessæ, ac litteræ Apostolicæ huiusmodi executioni demādatæ non fuissent, remaneant.

De pecunijs Aerarij communis debitis sede Magistrali vacante recipien. & conseruandis.

§. 2. Occurrente autem Sedis Magistralis vacatione tres eiusdem Hospitalis FF. Milites fide, & facultatibus idonei, per Locumtenentem; & Consilium præfatos deputentur, vt in ipsorum sic deputatorum manibus pecuniæ per debitores communis Aerarij, vacatione præfata durante, in numerata pecunia realiter, & cum effectu soluantur, & numerentur. Soluentes verò solutionum huiusmodi quietantias ab ipsis deputatis reportent; qui quidem Deputati statim, secuta Magni Magistri electione, pecuniarum per eos receptarum, & exactarum rationem reddere, pecuniasq; ipsas

fas Magno Magistro canonicè electo, seu Thesaurario, vel alijs Ministris, ad quos de iure, & ex forma statutorum, seu stabilimentorum huiusmodi spectabit, consignare, & restituiru teneantur; aliterque factæ solutiones nullatenus soluentibus suffragentur, quinadhuc communis Aerarij, ad effectum non ferendi suffragium, debitores censeantur.

Milites nati extra limites non se ingerant in electione M. Magistri, nec ferant suffragium excepto Episcopo Meleuit. Priore Conuentus Ecclesiæ, ac Fratribus Magnæ Crucis.

§. 3. Prætereà ne vllus dicti Hospitalis Frater siuè Miles, siue Capellanus, siue Armorum seruiens, & extra limites natus, cum quo super defectu limitum dispensatum sit, nullusque Frater Capellanus, actu Sacerdos non existens, minusque nullus Frater seruiens qui ex mera gratia, nullis factis probationibus, receptus fuerit in electione Magni Magistri, aut in quouis alio actu illam concernẽte, etiam cuiusuis priuilegij à Sede Apostolica obtenti, vel consuetudinis etiam immemorabilis, aut quouis alio prætextu, ingenio, vel colore, votum, vel suffragium ferre, nec etiam passiuum habere, seu in ea quomodolibet se intromittere, vel immiscere audeat, vel præsumat, aut priuilegio, vel consuetudine huiusmodi, siue quibusuis alijs gratijs, sibi specialiter etiam auctoritate Apostolica desuper concessis, vti possit, aut valeat. Exceptis tamen Venerabile Fr. Episcopo Meleuitano, & dilecto filio Priore Ecclesię Conuentualis eiusdem Hospitalis, nũc, & pro tempore existentibus, necnon quouis alio Magnæ Crucis Fratre, quos, licèt receptos extra limites, ad suffragium ferendum habiles declaramus, eosq. in hac prohibitionis parte nullatenus comprehendere intendimus, sed eiusdem Episcopi, necnon etiam linguæ Germanicæ iura, priuilegia, & prærogatiuas, si quæ illis aliàs competunt, præseruamus.

Catalogus vocalium iuxta hanc Const. conficiatur, in termino præfigatur ad hoc vt si quis voluerit contra aliquem excipere possit, quo elapso nemo audiatur.

§. 4. Insuper statuimus, & ordinamus, vt ipse Locumtenens vna cum Consilio supradicto quamprimum eorum Fratrum, qui iuxta formam præsentis nostræ Constitutionis suffragium laturi sunt, notam, siue catalogũ, eum eorum nominibus, cognominibus, patrijs, & denominationibus, necnon tempore susceptionis habitus, ac residentiæ, & carauãnatum per eorum quemlibet factarum confici, illamq. in locis publicis, solitis, & consuetis, ad hoc, vt si quis se grauatum senserit, aut contra aliquem excipere voluerit, intra terminum, ab eisdem præfigendum, in Actis Cancellarij, seu Vicecancellarij, aut cuiusuis alterius, ad hoc deputandi, exhibere, & iura sua deducere possit, & valeat, affigi curent: Quo termino elapso, & nihil opposito, opponere volentes amplius nõ audiatur.

Locumtenens & Consilium, sede Magistrali vacante, causas summariè cognoscant, & decidant.

§. 5. Ipsi verò Locumtenens, & Consilium ipsas, & quascumque alias controuersias, quas, Sede Magistrali vacante, oriri cõtigerit, donec ad Magni Magistri consummatam electionem deuentum fuerit, priuatiuè quoad alios quoscumque, summariè, simpliciter, & de plano, absque strepitu, & figura iudicij, etiam manu regia, iuxta tamen eorũ statuta, stabilimenta, & consuetudines huiusmodi, omni, & quacumque appellatione, in integrum restitutione, & alijs quibuscumque executionem retardare valentibus, remotis, decidere, & terminare etiam possint, & valeant.

Modus, & forma eligendi Magnum Magistrum.

§. 6. Conuentus verò, & omnes Fratres die, & hora solitis in Ecclesia d. Hospitalis congregentur, & Missa celebrata, Hymnoq; Veni Creator Spiritus, decantato, singuli Fratres ius suffragij vigore præsentium habẽtes, ad Capellam vniuscuique linguæ, ad id in eadem Ecclesia destinatam, seu destinandam, exceptis tamẽ Fratribus illius linguæ ex qua dictus Locumtenens extiterit, qui in corpore Ecclesiæ S. Ioannis remaneant, accedant, ibiq; præuio iuramento per eorum singulos alta, & intelligibili voce iuxta formam in statutis, seu stabilimentis huiusmodi præscriptam, & de præsenti obseruandam, deque eligendo eum, quem secundùm Deum iudicauerint expedire, præstando; Quod quidem in omnibus alijs electionibus, vigore earumdem præsentium, faciendis, per omnes, & singulos suffragium laturos, præstari, & renouari volumus: non vnum, vt antea consueuerant, sed tres Fratres Milites ex vnaquaq; lingua capaces, ac iuxta præsentium, necnon staturorum, seu stabilimentorum præfatorum formam qualificatos, in electores eligant, ita ut imposterum non octo tantùm Fratres Milites, qui in electores deputabantur, sed vigintiquatuor eligantur, ipsaq. trium Fratrum cuiuscumque linguæ electio per secretas schedulas modo, & forma sequentibus fiat; Videlicet, quòd omnes schedulæ vel impressæ, vel vna & eadẽ manu tantùm conscriptæ sint, cum expressione eorum omnium, quæ in similibus electionum schedulis exprimi solent, præter nomina, & cognomina, seu denominationes eligentium, & eligendorum, illæque super mensa in Capellis, & Ecclesia huiusmodi respectiuè apponi, singulique eligentes seorsim, & separatim, alijs inde remotis, ad ipsam mensam accedere, & ipsimet in vna proprium nomen, seu cognomen, aut denominationem, in altera verò schedulæ partibus, illius, quem eligere voluerint, nomen, seu cognomen, aut denominationẽ propria manu, alioquin suffragium

sit

firnullum, scribere debeant. Liceat tamen ijs, quibus Consilium, & Locumtenens præfati ex aliqua infirmitatis, vel alterius iustæ, & rationabilis impotentiæ causa id concesserint, nomina, cognomina, seu denominationes præfata per alium, ab ipsismet Locumtenente, & Consilio deputati describi facere. Quilibet verò eligentium huiusmodi ad mensam præfatam accedens, nominibus, seu cognominibus, aut denominationibus præfatis in sua schedula, vt præfertur, conscriptis, illam cóplicet, & inuoluat ad effectum, vt à nemine legi possit, eamque sic complicatam, & inuolutam summis digitis eleuans, & circumstantibus palam, & publicè ad hoc vt vnicam esse omnibus pateat, commóstrans, in vrnam, seu vas in mensa ad hunc effectum appositum immittat. Quo facto tres antiquiores, seu magis antiani tanquam scrutatores palàm, & publicè omnibus videntibus, & audientibus eligentes, & schedulas in vrnam, seu vas immissas, numerēt, & vbi pauciores, seu plures schedulæ numero eligentium repertæ fuerint, illicò comburantur, & ad nouum scrutinium toties deueniatur, donec schedularum numerus eligentium numero coæquetur, illique respondeant, ipsaque trium huiusmodi Fratrum Militum pro vnaquaque lingua electio fiat; illique electi censeantur, qui maiorem suffragiorum numerum respectu minoris habuerint, dummodo singuli quartam saltem suffragiorum partem assequantur. Si verò nemo, siue duo, aut vnus dūtaxat ex tribus eligendis hanc quartam suffragiorum partem reportauerit, scrutinium toties renouetur quo ad alios, qui quartam partem non reportauerint, donec trium numerus cum dicta saltem quarta parte compleatur. Qui verò, vt præfertur, electus fuerit à suffragio ferendo pro alijs duobus arceatur, statimque atque electus fuerit, ab ipsa Capella recedat, & ad locum opportunum se conferat. Quòd si Locumtenens in dd. trium numerum eligatur, statim alius Locumtenens deputetur, seu magis antianus ipsius Consilij inibi existens Locumtenentis loco præsideat, prout Consilio expedire videbitur. Quia verò Prioratus, & aliæ dignitates Anglicanæ linguæ Magno Magisterio Hospitalis huiusmodi, donec illud Regnum ad gremium S. R. E redierit, Apostolica auctoritate vnitæ reperiūtur, vnaquæque lingua successiuè alium eligat, & ex septem sic electis, viginti, & vnus supradicti per secreta pillularū suffragia pro maiori numero eligentiū respectu minoris tres diuersarū nationū, Gallicæ videlicet Hispanicæ, Italicæ, & Germanicæ eligant, qui tres, vt præfertur, electi linguam Anglicam repræsentent, illiusque vice, & nomine in electione huiusmodi tantùm suffragium ferant. His peractis ipsi viginti quatuor, vt præfertur electi, ad locum Conclauis se conferant, in quo etiam electio Magni Magistri, non alibi facienda erit, ibiq; Præsidentem electionis per pillulas secretas iuxta antiquam dicti Hospitalis consuetudinem hactenus obseruatam eligant, qui sic electus loco dicti Locumtenentis cum prohibitionibus supradictis, gratias, & alia supradicta non faciendi præsideat, & ea, quæ Præsidentes electionis de iure, priuilegio, vsu, vel consuetudine facere, & gerere possunt, seu debent, gerat, & faciat; & subinde ad electionem Triumuiratus, nempè vnius Militis, vnius Capellani, & vnius Armorum seruientis Fratrum, qui sint diuersarum linguarum iuxta formam scrutinij pillularum, superius descripti, vsque ad perfectam electionem huiusmodi procedant, ipsaque electione celebrata, ipsi tres sic electi in Conclaui prædicto ad quarti electionē, diuersæ tamen linguæ vnanimes deueniant: si autem intra vnius horæ spatium concordes non fuerint, tunc & eo casu singuli alium Fratrem Militem eorum cuilibet benè visum, qui non sit ex eorum linguis, nominent, nominationeque huiusmodi viginti quatuor electores relata, ipsi ad secretum pillularum, pro electione vnius ex dictis tribus nominatis, scrutinium deueniant, in quo ille, qui maiorem suffragiorum numerum respectu minoris numeri reportabit, pro quarto electus sit, & esse censeatur. Quartus autem sic electus ad Conclaue accedat, & cum alijs tribus ad quinti, quintus verò similiter electus cum alijs quatuor ad sexti electionem procedat per minorem suffragiorum numerum, sicque successiuè vsq; ad sextidecimi electionem, videlicet duorum ex vnaquaque lingua, iuxta eorum præeminentias, & prærogatiuas hactenus obseruatas, quibus præiudicium inferre non intendimus, deueniatur. Occurrente autem in omnibus electionibus prædictis suffragiorum paritate, magis antianus, & in antianitatis æqualitate is, qui diuturniorem residentiam in Conuentu, & in residentiæ paritate ijs, qui plures Carauanas fecerit, alijs præferatur, electusq; sit, & esse censeatur. Completa tandem sexdecim præfatorum electione, ipsi sexdecim sic electi (odio, amore, & alijs quibuscumq; humanis affectibus posthabitis, solumq; Deū, illiusq. Religionis decus, ac propagationem præ oculis habentes) ad electionem Magni Magistri, quem capacem, & pro tanti Ordinis dignitate, & vtilitate idoneum iudicauerint

riat, iuxta stabilimenta præfata deueniant.

Electionem, si extra hanc formam fiet, irritat, & annullat.

§. 7. Quod si electio Magni Magistri aliter, quàm in Conclaui, præuia electione triũ Fratrum militum vniuscuiusque linguæ non receptorum ex gratia limitum, modo, & forma præmissis, tàm respectu scrutinij, & suffragiorum, quàm linguæ Anglicanæ faciẽda, & non electo prius vno Fratre Milite, vno Fratre Capellano, & alio Fratre seruiente Armorum, vt supra, qualificatis, qui vsque ad electionem decimisexti, duorum, videlicet, pro qualibet lingua iuxta tenorem præsentium procedant, & à sexdecim electis huiusmodi, demumque de alio, quàm vno ex Fratribus Militibus, ex eadem limitum gratia nequaquam receptis, celebrata fuerit, nulla, & irrita sit eo ipso, nullumque sortiatur effectum: quæ omnia inuiolabiliter obseruari debere declaramus.

Præsentes litteras in Cancellaria d. Hospitalis recipi registrariq; mãdat.

§. 8. Mandantes propterea dilectis filijs dicti Hospitalis Magno Magistro, ac Locumtenenti, & Consilio, omnibusque alijs Fratribus, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, vt præsentes litteras in Cancellaria dicti Hospitalis recipiant, & admittant, ac registrent, recipique, & admitti, ac registrari curent, & faciant.

Clausulæ præseruatiuæ.

§. 9. Ac decernentes, præsentes litteras, & in eis contenta quæcumque etiam ex eo quòd ipsius Hospitalis Magnus Magister Conuentus, & Fratres ad præmissa vocati, & auditi non fuerint, aut alia quacumque causa quantumuis legitima apparẽte de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostræ, vel alio quocumque defectu notari, impugnari, inualidari, infringi, aut in ius, vel controuersiam reuocari, aut ad terminos iuris reduci non posse, sed illa semper, & perpetuò valida, firma, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis eisdem Hospitalis Fratribus ad quos spectat, & pro tẽpore spectabit, inuiolabiliter obseruari.

Clausula sublata.

§. 10. Sicque per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales etiam de Latere Legatos, sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam, quauis auctoritate, sciẽter, vel ignoràter cõtigerit attentari.

Clausulæ derogatoriæ.

§. 11. Non obstantibus quibusuis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnõ dicti Hospitalis etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus etiam immemorabilibus, stabilimentis, vsibus, & naturis, ac ordinationibus capitularibus, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis eidem Hospitali, illiusque Magno Magistro, Conuentui, & Fratribus, ac quibusuis alijs personis, etiam particularibus, necnon dispensationibus super quibusuis de fectibus, ac sub quibuscumque tenoribus, & formis, & cum quibusuis derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & alijs decretis in genere, vel in specie, etiam Motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, ac aliàs in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis, quas ad effectum præmissorum nemini suffragari posse decernimus. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorũq; totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, illorum omnium tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, ad effectum præsentium tãtum, illis aliàs in suo robore permansuris, Motu, scientia, deliberatione, ac potestatis plenitudine paribus, specialiter, & expressè derogamus, ac derogatum esse volumus, cæteris contrarijs quibuscumque.

Publicari in Vrbe & in Insula Meleuit. omnes cõstringet.

§. 12. Vt autem præsentium ignorantia allegari, aut prætendi nullo modo possit, volumus, præsentes, seu earum transumptum ad valuas Ecclesiæ S. Ioannis Lateran., & Basilicæ Principis Apostolorum, necnon in acie Campi Floræ de Vrbe more solito, & deinde per hæreticæ prauitatis Inquisitorem in Insula Meleuitana residentem, seu ab eo deputatã in Conuentu præfato publicari, atque affigi; ipsasque præsentes sic publicatas, omnes, & singulos, ad quos spectat, & spectabit quomodolibet in futurum, illicò arctare, afficere, & obligare, ac si vnicuique personaliter intimatæ, & præsentatæ fuissent.

Transumptis vult exhiberi fidem.

§. 13. Quodque earum transumptis etiã impressis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo Magni Magistri, aut alicuius d. Hospitalis Magnæ Crucis, aut alterius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. 3. Iulij.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris, die 3. Iulij. 1628. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Anno

Publicatio.

Anno à Natiuitate D. N. Iesu Christi 1628. indictione vndecima, die verò tertia Mensis Augusti Pont. Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. Vrbani Diuina prouidentia Papæ Octaui Anno eius Quinto, retroscriptæ litteræ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Basilicarum Sancti Ioannis Lateranensis, & Principis Apostolorum de Vrbe, Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, dimissis præsentibus litteris per aliquantulum temporis spatium vt moris est, affixis, ac deinde amotis, postea earumdem exempla etiam impressa, & affixa relicta fuerunt per Nos Franciscum Pignocatum, & Camillum Fundatum Apostolicos Curs.

Brandimartes Latinus S. D. N. Papæ Curs. pro Mag. Curs.

XC.

Approbatio, & Confirmatio multarum Constitutionum, seu Ordinationum pro tutiori Fratrum Discalceatorum Reformatorũ Ordinis Sancti Augustini Congregationis Galliæ gubernio editorum.

Istorum Fratrum materiarum habes signatam ad Const. 63. Decet, Clem. **VIII.** *sup. to. 3. pag. 89. licet ibi non loquatur de hoc Congregatione Galliæ.*

Dilectis Nobis in Christo Fratribus Discalceatis Reformatis Ordinis Sancti Augustini Congregationis Galliæ.

Edita A. D. 1628

VRBANVS PAPA VIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

EX iniuncti Nobis Apostolici muneris debito sacrarum Religionum in Ecclesia Dei piè sanctèque institutarum prosperum statum, felicemque directionem sinceris desiderantes affectibus, his quæ prouidè facta fuisse dicuntur, vt firma perpetuò, & illibata persistant, libenter cum à Nobis petitur, Apostolici muniminis adijcimus firmitatem, aliasque desuper eiusdem muneris partes interponimus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

Ob aliquas difficultates ortas inter Priorē gen. Ord. S. Augustini, & Fratres Discalceatos Congr. Galliæ eiusdem Ord. de consensu d. Prioris gen. & assistentiũ multa fuerunt concessa, & prouisa, prout inferius.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filij Prior Generalis totius Ordinis Eremitarum Sancti Augustini, necnon Fratres Reformati Discalceati nuncupati eiusdem Ordinis Congregationis Galliæ, quòd cum inter ipsum Priorem generalem ac Fratres huiusmodi nonnullæ difficultates circa eiusdem Congregationis regimen ortæ fuissent; tandem post longam, & maturam negotij huiusmodi discutionem, dictus Prior generalis felici, ac prospero ipsius Congregationis regimini, ac strictioris quã ipsi Fratres profitentur obseruantiæ, conseruationi, & augumento consulere volentes, de assensu, & consensu dilectorum filiorum Prioris generalis, & Assistentium dicti Ordinis nonnulla concessit, & prouidit tenoris subsequentis, videlicet,

De Vicario gen. ipsius Congr.

§. 2. Quòd Congregatio gubernetur per Vicarium generalem (sicut nunc, & semper gubernata fuit) in Capitulo Congregationis eligendum, qui à Priore generali Ordinis pro tempore existente absque aliqua contradictione confirmetur, cum omnibus actis in eodem Capitulo, dummodo nihil in præiudicium auctoritatis Reuerẽdiss. Prioris generalis cõtineat, qui Vicarius generalis semper sit eligẽdus de corpore eiusdẽ Congregationis, qui eamdem vitæ austeritatem profiteatur.

De nouorum locorum acceptationibus, seu fundationibus.

§. 3. Et quod prædictus Vicarius generalis cum Diffinitoribus Monasteria, & Ecclesias oblatas acceptare, nouas fundare possint, etiam Monasteria Ordinis Eremitarum Sancti Augustini, quæ non actu à Religione possidentur, & quæ possidentur non poterunt nisi de consensu Reuerendissimi Patris Generalis, ita tamen vt in fundationibus, & erectionibus huiusmodi seruetur forma in constitutionibus, & decretis Apostolicis.

De Præsidente Capituli.

§. 4. Eligatur vnus ex eadem Congregatione à Priore generali in Præsidentem Capituli, quod si non mittantur litteræ Præsidẽtiæ sit ipso facto Præsidens primus Diffinitor Capituli præcedentis, iuxta Constitutiones dictæ Congregationis.

De trãsitu ad aliã Prouinciam, Cõgreg. vel Ordinem

Vide Clem. 8 cõst. 8 sup. t. 3 pag. 119 sicut ad parag. 11. huius Const.

§. 5. Quod nullus prædictæ Congregationis Frater professus in aliquam Prouinciã, vel Congregationem tàm prædicti, quàm vniusuis alterius Ordinis, & Instituti (Carthusianis exceptis) absque Sedis Apostolicæ licentia transire possit: qui aliter transierit, ad Congregationem redire per censuras Ecclesiasticas, & alio meliori modo à Vicario generali compelli possit.

De laicis Congregationis.

§. 6. Et quod nullus in prædicta Congregatione laicus, vel conuersus ad statum Clericorum etiam durante tempore Nouitiatus transire possit, aut Ordines sacros suscipere, iuxta formam Decreti Clementis VIII.

De Discolis, & incorrigibilibus, & o Rauis.

§. 7. Quod si quis Frater dictæ Congregationis propter aliquem excessum, vel culpam iuxta illorum cõstitutiones punitus fuerit per Superiores Congregationis, à Priore generale in detrimentum disciplinæ Reformationis

mationis, & obseruantiæ absolui non possit. Et si quis Discolus & Incorrigibilis Apostata, vel alia legitima causa (seruato Decreto D.N. Vrbani Papæ VIII.) à Congregatione fuerit expulsus, per Priorem Generalem contradicente Vicario Generali Congregationis ad illam remitti non possit, nisi constito de grauamine.

De auctoritate Prioris Generalis visitandi Fratres Congregationis.

§.8. Prior Generalis per se, vel per alium eiusdem Congregationis, Fratres visitare & corrigere poterit iuxta tamen disciplinam & constitutiones Congregationis, quibus derogare non poterit, qui Prior Generalis in visitatione huiusmodi, primum Diffinitorem Congregationis assumat, & quòd tam in visitatione, quam extra, Fratres de loco ad locum non mittat, sed si quis mittendus fuerit, Vicario Generali significet, ad quem Vicarium Generalem litteras obedientiales pro loci mutatione dare pertineat. Et quod si quid aliter factum fuerit, aut tentatum contra præmissa, inane & irritum esse decernatur.

De Fratribus Romam aliquo sub prætextu venientibus.

§. 9. Et quod ad omnem vagandi occasionem tollendam, nullus Frater Congregationis Romam petere possit, etiam sub prætextu litterarum à Priore Generale obtentarum nisi consentiente Vicario Generali Congregationis, & ab ipso benedictione accepta.

Hic Pontifex præmissa omnia præinsertas & acceptata approbat eiq; confirmat cum supplemento defectuum.

§. 10. Cum autem sicut eadem expositio subiungebat, omnia & singula præmissa, post maturam discutionem tam ab ipso Priore Generali, quam Fratribus Reformatis huiusmodi per modum concordiæ prouisa & acceptata fuerint, ipseq. Prior Generalis plurimum cupiat eadem præmissa quo firmius subsistant, exactiusq. obseruentur, Apostolicæ nostræ confirmationis robore communiri; Nos Priorem Generalem, & Fratres prædictos specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, & eorum singulares personas, à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsq. Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodaræ existũt, ad effectũ præsentium dumtaxat consequendũ harũ serie absoluentes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati. De Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotijs Regularium præpositorum consilio, præmissa per dictum Priorem Generalem vt supra cõcessa, seu ordinata, & per ipsos Fratres Reformatos, vt petitur, cũ omnibus inde sequutis, Apostolica auctoritate, tenore præsentium, perpetuò approbamus & cõfirmamus, illisq. inuiolabilis Apostolicæ firmitatis robur adijcimus, ac omnes & singulos, tam iuris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet interuenerint supplemus.

Cum prohibitione sub excommunicatione pœna habitum similem deferendi in Gallia, aut eorum nomen sibi arrogandi.

§.11. Præterea nequis in Gallia habitum in materia & forma similem, ita vt ex prædictis Fratribus Discalceatis existimari possit, nisi prædictæ Congregationis membrum actualiter existat, gestare, siue nomen Discalceatorum Reformatorum Sancti Augustini sibi arrogare, aut prædictam Congregationem esse Ordinis Eremitarum Sancti Augustini verbo vel scripto temere negare audeat, seu præsumat, sub excommunicationis pœna interdicimus, & prohibemus.

Neque prædictæ Congregationis Constitutionibus derogandi, vel super eis dispensandi.

§.12. Et vt vitæ asperitas, & obseruantia puritatis Regulę Sancti Augustini & peculiarium Congregationis prædictæ constitutionum absque vllo impedimento seruentur. Volumus quod desuper nullatenus à Superioribus dicti Ordinis dispensari possit, sed semper fixa & firma remaneat stricta Regularis obseruantia.

Clausula præseruatiua huius indulti.

§.13. Decernentes, præsentes litteras de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostræ, vel alio quocumque defectu notari, impugnari, redargui, aut in Ius vel controuersiam reuocari, aut aliter quomodolibet infringi, vel retardari, suspendi, limitari, aut aliter in contrarium disponi, statui, vel ordinari nunquam posse; sed illas & in eis contenta quæcumque semper & perpetuo valida, firma, & efficacia existere, & fore, suosq. plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus ad quos spectat, & in futurum quomodolibet spectabit, inuiolabiliter obseruari.

Clausula sublata.

§. 14. Et ita per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quocumque, quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Rogamus quoque, & hortamur attente Charissimum in Christo filium nostrum Ludouicum Francorum Regem Christianissimum, quatenus Congregationem Fratrum Discalceatorum Reformatorum huiusmodi pro sua in Deum pietate, ac in Nos & hanc Sanctã Sedem obseruantia habens propensius commendatam, illam benigno fauore & gratia prolequatur.

Deputatio executorum.

§.15. Quocirca Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, Episcopis, ac alijs locorum Ordinarijs dicti Regni per præsentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum, per se vel alium, seu alios,

alios, præsentes litteras & in eis contenta, quæcumque vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Fratrum Discalceatorum huiusmodi fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisq. in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant, auctoritate nostra præmissa omnia ab omnibus ad quos spectat, & in futurum spectabit, firmiter obseruari. Non permittentes illos desuper à quocumque quauis auctoritate quomodolibet indebitè molestari, contradictores quoslibet & rebelles per censuras & pœnas Ecclesiasticas, aliaq. opportuna iuris & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, inuocato etiam ad hoc si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis.

Derogatio contrariorum.

§. 16. Non obstañ Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Ordinis, & Cõgregationis huiusmodi, etiã iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis eidem Ordini, & Congregationi, illorumq. Superioribus & personis sub quibuscumque sententijs, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs alijsq. efficacioribus & insolitis cautelis, necnon irritantibus & alijs Decretis in genere vel in specie, ac aliter in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, eorum tenores præsentibus pro expressis habentes, illis aliter in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Fides Transumptorum.

§. 17. Volumus autem quòd præsentium trãsumptis etiam impressis manu Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides vbiq; adhibeatur quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Dat. ut A. 5 die 21. Iulij.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die 21. Iulij, Anno Domini 1628. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

XCI.

Quod Fratres Capuccini Ordinis S. Francisci ad laxiorem Ordinem sine Sedis Apostolicæ, ad Carthusiensem verò, sine Ministri generalis licentia de cætero non transeant.

Istis Fratribus vt Crucem propriam in processionibus deferre possint, indulsit Paul. V. in Const. 9. Pastoralis pag. 17. vbi notaui. Et vberius habes in Clem. VII. Const. 31. Religionis, sup. tom. 1. pag. 589. Transitus quoque à Fratribus Cappuccinis ad Fratres Minimos S. Francisci de Paula, & econtra prohibuerat Pius V. Const. 45. Sedis supra tom. 2. pag. 241.

VRBANVS PAPA VIII

Edita A. D. 1628

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

INiuncti Nobis Apostolici muneris ratio postulat, vt Religiosorum virorum, qui, spretis huius sæculi vanitatibus, diuini nominis obsequijs, sub suaui religionis iugo, & strictioris obseruantiæ regulis sese mancipârunt, paternam curam gerentes, in his eiusdem muneris partes sedulò intendamus, per quæ prospero, felicique eorum statui, & directioni opportunè consulatur, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

[illegible] multi huius Ord. Fratres, ad alios Ordines se transferre posse prætendunt.

§. 1. Cum itaq; sicut dilectus filius Procurator generalis Fratrum Ordinis Minorum Sancti Francisci, Capuccinorum nuncupatorum, Nobis nuper exponi fecit, nonnulli dicti Ordinis Religiosi, nulla desuper ab Apostolica Sede, vel Superioribus suis obtenta licentia, ad alios Ordines, seu Congregationes se transferre posse prætenderint, & prætendant, non sine grauis regularis disciplinæ obseruantiæ detrimento, dictique Ordinis inquietudine.

Pont ad laxiorem Ordinem sine Sedis Apostolicæ, ad Carthusien. verò sine Ministri generalis licentia scripto d. transitum interdicit.

§. 2. Nos pro nostri Pastoralis officij debito præmissis, quantum Nobis ex alto conceditur, obuiam ire, prosperoque ipsius Ordinis statui, & quieti consulere volentes, supplicationibus dicti Procuratoris generalis nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Ne de cætero perpetuis futuris tẽporibus vllus dicti Ordinis Religiosus ad laxiorem absque speciali nostra, & Sedis Apostolicæ, ad Carthusieñ verò, seù quemcumque alium Ordinem, vel Congregationem, nisi de Ministri generalis pro tempore existẽtis dicti Ordinis licentia in scriptis obtineñ quouis prætextu, aut ex quauis quantumuis iusta, legitima, & priuilegiata causa, sub apostasiæ, & infamiæ perpetuæ nota, necnon excommunicationis, ac priuationis vocis actiuæ, & passiuæ pœnis ipso facto absque vlla declaratione incurrendis trãsire quoquo modo audeat, seu præsumat, Apostolica auctoritate, tenore præsentium, interdicimus, & prohibemus.

Decretum præser uationis adduc.

§. 3. Decernentes, præsentes litteras semper, & perpetuo validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus

nibus, ad quos spectat, & in futurum spectabit, inuiolabiliter obseruari.

Ita iudicari praecipit.

§. 4. Sicque, & non aliter in praemissis per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatij Apostolici Auditores iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrarijs derogat.

§. 5. Non obstañ constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon praefatorum, ac quorumuis aliorum Ordinum, & Congregationum etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis eisdem Ordinibus, & Congregationibus, illorumque Superioribus, & personis sub quibuscumque teñ, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum teñ praesentibus pro expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, caeterisque contrarijs quibuscumque.

Transumptis fidi mandat.

§. 6. Volumus autē, quòd praesentium trāsumptis etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis, eadem prorsus fidea in iudicio, & extra adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur si forent exhibitae, vel ostensae.

Dat.7 a.d. die 9. Augusti.

Datum Romae apud S. Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris, die 9. Augusti 1628. Pontificatus Nostri Anno Sexto.

XCII.

Reuocatio Indultorum, ac Priuilegiorum omnium, etiam per modum communicationis concessorum Militijs, Hospitalibus, Collegijs, Capitulis, Religionibus, Societatibus, Coogregationibus, & Ordinibus quibusuis, tàm Mendicantium, quàm non Mendicantium, caeterisque locis pijs, & eorum, siue earum respectiuè personis, audiendi saecularium personarū Confessiones absq; Ordinarij examine, & approbatione.

Priuilegia omnia super huiusmodi facultate concessa reuocauerat Conc. Trid. sess. 23. c. 15. & ad saecularium confessiones audiendas, ab Episcopis illos tantùm admitti statuit, qui vel Parochiale beneficium obtinuerint, vel per examē, aut aliàs idonei iudicati fuerint, prout indicatum est ad Const. 133. *Pij* V. *tom.* 2. *pag.* 345. *Per quam ipse Pius hoc idem prohibuit Regularibus cuiuscumque Ordinis, etiam Lectoribus, aut in Theologia graduatis. Cuius Constitutionis reductionem ad terminos iuris communis, & Concilij Tridentini fecit Greg.* XIII. *in Const.* 9. *In tanta, d. tom.* 2. *pag.* 371. *Et ad hanc materiam attende etiam Clem.* VIII. *Const.* 115. *Quacumque, tom.* 3. *pag.* 164. §. 9.

Edita A.D. 1628.

VRBANVS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Causa istius Reuocationis.

CVM, sicut accepimus, aliquibus Religiosis quorumdam Ordinum, seu Congregationum à Sede Apostolica indultum fuerit, vt sacramentales personarum saecularium confessiones audire valeant, etiamsi ab Episcopis Dioecesanis ad id examinati, & approbati non fuerint; nec desint, qui temerè asseuerent, hoc ipsum priuilegium caeteris quoque aliorum Ordinum Regularibus competere, ex amplissimis priuilegiorum communicationibus, quas ab eadem Sede Apostolica obtinuerunt, & hinc saluberrimum Sacri Concilij Tridentini decretum desuper sancitum penitus euertatur.

Reuocatio Indultorum de qua in Rubrica.

§. 1. Nos huic malo opportunè prouidere volentes, de Veñ Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotijs Regularium praepositorum consilio, omnia, & singula indulta huiusmodi, audiendi saecularium confessiones absque Ordinarij examine, & approbatione, quibusuis Collegijs, Capitulis, Religionibus, Societatibus, & etiam Societati IESV, Congregationibus, & Ordinibus, tàm Mendicantium, quàm non Mendicantium, necnon Monachorum quorumcumque etiam Sancti Benedicti, Cisterceñ, & Carthusieñ, ac etiam quibusuis Militijs, etiam Hospitalis Sancti Ioannis Hierosolymitani, ac quibuscumq; Ecclesijs etiam Patriarchalibus, & Metropolitanis, Monasterijs, caeterisque locis pijs, siue eorum, & earum respectiuè Abbatibus, Praepositis, Decanis, Magistris, Ministris, Praelatis, Prioribus, Rectoribus, etiam Generalibus, vel Prouincialibus, Cappellanis, Confessarijs, aut alijs quocumque nomine nuncupatis Superioribus, & personis quibuscumque, etiā quomodolibet exemptis, ac Sedi Apostolicae immediatè subiectis, cuiuscumque dignitatis, praeeminentiae, & conditionis existētibus, & quouis priuilegio munitis, & tam ad supplicationem partium, quàm Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicae potestatis plenitudine hactenus quandocumque, & quali-

tercumque ex quauis, etiam de necessitate exprimenda causa, & aliàs quomodolibet concessa, Apostolica auctoritate, tenore præsentium reuocamus, cassamus, tollimus, abrogamus, & annullamus, viribusque & effectu euacuamus, ac reuocata, cassa, sublata, abrogata, & annullata, viribusque, & effectu vacua esse, & fore, nec Religionibus, Societatibus, etiam Societati IESV, Congregationibus, Ordinibus, ac Militijs, & Ecclesijs, Monasterijsque prædictis, eorumque Superioribus, & personis quibuscumque in posterum vllo modo suffragari, minusque illos, & illas, etiamsi de ijs specialis, specifica, & expressa, ac de verbo ad verbum mentio haben̄ foret, indultis huiusmodi vti posse.

Clausula præseruatiua.

§. 2. Præsentes verò litteras, & in eis contenta quæcumque etiam ex eo quòd quicūq; in præmissis interesse haben̄, seu habere prætēdentes, ad hoc vocati & auditi non fuerint, de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ, vel alio quocumque defectu notari, impugnari, redargui, in ius, vel controuersiam reuocari, ad terminos iuris reduci, aut aduersus illas quodcumque iuris, gratiæ, vel facti remedium impetrari nullatenus posse, sed illas semper validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere.

Clausula sublata aliter iudicandi facultate.

§. 3. Sicque per quoscumque Indices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales etiam de Latere Legatos, & Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicañ, & interpretañ facultate, & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere, ac irritum & inane quicquid secus super his à quoquam quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus, & declaramus.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus præmissis, ac quibusuis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis, Ordinibus, Societatibus, & Congregationibus prædictis, eorumque Præpositis, Decanis, Magistris, Abbatibus, Ministris, Prælatis, Prioribus, Rectoribus, & alijs Superioribus, Capellanis, alijsque prædictis, sub quibuscumque teñ, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsq; efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & alijs decretis in genere: vel in specie, ac aliàs in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis teñ specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio haben̄, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruañ foret, tenores huiusmodi præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis haben̄, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Fides transumptorum.

§. 5. Volumus autem quòd præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus vbique fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Publicatio in Vrbe omnes legat.

§. 6. Quodque eædem præsentes litteræ, seù illarum exempla ad valuas Basilicarum S. Io. Lateraneñ, ac Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie campi Floræ affixa, omnes ita arctent, & afficiant, ac si vnicuique personaliter intimata fuissent.

Dat. P. A. 6. die 12 Septembris.

Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris, die xij Septembris 1628. Pontificatus Nostri Anno Sexto.

Publicatio.

Anno Millesimo sexcentesimo vigesimo nono, Indictione duodecima, Pontificatus autem Sanctissimi D N. Papæ Domini Vrbani Diuina prouidentia Papæ Octaui Anno eius sexto, die verò lunæ octaua Ianuarij. Retroscriptæ litteræ affixæ, & publicatę fuerunt ad valuas Basilicarum S. Ioannis Lateranensis, ac Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie Campi Floræ, vt moris est, per nos Franciscum Pignoccatum, & Pompeium Giranum eiusdem Sanctissimi D. N. Papæ Cursores.

Brandimartes Latinus pro Mag. DD. Curs.

XCIII.

Quod Indulta concessa diuersis Vrbis Tribunalibus, & Iudicibus cognoscendi causas criminales super delictis quarumcumque personarum priuatiuè quoad alios, non priuatiuè quoad Gubernatorem Vrbis pro tempore existentem, sed cumulatiuè cum eo concessa intelligantur.

Huiusmodi Indulta multis Archihospitalibus, Collegijs, Capitulis, Militijs, ac similibus concessa à diuersis Pontificibus require in Repertorio Tertij Tomi, in singulis eorum nominibus.

Auctoritatem verò Gubernatoris Vrbis, lege in Leonis X. Const. 8. Et si cunctarū, supra tom. 1. pag. 479. Et in Pij IV. Const. 1. Cum sicut, tom. 2. pag. 1. Necnon in Pij V. Const. 107. Cum Apostolica, d. tom. 2. pag. 314. In quibus omnibus alias de hac materia loquentes Constitutiones habes indicatas.

Edita A.D. 1628.

VRBANVS PAPA VIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Decet Romanum Pontificem, æqui bonique supremum assertorem, si quæ dubia circa constitutas administrandæ Iustitiæ rationes oriantur, declarationis suæ oraculo ita dilucidare, vt præcisa cuiuscumque hæsitationis, siue dubij materia, vnicuique quod suum est, per competentes Iudices, & Ministros æqua lance tribuatur.

Diuersorum Tribunalium Vrbis Iudicibus indultum fuerat, vt possent cognoscere quascumque causas criminales super delictis quarumcumque personarum priuatiue quoad omnes alios.

§. 1. Cum itaque, sicut accepimus, varia diuersis Almæ Vrbis nostræ Tribunalibus, & Iudicibus etiam S. R. E. Cardinalibus Protectoribus, & Collegijs, vel alijs etiam hic de necessitate exprimendis Indulta quascumque causas criminales, vel earū aliquas super quibuscumque delictis, criminibus, & excessibus quarūcūq; personarum, tàm Laicarum, quā Ecclesiasticarum, etiam regularium, & Militiarum, etiam speciali nota dignarum priuatiuè quoad alios quoscumque cognoscendi, per Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac etiam Nos concessa, sint.

Nunc Pont. declarat, Indulta huiusmodi concessa fuisse cumulatiuè, non priuatiuè quoad vrbis pro tempore existentem Gubernatorem.

§. 2. Nos debitę earumdem causarum cognitioni, atque expeditioni quantum cum Domino possumus, consulere volentes; necnō omnium, & singulorum Indultorum prædictorum tenores, ac Dat. præsentibus pro expressis habentes; Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, Quòd omnia, & singula Indulta huiusmodi non priuatiuè quoad modernum, & pro tempore existentem dictę Vrbis Gubernatorem, sed cumulatiuè cum eo concessa intelligantur, & intelligi debeant.

Ac ita, & non aliter iudicari mandat.

§. 3. Sicque, & non aliter, per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, Camerarium, Vicecancellarium, Cameræ Apostolicæ Thesaurarium generalem, & quosuis alios Officiales, & Ministros, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquā quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, tenore præsentium declaramus, & (quatenus opus sit) statuimus, decernimus, & mandamus.

Obstantibus quibuslibet plenè derogat.

§. 4. Non obstātibus (quatenus opus sit) regula nostra de iure quæsito nō tollēdo, ac cōstitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnō quibusuis etiā iuramēto, cōfirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoq; indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, nō autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, eorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Dat. p. A. d. die 23 Septembris.

Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die 23. Septembris 1628. Pontificatus Nostri Anno Sexto.

XCIV.

Confirmatio Priuilegiorum, & Indultorum Ordini Fratrum B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum, & illius personis concessorum, dummodo sint in vsu, nec reuocata, vel Sacris Canonibus, Concilij Tridentini Decretis, aut Constitutionibus Apostolicis non sint repugnantia.

Hunc Ordinem approbauit Greg. IX. vt sup. tom. 1. Const. 9. Deuotionis, pag. 57. vbi plenè ipsius materiam legere potes. Reformatis verò istius Ordinis transitū ad hos Calceatos sine Sedis Apostolicæ licentia interdixit idemet Pont. sup. in Const. 77. Iniuncti pag. 391. Eidemque Ordini, vt Missam, & Officium recitare valeant in die festo Sācti Raymundi Confessoris d. Ordinis Professoris de communi Confessoris non Pontificis concessit iste Pont. sup. in Const. 52. Saluatoris pag. 340.

VRBANVS EPISC. SER. SERVV. DEI
Ad perpetuam rei memoriam.

Ex clementi Sedis Apostolicæ prouisione, necnon personarum Deo deuotarum sub Religionis iugo Domino militantiū pia deuotione prouenire dignoscitur, vt Romanus Pontifex quandoque per Prædecessores

res suos Romanos Pontifices pro personarum earumdem, locorumq; illarum felici successu, & quiete concessa approbet & confirmet, atque communiat, prout personarum earumdem, ac locorum, & temporum qualitatibus debitè pensatis conspicit in Domino salubriter expedire.

Multa à diuersis Pont. huic Ordini concessa fuerunt priuilegia.

§. 1. Sane pro parte dilecti filij Ludouici Apparicij moderni Procuratoris Generalis infrascripti Ordinis B. Mariæ Nobis nuper exhibita petitio continebat, quòd cum inter omnes vitę Regulares Ordines ille in primis conspicuus esse videretur quem Beatissima Cælorum Regina ad Captiuorum in Infidelium partibus miserè seruientium redemptionem Sancto Raymundo de Peniafort, & claræ memoriæ Iacobo Aragonum Regi, necnon quōdam Petro Rolasco primo illius professori, dum vitam ducerent in humanis, singulari quondam miserationis affectu sibi fore charissimum reuelauerat, felicis recordationis Callistus Papa III. prędecessor noster illum certis Ordinibus ratione quarti voti, quo illius Fratres se Infidelibus in Captiuorum redemptionem pignus fore deuouent, & obstringunt, celsiorem, & perfectiorem vocauit, & hic ipse Ordo iam inde ab anno Domini millesimo ducentesimo decimo octauo, in Ciuitate Barchinonē ab eodem Iacobo Rege in die festo Sancti Laurentij Martyris, sub inuocatione Beatæ Mariæ de Mercede, & Redemptione Captiuorum nuncupatæ institutus, & à piæ memoriæ Gregorio Papa IX etiā prædecessore nostro a Natiuitate Domini millesimo ducentesimo trigesimo, à reuelatione verò prædicta duodecimo, Pontificatus autē sui octauo annis, in festiuitate sancti Antonij Abbatis confirmatus, ijs pietatis incrementis in corporum animarumque Captiuorum huiusmodi salutem, scilicet eorum alijs redimēdis, alijs instruendis, alijsque in fide corroborandis opere, & sermone in dies magis magisque effloruit, vt quamplurimi Romani Pontifices similiter prædecessores nostri, non minus primam illius originem cælitus reuelatā, quàm pios huiusmodi progressus admirati innumeras propemodum in eum gratias, & priuilegia, ex inexhausto Ecclesiæ Dei thesauro depromptas, Sedis Apostolicæ benignitate liberalissimè contulerit.

Quæ Ordo supplicauit Pont. vt confirmare dignaretur.

§. 2. Quare pro parte dicti Ludouici, tàm suo, quàm vniuersorum eiusdem Ordinis Professorum, nominibus Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus priuilegia huiusmodi pro firmiori illorum subsistentia Apostolico munimine roborare, aliàsque eis in præmissis, vt infra, opportune prouidere de benignitate Apostolica dignaremur.

Prout modo approbat, & confirmat, dūmodo Sac. Canon. & Conc. Trid. non aduersentur & sup'ter quæ omnes declarat.

§. 3. Nos igitur dicti Ordinis Beatæ Mariæ, quem præ ceteris in visceribus gerimus caritatis, prosperum, & tranquillum statum paterno zelantes affectu, ac Ludouicum, & singulos Religiosos huiusmodi à quibus excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentiū dumtaxat consequendum harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati. Omnia, & singula priuilegia, indulta, immunitates, exemptiones, libertates, prærogatiuas, antelationes, præeminentias, licentias, facultates, concessiones, remissiones peccatorum, indulgentias absolutiones, aliasque gratias vniuersas per dictum Gregorium IX. & recolendæ memoriæ Gregorium XI. Innocentium IV. Innocentium VI. & Innocentium VIII. Alexandrum IV. & Alexandrum VI. Clementem IV. Clementem VI. & Clementem VII. Ioannem XXII. Nicolaum III. Nicolaum IV. & Nicolaum V. Bonifacium VIII. Vrbanum Quintum, Martinum etiam V. Eugenium IV. Pium II. prædictum Callistum, Paulum II. Paulum III. & Paulum IV. Sixtum IV. Iulium Secundum & Iulium III. Leonem X. nouissimèque Sixtum V. Clementem. VIII. & Paulum V. & aliós quoscumque Romanos Pontifices prædecessores nostros vniuerso Ordini Beatæ Mariæ huiusmodi, & singulis illius Prouincijs, Monasterijs, Prioratibus, Domibus, alijs regularibus locis, necnon Generali Magistro, illiusq; siue ipsius Ordinis Vicario, seu Vicarijs, Procuratoribus, Visitatoribus, Prouincialibus, Redemptoribus Captiuorum, Electoribus, Diffinitoribus, Commendatoribus, Vocalibus, alijsque Officialibus quocumque nomine nuncupatis, & cæteris illius Fratribus, & Religiosis, & alijs personis quibuscumque tàm in genere, quàm in specie, etiam per modum communicationis, extensionis, & ampliationis, aliàs quomodolibet, & sub quibuscumque verborum formis, & expressionibus concessa, innouata, confirmata, & approbata, & litteras Apostolicas desuper tàm in plumbo, quàm in forma Breuis expeditas, quorum, & quarum omnium, & singulorum, ac singularum tenores, etiamsi talia seu tales forent, qua specialem, & indiuiduam mentionem requirerent, ac datis præsentibus, ac si de verbo ad verbum insererentur, pro plenè, & sufficienter expressis haberi volumus, dummodo

tamen fint in vfu, & factis Canonibus, & Concilij Tridentini Decretis, necnon Apoftolicis Conftitutionibus, & dicti Ordinis regularibus Inftitutis non repugnent, illaque, & illæ hactenus reuocata, & reuocatæ, ac fub aliquibus reuocationibus comprehenfa, & comprehenfæ non fint, Apoftolica auctoritate eorumdem tenore præfentium perpetuò approbamus, & confirmamus, illifque perpetuæ, & inuiolabilis Apoftolicæ firmitatis robur adijcimus, omnefque, & fingulos tàm iuris quam facti, & quarumcumque folemnitatum de iure, vfu, vel confuetudine, aut aliàs quomodolibet requifitarum, ac in præmiffis omiffarum, necnon quofcumque alios etiam quantumuis fubftantiales defectus, fi qui defuper quomodolibet interuenerint dicta auctoritate fupplemus.

Claufulas præfentationis, & Decretum irritans appofuit.

§. 4. Decernentes eafdem præfentes femper, & perpetuò validas, & efficaces effe; & fore, fuofque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere; ficque ab omnibus, & fingulis cenferi, & ita per quofcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam caufarum Palatij Apoftolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclefiæ Cardinales etiam de latere Legatos, dictæque Sedis Nuncios iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, quidquid fecus fuper his à quoquam quauis auctoritate fcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contraria tollit.

§. 5. Non obftantibus præmiffis, necnon prædicti Bonifacij Papæ Octaui pariter prædecefforis noftri de vna, & in Concilio generali edita de alia dietis, dummodo tamen non vltra tres dietas quis vigore præfentium ad iudicium trahatur, alijfq; quibufuis Apoftolicis etiam in Prouincialibus, Synodalibus, vniuerfalibufque Concilijs editis fpecialibus, vel generalibus Conftitutionibus, & Ordinationibus, necnon dicti Ordinis Beatæ Mariæ iuramento, confirmatione Apoftolica, vel quauis firmitate alia roboratis ftatutis, & cõfuetudinibus, priuilegijs quoq; indultis, & litteris Apoftolicis illi, eiufque Superioribus, & perfonis, fub quibufcũq; tenoribus, & formis, ac cum quibufuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijfque efficacioribus, & efficaciffimis, ac infolitis claufulis, irritantibufque, & alijs decretis in genere, vel in fpecie, etiam Motu proprio, & Confiftorialiter, ac aliàs in contrarium quomodolibet conceffis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus etiãfi pro illorum fufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus fpecialis, fpecifica, expreffa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per claufulas generales idem importantes mentio, feu quæuis alia expreffio habenda, aut aliqua alia exquifita forma ad hoc feruanda foret, illis aliàs in fuo robore permanfuris, hac vice dumtaxat fpecialiter, & expreffè harum ferie latiffimè, & pleniffimè derogamus cæterifque, contrarijs quibufcumque.

Tranfumptis fidé adhiberi mandat.

§. 6. Volumus autem, quòd earumdem præfentium tranfumptis etiam impreffis, manuque & figillo pro tempore exiftentis Magiftri generalis ipfius Ordinis Beatæ Mariæ, feu illius Vicarij fubfcriptis, & munitis, eadẽ prorfus fides adhibeatur, tàm in Iudicio, quàm extra illud, quæ eifdem præfentibus adhiberetur, fi forent exhibitæ, vel oftenfæ.

Facultates Generalis in Fratres Reformatos non intendit approbare.

§. 7. Per eafdem præfentes autem non intendimus, facultates dicti Magiftri generalis circa Fratres ipfius Ordinis Beatæ Mariæ Reformatos, feu Recollectos nuncupatos in aliquo approbare.

Sanctionem pœnalem fuperaddit.

§. 8. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noftræ abfolutionis, confirmationis, roboris, adiectionis, defectuum, fuppletionis, decreti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei aufu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præfumpferit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoftolorum eius fe nouerit incurfurum.

Dat. P. A. 6. die 9. Octobris.

Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem Anno Incarnationis Dominicæ millefimo fexcentefimo vigefimo octauo, feptimo Idus Octobris, Pontificatus Noftri Anno Sexto.

XCV.

Excommunicatio contra extrahentes Sacras Reliquias, aut Libros ex Ecclefia, & Bibliotheca Collegij S. Francifci de Paula ad Montes Vrbis Fratrum Minimorum Nationis citerioris Calabriæ.

De hoc Collegio vide in huius Sanctiff. Pont. Conft. 5. Ex iniuncto. hic fupra vbi notaui.

Edita A. D. 1629

VRBANVS EPISC. SERVVS SERV. DEI. *Ad perpetuam rei memoriam.*

Exordium.

IVftis, & honeftis Chriftifidelium votis libenter annuimus, eafq. fauoribus profequimur opportunis.

Caufa huius inhibitionis.

§. 1. Exhibita fiquidem Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum modernorum Vicarij Generalis, & Fratrum Domus regularis Nationis Calabriæ ad Montes nuncupatæ de Vrbe Ordinis S. Francifci de Paula Mini-

Minimorum nuncupatorum petitio continebat: Quòd in Ecclesia eorum Domus quamplures diuersorum Martyrum, ac Beatorum, & Sanctorum Reliquiæ, necnon in eiusdem Domus libraria, seu Bibliotheca diuersi generis libri volumina, & alia scripta Ecclesiæ, & Domui huiusmodi hinc inde pro maiori diuini cultus augmento, & Fratrum eorumdē spirituali consolatione, & profectu piè, & studiosè comparata reperiantur; Et propterea ne successu temporis tam Reliquias, quā libros, & volumina, seu scripta huiusmodi passim distribui, & inde asportari, ac disperdi contingat, pro parte eorumdem Vicarij, & Fratrum Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus in præmissis opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur.

Inhibitio de qua in Rubrica.

§.2. Nos igitur prædictum Vicarium, & Fratrū huiusmodi singulares personas à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsq. Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat cōsequendum harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, eisdem Vicario, & Fratribus, eorumq. successoribus, & alijs personis quibuscumque tam sæcularibus, quàm regularibus, ne deinceps perpetuis futuris temporibus vllas omnino Reliquias, nec Libros, seu Volumina, & Scripta huiusmodi ab Ecclesia, & Domo; seu Bibliotheca præfatis vllo modo amouere, transportare, distribuere, seu mutuo dare audeant, seu præsumant sub excommunicationis eo ipso incurrendæ sententia Apostolica auctoritate tenore præsentium inhibemus, & præcipimus.

Decretum irritās.

§.3. Decernentes ex nunc irritum, & inane quicquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio cōtrariorum.

§.4. Non obstan. quibusuis Apostolicis, & in Prouincialibus, & Synodalibus, Vniuersalibusq. Concilijs editis specialibus, vel generalibus constitutionibus, & ordinationibus, necnon Domus, & Ordinis huiusmodi etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisq. contrarijs quibuscumque.

Publicatio, & affixio fienda in d. Collegio.

§.5. Volumus autem, quòd litteræ præsentes saltem semel quolibet anno in dicta Domo publicentur, ac illarum copia, & exēplar authenticum ad hoc vt ad omnium notitiam peruenire possint, in Sacristia dictæ Ecclesiæ, ac Bibliothecæ eiusdem Domus portis interioribus remaneant affixa.

Sanctio pœnalis.

§.6. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, inhibitionis, præcepti, decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Dat. P. a. 6. die 31. Octobris.

Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo vigesimo octauo, pridie Kal. Nouembris, Pont. Nostri Anno Sexto.

XCVI.

Noua Institutio Collegij in Oppido Ciuitate nuncupato Fuldensi ad Scholares Germanicę Nationis ibi Latinis litteris, alijsq. liberalibus disciplinis instituendos, vna cū congruæ dotis assignatione, ac gratiarum, priuilegiorumque concessione, & extensione.

Huiusmodi Collegij Institutionem factam habes à Greg. xiij. qui desuper Apostolicas litteras non expediuit, prout facilè credendum est, & refertur hic in §. 2. *Et quia parum processit d. Collegium, iste Pontifex de nouo, & ex integro instituit.*

Non dissimilia Collegia pro huiusmet Nationis Scholaribus erexit iste Pontifex in Ciuitate Pragensi sup. Constit. 66. Quoniam, & in Ciuitate Viennensi, vt in Cōstit. 67. Quoniam. sup. pag. 373. Ac vnum antea pro adolescentibus ex Illyricis Prouincijs in Ciuitate Lauretana instituerat in Const. 64. Zelo Domus Dei. sup. pag. 362.

VRBANVS EPISC. SERVVS SERV. DEI.
Ad perpetuam rei memoriam.

Edita A. D. 1628.

Exordium.

QVoniam diuinæ bonitati visum est humilitatem nostram turbulentissimis Christianæ Reipublicæ temporibus ad Vniuersalis Ecclesiæ regimen vocare, ex eo tempore Nos eiusdem adiuuante gratia ea cogitare non destitimus, quæ sicut officij nostri ratio postulat, ad diuinum vbique cultum propagandum, & ecclesiasticam disciplinam restaurandam, & augendam, animarumque salutem procurandam maximè cognouimus pertinere.

Recensetur amplitudo Prouinciæ Germanicæ.

§.1. In primis verò animo recolentes amplissimam Germaniæ Prouinciam, quæ superioribus sæculis inter fortissimæ ipsius Nationis

nis laudes, atque virtutes tanto sinceræ fidei, & Christianæ Religionis cultu eminere solebat, vt reliquis Christianæ Reipublicæ partibus non minori exemplo, quàm ornamento, atque decori foret, nunc tot, tantisque in ea instinctu Sathanæ excitatis de Religione dissidijs ita miserandum in modum afflictam, & deformatam esse, vt nemo, vel mediocri pietate præditus sine lacrymis tam granem animarum iacturam recordari, nedū intueri queat; eam præcipuè curam suscepimus, vt quibusuis possimus modis, nullis laboribus, nullisue sūptibus parcentes, apta sanādis illius vulneribus remedia adhibeamus.

Ac institutionem huius Collegij a... factam a Gregor. ... sed quia... ... ob tempo... & rerum diff... ... Collegium.

§. 2. Ac proinde considerantes fel. recor. Gregorium Papam XIII. prædecessorem nostrum optimo quidem consilio Collegium in Oppido Ciuitate nuncupato Fuldeñ nullius diœc. prouinciæ Moguntiñ Quadraginta alendorum, ac Latinis litteris, Logica, Physica, alijsq. liberalibus disciplinis, ac Sacra demum Theologia, necnon pijs, & Christiano nomine dignis moribus instituendorum Germanicæ Nationis puerorū causa, vt Hæreticorum maximè nobilium filij, à quibus pendent pagi, oppida, & ditiones in Germania, esca liberalis mensæ illecti catholicè ibidem educarentur, & sanctæ Sedis Apostolicæ nomen contra Hæreticorum execrationes Antichristianas amabile fieret etiam ipsis hostibus fidei iuratis nulla obligatione requisita, stipendia vero dāda ijs, qui Alumni esse non possent ad facilius ibidem absoluendum humaniora studia, discendam fidem Catholicam, & vt à scholis Hæreticorum Germana Iuuentus abstraheretur, in quibus huiusmodi subsidia ex Monasticis, & Ecclesiæ bonis tanquam illecebre adolescentibus conferuntur, nulla etiam obligatione à stipēdiarijs requisita, eidem Collegio mille & octingentorum scutorum auri de Camera, mille & ducentorum videlicet pro Alumnatu, sexcentorum vero scutorum huiusmodi summa pro stipendijs assignara, quam de præsenti Camera nostra Apostolica soluit, aliàs Apostolica auctoritate erexisse, & instituisse; tamen id eius cœptum, atque conatum tum propter obitum ipsius, tum ob varias quæ postea sequutæ sunt temporum, & rerū difficultates, parum processisse, imò nec litteras Apostolicas super huiusmodi erectione, & institutione expeditas esse verisimiliter credendum sit, cum factis plurimis tàm in Romana Curia quàm in d. Oppido Fuldeñ diligētijs litteræ Apost. super huiusmodi erectione, & institutione non potuerint reperiri expeditæ.

Idem illud tanquā propagationi fidei vtilissimum de nouo erigit, & instituit, Alumnorumque numerum statuit.

§. 3. Nos ad opus hoc propagationi fidei vtilissimum, præsertim hoc tempore, quo Germania summa operariorum Catholicorū inopia laborat, totis viribus, prout ex suscepta seruitutis officio tenemur, promouendum, animum, & mentem nostram conuertentes, ac cœptum, & conatum dicti Gregorij prædecessoris renouare intendentes, ac singulares personas Collegij huiusmodi à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsq. Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectū præsentium dumtaxat consequendum harum serie absoluentes, & absolutas fore censentes, maturo desuper cū Ven. Fratribus nostris S.R.E. Cardinalibus Congregationi de Propaganda Fide Præfectis habito consilio, Motu proprio nō ad alicuius Nobis desuper oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia, meraq. liberalitate nostris, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, ad Dei omnipotentis laudem, sanctæq. ipsius Ecclesiæ incrementum, præcipuamq. Germanicæ Nationis salutem, & commodum in dicto Oppido Fuldeñ rursus Collegium ipsum Fuldense appellandum, in quo licèt ex tenore erectionis, & institutionis Gregorij prædecessoris huiusmodi Quadraginta Alumnorum numerus, ex quo tunc tempora erant optima, & minori sumptu ibi mortalis hæc vita sustentari poterat, in eo manutenendus veniret; quia tamen nunc omnia in triplo, aut quadruplo sunt pretio, nec vnquam tanta annonæ vilitas quanta superiori sęculo fuit verisimiliter reditura est, xxx. Alumnorum numerus non ex tota Germania tantùm, sed vt hactenus consueuit ex septētrionalibus eius Prouincijs, videlicet Franconia, Hassia, Buchonia, Saxonia, Misnia, Turingia, Brunsuigia, VVestphalia, Marca, Brandeburgica, Ducatu Mechenburg, Pomerania, Holsatia, & Archiepiscopatu Bremeñ euocandorum de cætero manuteneri debeat, Apostolica auctoritate teñ præsentium denuo ex integro perpetuò erigimus, & instituimus.

Et pro eius congrua dote 1800. scuta aurea annua assignat.

§. 4. Illiq. sic erecto, & instituto pro congrua eius dote, ac Alumnorum prædictorum, & illis inseruientium personarum sustentatione, onerumq. illis incumbentium supportatione redditus annuos mille & octingentorum scutorum aureorum huiusmodi ex Cameræ Apostolicę pecunijs quotannis sumendos, & numerandos, distributa in trimestres singulos pro rata solutione quoad de totidē redditu um summa in bonis stabilibus eidem

Col-

Collegio à Nobis, vel successoribus nostris Roman. Pontificibus pro tempore existentibus fuerit prouisum, eisdem auctoritate, & tenore concedimus, & attribuimus.

Iuramentum à 15. Alumnis præstari debere, & alios dispensari posse statuit.

§. 5. Ac ex prædictis triginta Alumnis quindecim obligandos ad præstandum iuramentum iuxta formulam ab eadem Congregatione Alumnis Pontificiorum Collegiorũ præscriptam. Reliquos verò quindecim nobilibus, & illustribus Parentibus etiam Hæreticis ortos, dummodo ipsi sint Catholici, vel quàm primum fiant, ab ea obligatione à nostro, & Sedis Apostolicæ Nuncio nunc, & pro tempore in illis partibus residente, cui per præsentes ex nunc, prout ex tunc, plenariam, & omnimodam concedimus facultatẽ, & auctoritatem pro eius prudentia, communicato tamen prius consilio super vniuscuiusque dispensatione, & re accuratè discussa cum dilecto filio Ioanne Bernardo moderno, & pro tempore existente Abbate Fuldensi, vel habita relatione ab Ordinarijs illarum partium, ex quibus ij Alumni fuerint oriũdi, dispensandos.

Et 600 scuta ex prædictis 1800 distribuenda Scholaribus vt hic decernit.

§. 6. Et ex prædictis scutis sexcentis auri de Camera, quæ distribuuntur ad instar eleemosynæ scholaribus, pauperibus extra Collegium degentibus, trecenta tantùm eisdem pauperibus assignanda, & vt hactenus factũ est distribuenda, reliqua verò trecenta quindecim Alumnis, qui iuramentum huiusmodi præstaturi sunt, applicanda, & in eorũ necessitatibus impendenda esse, eadem auctoritate volumus, statuimus, atque decernimus.

Collegium regimini Presbyterorum Soc. IESV subijcit.

§. 7. Cæterum cum dilectorum filiorum Presbyterorum Societatis IESV in hoc educandorum, instituendorumq. Alumnorum munere, diligentia, fides, integritas, & in alijs huiusmodi Collegijs, & in hoc ipso latis cognita sit, atque perspecta, idem Collegium, atque Scholares illius Presbyterorum prædictorum, sicut adhuc fuit, regimini, institutioni, doctrinæ, atque prudentiæ, eadem auctoritate etiam perpetuò subijcimus, atq; submittimus.

Protectores Collegij constituit.

§. 8. Præterea vt eiusdem Collegij conseruationi, bonoq. tam in his, quæ ad scholarium institutionem, & disciplinam, quàm quæ ad victum, vestitum, aliaq. huiusmodi necessaria pertinent opportunis consulatur, & promptum eis paratumq. auxilium fit, S.R.E. Cardinales Congregationi de Propaganda fide Præfectos prædictos nũc & pro tempore existentes eiusdem Collegij Protectores, & Defensores, qui in Viceprotectorem illius dictum modernum, & pro tempore existentẽ Abbatem Fuldeñ, ita tamen, vt in grauioribus nihil præcipere, aut mandare, vel facere valeat sine consilio, & consensu Nuncij Apostolici prædicti, quibus aliquid eorum, quæ vel in hac fundatione, vel in regulis à Congregatione prædicta approbatis continentur, immutare minimè licebit absque eiusdem Congregationis, vel nostra, aut Romani Põtificis pro tempore existentis expressa licentia deputare possint, & valeãt, eadem auctoritate constituimus, atque creamus.

Eisdem auctoritatem & facultatem impartitur.

§. 9. Illisq. ac Viceprotectori præfato pro salubri illius conseruatione, Alumnorumque bonorum, & rerum, ac iurium temporalium, & spiritualium eiusdem Oeconomos, Aduocatos, & Procuratores in eo deputandi, & amouendi, ac alios in eorum locum substituendi, differentias, lites, & controuersias inter quascumque personas tàm Alumnorum, quàm Ministrantium clericorum, & laicorũ non tamen Presbyterorum ipsius Societatis exortas, summariè, simpliciter, & de plano sine figura, aut strepitu iudicij, appellatione quacumque remota, decidendi, definiendi, terminandi, & exequendi, statutaq. & ordinationes; disciplinam domesticam, & studia Alumnorum prædictorum concernentia, æqua tamen, & honesta, sacrisq. Canonibus, & Concilij Tridentini decretis non repugnantia faciendi, & condendi, quæ postquã facta, edita, reuocata, immutata, & correcta fuerint, perinde habeantur, & obseruentur, acsi auctoritate Apostolica approbata, & confirmata essent, prout illa ab omnibus dicti Collegij Alumnis ita haberi, & inuiolabiliter obseruari mandamus, plenam, & liberam auctoritate, & tenore præmissis facultatem impartimur.

Alumnorum admissionis modum & formã præscribit.

§. 10. Quod autem ad dictorum Alumnorum admissionis modum, & formã deinceps habendam attinet, Rectorem prædictum dicti Collegij pro tempore existentem librum habere, in quo notentur nomina, & cognomina, ac Patriæ, & Parentes Alumnorum, qui recipientur in dicto Collegio, & ex eo dimittentur, ex dictoq. libro singulis annis Catalogum eorum, qui recepti, & qui dimissi fuerint cum die, menseq. ingressus, & egressus illorum Nuntio prædicto mittere, vt ipse Nuncius illum præfatæ de Propaganda fide Congregationi transmittere possit. Quòd si ex aliqua peculiari causa dimitti contigerit, eam etiam in dicto Catalogo exprimi. Insigniores verò Alumnorum præfatorum actiones in eodem libro annotare, easq. suo tempore eidem Nuncio significare, vt pariter de illis eamdem Congregationem certiorem facere valeat, quas ad Nos, & Successores nostros

ſtros Romanos Pontifices pro tempore exiſtentes per eamdem Congregationem deferri volumus, vt cum occaſio tulerit præmio cohoneſtentur.

Et admin.ſtrationis honorem, ac rationis reddendæ ordinem præfinit.

§. 11. Ac denique alium librum, in quo dati, & accepti rationes diligentiſſimè, & clariſſimè deſcriptæ ſint, illæq. ſingulis annis ad minus eidem Nuncio reddantur, & in eius manibus relinquatur folium vulgo Bilãcium nuncupatum, in quo prouiſio Collegij, & alia, quæ ipſius Collegij, vel Alumnorum ratione acceperit, & ea, quæ illo anno pro ipſius Collegij, & Alumnorum ſuſtentatione impenderit, notata exiſtant, vt ſimiliter ab eodem Nuncio ad Vrbem mitti poſſit, etiam habere. Si quid autem de tota penſionis Pontificiæ ſumma, redditis rationibus, ſupererit, id vel in alijs Alumnis euocandis, vel in neceſſarijs libris emendis, vel in veſtiendis Alumnis, dimittendis, vel etiam in redditibus augendis, aut in alijs Collegij neceſſitatibus arbitrio Nuncij, & Abbatis Fuldeñ prædictorum impendi debere, eadem auctoritate ſtatuimus, & ordinamus.

Priuilegia Alumnis concedit, & præſertim in promotione ad Sacros Ordines.

§. 12. Vt verò huius Collegij Alumni poſt longas ſtudiorum, aut cœptorum, & conſummatorum labores expeditiores, & alacriores ad ſuccurrendum patriæ neceſſitatibus reddantur, eiſdem Alumnis, vt cum ſolis litteris teſtimonialibus dicti Collegij Rectoris pro tempore exiſtentis Abbati Fuldeñ offerẽdis, ab eoq. ſubſcribendis, ac eius ſigillo muniẽdis, niſi forte Alumni prædicti ſuos Ordinarios habuerint, à quibus dimiſſorias à Concilio Tridentino ordinatas habere poſſint, ad omnes etiam Sacros, & Presbyteratus Ordines ſine aliquo beneficij, vel patrimonij titulo etiam extra tempora ad id à Iure ſtatuta, & intra annum, anniq. curriculo non expectato, minuſq. ſeruatis ad id à Concilio Tridentino prædicto deſignatis interſtitijs, dummodo ad id aliàs reperiantur idonei, promoueri, & poſtquam promoti fuerint, in illis, etiam in Altaris miniſterio miniſtrare, ac etiã tam ipſi, quàm cæteri omnes in dicto Collegio degentes, vt pœnitentiæ, & Euchariſtiæ etiam in die Paſchatis, & Extremæ vnctionis Sacramenta à Confeſſario, aut alio Sacerdote ipſius Collegij à dicto Rectore conſtituendo ſuſcipere liberè, & licitè valeant, auctoritate, & tenore præmiſſis de ſpeciali gratia indulgemus.

Ne cnon in occurrentibus beneficiorum vacationibus in prouincijs ea Alumnis ipſis [illegible]

§. 13. Verùm vt quantum fieri poterit, dictorum Alumnorum paupertati, & neceſſitati ſuccurratur, ſerio requirimus; atque monemus Archiepiſcopos, Epiſcopos, & alios antedictarũ Prouinciarũ beneficiorũ Eccleſiaſticorum Collatores, & Collatrices, vt in illis cõferẽdis, & præſertim ſi beneficia huiuſmodi pro tẽpore obtinẽtibus imminear cura animarum, Alumnos præfatos alijs omnibus cæteris paribus præferant. Nuncios quoque Sedis Apoſtolicæ, alioſque Prælatos ſupradictarum Prouinciarum, in quorum Diœceſi Alũni præfati extiterint, vt in occurrentibus beneficiorum huiuſmodi, & præſertim curam animarum habentium vacationibus, quorum collatio, prouiſio, vel diſpoſitio quoquo modo ad Sedem Apoſtolicam pertinuerit, de illis Alumnis antedictis, pauperioribus, præcipuèque noſtra Pontificia gratia dignis, Nos, ſucceſſoreſque noſtros Romanos Pontifices pro tempore ſimiliter exiſtentes certiores faciant, vt munificentiam noſtram erga illos, prout tempus, vel occaſio tulerit, exercere poſſimus. Et generaliter in Dignitatibus, Perſonatibus, Canonicatibus, & Præbendis, Parochialibus Eccleſijs, & alijs beneficijs Eccleſiaſticis per collationem, vel electionem in Alumnorum patrijs prouidendis eoſdẽ Alũnos, alijs omnibus cæteris paribus tàm in Romana Curia quàm in Eccleſijs ſuis originalibus præferri volumus, & decernimus.

Eidẽ Collegio, & eius perſonis priuilegio ſtudij generalis Vrbis communicat.

§. 14. Atque inſuper eiſdem Collegio, & Scholaribus, Rectoribus, & Gubernatoribus omnia, & quæcumque priuilegia, exemptiones, libertates, facultates, & indulta, quibus Studium generale Almæ Vrbis noſtræ, & illius Rectores, Doctoreſq; in eo legentes quouis modo vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere poſſunt, & poterunt quomodolibet in futurum, ita vt Collegium, & Scholares, ac Rectores, & Gubernatores huiuſmodi illis non ſolùm ad eorum inſtar, ſed pariformiter, & æquè principaliter vti, potiri, & gaudere poſſint, & valeant in omnibus, & per omnia, eiſdem auctoritate, & tenore ſimiliter perpetuò communicamus.

Huiuſmodi Priuilegio habet in Conſt. 9. Sixti 5. tom. 2. pag. 546.

Plenariam quoq; Indulgentiam in die ingreſſus, & exitus, vel mortis ſui d. Collegio eiſdem confeſſis, ac ſacra Euchariſtia refectis elargitur.

§. 15. Vt verò temporalibus commodis ſpiritualia munera quoque coniũgamus, quibus fidelium deuotio, & merita creſcere magis, & augeri poſſint, de eiuſdem omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius auctoritate conſiſi, omnibus, & ſingulis Scholaribus, Rectoribus & Miniſtris, qui in idem Collegium recepti fuerint, in ipſo ingreſſu, & deinde in exitu ſi quidem confeſſi, & contriti Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſumpſerint, atque etiam ſi in eodem Collegio decedere eos ab humanis contigerit, in mortis articulo plenariam omnium, & ſingulorum peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino cõcedimus, & elargimur

Poſticino

Constitutiones ad eiusdem Collegij curam a Cõgr. de propag. fide editas confirmat, & obseruari ab omnibus mandat.

§. 16. Postremò quascumque Regulas, & Constitutiones ad eiusdem Collegij, illiusque personarum, rerum, & bonorum spiritualium, & temporalium curam, regimen, gubernium, directionem, & administrationem, ac Alumnorum præfatorum receptionem, admissionẽ, victum, amictum, instructionem, disciplinam, & alia quomodolibet pertinentia à dicta de propaganda Fide Congregatione die vigesima quinta mensis Septembris Anni Domini MDCXXIII. editas etiam perpetuò approbamus, & confirmamus, illasque ab omnibus inuiolabiliter obseruari volumus, & mandamus.

Clausulas præseruatiuas apponit.

§. 17. Decernentes præmissa omnia, & singula, ac easdem præsentes nullo vnquam tempore ex quibuscumque causis de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostræ, vel quocumque alio defectu notari, impugnari, retractari, seu etiã reuocari, suspendi, restringi, limitari, aut in ius, vel controuersiam vocari, seu ad terminos iuris reduci posse, nec quemquam ad easdem præsentes in Camera Apostolica iuxta Constitutionem piæ mem. Pij Papæ iv. etiam prædecessoris nostri desuper editam, aut aliàs quandocumque præsentãdum, insinuandum, & registrari faciendum teneri, neque propterea illa inualida esse, sed omni modo valere, ac si Constitutio prædicta, & alia contraria minimè emanassent.

Aliter iudicari prohibet.

§. 18. Sicque per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam Cameræ Apostolicæ Præsidentes Clericos, ac eiusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerarium, Vicecamerarium, & causarum Palatij Apostolici Auditores, ac alios dictæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicãdi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere, irritum quoque, & inane quicquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Executores huius Sanctionis instituit.

§. 19. Quocirca eidem Nuncio, & dilecto filio causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ generali Auditori, ac Abbati prædicto Motu pari per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios præsentes nostras litteras, & in eis contenta quæcumque, vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Rectoris, & Alumnorum Collegij huiusmodi, seu aliorum, quorum fauorem illa concernunt, fuerint requisiti, solemniter publicantes, illisque efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra easdem præsentes, & in eis contenta huiusmodi ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, firmiter, & inuiolabiliter obseruari, ac Rectorem, Alumnos, aliosque huiusmodi illis pacificè frui, & gaudere; Non permittentes eos desuper per quoscumq; quomodolibet indebitè molestari, contradictores quoslibet, & rebelles per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, ac censuras, & pœnas ipsas seruata forma eiusdem Concilij Tridentini, etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij sæcularis.

Contrarijs derogat.

§. 20. Nõ obstañ nostra de gratijs ad instar nõ cõcedeñ, ac prædicta Gregorij prædecessoris huiusmodi, quatenus opus sit, & quatenus reperiretur, ac quibusuis alijs constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis quibusuis Vniuersitatibus, Collegijs, eorumque Rectoribus, & personis sub quibusuis tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatoriis, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & alijs decretis in genere, vel in specie, etiam Motu, & potestatis plenitudine similibus, & aliàs quomodolibet iteratis vicibus concessis, approbatis, & innouatis, quibus omnibus, etiam si aliàs pro eorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hæc seruanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in eis tradita obseruata, insetti forent, eisdem præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse harũ serie derogamus cõtrarijs quibuscumq. Aut si aliquibus communiter, aut diuisim ab eadem sit Sede indultum, quòd interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de Indulto huiusmodi mentionem.

Exemplis fidem iubet.

§. 21. Volumus autem, quòd earumdem præsentium transumptis, etiam impressis, manu tamen Notarij publici subscriptis, & sigillo communi dicti Collegij, aut alicuius Curiæ Ecclesiasticæ, seu personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si fo-

si forent exhibitæ, vel ostensæ.

§. 22. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, erectionis, institutionis, statuti, subiectionis, submissionis, constitutionis, creationis, attributionis, indulti, requisitionis, monitionis, communicationis, concessionum, elargitionis, approbationis, confirmationis decretorum, mandatorum derogationis, & voluntatum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1628. Quarto Kal. Ianuarij. Pontificatus Nostri Anno Sexto.

XCVII.

Approbatio, & Confirmatio Decreti Sacræ Congregationis Rituum super vsu Baldacchini, & Assistentium, & aliorum Ministrorum pro Abbatibus Congregationis Oliuetanæ Ordinis S. Benedicti.

Ista Congregatio approbata fuit primò à Ioanne XXII. vt in eius Const. Cum à Nobis 1. in Append. 3. tomi, alias 15. pag. 14. sed eius materiam vide ad Clem. VI. Const. 1. pag. 212.

Edita A. D. 1629.

VRBANVS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

A Sac. Congr. Rituum super eminanti Decretum prout hic subiungitur.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius Siluius Fauilla de Neapoli Procurator generalis Congregationis Monachorum Montis Oliueti, quod à Venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus sacris Ritibus præpositis emanauit Decretum tenoris subsequentis, videlicet: Instante Patre Don Siluio Fauilla de Neapoli Procuratore generali Congregationis Monachorum Montis Oliueti, nomine Abbatum eiusdem Congregationis, vt, attenta antiquissima consuetudine solemniter cum Baldacchino, & Assistentibus in eorum Ecclesijs celebrandi, recederetur quoad eos à decretis alias hac de re editis in causis Firmana 28. Ianuarij 1606. & in Neapolitana 18. Martij 1617. Sacra Rituum Congregatio, sæpius audito eodem Procuratore generali, & rationibus ab eo deductis maturè consideratis, Illustrissimo, & Reuerendissimo D. Cardinali Cæsarino referente, censuit, & declarauit, in hac parte recedendum esse à dictis Sacræ Congregationis decretis: & licere Abbatibus Oliuetanis solemniter, in tribus tantum Anni festiuitatibus, celebrantibus vti Baldacchino, sine auro tamen, & pompa: necnon assistentia vnius Presbyteri, & duorum Diaconorum, ac aliorũ sex ad summum Monachorũ sacris indumẽtis coloris solemnitati conuenientis paratorum, vltra Diaconum, & Subdiaconum qui in Missa cantatori sunt Euangelium, & Epistolam: atque ita, vt ijdem Abbates nullo modo teneant sedem Abbatialem fixam, & permanentem prope Altare, vt sedes Episcopalis retineri consueuit: sed eorum sedes retineatur in Ecclesia ijs tantummodo diebus, quibus solemniter celebratur: & dicti sex Monachi, vt supra parati non in sedibus Choralibus, sed super scabellis sedeant, in situ congruo iuxta Ecclesiarum conuenientem situm tuoc appositis, panno laneo coopertis: dictis sacræ Congregationis Decretis in causa Firmana, & Neapolitana editis aliàs in suo robore permansuris. Die 17. Martij MDCXXIX.

Quod ad instantiam Procuratoris generalis Congr.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, Siluius præfatus plurimum cupiat, Decretum huiusmodi pro firmiori illius subsistentia, inuiolabilique obseruatione Apostolicæ nostræ Confirmationis robore communiri.

Approbat, confirmat, & supplet si qui sunt defectus.

§. 3. Nos specialem illi gratiam facere volentes, eumque à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis, à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutum fore censentes; supplicationibus dicti Siluij, eiusdem Congregationis nomine, Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, decretum præinsertum huiusmodi cum omnibus in eo contentis Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuò approbamus, & confirmamus, illique inuiolabilis Apostolicæ firmitatis robur adijcimus: ac omnes, & singulos, tàm iuris, quàm facti defectus, si qui desuper quomodolibet interuenerint, supplemus.

Clausulæ præseruatiuæ ponit.

§ 4. Decretum huiusmodi, necnon præsentes litteras valida, firma, & efficacia esse, & fore suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere.

Contraria iudicari prohibet.

§. 5. Atque ita per quoscumque Iudices Ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatij Apostolici Auditores, iudicari, & diffiniri debere: ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter

ter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus, & declaramus.

Contraria remouet.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Exemplis Bullæ credi mandat.

§. 7. Volumus autem quòd præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. Pont. ann. vj. die 4. Aprilis.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die 4. Aprilis 1629. Pontificatus Nostri Anno Sexto.

XCVIII.

Quod Priores generales Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini modernus, ac futuri de cætero vtentes aliqua facultate, seù concessione à Sede Apostolica per litteras obtentis, in patentium litterarum expeditionibus, earum tenores de verbo ad verbum inserant; Neque vllo pacto quibusdam clausulis Oraculum sapientibus in huiusmodi expeditionibus posthac vti audeant.

Istius Ordinis materiam habes sup. ad Const. 6. Alex. IV. *tom.* 1. *pag.* 84. *Alia verò quæ ibi non habes tamquam posterius edita notaui ad aliam huius Sanctissimi Pont. Const.* 40. *Romanus hic sup. pag.* 304.

Viuæ vocis oracula omnia reuocauit, præter ea, quæ facta fuerunt S. R. E. Cardinalibus, & eorum manu firmata Greg. XV. in Const. 27. Romanus hic sup. pag. 132.

Edita ann. Dom. 1629.

VRBANVS PAPA VIII.
Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

Commissi Nobis per abundantiam diuinæ gratiæ pastoralis officij debitum postulat, vt in his, per quem Regularium personarum paci, & quieti consulitur, litibusque, & discordijs obuiam itur, eiusdem officij partes etiam per opportunæ declarationis ministeriū interponamus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

Causa propter quas.

§. 1. Cum itaque sicuti dilecti filij Priores prouinciales Ordinis Fratrum Eremitarū Sancti Augustini Hispaniarum, & Indiarum Nobis nuper exponi fecerunt à decennio citra dilecti filij modernus, & alij Priores generales Ordinis prædicti, qui pro tempore fuerunt in eorum patentibus litteris, quibusdam clausulis oraculum sapientibus, nimirum facto verbo cum Romano Pontifice, siue auctoritate Apostolica Nobis ad hoc specialiter commissa, alijsque similibus, quando scilicet suarum litterarum patentium, expeditionibus seù concessionibus, quin effectum sortiantur litteræ Apostolicæ obsistant vti cæperint, ex hoc autem quamplurimæ lites, & discordiæ, ac scandala orta iam sint, & in dies oriantur.

Pontif. declarat moderni, & alios Priores huius Or. non habuisse, neque habere a Roman. Pont. viuæ vocis oraculum.

§. 2. Nos inconuenientibus huiusmodi opportunæ declarationis nostræ remedio obuiam ire volentes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, Apostolica auctoritate tenore præsentium decernimus, & declaramus modernum, & alios dicti Ordinis Priores generales viuæ vocis oraculum à Nobis, & pro tempore existente Romano Pontifice nequaquam habuisse, neque habere.

Atq. ita ab omnibus censeri obseruari, & iudicari debere decernit.

§. 3. Sicque, & non aliter, ab omnibus censeri, & obseruari, atque ita per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, ac Sedis Apostolicæ Nuncios iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Inhibet, ne de cætero huiusmodi clausulis oraculū sapientibus vtantur sub pœnis ipso facto, vt hic incurrendis.

§. 4. Inhibentes propterea in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub officij Prioris, seu Vicarij generalis, vocisque actiuæ, & passiuæ priuationis, necnon excommunicationis maioris latæ sententiæ ipso facto incurrendæ, ac alijs arbitrij nostri pœnis, ne de cætero perpetuis futuris temporibus modernus, & pro tempore existens Prior, seu Vicarius generalis dicti Ordinis, prædictis, vel alijs æquipollentibus clausulis in eorum patentibus litteris vti vllo modo audeant, seù præsumant.

Modum vtēdi facultatibus ab Apost. Sede obtentis in suarum patentium expeditionibus præscribit.

§. 5. Sed si eos aliqua facultate, seu concessione Apostolica Motu proprio concessa, vel ab eis iam obtenta vti oportuerit, litteras nostras, & Romani Pontificis pro tempore existentis desuper expeditas, scilicet earum tenores de verbo ad verbum integrè in suis patentibus litteris inserant, aliàs firmis remanentibus pœnis prædictis eorum litteræ patentes huiusmodi nullæ sint eo ipso.

Contraria prohibet obstare.

§. 6. Non obstātibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit dicti Ordinis, & quibusuis alijs etiā iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoq; indultis, & litteris Apostolicis eidem Ordini, illiusque Priori generali, & quibusuis alijs sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clau-

sulis, & decretis in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum omnium tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Huius Bullæ exemplis fidem mandat.

§. 7. Volumus autem, quod præsentium transumptis etiam impressis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides vbique adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. A. 6. die 15 Maij.

Dat. in Arce Gandulphi Albanensis Diœcesis sub Annulo Piscatoris die 15. Maij 1629. Pontificatus Nostri Anno Sexto.

XCIX.

Prohibitio imposterum concedendi exemptiones Officiorum, & præsertim eas quibus Fratres Prouinciales Diffinitores, aut Visitatores, vel Prædicatores Maiores nuncupati Ordinis Eremitarum Sancti Augustini gaudent, Fratribus eiusdem Ordinis, qui ea nunquam exercuerunt, absque Sedis Apostolicæ expressa licentia.

De hoc Ordine vide notata ad Const. 40. Romanus sup. pag. 304. Et ad Const. præcedentem.

Edita Ann. Dom. 1629.

VRBANVS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

INTER cæteras Apostolicæ seruitutis curas, quibus circa Vniuersalis Ecclesiæ regimen assiduè premimur, & Nos præcipuè sollicitos habet, vt personæ regulares diuini numinis obsequijs, sub suaui religionis iugo mancipatæ, iuxta regularia earum instituta in pacis amœnitate salubriter regantur, & gubernentur, & propterea si quæ earum fœlici gubernio obesse, aut in earum regularis disciplinæ, obseruantiæ aliquod detrimentum vergere cognoscimus, ea quantum cum Domino possumus remouemus, & prohibemus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

Causæ istius Constitutionis.

§. 1. Cum itaque sicut dilecti filij Priores Prouinciales Prouinciarum tàm Hispaniarum, quàm Indiarum Occidentalium Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Augustini Nobis nuper exponi fecerunt regularis disciplinæ obseruantia in eodem ordine à nonnullis annis citrà plurimum defecerit, præsertim ab eo tempore, quo eiusdem Ordinis Priores generales nimia facilitate, & nullo habito respectu concedunt exemptiones officiorum, dicti Ordinis Fratribus, qui ea nunquam exercuerunt, vndè infinitæ confusiones, & discordiæ oriuntur, eo quod eædem exemptiones Fratribus, vt plurimum minùs benemeritis eas fauoribus, & alijs modis extorquentibus, concedantur, quandoquidem rationi consentaneum minime videatur, vt aliquis religiosus officij quod numquam exercuit exemptionibus gaudeat æquè, ac illi qui illud exercuerunt, dilectus verò filius modernus dicti Ordinis Prior generalis, vt asserunt, multis Fratribus dicti Ordinis qui nunquam Prouinciales fuerunt, vt Prouincialium absolutorum, alijs verò qui nunquam Diffinitores extiterunt vt Diffinitorum, & alijs, qui nunquam verbum Dei prædicarunt, vt eiusdem verbi Dei Prædicatorum exemptionibus gaudeant concessit, & indulsit.

§. 2. Nos inconuenientibus huiusmodi quantum cum Domino possumus occurrere volentes, supplicationibus eorumdem Prouincialium nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati; Ne de cætero prædictus modernus, & pro tempore existens dicti Ordinis Prior, seu Vicarius generalis exemptiones officiorum vlli dicti Ordinis professori, qui ea prius non exercuerit, & præsertim eas exemptiones quibus illi qui Prouinciales, Diffinitores, aut Visitatores, vel Prædicatores maiores nuncupati fuerunt gaudent, absque expressa Sedis Apostolicæ licentia concedere audeat seu præsumat, sub pœna excommunicationis ipso facto incurrendæ, ac priuationis vocis actiuæ, & passiuæ, & suspensionis ab officio Apostolica auctoritate tenore præsentium interdicimus, & prohibemus. Decernentes nihilominus irritum, & inane si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariorum.

§. 3. Non obstan. constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis eidem Priori, seu Vicario generali, & aliàs in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, etiam si pro illarum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda

habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, eorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus cæterisq; contrarijs quibuscumq.

Huius Bullæ exemplis fidem mandat.

§.4. Volumus autē, quòd præsentium trāsumptis etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. Romæ die 25. Maij.

Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris, die 25. Maij 1629. Pontificatus Nostri Anno Sexto.

C.

Exemptio cōcessa Clericis Regularibus Pauperum Matris DEI Scholarum Piarum à processionibus, & alijs actibus publicis.

De istorum Clericorum Regularium Congregatione notaui sup. ad Const. 14. Greg. XV.

In supremo pag. 93.

Edita A.D. 1629.

VRBANVS EPISC. SERV. SERVOR. DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Debitum pastoralis officij Nobis ex Alto commissi requirit, Nosque ad id promptos excitat, vt Regularium studio piæ vitæ, & puerorum institutioni sedulò vacantium ne ipsi ab illis distrahantur, quantum cum Domino possumus libenter annuamus.

Causa huius exemptionis.

§. 1. Exhibita siquidem Nobis nuper pro parte dilecti filij Ministri generalis Religionis seu Congregationis Clericorum Regularium Matris Dei Scholarum Piarum nuncupatorum petitio continebat, videlicet, Clerici Presbyteri, alijque Superiores, & personæ d. Religionis, seu Congregationis à principio eiusdem Religionis institutionis, vt iuxta piū eorum institutum à quibuscumque occupationibus expediri, puerorū in bonis litteris & probis moribus ac Doctrina Christiana, alijsq; pijs, & salubribus documētis eruditioni, & instructioni, & animarum saluti cōsulere, & inuigilare possint; ad publicas processiones, quæ in Ciuitatibus, & locis in quibus ipsa Religio, seu Congreg. propagata est, celebrantur, & ab Ordinarijs locorum indicuntur, conuenire minime consueuerint, nihilominus ipsius Religionis seu Congreg. Clerici Presbyteri alijque Superiores prædicti diuersis in locis, ab eorumdem locorū Ordinarijs, processionibus huiusmodi contra eorum instituta, etiam sub censuris Ecclesiasticis, interesse, & eas passim comitari coguntur, vnde non solum ab eorū pijs exercitijs non parum retrahuntur, sed etiam grauissima iurgia, & dissentiones inter eos, & aliarum Religionum Fratres, seu Monachos super præeminētia oriri consueuerūt. Cum autem, sicut eadem petitio subiungebat eorumdem Clericorum, Presbyterorum, Superiorum, & personarum institutioni non conueniat ad similes processiones accedere, & propria eorum instituta prætermittere, ipsique pro fugiendis scandalis, quę præcedentiæ huiusmodi causæ inter eos, & aliarum Religionum Fratres, seu Monachos huiusmodi intercedere possent, cupiāt ab interessentia in processionibus publicis huiusmodi, vt infra, eximi, & liberari: Quare pro parte eiusdem Ministri generalis Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus in præmissis opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur.

Exemptio de qua in Rubrica.

§. 2. Nos igitur qui iustis, & honestis petentium votis libenter annuimus, eaque fauoribus prosequimur opportunis, ipsos Ministrū generalem, ac Clericos, Presbyteros, Superiores, & Religionis, seu Congreg. Scholarū Piarum huiusmodi singulares personas à quibuslibet excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt ad effectū præsentium dumtaxat consequendum harum serie absoluentes, & absolutos fore cēsentes, ex voto Congregationis Venerabilium Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum, eidem Ministro generali ac Primod. Religionis, seu Congreg. illiusque Clericis, Presbyteris, Superioribus, & personis nunc, & pro tempore existentibus, quod ipsi extra Vrbem, videlicet ex nunc de cætero perpetuis futuris temporibus, in Vrbe verò arbitrio dilecti filij nostri nunc, & Romani Pontificis pro tempore existentis Vicarij in d. Vrbe in spiritualibus generalis quibuscūque processionibus, & alijs quibuslibet actibus publicis quocumque tempore de more vel consuetudine, aut aliàs pro tempore fiendis, & celebrandis, aut ab Ordinarijs locorum quibusuis indicēdis, interesse minimè teneantur, nec vbique locorum per quoscumque Ordinarios huiusmodi, aliasque personas inuiti cogi, aut compelli possint, auctoritate Apostolica perpetuò concedimus, & indulgemus, ipsosque desuper ab eisdem Ordinarijs, vel alijs personis molestari, perturbari, aut inquietari nullatenus vnquam posse.

Decretum irritās. §. 3. Irritumque, & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Derogatio contrariorum. §. 4. Non obstantibus quibusuis Apost. ac in Synodalibus, Prouincialibusque editis, & edendis constitutionibus, & ordinationibus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Sanctio pœnalis. §. 5. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, concessionis, indulti, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attẽ-sare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Dat. Romæ apud S. Mariam Maiorem, Anno Incarnationis Dominicæ 1629. Kalend. Iunij Pontificatus Nostri Anno Sexto.

CI.

Confirmatio Decreti à Sacra Rituum Congregatione editi super vsu Baldachini, & Ministrorum, ac aliarum Cæremoniarum pro Abbatibus Congregationis Casinensis, aliàs S. Iustinæ de Padua.

De hac Congregatione vide notata ad Const. 1. Iulij Secundi, Super Cathedram tom. 1. pag. 402. Et de Diffinitorum electione, eorumque vacatione ab officio, ac Dietæ auctoritate nonnulla ordinauit istemet Pontifex sup. in Const. 87. Commissi.

VRBANVS PAPA VIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

Editus A. D. 1629.

Recenset Decretum a Sac. Congr. Rituum emanatū super Pontificalibus ad fauorem Abbatum Sacræ Congr. Casinensis.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius Dominicus Pinellus Monachorum Ordinis Sancti Benedicti Congreg. Casineñ aliàs Sanctæ Iustinæ de Padua Procurator generalis, quod aliàs à Veñ Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus sacris Ritibus Præpositis, emanauit Decretum tenoris subsequeñ videlicet, Cum aliàs de Anno 1606. sub die 28. Ianuarij Sacra Rituum Congregatio, instante Archiepiscopo Firmañ, interdixerit Priori S. Catharinæ Ordinis Canonicorum Regularium in eorum Ecclesia vsum aliquarum cæremoniarum, & de Anno 1617. sub die 18. Martij illud Decretum ad instantiam bo: me: Cardinalis Cataffæ Archiepiscopi Neapolitañ extenderit ad omnes Priores, & Abbates cuiuscumque Ordinis etiam Casineñ, ab hoc Decreto reclamauit Procurator generalis Casineñ, & ad Sac. Congregationem recursum habuit, asserens, suam Congregationem indefensam fuisse, & re maturè, ac diligenter discussa, referen bo. mem. Cardinale Lancellotto, Sacra Congregatio de Anno 1618. sub die 12. Martij, censuit, quòad vsum Baldachini, & quorumdam Ministrorū in alijs Decretis prohibitorum, recedendum esse à prædictis Decretis de Annis 1606. & 1617. emanatis, & licere ijsdem Abbatibus, quando solemniter celebrant, vti Baldachino, & apparatu iuxta eorum antiquissimam consuetudinem, ita tamen, vt modestè cum debita conuenientia, sine pompa, & auro, atque in tribus ad summum festiuitatibus quolibet anno vtantur, prout in dictis Decretis latius continetur; Nunc demum Archiepiscopus Florentiñ ad Sac. Congregationem accedens institit prohiberi Abbati S. Mariæ eiusdem Ciuitatis Florentinæ Ordinis Casineñ vsum Baldachini, & dictorum Ministrorum, & aliarum multarum cæremoniarū in dedecus, & præiudicium suæ Archiepiscopalis dignitatis vergentium, & citato, & interueniente Patre Domino Dominico Pinello eiusdem Congregationis Casinensium Procuratore generali, & partibus sæpe ac sæpius auditis, ac negotio diligenter discusso, referente Illustrissimo, ac Reuerendissimo Domino Cardinale Pio, Eadem Sacra Rituum Congregatio inhærendo dicto vltimo Decreto facto de Anno 1618. censuit, & declarauit licere Abbatibus Casineñ quando solemniter celebrant, quod in tribus ad summum festiuitatibus facere eis permittitur, vti Baldachino, sine auro tamen, & pompa, & aliquibus etiam Ministris paratis sacris indumentis. Quia vero numerus horum Ministrorum in aliquibus eorum Monasterijs erat valde excessiuus, vetuit, ac prohibuit, ne ijdem Abbates solemniter, vt supra celebrantes, alios possint habere Ministros sacris indumentis paratos, quàm duos Diaconos, & Presbyterum assistentes, Diaconum, & Subdiaconum pro cantandis Euangelio, & Epistola, ac sex ad summum alios, duos cum Pluuialibus, duos cum Planetis, & duos cum Tunicellis coloris temporis conuenientis: quoad reliqua verò in dictis Decretis de Annis 1606. & 1617. emanatis contenta, Sacra Congregatio eadem Decreta confirmauit, & quatenus opus sit, innouauit, inhibens omnibus Abbatibus Casinensibus, ac seriò præcipiens, vt in reliquis omnibus ea ad vnguem inuiolabiliter obseruent; eorumque dispositioni addidit, vt supradicti Abbates nullo modo debeant, nec possint habere, nec tenere sedem suam Abbatialem fixam, & permanentem prope Altare, vt sedes Episcopalis retineri cõsueuit, minusque liceat supradictis sex Mona-chis

chis paratis, vt supra, sedere in sedibus Choralibus, vt Canonicorum sæcularium mos est sed Sedes pro Abbate solemniter celebrante retineatur in Ecclesia Ijs tantummodo tribus diebus, quibus ipse Abbas solemniter celebrat, dictique sex Monachi parati sedere debeant loco congruo iuxta Ecclesiarum conuenientem situm super scabellis ad hunc effectum tunc appositis panno laneo coopertis, die 29. Ian 1628.

Quod ad instantiā R. P.D. Dominici Piselli d. Congr. Procuratoris gen. approbat, atque confirmat.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, Dominicus prædictus plurimum cupiat præinsertum Decretū huiusmodi, quò firmius subsistat, & inuiolabiliter obseruetur, Apostolicæ nostræ confirmationis robore communiri; Nos eius votis huiusmodi annuere, illumque specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, & à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis, à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutum, fore censentes; supplicationibus eius nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, præinsertum Decretum huiusmodi Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuò approbamus, & confirmamus, illique inuiolabilis Apostolicæ firmitatis robur adijcimus: ac omnes, & singulos, tàm iuris, quàm facti, & quosuis alios defectus, si qui desuper quomodolibet interuenerint, aut interuenisse dici, vel censeri possent, supplemus.

Clausulas præsentis ponit.

§ 3. Decretumque huiusmodi, necnon præsentes litteras cum omnibus in eis contētis semper, & perpetuò valida, firma, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac eidem Congregationi, illiusque Abbatibus, ac Monachis, & personis in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari, neque illos à quoquam quauis auctoritate super præmissis quouis modo, impediri, molestari, inquietari, vel perturbari vnquam posse, nec debere.

Ita iudicari decernit.

§. 4. Et ita per quoscumque Iudices Ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatij Apostolici Auditores, iudicari, & diffiniri debere: ac irritum, & inane, si quid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus, & declaramus.

Executores deputat.

§. 5. Quocirca Dilectis filijs nostris, & Apostolicæ Sedis Nuncijs, ac causarum Cur. Cameræ Apostolicæ Generali Auditori per præsentes committimus, & mandamus, quatenus per se, vel alium, seu alios præsentes litteras, & in eis contenta huiusmodi, vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Abbatum, & Monachorum dictæ Congregationis requisiti fuerint, seu aliquis eorum requisitus fuerit, solemniter publicañ, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant auctoritate nostra Abbates, & Monachos prædictos præmissorum omnium, & singulorum commodo, & effectu pacificè frui, & gaudere, non permittentes illos desuper à quoquam quauis auctoritate quomodolibet indebitè molestari, vel inquietari; contradictores quoslibet, & rebelles per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia, appellatione postposita compescen̄, inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij sæcularis.

Obstantibus derogat.

§. 6. Non obstāte fel. rec. Bonifacij Papæ Octaui prædecessoris nostri de vna, & in Cōcilio generali edita de duabus dietis, dummodo vltra tres dietas aliquis auctoritate præsentium in iudicium non trahatur, alijsque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quibusuis etiam iuramento, cōfirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & singulis eorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Transumptis credi mandat.

§. 7. Volumus autem quòd præsentium trāsumptis etiam impressis, manu Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides vbiq; adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die 11. Iulij, 1629. Pontificatus Nostri Anno Sexto.

Dat. P.As die 11 Iulij.

CII.

Vnio quarumdam Domorum Regularium Prouinciarum noui Regni Granateñ, seù Quiteñ in Indijs Occidentalibus Fratrum Discalceatorum Ordinis Eremitarū Sancti Augustini, sub gubernio Fratrum Calceatorum eiusdem Ordinis existentiū, Fratribus Discalceatis dicti Ordinis, Cōgregationis Hispaniarum.

De huiusmodi Fratribus lege quæ notaui ad Cōstit. 3. Greg. XV. Pastoralis sup. pag. 56. Et ad aliam Const. 36. Ad Sacram pag. 147. Præter quæ scito hunc Sanctissimum Pont. Congregationem Italiæ horum Fratrum in quatuor Prouincias diuisisse vt Const. 58. Ad vberes hic sup. pag. 350.

Adita A. D. 1629.

VRBANVS PAPA VIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

VNiuersalis Ecclesiæ regimini nullis licet nostris suffragantibus meritis, sed immensa Redemptoris nostri benignitate præpositi, ex iniuncti Nobis muneris debito Christi fidelium sub suauis Religionis iugo, & strictioris obseruantiæ regulis Altissimo famulantium votis, per quæ prospero, feliciqué eorum statui, atque progressui opportunè cōsulitur, libenter annuimus, ac desuper eiusdem muneris partes propensis studijs interponimus, vt ijdē Christifideles in pacis amœnitate, ac iustitia, & sanctitate coram Domino felicioribus in dies proficere valeant incrementis.

Fratres Discalceati Ord. Erem. S. August. Prouinciæ noui Regni Granaten. sub cura Fratrū Calceatorū Ord. existētes plurimū cupiunt vniri Cōgregat. Discalceat. Hispaniar. accedente expresso consensu Prioris gen. & Vicarij d. Congr. pro quo supplicant, hæc.

§. 1. Exponi siquidē Nobis nuper fecit dilectus filius Franciscus de Resurrectione Procurator generalis Fratrum Discalceatorum nuncupatorum Ordinis Eremitarum Sancti Augustini domorum Regularium Beatæ Mariæ de Candelaria, ac Sanctæ Crucis de la Popa in Prouincia noui Regni Granaten. necnon S. Iosephi de Panama eiusdē seu Quiten. Prouinciæ in Indijs Occidentalibus sub cura, & gubernio Fratrum Calceatorum eiusdem Ordinis existentium, quod Fratres prædicti pro maiori diuini cultus incremento, ac Catholicæ Religionis propagatione, & feliciori eorum statu, & directione, se, & eorum domos prædictas dilectis etiam filijs Fratribus Discalceatis etiā nuncupatis dicti Ordinis Congregationis Hispaniarum per Nos, vt infra, vniri, & incorporari plurimum desiderant, & ad hoc dilectorum filiorum Prioris generalis dicti Ordinis, ac Vicarij dictæ Congregationis expressus accedit assensus. Quare Nobis humiliter supplicari fecerunt, vt eorum votis eiusmodi annuere de benignitate Apostolica dignaremur.

Qui Monasteria d. Prouinciæ vnit prędictæ Congregationi et vnum corpus inter se absq; aliqua differentia constituunt.

§. 2. Nos igitur, qui Religiosorum Ordinum quorumcumque in Ecclesia Dei Militātium pacem, felicemque statum sinceris desideramus affectibus, Franciscum, & Fratres primodictos specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusuis excommunicationis, suspēsionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existant, ad effectū præsentium dumtaxat consequen. harum serie absoluentes, & absolutas fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati. De Ven. Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotijs Regularium Præpositorum consilio, Fratres Discalceatos primodictis, eorumque domos prædictos Fratribus Discalceatis Cōgregationis Hispaniarum Ordinis huiusmodi, itaut vnum corpus simul, vnamque Congregationem sub eisdem legibus, constitutionibus, & iuribus constituant, nec aliqua inter eos sit differentia.

Fratres Prouinciæ sic vnit Vicarij gen. d. Congr. & Commissarij ac eorum gubernio Deputandi obedientiæ subesse debere declarat.

§. 3. Ipsique primodicti Fratres Discalceati, secundodictis Fratribus huiusmodi sese conformare, necnon Vicario generali dictæ Congregationis, & Commissario ab eo ad domorum Regularium prædictarum regimen, & gubernium pro tempore deputan. subesse, eisque debitam obedientiam, & reuerentiam in omnibus præstare debeant.

Et recursum ad Priorē gen. Ord. S. August. ac Sedem Apost. concedit.

§. 4. Ita tamen, vt ijdem primodicti Fratres Conuentuum Iodiarum huiusmodi in eorum negotijs, & causis possint liberè, & licitè recurrere etiam per viam appellationis ad Priorem generalem dicti Ordinis Sancti Augustini, necnon ad Sedem Apostolicam, omisso medio, non secus atque si dicta vnio quoad hoc facta non fuisset, Apostolica auctoritate ten. præsentiū perpetuò vnimus, annectimus, & incorporamus.

Eisdem priuileg. omnia indulta, ipsi Congregationi competentia, concedit ac eis pariformiter, vti indulget.

§. 5. Eisdemque primò dictis Fratribus, & Regularibus domibus, quòd omnibus, & singulis priuilegijs, indultis, fauoribus, exēptionibus, libertatibus, immunitatibus, indulgentijs, concessionibus, & gratijs, quibus alij prædictæ Congregationis Fratres, eorumque domus de iure, vsu, consuetudine, priuilegio, aut aliàs quomodolibet vtuntur, fruuntur, & gaudent, ac vti, frui, & gaudere possint, & poterunt quomodolibet in futurum parimodo, & absque vlla prorsus differentia vti, frui, potiri, & gaudere, liberè, similiter, & licitè possint, & valeant in omnibus, & per omnia, perinde, ac si ab initio erectionis dictæ Congregationis primò dicti Fratres, eorumque domus Regulares prædictæ eidem Congregationi vnita, & incorporata fuissent, auctoritate, & ten. prædictis concedimus, & indulgemus.

Clausulæ præseruatiuæ.

§. 6. Decernentes, præsentes litteras, & in eis contenta quæcumque semper, & perpetuò valida, firma, & efficacia existere, & fore suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac primodictis Fratribus in omnibus

nibus, & per omnia pleniſſimè ſuffragari.

Et Decretum irritans apponit.

§. 7. Sicque, & non aliter per quoſcumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales etiam de Latere Legatos, & Sedis Apoſtolicæ Nuncios iudicari, & diffiniri debere, irritumque, & inane ſi quid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contraria tollit.

§. 8. Non obſtañ quibuſuis Apoſtolicis, ac vniuerſalibus, prouincialibuſq. Concilijs, editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & ordinationibus, necnon Ordinis, & Congregationis, ac Domorum, & Prouinciarũ huiuſmodi etiam iuramento, cõfirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & cõſuetudinibus, priuilegijs quoq; indultis, & litteris Apoſtolicis ſub quibuſcumque teñ & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum teñ præſentibus pro ſufficienter expreſſis habeñ illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſè derogamus, cæteriſq; contrarijs quibuſcumque.

Exemplis fidem mandat.

§. 9. Volumus autem, quòd præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus vbique fides adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. P. A. die 16. Iulij.

Dat. Romæ, apud Sanctam Mariam Maiorem ſub Annulo Piſcatoris, die 16. Iulij. 1629. Pontificatus Noſtri Anno Sexto.

CIII.

Beatificatio Caietani Thienæi Clericorum Regularium Fundatoris, ac Indultum celebrandi Miſſam, & Officium de eodem recitandi.

Huius Congregationis inſtitutionem habes ſup. ad Conſt. 11. Clementis VII. tom. 1. fol. 575.

Edita A. D. 1629.

VRBANVS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

IN Sede Principis Apoſtolorum nullis, licèt noſtris ſuffragantibus meritis, diuina prouidentia conſtituti, ad ea, per quæ ſeruorum Chriſti veneratio in terris promoueatur, & laudetur Dominus in Sanctis ſuis, paſtoralis muneris Noſtri partes propenſis ſtudijs impendimus, prout pia Chriſtifidelium, & præſertim Catholicorũ Regum, & Principum vota expoſcunt, Noſque conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

Inſtantia facta Poſt. pro huius viri Beatificatione.

§. 1. Sanè nomine dilectorum filiorum Præpoſiti generalis, & Clericorum Congregationis Clericorum Regularium Theatinorum nuncupatorum Nobis nuper expoſitum fuit, quòd facta nuper per dilectos etiam filios cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores Nobis relatione de proceſſibus Apoſtolica auctoritate fabricatis, ſuper ſanctitate ſerui Dei Caietani Thienæi Nobilis patritij Vicentini dictæ Congregationis Fundatoris, ijſque in Congregatione Venerabilium Fratrum Noſtrorum S.R.E. Cardinalium ſacris Ritibus præpoſitorum, de mandato Noſtro per plures ſeſſiones, citato etiam ad hoc, & audito Promotore Fidei, ad relationem dilecti filij noſtri Antonij Sanctæ Mariæ in Aquiro Diaconi Cardinalis Barberini nuncupati, Noſtri ſecundum carnem ex Fratre germano Nepotis, acerrimè diſcuſſis, cognito primum ſuper validitate dictorum proceſſuum, deindè ſuper virtutibus heroicis, ac demum ſuper miraculis in vita, & poſt mortem interceſſione dicti ſerui Dei ab Altiſſimo patratis, ijdẽ Cardinales vnanimi conſenſu cenſuerunt, tutò poſſe, quandocumque Nobis placuerit, ad ſolemnem Canonizationem dicti ſerui Dei Caietani Thienæi deueniri. Quare pro parte non ſolum Præpoſiti generalis, & Clericorum prædictorum, verùm etiam Chariſſimorum in Chriſto filiorum Noſtrorum Ferdinandi Romanorum Regis in Imperatorem electi, ac Ludouici Francorũ Regis Chriſtianiſſimi, necnon dilectorum filiorum nobilium Virorum Ducis, & Reipublicæ Venetorum, aliorumq. Chriſtianorum Principum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt interim donec ad ſolemnem Canonizationem dicti ſerui Dei Caietani Thienæi deueniatur, idem ſeruus Dei Caietanus Thienæus Beatus nuncupari, atque Officium, & Miſſa de eo, vt infra, celebrari poſſit.

Beatificatio eiuſdem ac conceſſio Miſſæ, & Officij prout hic.

§. 2. Nos pijs Ferdinandi Regis in Imperatorem electi, ac Ludouici Regis, necnon Ducis & Reipublicæ, aliorumq; Principum, ac Præpoſiti & Clericorum prædictorũ votis huiuſmodi quãtum cum Domino poſſumus, benignè annuere volentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, de eorumdem Cardinalium conſilio, vt ipſe Dei ſeruus Caietanus Thienæus in poſterum Beatus nuncupari, atque ab omnibus Clericis Regularibus vbique exiſtentibus Officium de communi Confeſſoris non Pontificis in die eius obitus recitari, & Miſſa celebrari, iuxtà Breuiarij, & Miſſalis Romani rubricas, etiam per Sacerdotes Regulares, & ſæculares ad eorum Eccleſias con-

confluentes. In Ciuitate verò Vicentina vbi natus,& in Ciuitate Neapolitana vbi sacrum eius Corpus requiescit, in omnibus Ecclesijs, tàm Regularium, quàm sæcularium Missa, & Officium, vt supra respectiuè celebrari, & recitari valeat: Ac pro præsenti anno dumtaxat, dicti Præpositus generalis, & Clerici solemnem Beatificationem cum Officio,& Missa in die eis beneuisa, hic Romæ in Ecclesia Sancti Andreæ de Valle, necnon alij ad illam confluentes celebrare, liberè,& licitè possint, & valeant, Apostolica auctoritate, tenore præsentium licentiam, & facultatem concedimus, & impartimur.

Contrariorũ remotio.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque cõtrarijs quibuscumque.

Transumptorum fides.

§. 4. Volumus autem quòd præsentium transumptis etiam impressis, Secretarij ipsius Congregationis, vel alicuius Notarij publici manu subscriptis,& alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutę, aut Præpositi, vel Vicarij generalis eiusdem Congregationis sigillo munitis, eadẽ prorsus fides vbique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. 4.7. die 8. Octobris.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris die 7. Octobris 1629. Pontificatus Nostri Anno septimo.

CIV.

Iubilei vniuersalis concessio ac diuinam opem in imminentibus discrimina in diuersis Christiani Orbis partibus postulandam.

Edita A.D. 1629.

VRBANVS PAPA VIII. *Vniuersis Christifidelibus præsentes litteras inspecturis salutem, & Apostolicam benedictionem.*

Causæ huius concessionis Iubilei & hortatio ad illud assequendum.

IRritatus affiduis humani generis flagitijs Deus consueuit iracundiæ suæ flagella sæpius ostentare, vt errantes derelinquant vias suas, & aliquando visitat in virga iniquitates, & in verberibus peccata; nolens tamen aliquem perire; remedijs acrioribus excitat peccatorum sopitas mentes, vt resipiscentes ad eum reuertamur. Nos igitur è Pastorali specula, dominici gregis Nobis licèt immeritis, crediti, prospicientes saluti, cum proprius imminere discrimina pestilentiæ, & damna famis peruagari, bellique turbines in detrimentum Catholicæ Religionis varias Christiani orbis partes inuadere, & ibidem violentiùs percrebescere animaduertamus, oculos in excelsum tollimus ad Altissimum, qui licèt sit iustus, etiam misericors est, & placabilis super nequitiam populi sui; & publicæ orationis anchora, quod sæpius fecimus iterum innixi, instantis tempestatis imperum euitare speramus. Adeamus itaque in amaritudine animarum nostrarum, recogitantes vitæ præteritæ annos, Aram misericordiarum Domini, & sine intermissione orantes contriti cordis, & humiliati spiritus offeramus ei sacrificium, vt, qui interdum opem implorãribus dormiens vult videri, & quandoque supplicantium preces seriùs audit, tandem cumulatè exaudiat, & nostris, & communibus Fidelium votis in tempore opportuno adesse dignetur, & tantos æstuantis maris motus dissidiorum, ventis imperans, sedet, vt optata fiat tranquillitas. Hoc autem, vt fructuosius, & maiori cum spiritus ardore peragatur, ex veteri Ecclesiæ Romanę omnium Matris, & Magistræ more, in præsentibus necessitatibus, eiusdem Ecclesiæ thesauros, quorum dispensatores à Domino cõstituti sumus, proferre, & largissimè erogare decreuimus. Itaque ex parte omnipotentis Dei Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Omnes, & singulos vtriusque sexus Christifideles, tàm in Alma Vrbe nostra, quàm alibi vbicumque locorum constitutos Apostolica auctoritate paternè, enixèque requirimus, monemus, & in Domino adhortamur ad infrascripta deuotè peragendum, & adimplendum, ac ad Deum Saluatorem nostrum orandum, vt per viscera misericordiæ suæ fidem Catholicam protegere, ab hostium conatibus, & insidijs defendere, hæresim extirpare, Principibus Christianis pacem, & veram concordiam donare, ac præcipuè præsentibus Ecclesiæ necessitatibus subuenire dignetur.

Concessio Iubilei pro existentibus Romæ.

§. 1. Nos enim de omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, ex illa ligãdi, atq; soluendi potestate, quam Nobis Dominus, meritis minimè suffragantibus, contulit, Vniuersis, & singulis Christifidelibus in Alma Vrbe prædicta degentibus, qui solemni processioni, quam ab Ecclesia B. Mariæ Angelorum nuncupata, Carthusiẽ Ordinis, ad Basilicam eiusdem B. Mariæ Maioris etiã nuncupatam de Vrbe, feria quartã proximę sequentis hebdomadæ, vna cum Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus, Christianorumque Regum, & Principum apud Nos, & Apostolicam Sedem Oratoribus, omnibusque Prælatis, Proceribus, ac vniuerso Clero, & Populo agemus, interfuerint, aut qui prædicta, vel immediatè subsequenti hebdomada eaidem Ecclesiam, & Basi-

Basilicam saltem semel visitauerint, ibique deuotè vt supra Deum orauerint, necnon feria quarta, & sexta, ac Sabbato eiusdem, vel subsequentis hebdomadæ ieiunauerint, & peccata sua confessi fuerint, atque in primo die Dominico, vel secundo, seu saltem alio dictarum hebdomadarum die Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum reuerenter sumpserint, & eleemosynas ad libitum, prout caritas singulis suggesserit, fecerint.

Necnon pro existentib. extra Vrbē.

§. 2. Cæteris verò omnibus, & singulis fidelibus extra Vrbem existentibus in quibusuis Ciuitatibus, Terris, & Locis, qui processioni ab Ordinarijs locorum, vel eorum Vicarijs, seu Officialibus de eorum mandato, & ipsis deficientibus, per eos, qui ibi curam animarum exercent, prima, vel secunda hebdomada, postquam ad eorum notitiam hæ nostræ litteræ deuenerint, indicendæ, & agendæ, interfuerint, vel Ecclesiam, seu Ecclesias per eosdem designandas saltem semel visitauerint, ibique vt supra Deum orauerint, ac feria quarta, sexta, & Sabbato alterius ex duabus hebdomadis ab eisdem deputandis ieiunauerint, pariterque peccata sua confessi, ac Sanctiss. Communione refecti fuerint, & eleemosynas similiter pro arbitrio suo fecerint, plenissimam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem, sicut in Anno Iubilei visitantibus certas Ecclesias intra, & extra Vrbem concedi consueuit, tenore præsentium concedimus, & elargimur.

Ac pro itinerantibus.

§. 3. Nauigantes verò, aut iter agentes, vt cum primum ad sua sese domicilia receperint, suprascriptis peractis, & loco interuentus in processione, visitata Ecclesia Cathedrali, vel maiore, aut Parochiali loco eiusdem domicilij, eamdem Indulgentiam consequi possint, & valeant.

Etiā pro regularib. aliisq. impeditis.

§. 4. Regularibus autem personis vtriusque sexus, etiam in claustris perpetuò degētibus, necnon alijs quibuscumque, tàm laicis, quàm religiosis sæcularibus, vel regularibus, etiam in carcere, aut in captiuitate existentibus, vel aliqua corporis infirmitate, seu alio quocumq. impedimento detentis, qui supra expressa, vel eorum aliqua præstare nequiuerint, vt Confessarius, quem vt infra elegerint, eis prędicta omnia, & singula, vel eorum aliqua, in alia pietatis opera commutare, vel in aliud proximum tempus prorogare possit, eaque iniungere, quæ ipsi pœnitentes efficere poterunt, pariter concedimus, & indulgemus.

Concessio eligendi Confessarium cum facultatibus vt hic.

§. 5. Cupientes autem omnes Christifideles participes fieri huius pretiosissimi thesauri, vniuersis, & singulis vtriusque sexus tàm laicis, quàm Ecclesiasticis sæcularibus, & regularibus cuiusuis Ordinis, Congregationis, & Instituti licentiam concedimus, & facultatem damus, vt sibi ad hunc effectum eligere possint quemcumq. Presbyterum Confessarium, tàm sæcularem, quàm cuiusuis Ordinis regularem, ex approbatis à locorum Ordinarijs, qui eos ab omnibus excommunicationis, suspensionis, & alijs Ecclesiasticis sētentijs, & censuris à iure, vel ab homine quauis causa latis, seu inflictis, necnon ab omnibus peccatis, excessibus, criminibus, & delictis quantumuis grauibus, & enormibus, etiā locorū Ordinarijs, siue Nobis, & Sedi Apostolicæ, etiàm in litteris die Cœnæ Domini legi solitis, contentis, & aliàs per quascumq. nostras, aut Rom. Pont. prædecessorum nostrorum constitutiones, quarum tenores præsentibus haberi volumus pro expressis, quomodocumque reseruatis, in foro conscientiæ, & hac vice tantum, non tamen à crimine hæresis, absoluere, & liberare valeant: & insuper vota quæcumque (Religionis, & Castitatis exceptis) in alia pia, & salutaria opera commutare, iniuncta tamen eis, & eorum cuilibet in supradictis omnibus casibus, pœnitentia salutari, alijsque eiusdem Confessarij arbitrio, iniungendis.

Præceptum illud publicandi &c.

§. 6. Quapropter tenore præsentium in virtute sanctæ obedientiæ districtè præcipimus, atque mandamus omnibus, & quibuscumque Venerabilibus Fratribus Patriarchis Archiepiscopis, Episcopis, & alijs Ecclesiarum Prælatis, ac quibuscumque Ordinarijs locorum, eorumque Vicarijs, & Officialibus, vel ijs deficientibus, illis, qui curam animarum exercent, vt cum præsentium litterarum transumpta, aut exempla etiam impressa acceperint, illa statim absque vlla mora, retardatione, vel impedimento per suas Ecclesias, & Diœc. Prouincias, Ciuitates, Oppida, Terras, & Loca publicent, & publicari faciāt, ac Cleris, & Populis sibi subiectis solemnes processiones, & supplicationes indicant, & celebrent, Ecclesiamque seu Ecclesias visitādas designent.

Restrictio circa facultatem dispēsandi.

§. 7. Non intendimus autem per præsentes super aliqua irregularitate publica, vel occulta, nota, defectu, incapacitate, seu inhabilitate quoquo modo contracta dispensare, vel aliquam facultatem tribuere dispensandi, seu habilitandi, & in pristinum statum restituendi, etiam in foro conscientiæ. Neq; etiam easdem præsentes ijs, quia Nobis, & Apostolica Sede, vel ab aliquo Prælato, seu Iudice Ecclesiastico excommunicati, suspensi, interdicti, seu aliàs in sententias, & censuras

ſtas incidiſſe declarati, vel publicè denunciati fuerint, niſi infra tempus celebrationis huiuſmodi Iubilei ſatisfecerint, aut cum partibus concordauerint, vllo modo ſuffragari poſſe, aut debere.

Contrariorum remotio.

§. 8. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, præſertim quibus facultas abſoluendi in certis tunc expreſſis caſibus ita Romano Pont. pro tempore exiſtenti reſeruatur, vt nec etiam ſimiles, vel diſſimiles Iubilei Indulgentiarum, & facultatum huiuſmodi conceſſiones, niſi de illis expreſſa mentio, aut ſpecialis derogatio fiat, cuiquam ſuffragari queant, necnon regula noſtra de non concedendis Indulgentijs ad inſtar, ac quorumcumque Ordinum, & Congregationum, ſiue Inſtitutorum regularium etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel alia quauis firmitate roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus: priuilegijs quoque indultis, & litteris Apoſtolicis eiſdem Ordinibus, & Congregationibus, atque Inſtitutis quomodolibet conceſſis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & indiuidua, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeù quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, illorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis, ac formam eorum traditam pro ſeruata habentes, hac vice ſpecialiter, nominatim, & expreſsè ad effectum præſentium derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcumque.

Tranſumptorum fides.

§. 9. Vt autem præſentes noſtræ, quæ ad ſingula loca deferri non poſſunt, ad omnium notitiam faciliùs deueniant, volumus, vt earumdem præſentium tranſumptis, vel exemplis etiam impreſſis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, vbique locorum, & gentium eadem prorſus fides adhibeatur, quæ haberetur ipſis præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. P. A. 7. die 22 Nouembris.

Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem ſub Annulo Piſcatoris die xxij Nouembris 1629. Pontificatus Noſtri Anno Septimo.

CV.

De facultate eligendi Confeſſarium ad Regulares vtriuſque ſexus, & cuiuſcumque Ordinis non extendi nec extra forum conſcientiæ.

Huius Clem. Cõſt. habes ſup. t. 3. p. 89. Cõſt. 64.

VRBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Datum A. D. 1630

Proœmium.

IN ſpecula militantis Eccleſiæ, nullo licet meritorum ſuffragio, diuina diſpoſitione conſtituti, & attentè conſiderantes, ſacros Regularium Ordines tantas Eccleſiæ Dei vtilitates omni tempore attuliſſe, vt ad eas conſeruandas, & inſtaurandas Romani Pont. prædeceſſores noſtri magnam iure optimo diligentiam ſemper adhibuerint: dignum, quin potius debitum reputamus, vt eorumdem Pontificum veſtigijs inhærentes, ad ea paſtoralis vigilantiæ partes iugiter intendamus, vt in eiſdem Ordinibus diſciplinæ regularis obſeruantia ſarta tecta conſeruetur, & ſi quæ illi obeſſe dignoſcuntur, opportunæ conſtitutionis miniſterio ſalubriter remoueantur.

Clem. 8. eaſdẽ Conf. indicauerat in 2. Rubrica.

§. 1. Aliàs ſiquidem fel. rec. Clementi Papæ VIII. prædeceſſori noſtro per Procuratorem generalem Ordinis Fratrum Beatæ Mariæ de Monte Carmelo nuncupat. expoſito, quòd cum in Bulla Cruciatæ Sanctæ, & alijs priuilegijs ab Apoſtolica Sede concedi ſolitis, detur facultas eligendi Confeſſarium idoneum, ab Ordinario approbatum, qui poſſit Chriſtifideles abſoluere à caſibus Ordinario, & Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, Religioſi prædicti Ordinis, ſeu eorum nonnulli, etiam prædictis facultatibus vti præſumebant in detrimentum eorum regularis diſciplinæ: Quare idem Clemens prædeceſſor ſua perpetuò valitura conſtitutione declarauit, facultatem, & conceſſionem Sanctæ Cruciatæ, & aliorum indultorum prædictorum quantum ad prædictum articulum eligendi Confeſſarium, & abſoluendi à caſibus reſeruatis, non habere locum cum Fratribus, & Sororibus Monialibus quorumcumque Ordinum, & Congregationum cuiuſuis Inſtituti, Mendicantium, & non Mendicantium, tàm in prouincia Hiſpaniæ, quàm extra eam vbilibet conſtitutis, neque eis ſuffragari, ſed eiuſdem Clementis prædeceſſoris intentionis fuiſſe, quòd ijdem Fratres, & Moniales quantùm ad Sacramentum Pœnitentiæ, ſeu Confeſſionis adminiſtrationem diſpoſitioni ſuorum Prælatorum ſubiecti eſſent, prout in dicti Clementis prædeceſſoris in ſimili forma Breuis deſuper ſub die xxiij. Nouembris MDXCIX. Pontificatus ſui anno octauo, expeditis litteris, quarum tenores pro expreſſis haberi volumus, pleniùs continetur.

Sed quia ea non nulli Regulares hebutur.

§. 2. Nihilominus, ſicut Nobis, non ſine animi noſtri moleſtia, innotuit, nonnul-

nonnulli Ordinis Fratrum Prædicatorum professores prætextu Bullæ eiusdem Sanctæ Cruciatæ, ac dictorum Indultorum Confessarium huiusmodi, qui eos, vt præfertur absoluat, eligere posse prætendant, & forsan eligant, etiam ad præsens, postquam litteræ nostræ sub die xiiij Iunij 1624. Pontificatus nostri anno primo, super facultate eisdem Regularibus Confessarium ad effectum huiusmodi eligendi ad quinquennium tunc proximum concessa, emanaræ pridem sub anno, & vltra expirauerunt, in maximum status, & obseruantiæ regularis præiudicium.

Hic Pont. ea... & obseruari præcipit.

§. 3. Nos præmissis quantum Nobis ex alto conceditur, obuiare, ac fœlici tam eorumdem Fratrum Prædicatorum, & Beatæ Mariæ de Monte Carmelo Religiosorum, quàm omnium, & quorumcumque aliorum cuiuslibet Ordinis, Congregationis, Societatis, & Instituti, etiam speciali mentione, & nota digni vtriusque sexus, tàm Mendicantium, quam non Mendicantium statui; atque directioni, & aliorum Christifidelium saluti consulere volentes, præfatæque Clementis prædecessoris declarationi inhærentes, illamque tenore præsentium innouantes, ac quatenus opus sit, ampliantes, Motuproprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine Concessionem Sanctæ Cruciatæ, quæ respectu facultatis huiusmodi, etiam laicis, & Clericis sæcularibus cuiuscumq. status, gradus, qualitatis, & conditionis, etiam speciali nota dignæ quoad casus reseruatos etiam in Bulla Cœnæ Domini (hæresi excepta) contentos nonnisi in foro conscientiæ non autem in foro externo suffragatur, aliorumque Indultorum huiusmodi, quantum ad Prædictum articulum eligendi Confessarium & absoluendi à prædictis casibus reseruatis etiam in Bulla Cœnæ Domini contentis, cũ Fratribus, & Monialibus prædictis Fratrum Prædicatorum, ac aliorum quorumcumque Ordinum, & Congregationum, Societatisq; & Instituti prædictorum Mendicantium, & non Mendicantium, tàm Prouinciæ Hispaniæ, quàm extra eam vbilibet constitutorum locum minimè habuisse, neque habere, nec in illis vllo modo suffragari potuisse, neque posse, excepto dumtaxat illo quinquennio, quo litteræ nostræ huiusmodi, vt præfertur, durauerunt, si quidem die xiiij mensis Iunij 1629. proximè præteriti iam expirauerunt, sed nostræ intentionis fuisse, & esse, quòd iidem Fratres, & Moniales quantùm ad Sacramenti Pœnitentiæ, seu Confessionis administrationem ordinariæ dispositioni suorum Prælatorum, & Sedi Apostolicæ quoad sibi reseruata, subiecti sint, earumdem tenore præsentium perpetuò declaramus.

Clausulas præseruatiuas appon...

§. 4. Decernentes præsentes nostras litteras de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, aut alio quocumque defectu à quoquam impugnari non posse.

Ita iudicari mandat.

§. 5. Sicque, & non aliter, in omnibus, & singulis præmissis per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales etiam de Latere Legatos, Vicelegatos, ac Sedis Apostolicæ Nuncios, ac Cruciatæ Commissarios, & quouis alios quauis auctoritate fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, interpretari, ac iudicari debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contraria tollit.

§. 6. Non obstantibus præmissis, ac omnibus, & singulis illis, quæ in prædictis Clementis prædecessoris litteris concessa sunt non obstare, cæterisque contrarijs quibuscũque. Quibus omnibus, & singulis illorum omnium, & singulorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Publicationem in Vrbe omnes afficere decernit.

§. 7. Vt autem præsentium tenor omnibus innotescat, volumus eas in valuis Basilicæ Principis Apostolorum, & in acie Cãpi Floræ de Vrbe, vt moris est, publicari, ipsasque sic publicatas, omnes, & singulos vbique existentes ita afficere, ac si omnibus personaliter intimatæ essent.

Transumptis fidē iubet.

§. 8. Quodq. præsentium transumptis etiã impressis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadẽ prorsus vbique fides adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P.A.7. die 19 Iunij.

Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris die xix. Iunij. 1630. Pontificatus Nostri Anno Septimo.

CVI.

Prohibitio erigendi Scholas sub denominatione Scholarum Piarum: Et annullatio erectarum sub tali nomine ab alijs, quàm à Clericis regularibus Religionis Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum. Necnon interdictio deferendi habitum per dictos Clericos gestari solitum.

Scho-

Scholarum Piarum materiam lege hic sup. in Const. 3. Pauli V. pag. 5. vbi alias Constitutiones habes indicatas.

Edita ann. Dom. 1630.

VRBANVS PAPA VIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

AD vberes fructus, quos dilecti filij Clerici Regulares Congregationis Matris Dei Scholarum Piarum in Vinea Domini proferunt, considerationis nostræ aciem conuertentes, dignum, quin potius debitum reputamus, vt ea, quę fœlicibus eorum progressibus obesse possunt, quantum cum Domino possumus, remoueamus, & prohibeamus.

Prohibitio, de qua in Rubrica.

§. 1. Specialibus itaque illos fauoribus, & gratijs prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequen. harum serie absoluentes, & absolutas fore censen. supplicationibus Ministri generalis dictæ Congregationis Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati. Ne alij quicumque quauis auctoritate fungentes Scholas sub denominatione Scholarum Piarum erigere, aut forsan iam erectas pias nominare, nec inscribere, minusque habitum per dictos Clericos Regulares gestari solitum gestare audeant, seu præsumant sub excommunicationis, & alijs censuris Ecclesiasticis per contrafacientes ipso facto incurrendis, Apostolica auctoritate teń præsentium interdicimus, & prohibemus.

Clausula præseruatiua.

§. 2. Decernentes præsentes litteras validas, firmas, & efficaces existere, & fore, & ab omnibus inuiolabiter obseruari.

Clausula irritans.

§. 3. Sicque per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatij Apostolici Auditores iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane si quid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula derogatoria.

§. 4. Non obstan. constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis cæterisque contrarijs quibuscumque.

Transumptorum fides.

§. 5. Vt autem præsentes facilius omnibus innotescant, volumus, vt earumdem præsentium transumptis etiam impressis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus vbique fides adhibeatur si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris, die vij. Augusti 1630. Pontificatus Nostri Anno Octauo.

Dat. Pont. Ann. viij. die vij. Aug.

CVII.

Declaratio super Constitutione fel. rec. Pij Papæ Quarti de registraudis in Camera gratijs illius interesse concernentibus.

Hanc Pij Quarti Constitutionem habes sup. tom. 2. Const. 98. pag. 152.

Edita An. Dom. 1630.

VRBANVS PAPA VIII.
Ad futuram rei memoriam.

Prohemium.

CVM sicut accepimus plures Romani Pontifices Prædecessores Nostri concesserint, prout etiam Nos concessimus diuersa priuilegia, indulta, licentias, & gratias, etiam interesse Cameræ Apostolicæ concernentia, tam per literas Apostolicas sub plumbo, & in simili forma Breuis expeditas, quàm per Chirographa eorum, & Nostra respectiuè manu subscripta, in quibus quidem literis, & Chirographis, Motui proprio, seu Constitutioni fel. rec. Pij Papæ IIII. Prædecessoris Nostri, quo cauetur vt omnes, & singulæ gratię interesse dictæ Cameræ concernentes in eadem Camera intra certum inibi expressum tempus registrari debeant, alias gratiæ ipsæ nullæ sint, derogatum reperitur, a nonnullis verò nimium scrupulosis in dubium reuocetur, an tales derogationes adhuc in Camera prædicta registrari debuerint, & debeant.

Dubitatio circa registrationem.

§. 1. Nos ne vllo vnquam tempore de ipsorum priuilegiorum, indultorum, licentiarum, & gratiarum validitate, ex eo quòd priuilegia, indulta, licentiæ, gratiæ, seu facultates, aut derogationes huiusmodi in eadem Camera registratæ non fuerint hæsitati, eosq. ad quorum fauorem emanarunt, eo prætextu, super priuilegijs, indultis, licentijs, gratijs, & facultatibus eisdem pro tempore, vt præfertur, concessis, molestati contingat, prouidere cupientes, ac Motus proprij, seu Constitutionis prædicti Pij Prædecessoris, tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter, expressis habentes.

Pontific. ex Motu proprio decretũ.

§. 2. Motu proprio, non ad alicuius Nobis desuper oblatæ petitionis instantiam, sed ex mera animi Nostri deliberatione, certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, omnia, & singula priuilegia, indulta, licentias, gratias, & facultates, tam per Prædecessores Nostros, quàm per Nos ipsos per literas

literas Apostolicas sub plumbo, aut in forma Breuis expeditas, seu per Chirographa eorumdem Prædecessorum, vel Nostra manu respectiue subscripta, etiam quodcumque interesse dictæ Cameræ concernentia, cuiuscumque qualitatis, generis, quantitatis, & valoris etiam maximi, & inexcogitabilis existat, concessa hactenus, & in posterum per Nos, & Rom. Pont. Successores Nostros concedenda, in quibus Motui proprio, seu Constitutioni Pij Prædecessoris huiusmodi ad effectum vt illi, ad quorum fauorem emanarunt, & emanabunt pro tempore ad ipsa priuilegia, indulta, licentias, & gratias in eadem Camera registrandum non teneantur, derogatum fuerit, seu derogari contigerit in futurum; etiamsi illæ, & illa siue derogatio, & voluntas huiusmodi in prædicta Camera registrata non sint, & non registrentur, etiam ab earum data valere, & de eorum validitate dubitari non posse, neque propterea illos, ad quorum fauorem emanarūt, aliquo modo molestari debere tenore præsentium decernimus, & declaramus.

Silentium efficacibus impositio.

§. 3. Ac dilectis filijs Nostro, & S. R. E. Camerario, ac Thesaurario Generali, Præsidenti, & Clericis, necnon Commissario eiusdem Cameræ nunc, & pro tempore existentibus, & alijs quibuscunque desuper interesse quomodolibet prætendentibus, aut qui illud quomodolibet prætendere possent, perpetuum silentium desuper imponimus.

Contrafacientibus pœnæ.

§. 4. Mandantes Camerario, Thesaurario, Præsidenti, & Clericis, necnon Commissario nunc, & pro tempore existentibus, & alijs interesse prætendentibus prædictis, ne sub nostræ, & pro tempore existentis Rom. Pont. indignationis, alijsq; Nostro, & pro tempore existentis Rom. Pontificis arbitrio imponendis pœnis, & etiam Interdicti ingressus Ecclesiæ, ac alijs Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis ipso facto per contrauenientes, & eorum quemlibet toties quoties contrauenerint respectiuè incurrendis à quibus à nemine, præterquam à Romano Pontifice pro tempore existente, præterquàm in mortis articulo constituti, absolui, seu illæ eis relaxari nequant, prædictorum aliquem super præmissis aliquo modo molestare audeant, vel præsumant.

Præseruatio.

§. 5. Volentes, & eadem auctoritate decernentes præsentes Nostras literas, declarationem, & voluntatem, etiam quòd in dicta Camera non registrentur, neque præsententur, ijs omnibus de quorum interesse actum fuerit, vel agetur pro tempore suffragari debuisse, & debere, perinde, ac si in eadem Camera debito tempore præsentatæ, & in ea registratæ fuissent.

Executorum deputatio.

§. 6. Quo circa venerabilibus fratribus Nostris Ostien. & Portuen. Episcopis, ac dilecto filio causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ Generali Auditori, per præsentes committimus, & mandamus quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium seu alios præsentes litteras, & in eis contenta, quæcunque vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte in præmissis interesse habentium desuper requisiti fuerint, solemniter publicantes, eisq. in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant auctoritate Nostra illos præmissorum commodo, & effectu pacificè frui, & gaudere, non permittentes illos desuper à quoquam quauis auctoritate quomodolibet indebitè molestari. Cōtradictores quoslibet, & Rebelles per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaq. opportuna iuris, & facti remedia appellatione postposita compescendo legitimisq. super his habendis seruatis processibus cen. & pœnas ipsas etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio Brachij secularis.

Contrariorum derogatio.

§. 7. Non obstan. piæ me. Bonifacij Papæ VIII. Prædecessoris Nostri de vna, & in Concil. generali edita de duabus dietis dummodò vltra tres dietas aliquis auctoritate præsentium ad iudicium non trahatur, ac Motu proprio huiusmodi, seu prædicta Pij Prædecessoris, alijsq. Constitutionibus, & Ordinationibus Apost. alijsq. in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus etiamsi de illis, eorumq. totis tenoribus specialis specifica, & expressa, ac indiuidua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda foret, illorū omnium, & singulorum tenore præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes latissimè, & plenissime hac vice ad effectum præmissorum tantum motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus derogamus cæterisq. contrarijs quibuscunque.

Transumptorum fides.

§. 8. Volumus autem quod præsentium transumptis etiam impressis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides vbique adhibeatur quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die XIX. Augusti MDCXXX. Pontificatus Nostri Anno VIII.

CVIII.

Relatio Fr. Ioannis Dei Congregationis huius nominis Fundatoris in Beatorum Cófessorum numerũ; necnon concessio recitãdi Officium, & Missam celebrandi de eo.

De his Fratribus vide indicata hic sup. ad Const. 2. Pauli V. pag. 2.

Edita Ann. Dom. 1630.

VRBANVS PAPA VIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

IN Sede Principis Apostolorum nullis licet Nostris suffragan. diuina prouidentia constituti, ad ea per quæ Seruorum Christi veneratio in terris promoueatur, & laudetur Dominus in Sanctis suis pastoralis muneris nostri partes propensis studijs impendimus, prout pia Christifidelium, & præsertim Catholicorum Regum, & Principum vota exposcunt, Nosque conspicimus in Domino salubriter expedire.

Ad petitionem hic enumeratorum.

§. 1. Sanè nomine dilectorum filiorum Maioris, & aliorum Confratrum Congregationis Ioannis Dei sub regula Sancti Augustini Nobis nuper expositum fuit, quod transmissis de mandato nostro ad Ven. Fratres nostros S. R. E. Cardinales sacris ritibus præpositos processibus Apostolica auctoritate fabricatis, & in sacro Rotæ Auditorio examinatis super sanctitate, virtutibus, & miraculis Serui Dei Ioannis de Deo, Fratrum vulgo (Fate ben fratelli) nuncupatorum Fundatoris, ijsque in Congregatione eorumdem Cardinalium per plures sessiones acerrimè discussis, citato etiam, & audito prius super ijsdem, vt moris est, dilecto filio Promotore fidei, cognito primum de validitate processuum, deinde de virtutibus heroicis, ac demũ de miraculis in vita, & post mortem ab omnipotenti Deo intercessione dicti sui serui patratis, referente dilecto filio nostro Petro Maria Sancti Georgij Diacono Cardinale ijdem Cardinales vnanimi consensu pronunciarunt, tutò posse quandocumque Nobis placuerit ad solemnem Canonizationem dicti Ioannis de Deo deueniri, & interim Beatum nuncupari, ac Missam, & Officium de eo vt infra recitari, & celebrari, Quare pro parte non solum Maioris, & Confratrum prædictorum, verum etiam charissimorum in Christo filiorum nostrorum Ferdinandi Romanorum Regis in Imperatorem electi, ac Philippi Hispaniarum Regis Catholici, & Carissimæ in Christo filiæ nostræ Isabellæ Hispaniarum Reginæ Catholicæ, aliorumq; Christianorum Principum Nobis fuit humiliter supplicatum, vt interim donec ad solemnem Canonizationem dicti Ioannis de Deo deueniatur, idem Seruus Dei Ioannes de Deo Beatus nuncupari, atque Officium, & Missa de eo vt infra celebrari possit.

Concedit vt d. Ioannes Dei Beatus nuncupari, & de eo Missa celebrari, ac Officium recitari possit vt his.

§. 2. Nos pijs Ferdinandi Regis in Imperatorem electi, ac Philippi Regis, & Isabellæ Reginæ, aliorumque Principum, necnon Maioris, & aliorum Confratrum prædictorum votis in præmissis quantum cum Domino possumus benignè annuere volentes huiusmodi supplicationibus inclinati; de eorumdem Cardinalium consilio, vt ipse Seruus Dei Ioannes de Deo in posterum Beatus nuncupari, ac de eodem ab omnibus dictæ Congregationis Regularibus vbique existentibus quotannis in die eius obitus Officium recitari, & Missa celebrari de communi Confessoris non Pontificis ritu duplici maiori per annum iuxta rubricas Breuiarij, & Missalis Romani, & quoad missam etiam per alios Regulares, & Seculares Sacerdotes ad eorum Ecclesias confluentes: In Ciuitate verò Granateñ nempè in Ecclesia vbi eius sacrum Corpus requiescit, & in Terra nuncupata Monte mor il nouo vbi natus est in omnibus Ecclesijs, tàm Regularium, quàm Secularium Officium, & Missa ritu duplici minore recitari, celebrari possit, & valeat; Ac pro præsenti anno dumtaxat Maior, & alij Confratres dictæ Congregationis solemnem Beatificationem cum Missis in die eis beneuisa hic Romæ in Ecclesia Sancti Ioannis Colabitæ, necnon alij Sacerdotes, tam Regulares, quàm Seculares ad dictam Ecclesiam eo die confluentes cum eadem Missa iuxta rubricas se conformare liberè valeant Apostolica auctoritate tenore præsentium facultatem concedimus, & impartimur.

Contraria tollit.

§. 3. Non obstan. constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Transumptis fidem mandat.

§. 4. Volumus autem quòd præsentium transumptis etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus vbique fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die 21. Septembris 1630. Pontific. Nostri Anno Octauo.

Dat. V. a. 8. die 21 Septembris.

CIX.

Concessio Plenariæ Indulgentiæ in Vrbe ad agendas gratias Deo pro præseruatione dictæ Vrbis, & aliarum Ciuitatum, ac Pro-

Prouinciarum Italiæ ad ita epidimæ, seu pestis vexatione, & ad diuinam opem implorandam pro earumdem conseruatione, & aliarum dictę vexationi obnoxiarum liberatione. Necnon extensio prædictarum omnium Indulgentiarum ad vniuersam Italiam, & Insulas ei adiacentes. Ac prorogatio earum ad alios tres Menses.

Varia ob varias causas fuerunt hactenus tàm ab isto Sanctissimo Pontifice, quàm ab alijs concessæ Indulgentiæ, quas omnes, ne hic repertam in suis locis reperies.

Edita Ann. Dom. 1630.

VRBANVS PAPA VIII.
Dilectis Filijs Clero, & Populo Romano, ac alijs Christifidelibus salutem, & Apostolicam benedictionem.

Causa istius concessionis.

PAter misericordiarū, & totius cōsolationis Deus votis nostris clemētet annuēs, Almam Vrbem nostram, & multas alias Italiæ Ciuitates, & Prouinciæ à dira epidimæ lue, alijsque belli, & famis calamitatibus, & periculis immunes hactenus conseruauit. Quamobrem cumulata in Nos cęlestium gratiarum dona omnino exigunt, vt maiores, quas possumus, Diuinæ Maiestati gratias concordibus, & efficacibus affectibus agamus, eamque humillime deprecemur, vt prædictam Almam Vrbem nostram, ac Ciuitates, & Prouincias prædictas, reliquasque totius Christiani Orbis partes præseruare, illas vero, quæ prædictis afflictionibus obnoxiæ existunt, liberare, ac præsentibus Ecclesiæ necessitatibus subuenire dignetur, vt si diuinæ placuerit bonitati, orationes exaudiantur, & fiat super nos misericordia Altissimi speciosa in tempore tribulationis; Hoc autem, vt fructuosius, & maiori cum spiritus ardore peragatur: ex veteri Ecclesiæ Romanæ omnium Matris, & Magistræ more eiusdem Ecclesiæ thesauros, quorum dispensatores à Domino constituti sumus, proferre, & erogare decreuimus.

Concessio Iubilei, de quo in Rubrica, & præscriptio formæ illud assequendi.

§. 1. Itaque de omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, ex illa ligandi atque soluendi potestate, quàm Nobis Dominus, meritis minimè suffragantibus contulit vniuersis, & singulis Christifidelibus, qui spatio trium mensium proximè decurrendorum in aliqua ex sextis ferijs cuiuslibet hebdomadæ ieiunauerint, ac confessi, & Sacra Communione saltem in die Dominica immediate sequente refecti fuerint, propriamque Parochialem, seu vnam ex infrascriptis, tribus Ecclesijs Vrbis, nempè Lateranensem, Principis Apostolorum, & in ea situm Altare Sancti Michaelis Archangeli nuncupatum, aut Sanctę Mariæ Maioris Basilicas, siue Ecclesiam Nationalem; quoad ipsius Ecclesiæ Nationales, eadem hebdomada respectiuè visitauerint, ibique vt supra, ac etiam pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, eleemosynasque sibi benevisas erogauerint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus.

Præscriptio alterius formæ pro volentibus sibi eligere Confessarium cum facultatibus vt hic.

§. 2. IIS, qui prætcrea intra dictos tres menses septem hebdomadarum sextis ferijs ieiunauerint, & aliquam Ecclesiarum, seu Basilicarum præfatarum ijsdem hebdomadis etiam deuotè visitauerint, licentiam insuper concedimus, & facultatem damus, vt possint sibi ad hunc effectū eligere quęcumq; Presbyterum confessarium, tàm sęcularem, quàm cuiusuis ordinis regularem, ex approbatis à Dilecto filio nostro in Alma Vrbe nostra prædicta Vicario in spiritualibus generali, qui eos ab omnibus excommunicationis, suspensionis, & alijs Ecclesiasticis sententijs, & censuris à iure, vel ab homine quauis causa latis, seù inflictis; necnon ab omnibus peccatis, excessibus, criminibus, & delictis quantumuis grauibus, & enormibus, etiam locorum Ordinarijs, siuè Nobis, & Sedi Apostolicæ etiam in literis die Cœnæ Domini legi solitis contentis, & aliàs per quascumque nostras, aut Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum constitutiones quarum tenores præsentibus haberi volumus pro expressis, quomodocumque reseruatis, in foro conscientiæ, & hac vice rantum, non tamen à crimine hæresis, absoluere, & liberare valeat, Et insuper vota quæcumque (Religionis, & Castitatis exceptis) in alia pia, & salutaria opera commutare, iniuncta tamen eis, & eorum cuilibet in supradictis omnibus casibus, pœnitentia salutari, alijsque eiusdem Confessarij arbitrio; iniungendis.

Præscriptio pro Regularibus, & alijs impeditis.

§. 3. Regularibus autem personis vtriusque sexus in Claustris perpetuò degentibus, necnon alijs quibuscumque tàm laicis, quam Ecclesiasticis sæcularibus, & regularibus in carcere existentibus, vel aliqua corporis infirmitate, seu alio quocumque impedimento detentis, qui supra expressa, vel eorum aliqua præstare nequiuerint, vt Confessarius, quem vt supra elegerint prædicta omnia, & singula, vel eorum aliqua, in alia pietatis

operà commutare poſſit, pariter concedimus, & indulgemus.

Duæ reſtrictiones prædictarum facultatum.

§. 4. Non intendimus autem per præſentes ſuper aliqua irregularitate publica, vel occulta, nota, defectu, incapacitate, ſeu inhabilitate quoquo modo contracta diſpenſare, vel aliquam facultatem tribuere diſpenſandi, ſeu habilitandi, & in priſtinum ſtatum reſtituendi, etiam in foro conſcientiæ. Neque etiam eaſdem præſentes ijs, qui à Nobis, & Apoſtolica Sede, vel ab aliquo Prælato, ſeu Iudice Eccleſiaſtico excommunicati, ſuſpenſi, & interdicti, ſeu aliàs in ſententias, & cenſuras incidiſſe declarati, vel publicè denunciati ſuerint, niſi infra tempus vt ſupra præfixum ſatisfecerint, aut cum partibus concordauerint, vllo modo ſuffragari poſſe, aut debere.

Contrariorum abrogatio.

§. 5. Non obſtantibus, conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, præſertim quibus facultas abſoluendi in certis tunc expreſſis caſibus ita Romano Pontifici pro tempore exiſtenti reſeruatur, vt nec etiam ſimiles, uel diſsimiles Indulgentiarum, & facultatum huiuſmodi conceſsiones, niſi de illis expreſſa mentio, aut ſpecialis derogatio fiat, cuiquam ſuffragari queant, ac quorumcumq; Ordinum, Congregationum, ſiue Inſtitutorum regularium etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis eiſdem Ordinibus, & Congregationibus, atque Inſtitutis quomodolibet conceſſis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiam ſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & indiuidua, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quæuis alia expreſsio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, illorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſsis, ac formam eorum traditam pro ſeruata habentes, hac vice ſpecialiter, nominatim, & expreſsè ad effectum præſentium derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcumque.

Dat. P. A. 7. die 9. Iulij.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, sub Annulo Piſcatoris Nona menſis Iulij 1630. Pontificatus Noſtri Anno vij.

Sequitur Extenſio prædictarum Indulgentiarum ad vniuerſam Italiam, Inſulaſque ei adiacentes.

Edita Ann. Dom. 1630.

VRBANVS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

NVper à Nobis emanarunt litteræ tenoris ſubſequentis &c.

Omittitur tenor ipſius Conſtitutionis, quia eſt præinſertus.

Petitiones pro hac extenſione.

§. 1 CVm autē ſicut multi Venerabiles Fratres Archiepiſcopi, & Epiſcopi, necnon dilecti filij nobiles viri Duces, Principes & alij magnates in Italia, & Inſulis illi adiacentibus Nobis nuper exponi fecerunt, ipſi, vt etiam fructuoſius, & maiori cum ſpiritus ardore diuinam opem in præſentibus Eccleſiæ neceſſitatibus implorent, præinſertas litteras noſtras ad vniuerſos Italiæ, & Inſularum prædictarum Chriſtifideles extendi ſummoperè deſiderent.

Extenſio de qua in Rubr.

§. 2. Nos pro ea, quæ eorumdem Chriſtifidelium animarum ſaluti iugiter inuigilamus, paterna caritate, vt illi tàm pretioſi Eccleſiæ Theſauri participes fiant, prouidere volentes, pijs Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Ducum, Principum, & aliorum Magnatum votis quantum Nobis ex alto conceditur, annuendum duximus: Igitur huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, præinſertas litteras noſtras cū omnibus, & ſingulis in eis contentis conceſſionibus, facultatibus, indultis, clauſulis, & decretis ad vniuerſos vtriuſque ſexus Chriſtifideles ſæculares, & regulares in Italia, & Inſulis prædictis exiſtentes, necnon Eccleſias per Ordinarios locorum, ſeu per alios de eorum mandato deſignandas, & Confeſſarios ab ijſdem Ordinarijs approbatos, ſeu approbandos ſpatio trium ſimiliter menſium à die publicationis præſentium in dictis locis faciendæ inchoando durante, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium extendimus, præfatiſque Chriſtifidelibus, necnon Eccleſijs, & Confeſſarijs, conceſſiones, facultates, & indulta cum clauſulis, & decretis huiuſmodi auctoritate, & tenore prædictis communicamus.

Contrariorum abrogatio.

§. 3. Non obſtan. quatenus opus ſit noſtra de non concedendis Indulgentijs ad inſtar, ac omnibus illis, quæ in dictis litteris conceſſa ſunt non obſtare, cæteriſq; contrarijs quibuſcumque.

Transumptorum fides.

§. 4. Volumus autem quòd præſentium tranſumptis etiam impreſſis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides vbique adhibeatur, quæ adhiberetur ipſis præſentibus ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. P. A. 7. die 17 Iulij.

Dat. Romæ, apud Sanctam Mariam Maiorem ſub Annulo Piſcatoris, die 17. Iulij 1630. Pontificatus Noſtri Anno Septimo.

Subſequitur Prorogatio earundem ad alios tres Menſes.

VR-

Edita Ann Dom. 1630.

VRBANVS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Pont. edidit Constit. praeinsertam.

§. 1. NVper à Nobis emanarunt literæ tenoris subsequentis, videlicet. Dilectis filijs Clero, & Populo Romano, &c.

Hæc Constitutio est præinserta, & ideo prætermittitur.

Et eam extendit vt in immediate antecedenti.

§. 2. Et subindè multorum Venerabiliũ Fratrum Archiepiscoporum, & Episcoporũ, necnon dilectorum filiorum nobilium virorum omnium ferè in Italia, & Insulis illi adiacentibus dominantium supplicationibus Nobis humiliter porrectis inclinati: præinsertas litteras nostras concessionis indulgentiarum, ac facultatis eligendi Confessarium cum omnibus, & singulis in eis contentis indultis, clausulis, & decretis ad vniuersos vtriusque sexus Christifideles sæculares, & regulares tunc temporis in Italia, & Insulis prædictis existentes, necnon Ecclesias per Ordinarios locorum, seu per alios de eorum mandato designandas, & Confessarios ab ijsdem Ordinarijs approbatos, seu approbandos spatio trium similiter mensium a die publicationis litterarum desuper expeditarum inchoando durante Apostolica auctoritate extendimus, præfatisque Christifidelibus, necnon Ecclesijs, & Confessarijs concessiones, facultates, & indulta cum clausulis, & decretis huiusmodi communicauimus, prout in vltimo dictis litteris in simili forma Breuis sub die 17. Iulij proximè præteriti expeditis, quarum tenores præsentibus pro expressis haberi volumus plenius continetur.

Modo eas prorogat ad alios tres menses.

§. 3. Cum autem per abundantiam diuinæ misericordiæ Alma Vrbs nostra, ac multæ aliæ Ciuitates, & Prouinciæ, non solum S.R.E. verùm etiam aliarum ditionum, & dominiorum temporalium in Italia, & Insulis prædictis existentium à periculis, & calamitatibus huiusmodi immunes hactenus conseruatæ fuerint, Nos vt Christifideles prædicti cælestium miserationum copiosiores fructus consequi valeant, vberius prouidere volentes; tàm præinsertas concessiones, quàm alias subinde expeditas litteras extensionis præfatas cum omnibus, & singulis in eis contentis concessionibus, facultatibus, indultis, indulgentijs, clausulis, & decretis ad infrascriptos tres mẽses proximos videlicet, Octobris, Nouembris, & Decembris, quibus durantibus si omnia, & singula in præinsertis litteris expressa dicti Christifideles adimpleuerint, illi omnes, & singulas indulgentias, & peccatorum remissiones cum omnibus facultatibus, gratijs, & indultis prædictis consequi valeant, auctoritate prædicta tenore præsentium extendimus, & prorogamus.

Contraria tollit.

§. 4. Non obstantibus omnibus illis, quæ in dictis litteris voluimus non obstare, cæterisque contrarijs quibuscumque. Vt autem præsentes litteræ facilius omnibus innotescant.

Transumptis credi mandat.

§. 5. Volumus vt earumdem præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus vbique fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. a. 8. die 25 Septembris.

Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die 25. Septembris 1630. Pontificatus Nostri Anno Octauo.

Subsequitur prorogatio ad alios tres Menses, cum decreto vt eosdem tribus Mẽsibus elapsis, quacumque extensiones, & ampliationes Indulgentia huiusmodi per S. D. N. ad certum tẽpus facta, etiã eo ipso expirent.

Edita Ann. Dom. 1631.

VRBANVS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Pont. edidit Constit. præinsertam.

§. 1. NVper à Nobis emanarunt literæ tenoris subsequentis videlicet. Dilectis filijs Clero, & Populo Romano, &c.

Ommittitur tenor constitutiones quia habes sup.

Indulgentiarum ad alios tres mẽses.

§. 2. Et subinde multorum venerabilium Fratrum Archiepiscoporum, & Episcoporum, necnon dilectorum filiorum nobilium virorũ Ducum, Principum, & aliorum Magnatum in Italia, & Insulis illi adiacentibus existentium supplicationibus Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, præinsertas litteras nostras concessionis indulgentiarum, ac facultatis eligendi Confessarium cum omnibus, & singulis in eis contentis indultis, clausulis, & decretis ad vniuersos vtriusque sexus Christifideles sęculares, & regulares tunc temporis in Italia, & Insulis prædictis existentes, necnon Ecclesias per Ordinarios locorum, seu per alios de eorum mandato designandas, & Confessarios ab ijsdem Ordinarijs approbatos, seu approbandos, spatio trium similiter mensium à die publicationis litterarum desuper expeditarum inchoandorum durante, Apostolica auctoritate extendimus, prædictisque Christifidelibus, necnon Ecclesijs, & Confessarijs concessiones, facul-

cultates, & indulta prædicta cum clausulis, & decretis huiusmodi communicauimus, & postmodum tàm præinsertas, quam alias subindè expeditas literas prædictas cum omnibus, & singulis in eis contentis concessionibus, facultatibus, indultis, indulgentijs, clausulis, & decretis ad infrascriptos tres Octobris, & Nouembris proximè præteritos, ac præsentem Decembris menses extendimus pariter, & prorogauimus, prout in alijs nostris sub die 17. Iulij, necnon sub die 25. Septembris proximè præteritorum desuper in simili forma Breuis expeditis litteris, quarum tenores etiam præsentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur.

Secunda extensio ad alios tres menses.

§. 3. Cum autem per abundantiam Diuinæ misericordię Alma Vrbs nostra, ac multę aliæ Ciuitates, & Prouinciæ non solùm S.R.E. verùm etiam aliarum ditionum, & dominiorum temporalium in Italia, & Insulis prædictis existentium à periculis, & calamitatibus huiusmodi immunes hactenus conseruatæ, & alię etiam liberatę fuerint; Nos vt Christifideles prædicti cælestium miserationum fructus vberius consequi mereantur per amplius prouidere volentes, tàm præinsertas, quàm alias subinde expeditas literas prædictas cum omnibus, & singulis in eis contentis concessionibus, facultatibus, indultis, Indulgentijs, clausulis, & decretis ad alios tres menses proximos, videlicet Ianuarij, Februarij, & Martij, quibus durantibus si omnia, & singula in præinsertis literis expressa dicti Christifideles adimpleuerint, illi, omnes, & singulas Indulgentias, & peccatorum remissiones prædictas cum omnibus facultatibus, gratijs, & indultis prædictis consequi valeant, auctoritate prædicta tenore præsentium iterum extendimus, & prorogamus.

Contrariorum derogatio.

§. 4. Quia verò ad supplicationem nonnullorum Episcoporum, ac Principum, & Rempublicarum concessiones, facultates, indulta, Indulgentias, & remissiones peccatorum in præinsertis literis contentas ad certas Ciuitates, Diœceses, Prouincias, & loca extra Italiam existentia ad certum tempus extendimus, & ampliauimus: volumus, & dicta auctoritate decernimus, vt tribus mensibus per præsentes prorogatis, vt præfertur elapsis, omnes, & quæcumque extensiones, & ampliationes grauiarum per Nos factæ huiusmodi pariter eo ipso expirent, nulliusq. sint roboris, vel momenti, nec cuiquam vlterius suffragentur.

Suspensio aliarum Indulgentiarum.

§. 5. Non obstantibus omnibus illis, quæ in dictis literis voluimus non obstare, cæterisq. contrarijs quibuscumque.

Transumptorum fides.

§. 6. Vt autem præsentes literæ facilius omnibus innotescant, volumus, vt earumdem præsentium transumptis etiam impressis manu alicuius Notarij publici subscritis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus vbiquè fides adhibeantur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitę, vel ostensę.

Dat. Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die xxxj. Decembris MDCXXXI. Pontific. Nostri Anno Octauo.

Viuit, & felix Christianam moderatur Rempublicam hic
SANCTISS. VRBANVS VIII.
cui vt Vniuersi Imperator perpetuam incolumitatem,
Nestoriosque elargiatur annos assidue
deprecabitur additissimus
eius seruus.
D. Angelus Maria Cherubinus Monachus Casinensis.

LECTORI BENEVOLO S.

NON omnia licuit videre, Beneuole Lector. In librorum namque impreſsione Argi oculos cicutire compertum eſt. Ne male dicito; mendis parcito; & æqui, boniq; conſulito; tibi corrigendi, emendandiq; faſsit: interim ſequentem S. D. N. VRBANI VIII. prætermiſſam Conſtitutionem ad ſuum locum reponito, hoc eſt, ad pag. 391. Cætera curis ſecundis ſupplentur. Vale.

LXXVI.

Confirmatio Decreti à Congregat. S. R. E. Cardd. Sacris Ritibus Præpoſitorum editi ſuper Præcedentia Confratrum Ordinis Ioannis Dei, ac Fratrum Ordinum Mendicantium. Et quarumcumque controuerſiarum ſuper præmiſsis pendentium extinctio.

Præcedentias inter Ordines Mendicantium, & Confraternitates Laicorum in Proceſsionibus, declarauit Greg. XIII. in Conſt. 84. Expoſit. ſup. tom. 2. pag. 469. Et de hac Religione vide plura quæ notaui ad Pauli V. Conſt. 2. Romanus hic ſup. pag. 3. & ad huius Sanctiſſ. D.N. Conſt. 18. Sacroſanctum, ſup. pag. 354.

Edita Ann. Dom. 1625.

VRBANVS PAPA VIII
Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

COmmiſsi nobis per abundantiam Diuinæ gratiæ Paſtoralis officij debitum poſtulat, vt Sacrarum Religionum, & Congregationum Eccleſia Dei ad illius laudem, & gloriam, pauperumq; ſolamen, atq; ſubſidium, pie ſanctèq; inſtitutarum, illarumq; perſonarum paternam Curam gerentes in his præcipuè mentis noſtræ aciem aſsiduè intendamus, per quæ illarum paci, & quieti, feliciq; ſtatui conſulitur, vt perſonæ ipſæ ſublatis cõtrouerſiarum materijs in pacis amœnitate vota ſua Domino reddant.

Inter iſtam Congregationem, & Ordines Mendicantiũ multæ ortæ fuerunt cõtrouerſiæ ſuper præcedentia, ad quas ſedandas Congr. Cardd. Sac. Rit. Præpoſitorũ Decreto cenſuit ſeruandam eſſe Conſt. Greg XIII. de qua ſup. tom 2 pa 469. à tempore tamen quo iſta Congregatio declarata eſt Religio.

§. 1. Cum itaq; dilectus filius Seraphinus Leuicellus Procurator Generalis Congregationis Confratrum Ioannis Dei, nobis nuper exponi fecit, Confratribus prædictis multis in locis à Fratribus Ordinum Mẽdicantium, nonnullæ controuerſię de & ſuper præcedentia mouerentur, ac proinde habito per ipſum eorumdem Confratrum nomine ad Venerabiles Fratres noſtros S. R. E. Cardinales Sacris Ritibus Præpoſitos recurſu, ijdem Cardinales, referente dilecto filio noſtro Tiberio Tituli Sanctæ Priſcæ Presbytero Cardinale Muto nuncupat., cenſuerint in eorumdem Confratrum fauorem literas in forma Breuis fel. rec. Gregorij Papæ XIII. prædeceſſoris noſtri, ſub die 15. Iulij 1583. ſuper Fratrum Mendicantium Ordinum huiuſmodi præcedentia editas ſeruari debere à tempore tamen quo dicti Confratres declarati fuerunt Religioſi, prout in decreto deſuper emanato plenius dicitur contineri.

Quod Decretum Congreg. Ca dd. Pont. approbat, cõfirmat ſuppletque defectus.

§. 2. Nos præmiſsis, quantum cum Domino poſſumus, obuiam ire, paciq; & quieti dictorum Confratrum, ſemotis controuerſiarum incommodis conſulere, ipſosq; Confratre ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas à quibuſuis excommunicationis ſuſpẽſ, & interdicti, alijsq; Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, ſupplicationibus dicti Seraphini Congregationis huiuſmodi nomine nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum prædictum Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium, perpetuò approbamus, & confirmamus, illiq; inuiolabilis Apoſtolicę firmitatis robur adijcimus, ac omnes, & ſingulos tàm iuris, quàm facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet interuenerint, ſupplemus.

Super dictis controuerſijs perpetuum ſilentium imponit.

§. 3. Nec non omnes, & quaſcunque controuerſiarum huiuſmodi cauſas, & moleſtias ſuper præmiſsis, & illarum occaſione hactenus quomodolibet motas, & pendentes cum omnibus ſuis annexis, & dependen ad Nos harum ſerie auocantes, illas penitùs extinguimus, ac tàm Confratribus, quàm Fratribus Mendicantibus prędictis, & quibuſuis

alijs

alijs intereſſe habentibus, ſeù prætendentibus perpetuum ſuper præmiſsis ſilentium imponimus.

Inhibet deſuper vltra ſe ingerendi, Decretumque irritans addit.

§. 4. Diſtrictiùs inhibentes quibuſuis Iudicibus, & perſonis quauis auctoritate fungentibus, ne Fratres Mendicantes huiuſmodi, ſeù alios pro eis ſuper præmiſsis vlteriùs audire, ſeù aliàs deſuper ſe ingerere quoquomodo audeant, ſeù præſumant, ac volentes, & eadem auctoritate decernentes, & declarantes; quòd Confratres prædicti præcedentiam iuxta dictarum literarũ ipſius Gregorij prædeceſſoris, decretiq; in eorum fauorem emanati huiuſmodi formam, & continentiam habeant, illaq; perpetuò fruantur, & gaudeãt, irritumq; & inane quidquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter attentatum forſan eſt, vel inpoſterum contigerit attentari.

Deputat executores iſtius Conſtitutionis.

§. 5. Quocirca Venerabilibus fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis, alijsq; locorum Ordinarijs, in quorum Dioeceſibus Congregationis huiuſmodi Hoſpitalia erecta repeciuntur per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel alium, ſeù alios præſentes literas, & in eis contenta quæcunque vbi & quando opus fuerit, ac quoties pro parte contra Fratrum prædictorum fuerint requiſiti ſolemniter publicantes, eiſq; in præmiſsis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant auctoritate noſtra Confratres prædictos præſentibus literis, illarumq; commodo, & effectu aduerſus quoſcunque perturbarores pacificè frui, & gaudere non permittentes illos deſuper à quoquam quauis auctoritate quomodolibet indebite moleſtari; contradictores quoslibet, & rebelles per cenſuras, & poenas Eccleſiaſticas, aliaq; opportuna iuris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis.

Contraria aufert.

§. 6. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, priuilegijs quoque indultis, & literis Apoſtolicis eiſdem Mendicantium Ordinibus, illorumq; Superioribus, & quibuſuis alijs ſub quibuſcunque tenoris, & formis, ac cũ quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsq; efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritañ, & alijs decretis in generè, vel in ſpecie, ac aliàs in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & ſingulis etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumq; totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeù quęuis alia expreſsio habenda eſſet, illorumque tenoribus præſentibus pro, & ſufficienter expreſſis habentes illis aliàs in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cęterisq; contrarijs quibuſcunque.

Tranſumptis obedientiam iubet.

§. 7. Volumus autem quod pręſentium tranſumptis etiam impreſſis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonę in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutę munitis eadem prorſus fides vbiq; adhibeatur, quę ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. P. A. 5. die 26 Nouembris.

Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, ſub Annulo Piſcatoris die 26. Nouẽbris 1627. Pontificatus Noſtri Anno Quinto.

LAVS DEO.

INDEX INITIORVM SINGVLARVM CONSTITVTIONVM,

Quæ in toto hoc Opere habentur, ordine Alphabetico dispositus.

Qq Fi-

INDEX.

Roma-

INDEX.

FINIS.



INDEX INITIORVM
SINGVLARVM CONSTITVTIONVM

In toto hoc opere exiſtentium iuxta earum ſeriem, & Pontificum ſucceſſiones.

Paulus V.

Gregorius XV.

Vrbanus VIII.

27 Cum

INDEX.

FINIS.

INDEX RVBRICARVM

Cuiuscumque Romanorum Pontificum Constitutionis, quæ in hoc opere habentur.

Paulus V. fol. 1.

Gregorius XV. fol. 49.

De-

Vrbanus VIII. fol. 177.

Le-

De

De

De

REPER-

REPERTORIVM

Rerum, Verborum, ac Sententiarum Omnium, quæ in toto hoc Opere continentur. Alphabeti Ordine contextum.

A

ABBAS.

Abbatissa.

Abortus.

Absentantes.

Absentium.

Absolutio.

Alum-

Vrb

Aula-

B

Baccalaureatus.

Bacchi.

Baculo.

Baldacchinus.

Bancorum.

Baro.

S. Basilius.

Beatificatio.

Belgiæ.

Bellarminus.

Bel-

Cappuc-

Cen-

Clausula.

Claues.

Clausura.

Claustris.

Clerici.

Collecta.

Collega.

Collegium.

Tt 2 qua-

Compromissum.

Communitates.

Conceptio.

Concessio.

Confrater.

Congregatio.

Con-

Constitutio.

Consuetudo, & Consultores.

Con-

Cordis, & Corpus.

Correctio.

Cubicularij.

Cura.

Curia.

Custodia.

Decla-

Decretum.

Defectum.

tua-

Doctorari, Doctrina.

Domicellus, Dominium.

Domus.

Donati.

Dormire.

Dormitorium.

Dos, Dotatio.

Dubitatio.

Duces.

Dupplicata.

E

Ecclesiastici.

Editio.

Egressus.

Ere-

Erectio.

Ere alieno.

Eremitæ.

Aetas.

Euangelium.

Exactio.

Examen, Examinatores.

Exclamatio.

Excommunicati.

Excom-

Ex-

Extensio.

Extinctio.

Extractio.

Extra tempora.

Extraordinarii.

F

Facultas.

/

Fratres Prædicatores Ordinis S. Dominici.

Fratres Ordinis Seruorum B Mariæ Virginis.

Fratribus, & Religiosis.

Fructus.

Functiones.

Fundatio.

Fur.

G

Gabella.

Generalis.

Gene-

m.ra

Iura-

L

Legatus.

Libri.

Licentia.

Litigium.

Litteræ Apostolicæ.

Loca.

Locatio.

Lotharingorum Societas.

Lumina.

M

Magister Cœremoniarum.

Maleficium.

Man-

Moniales.

Mora.

Motus proprius.

Mozzetta.

Munus.

Musicorum Confraternitas.

N

Natales.

Nomen.

Nonæ.

Notarij.

Nume-

O

Obedientia.

Obligatio.

Obseruantia.

Obsignatio.

Occupatus.

Officiales.

Officium.

Ordi-

Ordines Sacri.

Originalia.

P

Pacta.

Papa.

Parochialis Ecclesia.

B. Paschalis Bailon.

Patentes.

Patriarcha.

Paupertas, & Pauperes.

Pecunia.

Pre-

Præsentatio.

Principes.

Priuilegium.

et

Prouisio.

Publicatio.

Punitio, & Punire.

Q

Qualitas.

Quæstio.

Questuræ.

Quietatio.

R

Raptores.

S. Raymundus.

Recipientes Receptio, & Recipere.

Recognitores.

Rector.

Recursus.

Reductio.

Reformatio.

Regalia.

Registrare.

Regulares.

Regu-

Simo.

Suf-

Superiores,

Supplicaciones.

Superuiuentiæ.

Suspendere, & Suspensus.

T

Tabelliones.

Tabellæ.

Tempus.

S. Teresia.

Translatio.

Triennalis possessor.

Tunicæ.

Turbantes.

V

Vacantia.

Valetudinarius.

Valor.

Venefici.

Vestis.

Vicarius.

Vicecancellarius.

Vnio,

Vox, & vocis priuatio,

Votum.

Vsurpantes.

Vsus.

Iacobi

F I N I S.

Auctor beneuolo Lectori S.

EFfluxerunt (dum Index sub prælo erat) nonnullæ Pontificiæ Constitutiones, quas vti perutiles, ac necessarias in calce Operis imprimendas duxi. Illarum singulis duplicem adieci numerum in fronte; Primum digestarum in hac additione Constitutionum ordinem indicantem. Alterum vero calculum earundem, sub quo collocandæ fuerant in opere referentem. Cœterum curis secundis suis quasque locis repositas inuenies. Vale.

ADDITIO
Ad Constitutiones Sanctissimi D. N. Vrbani Octaui.

I. Aliàs CX.
Annullatio, & suppressio prætensæ Congregationis Iesuitissarum.

VRBANVS EPISC. SERVVS SERV. DEI
Ad perpetuam rei memoriam.

Edita A. D. 1630.

Proœmium.

PAstoralis Romani Pontificis, cui curæ vineæ Domini Sabaoth ineffabili superni Patrisfamilias prouidentia concredita esse dignoscitur sollicitudo; in id præcipuè incũbit, ne in agrum Dominicum Operarij sine delectu temerè se ingerant, sata dissipent, consita euellant, zazania inferant, & adulterinas in eo plantas superinducant.

Recenset prohibitiones veteres erectionis nouarum religionum.

§. 1. Licet autem Orthodoxis Lateranen. & Lugdunen. Conciliorum generalium ordinationibus districtè prohibitum esset, ne quis nouæ Religionis instituendæ auctoritatem sibi arrogare præsumeret, pariterque fel. rec. Ioannis XXII. virorum, & piæ mem. Clementis V. Romanorum Pontificum prædecessorũ nostrorum salutaribus Constitutionibus mulierum cetus auctoritate priuata, & de facto instituti tanquam exitiosi palmites damnati & sublati fuissent.

Narrat abusum exortum Iesuitissarum.

§. 2. Et nihilominus (prout non sine graui animi nostri molestia acceperamus) in nonnullis Italiæ, & Vltramontanis partibus, certæ mulieres, seu virgines Iesuitissarum nomine assumpto, citra vllam Sedis Apostolicæ approbationem ab aliquot annis in vnum conuenire solitæ, vitæ religiosæ ducendæ prætextu peculiarem, & distinctum a cæteris habitum vsurpassent, ædificia in Collegiorum formam redegissent, domos Probationum erexissent, in eisque Superiorem, ac prætensæ Congregationis suæ Generalem indito Præpositæ titulo, & attributis facultatibus beneuisis constituissent, in illiusque manibus Paupertatis, Castitatis, & Obedientiæ vota, ad instar solemnium emittere, clausuræque legibus non adstrictæ pro libitu diuagari, ac specie salutis animarum promouendæ, aliaque opera permulta sexus, & ingenij imbecillitati, & modestiæ muliebri, ac virginali præsertim pudori minimè conuenientia, & quæ viri sacrarum litterarum sciẽtia, rerum vsu, vitæque innocentia spectatissimi, difficilè admodum, & nonnisi magna circumspectione adhibita aggrediuntur, attentare & exercere consueuissent.

Prouisiones ad obuiandum dictis abusibus.

§. 3. Nos excrescentes in agro militantis Ecclesiæ vepres, maturè euellere satagentes, venerabili Fr. Aloysio Episc. Tricaricen. nostro & Apostolicæ Sedis in partibus inferioris Germaniæ Nuncio, & nonnullis locorum Ordinarijs dedimus in mandatis, quatenus propositis grauibus periculis, & scandalis exinde resultantibus mulieres seu virgines præfatas ex parte nostra Apostolica serio monitas a temerario incepto ad saniora consilia reuocare conarentur. Verum quia illæ Dei timore, ac nostro & Sedis Apostolicæ respectu post habito, in graue animarum suarum præiudicium, & bonorum omnium offensionem arroganti contumacia paternis & salutaribus monitionibus nostris nedum non paruerunt, sed etiam in dies similia attentare, ac multa sanæ doctrinæ aduersantia proferre non erubescunt.

Annullatio & suppressio dictarum Iesuitissarum.

§. 4. Nos tantam temeritatem acriori censura coercendam, & plantas istas Ecclesiæ Dei noxias ne vlterius se diffundant, radicitus euellendas & extirpandas esse decreuimus. Habitaque itaque cum venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus aduersus hæreticam prauitatem generalibus Inquisitoribus ab eadem Sede specialiter deputatis matura consultatione, de illorum vnanimi consilio, & assensu, Conciliorum præfatorum decretis, eorundemque Prædecessorum nostrorum vestigijs inhærentes prætensam Congregationem mulierum, seu virginum Iesuitissarum nuncupatarum, illarumque sectam, & statum ab ortus sui primordio nullos, & inualidos, nulliusque roboris vel momenti fuisse, & esse Apostolica auctoritate tenore præsentium decernimus, & declaramus. Et quia de facto processerunt, eadem auctoritate penitus

 & om-

& omnino supprimimus & extinguimus, perpetuæque abolitioni subijcimus, & ab Ecclesia Dei sacrosancta funditus tollimus, delemus, & abrogamus, ac pro suppressis extinctis, euulsis, deletis, & abolitis ab omnibus Christifidelibus haberi, & reputari volumus & mandamus, nec mulieres & virgines huiusmodi ad votorum præfatorum obseruationem vllo modo teneri aut obligari volumus. Insuper assertas Visitatrices, Rectrices, & Præpositam generalem, ac alias quascunque Congregationis, & sectæ huiusmodi officiales quocunque nomine appellatas officijs & muneribus suis de facto vsurpatis omnino priuatas esse, & fore decernimus pariter & declaramus, & quatenus opus sit priuamus, illasque ab eisdem officijs, & muneribus omnino amouemus easque omnes & singulas mulieres seu virgines, quæ voti seu cuiuscunque alterius vinculi, promissionis, vel cuiusuis causæ prætextu ad aliquam obedientiam se obligatas putarent, ab ea, & quocunque vinculo & promissione huiusmodi, etiam rata & iurata absoluimus, & totaliter liberamus.

Pœna contrauenientium, & prohibitio, ne iterum vouerent

§. 5. Adhæc mulieribus seu virginibus, & assertis earum Superioribus præfato, & quocunque alio nomine nuncupatis, in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub excommunicationis maioris pœna ipso facto incurrenda a qua nonnisi a Nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente, præterquam in mortis articulo constitutæ absolui possint, & præcipimus & mandamus, vt, extra huiusmodi Collegia, vel domus vbi hactenus habitarunt aliæ ab alijs seorsum degant, nec insimul ad aliquod spirituale, vel temporale consultandum, seu peragendum, aut de eo quouis modo tractandum conueniant, susceptum per eas de facto, vt præfertur habitum statim deponant, nec illum amplius reassumant, minusque alias virgines seu mulieres ad illum admittant, vel recipiant, nec vlli earum ad hæc consilium, auxilium, vel fauorem directè vel indirectè, aut aliàs quomodolibet præstent, vel pro religiosis, seu prætensæ Congregationis, aut sectæ huiusmodi sequacibus vllo modo se gerant, mulieres etiam ac virgines, quæ eo animo vota licet de facto, vt præfertur, emiserunt, vt in illo statu ab Apostolica Sede reprobato ea emissuræ non fuissent, vtpote conditione sub qua tacitè vouerunt non impleta a votorum huiusmodi obligatione omninò solutas & liberas esse declaramus. Quæ autem in quemcunque euentum vouere voluerunt, cum earum vota sint simplicia honeste viuere, seorsum tamen ab alijs huius reprobati status ac prætensæ Congregationis seu sectæ, & ab omnibus supra prohibitis abstinentes, in sæculo poterunt sub Ordinarij obedientia, & cum vsu non dominio bonorum; sed tantum cum facultate, quam illis misericorditer concedimus, de ijs in vita, & in morte ad vsus pios disponendi, ab intestato etiam ad eos, deuoluendis qui paupertatis voto ab his mulieribus non emisso, illis successuri fuissent. Et in euentum in quem aliquæ ex mulieribus, seu virginibus præfatis ad coniugalem statum transire voluerint, eis permittimus vt matrimonium seruatis alias seruandis contrahere possint, eisque Apostolicam benedictionem, & quatenus opus sit cum omnium votorum de facto, vt præfertur emissorum relaxatione impartimur. Quoniam vero secundum Apostolum qui matrimonio iungit virginem suam benefacit, & qui non iungit melius facit, easdem mulieres & virgines per viscera misericordiæ Christi, quo possumus paternæ charitatis affectu monemus, & in Domino hortamur attentè, vt desiderij quo se regularis vitæ ducendæ teneri ostenderunt memores, tollant iugum Domini super se, & abnegantes semetipsas & sæcularia desideria approbatum ab eadem sancta Sede aliquem sanctimonialium Ordinem quantocitius ingrediantur, inibique fideli & pia promissione vota voueant Deo Iacob, & innocentes manibus, & mundo corde in assiduo spiritualium operum exercitio superædificantes exhibeant se illustriorem gregis Christi portionem, lampadesque suas flamma charitatis succensas prudenter aptent sponso celesti obuiam ituræ.

Clausulæ præseruatiuæ cum decreto irritanti.

§. 6. Decernentes præsentes litteras omniaque & singula in eis contenta, etiam ex eo quod prætensæ Congregationis, vel sectæ mulieres, aut virgines huiusmodi, vel alij quicunque in præmissis, seu eorum aliquo interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes eis nullatenus consenserint, nec ad ea vocatæ & auditæ, seu vocati & auditi, minusque causæ propter quas eædem præsentes emanarint adductæ verificatæ, seu alias sufficienter, aut etiam nullatenus iustificatæ fuerint, nullo vnquam tempore de subreptionis, obreptionis, nullitatis, aut inualiditatis vitio, seu intentionis nostræ, aut alio quouis defectu, etiam quantumuis magno, inexcogitato, & substantiali, siue etiam ex eo quod in præmissis, seu eorum aliquo solemnitates, & quæuis alia seruanda & adimplenda, seruata & adimpleta non fuerint, aut ex quouis alio capite a iure, vel facto, aut statuto, vel consuetudine aliqua resultante, seu etiam enormis enormissimæ, & totalis læsionis, aut quocunque alio colore etiam in corpore iuris clauso, seu occa-

occasione, vel causa etiam quantumuis iusta, rationabili, & priuilegiata, etiam tali quæ ad effectum validitatis præmissorũ necessario exprimenda foret, aut quod de voluntate nostra huiusmodi, & alijs superius expressis seu relatis nihil vllibi appareret, seu aliter probari posset notari, impugnari, inualidari, retractari, in ius vel controuersiam reuocari, aut ad terminos iuris reduci, vel aduersus illas restitutionis in integrũ aperitionis oris, reductionis ad viã & terminos iuris, aut aliud quodcunque iuris, facti, gratiæ, vel iustitiæ remedium impetrari, seu quomodolibet concedi, aut impetrato, vel concesso quempiam vti, seu se iuuare in iudicio vel extra posse, neque ipsas præsentes sub quibusuis similium vel dissimilium gratiarum reuocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut alijs contrarijs dispositionibus pro tempore quomodolibet faciendi comprehendi, sed semper ab illis exceptas, perpetuoque validas, firmas, & efficaces existere & fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere, ac per omnes & singulos ad quos spectat, & quomodolibet spectabit in futurum inuiolabiliter obseruari, sicque & non aliter in præmissis omnibus & singulis per quoscunque Iudices Ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, & S.R.E. Cardinales etiam de latere Legatos, & Nuncios, ac alios quauis auctoritate & potestate fungentes in quauis causa & instantia sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate vbique iudicari & diffiniri debere, irritum quoque & inane si secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Mandat publicari seruari, & seruari fieri cum executorum deputatione, & facultatibus.

§. 7. Quocirca venerabilibus Fratribus, ac dilectis filijs nostris, & Apostolicæ Sedis Nũcijs, necnon Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & alijs locorum Ordinarijs vbilibet existentibus per Apostolica scripta mandamus, vt statim, atque præsentes nostræ litteræ ad eorum, & cuiuslibet eorum notitiã quoquomodo peruenerint, illas solẽniter publicent, & publicari faciant, ac in eis contenta quæcunque debitę executioni demandent, & demandari procurent per se, vel alium, seu alios, prout in Domino iudicauerint expedire, Contradictores quoslibet & rebelles, ac præmissis non parentes per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas aliaque opportuna iuris & facti remedia, omni & quacunque appellatione, recursu, & reclamatione remotis compescendo, inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij sæcularis. Non obstantibus quatenus opus sit recolendæ memoriæ Bonifacij Papæ VIII. etiam Prædecessoris nostri de vna, & in Concilio generali edita de duabus dietis; cæterisque in contrarium facientibus quibuscunque.

Affixioni præsentium in Vrbe dat vim personalis, omnium præsentationis.

§. 8. Vt autem præsentes, & in eis contenta quæcunque ad omnium notitiam deducantur, & ne aliquis de eis ignorantiam prætendere possit, volumus pariter, & mandamus quod eædem præsentes per aliquem, seu aliquos ex Cursoribus nostris ad Ecclesiæ Lateranen. & Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, necnon Cancellariæ Apostolicæ valuas, ac in acie campi Floræ affigantur & publicentur, & cum inde amouebuntur earum exempla in eisdem locis affixa dimittantur, quæ sic publicatæ, & affixæ, post duos menses a die publicationis computandos omnes, & singulos quos concernunt perinde afficiant & arctent, ac si vnicuique illorum personaliter intimatæ, & notificatæ fuissent.

Transumptis fides datur.

§. 9. Quodque illarum trãsumptis impressis sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, & manu alicuius Notarij publici subscriptis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Sanctio pœnalis.

§. 10. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ suppressionis, extinctionis, subiectionis, ablationis, deletionis, abrogationis, decretorum priuationis, amotionis, absolutionis, liberationis, præcepti declarationum, permissionis, impartitionis, monitionis, ortationis, voluntatum, & mandatorum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Dat. Pont. Ann. 8 die 13. Ian.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo sexcentesimo trigesimo, Id. Ianuar. Pontificatus nostri Anno octauo.

Publicatio die 21. Maij 1631.

In Dei nomine Amen, Anno a Natiuitate Domini nostri Iesu Christi millesimo sexcentesimo trigesimoprimo, die vero vigesimoprimo mensis Maij, Indictione decimaquarta, Põtificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri Domini Vrbani Diuina prouidentia Papæ Octaui, anno eius octauo, supradictæ Litteræ Apostolicæ publicatæ, & affixæ fuerunt, ac dimissis copijs ad Basilicas Ecclesiarum SS. Ioannis Lateranensis, necnon Principis Apostolorum Vrbis, & in Cancellaria Apostolica, ac in acie Campi Floræ, vt moris est per me Augustinum de

Bo lis Romanum Sanctissimi Domini Nostri Papæ Cursorem.

Matthias Spada Magister Cursorum.

II. Aliàs CXI.

Prorogatio Indulgentiæ Plenariæ in forma Iubilæi de qua sup. const. 109. pag. 442. ad alios duos menses, scilicet Aprilis, & Maij 1631. cum Indulto vt qui dictam Indulgentiam consecuti iam sunt illam denuo consequi valeant, Et decreto vt dictis duobus mensibus elapsis Indulgentiæ huiusmodi per S.D.N. concessæ ad certum tempus eo ipso expirent.

VRBANVS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Edita A. D. 1631.

Aliàs a Nobis emanarunt litteræ tenoris subsequentis, videlicet: Dilectis filijs Clero, & Populo Romano, &c.

Ommittitur residuum huius Constitutionis, quia habes supra pag. 443.

Recenset extensiones alias factas.

§. 1. Et subinde multorum Venerabilium Fratrum Archiepiscoporum, Episcoporum, necnon dilectorum filiorum nobilium virorum Ducum, Principum, & aliorum Magnatum in Italia, & Insulis illi adiacentibus existentium supplicationibus Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, præinsertas litteras Nostras concessionis Indulgentiarum, ac facultatis eligendi Confessarium cum omnibus, & singulis in eis contentis indultis, clausulis, & decretis, ad vniuersos vtriusque sexus Christifideles, sæculares, & regulares tunc temporis in Italia, & Insulis prædictis existentes, necnon Ecclesias per Ordinarios locorum, seu per alios de eorum mandato designandas, & Confessarios ab ijsdem Ordinarijs approbatos, seu approbandos, spatio trium similiter mensium a die publicationis literarum desuper expeditarum inchoandorum durante Apostolica auctoritate extendimus, prædictisque Christifidelibus, necnon Ecclesijs, & Confessarijs concessiones, facultates, & indulta prædicta cum clausulis, & decretis huiusmodi communicauimus, & postmodum tàm præinsertas, quàm alias subinde expeditas litteras prædictas, cum omnibus, & singulis in eis contentis, concessionibus, facultatibus, indultis, Indulgentijs, clausulis, & decretis ad Octobris, Nouembris, & Decembris, ac demum ad Ianuarij, & Februarij proximè præteritos, ac præsentem Martij menses extendimus pariter, & prorogauimus, prout in alijs Nostris sub die xvij. Iulij, necnon sub die xxv. Septembris, ac sub die xxxj. Decembris proximè præteritorum desuper in simili forma Breuis expeditis literis quarum omnium tenores etiam præsentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur.

Noua extensio de qua in rubrica.

§. 2. Cum autem per abundantiam Diuinæ misericordiæ Alma vrbs nostra, ac multæ aliæ Ciuitates, & Prouinciæ non solum S.R.E. verum etiam, aliarum ditionum, & dominiorum temporalium in Italia, & Insulis prædictis existentium, a periculis, & calamitatibus huiusmodi immunes hactenus conseruatæ, & aliæ etiam liberatæ fuerint; Nos vt Christifideles prædicti cœlestium miserationũ fructus vberiùs consequi mereantur, peramplius prouidere volentes; tam præinsertas, quàm alias subinde expeditas litteras prædictas eum omnibus, & singulis in eis contentis concessionibus, facultatibus, Indultis, Indulgentijs, clausulis, & decretis, ad alios duos menses proximos, videlicet, Aprilis, & Maij, quibus durantibus si omnia, & singula in præinsertis literis expressa dicti Christifideles adimpleuerint, illi, omnes, & singulas Indulgẽtias, & peccatorum remissiones prædictas, cum omnibus facultatibus, gratijs, & Indultis huiusmodi consequi valeant, auctoritate prædicta, tenore præsentium iterum extendimus, & prorogamus.

Facultas denuo consequendi pro iis, qui alias fuerunt consecuti.

§. 3. Necnon ijs, qui earundem præinsertarum literarum, illarumue extensionum, vt supra factarum vigore Indulgentias, & peccatorum remissiones prædictas consecuti iam sunt, si omnia, & singula in præinsertis literis huiusmodi contenta, & expressa duobus mensibus per præsentes prorogatis durãtibus denuo adimpleuerint, vt easdem omnes & singulas Indulgentias, & peccatorum remissiones cum omnibus facultatibus, gratijs, & indultis prædictis iterum consequi valeant auctoritate, & tenore prædictis concedimus.

Extinctio aliarum Indulgentiarum elapso termino.

§. 4. Quia verò ad supplicationem nonnullorum Episcoporum, ac Principum, & Rerumpublicarum concessiones, facultates, Indulta, Indulgentias, & remissiones peccatorum in præinsertis literis contentas, ad certas Ciuitates, Diœc. Prouincias, & loca extra Italiam existentia ad certum tempus extendimus, & ampliauimus; volumus, & dicta auctoritate decernimus, vt duobus mensibus per præsentes prorogatis, vt præfertur elapsis, omnes, & quæcunque extensiones, & ampliationes gratiarum per Nos factæ huiusmodi pariter eo ipso expirent, nulliusque sint roboris, vel momenti, nec cuiquam vlterius suffragentur.

Derogatio contrariorum, & fides transumptorum.

§. 5. Non obstantibus omnibus illis, quæ in dictis literis voluimus non obstare, cæterisque

risque contrarijs quibuscumque. Vt autem præsentes literæ facilius omnibus innotescāt, volumus vt earundem præsentium transumptis etiam impresis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus vbique fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. Pont. Ann. 8. die 22. Martij.

Dat. Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die xxij. Martij MDCXXXI. Pontificatus Nostri Anno Octauo.

Sequitur prorogatio ad alios tres menses, etiam vt pro felici statu Religionis Catholicæ in Germania Oretur.

VRBANVS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Edita A D. 1631.

ALiàs a Nobis emanarunt literæ tenoris subsequentis, videlicet: Dilectis filijs Clero, & Populo Romano.

Ommittitur tenor, quia habetur supra pag. 443.

Recenset extentiones alias factas.

§. 1. Et subinde multorū Venerabiliū Fratrum Archiepiscoporum, & Episcoporum necnon dilectorum filiorum nobilium virorum Ducum, Principum, & aliorum Magnatum in Italia, & Insulis illi adiacentibus existentium supplicationibus Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, præinsertas literas Nostras concessionis Indulgentiarum, ac facultatis eligendi Confessarium cum omnibus & singulis in eis contentis indultis, clausulis, & decretis, ad vniuersos vtriusque sexus Christifideles sæculares, & regulares tunc tēporis in Italia, & Insulis prædictis existentes necnon Ecclesias per Ordinarios locorum, seu per alios de eorum mandato designandas, & Confessarios ab ijsdem Ordinarijs approbatos, seu approbandos, spatio trium similiter mensium a die publicationis literarum desuper expeditarum inchoandorū durante Apostolica auctoritate extendimus, prædictisque Christifidelibus, necnon Ecclesijs, & Confessarijs concessiones, facultates, & indulta prædicta cum clausulis, & decretis huiusmodi cōmunicauimus, & postmodum tam præinsertas, quàm alias subinde expeditas literas, prædictas, cum omnibus, & singulis in eis contentis, concessionibus, facultatibus, Indultis, Indulgentijs, clausulis, & decretis pluries & nouissimè ad præsentem mensem Maij extendimus pariter, & prorogauimus, prout in diuersis Nostris desuper in simili forma Breuis expeditis literis, quarum omnium tenores etiam præsentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur.

Noui extensio ob felicē ... quādā ... plenaria, vt in sum.

§. 2. Cum autem per abundantiam Diuinæ misericordiæ Alma Vrbs nostra, ac multæ aliæ Ciuitates, & Prouinciæ non solùm S.R.E. verùm etiam, aliarum ditionum, & dominiorum temporalium in Italia, & Insulis prædictis existentium, a periculis, & calamitatibus huiusmodi immunes hactenus conseruatæ, & aliæ etiam liberatæ fuerint; Nos vt Christifideles prædicti cælestium miserationū fructus vberiùs consequi mereantur, peramplius prouidere volentes; tam præinsertas, quàm alias subinde expeditas literas prædictas cum omnibus, & singulis in eis contentis, concessionibus, facultatibus, Indultis, Indulgentijs clausulis, & decretis, ad tres menses proximos videlicet Iunij, Iulij, & Augusti, quibus durantibus, si omnia, & singula in præinsertis literis expressa dicti Christifideles adimpleuerint, ac etiam pro fœlici statu Religionis Catholicæ in Germania deuotè, vt præfertur orauerint, illi omnes, & singulas Indulgentias, & peccatorum remissiones prædictas, cū omnibus facultatibus, gratiis, & Indultis huiusmodi consequi valeant, auctoritate prædicta, tenore præsentium iterum extendimus, & prorogamus; Necnon iis, qui earundem præinsertarum literarum, illarumue extensionum, vt supra factarum vigore Indulgentias, & peccatorum remissiones prædictas consecuti iam sunt, si omnia, & singula in præinsertis literis huiusmodi contenta, & expressa tribus mensibus per præsentes prorogatis durantibus denuò adimpleuerint, ac etiam pro fœlici Statu Religionis Catholicæ in Germania deuotè, vt præfertur orauerint, vt easdem omnes, & singulas Indulgentias, & peccatorum remissiones cum omnibus facultatibus, gratiis, & Indultis prædictis iterum consequi valeant auctoritate, & tenore prædictis concedimus.

Derogatio contrariorum, & fides transumpt.

§. 3. Non obstantibus omnibus illis, quæ in dictis literis voluimus non obstare, cæterisque contrariis quibuscunque. Vt autem præsentes literæ facilius omnibus innotescant, volumus vt earumdem præsentium transumptis etiam impresis manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus vbique fides adhibeatur, quę ipsis præsentibus adhiberetur si forent exhibitę, vel ostensæ.

Dat. P. A. 8. die 29. Maij.

Dat. Romæ apud S. Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die xxix Maii MDCXXXI. Pontificatus Nostri Anno octauo.

CXII.

III. Aliàs CXII.

Declaratio facultatum transferendi, & reseruandi pensiones Beneficiorum per S.R.E. Cardinales Obtentorum.

VRBANVS EPISC. SERVVS SERV. DEI *Ad perpetuam rei memoriam.*

Romæ A. D. 1631.

CVM S.R.E. Cardinales, qui circa vniuersalis Ecclesiæ regimen Nobis,& Romanis Pontificibus pro tempore existentibus assistentes, & in partem sollicitudinis vocati, graues, & continuos labores, ac non mediocres impensas in obeundo munere suo sustinere coguntur, speciali prærogatiua, maximè ob eminentiam dignitatis a Sede Apostolica deceat honorari, plerumque vero contingat dubitari, an in facultatibus indultis, & priuilegijs transferendi pensiones, quæ a Sede Apostolica personis benemeritis quandoque concedi solent, intelligantur cōprehensi Cardinales beneficia pensionibus obnoxia obtinentes,

Prohemium.

§. 1. Nos omnem ambiguitatis nodum præcidere, & indemnitati eorundem Cardinalium consulere volentes, Motu proprio, & ex certa scientia,& matura deliberatione nostris, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine hac nostra perpetuò valitura constitutione decernimus,& declaramus, omnia, & singula indulta, priuilegia, & facultates transferendi, vel mediante cassatione antiquarum de nouo reseruandi quascunque pensiones super quibusuis beneficijs Ecclesiasticis,etiam speciali nota dignis, quibusuis personis etiam S. R. E. Cardinalibus antea assignatas, vel pro tempore assignandas per Nos; & quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, etiam iteratis vicibus, ac cum quibusuis clausulis, etiam derogatoriarū derogatorijs,ac irritantibus & alijs decretis hactenus concessa, & in futurum concedenda, non tamen executioni mediante translatione, seu cassatione, & noua reseruatione huiusmodi pro tota quantitate concessa demandata, pro ea quantitate pro qua translatio, seu noua reseruatio huiusmodi tempore datæ præsentium actu facta, necdum fuerit, nullo modo se extendere debere ad pensiones reseruatas, seu pro tempore reseruandas super beneficijs, quæ tempore concessionis, facultatum, & indultorum, ac priuilegiorum prædictorum obtinebātur, vel obtineri contigerit per Cardinales,aut alios, qui etsi tunc temporis tales non essent, postea ad Cardinalatus dignitatem assumantur, dūmodo tamen tempore translationis, seu cassationis & nouæ reseruationis pensionum huiusmodi adhuc per eosdem obtinerentur, nisi in eisdem facultatibus, indultis,& priuilegijs specialis, & expressa eorundem Cardinalium beneficia prædicta obtinentium, vel indiuidua de corpore ipsorum beneficiorum mentio facta fuerit, aut eorum qui tempore concessionis facultatum, indultorum, & priuilegiorum prædictorum beneficia obtinerent, expressus ad hoc accesserit assensus.

Declaratio indultorum circa relaxationem,& translationem pensionum beneficiorū per S.R.E. Cardinales Obtentorū.

§. 2. Et insuper statuimus, & ordinamus indulta, priuilegia, & facultates transferendi vel cassandi,& de nouo reseruandi pensiones, quæ alias vigore quorumcunque priuilegiorum translatæ, vel de nouo reseruatæ fuerint, etiamsi in dictis facultatibus, indultis, & priuilegijs inserta sit clausula, etiam alias translatas,non afficere beneficia, quæ prædicti Cardinales tempore iterandæ translationis, seu cassationis, & nouæ reseruationis huiusmodi pensionum obtinebant,licet tempore concessionis eorundem indultorum,priuilegiorum, & facultatum ab eis, vel alijs Cardinalatus honore minime fulgēn obtinerentur, ad effectum vt pensiones huiusmodi de cetero vlterius transferri, seu de nouo reseruari queant, nisi illud in facultatibus, indultis, & priuilegijs huiusmodi de prædictis Cardinalibus expresse disponatur, vel ipsi ad id præstiterint assensum, aut indiuidua,& specialis fiat mentio de corpore beneficij super quo impositas pensiones transferendi facultates,indulta, & priuilegia fuerint concessa.

Extēsio dictæ declarationis.

§. 3. Sicque & non aliter in præmissis per quoscunque Iudices Ordinarios, & Delegatos, ac etiam Cameræ Apostolicæ Clericos Præsidentes, necnon causarum Palatij Apostolici, & Curiæ eiusdem Cameræ generalem Auditores, ac S.R.E. Camerarium, & alios Cardinales etiam de latere Legatos iudicari,& definiri,& interpretari debere, sublata eis,& eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate,& auctoritate,ac irritū & inane quicquid secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari etiam decernimus.

Decretum irritās.

§. 4. Non obstantibus indultis,priuilegijs, & facultatibus, alijsque præmissis, necnon constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrarijs quibuscunque.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Volumus autem, quod præsentium exemplis etiam impressis manu Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Transumptorum fides.

§. 6. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc

Sanctio pœnalis.

hanc paginam nostræ declarationis, statuti, ordinationis decretorum, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationis omnipotentis Dei, ac. Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Dat. Romæ Pont. A 8. 31. Martij.

Dat. Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo sexcentesimo trigesimo primo Kal. Aprilis, Pontificatus Nostri Anno Octauo.

Publicatio die 21 aprilis.

Anno a Natiuitate Domini Nostri Iesu Christi millesimo sexcentesimo trigesimo primo, Indictione decimaquarta, die verò vndecima Mensis Aprilis, Pontificatus autem Sanctiss. in Christo Patris, & D.N.D. Diuina prouidentia Vrbani Papæ Octaui Anno eius Octauo, supradictæ litteræ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad Cancellariam Apostolicam, in acie Campi Floræ, ac alijs locis solitis, & consuetis Vrbis, per me Augustinum de Bolis Apostolicum Cursorem.

Matthias Spada Mag. Curs.

IV. Aliàs CXIII.

Contra Astrologos iudiciarios, qui de statu Reipublicæ Christianæ, vel Sedis Apostolicæ, seu vita Romani Pontificis, aut eius consanguineorum iudicia facere, necnon eos qui illos desuper consulere præsumpserint, cum innouatione similis constitutionis Sixti PP. V.

Hanc Sixti V. const. vide sup. tom. 2. constit..... pag.... vbi alias marcatas reperies.

VRBANVS EPISC. SERVVS SERV. DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Edita A.D. 1631.

Proœmium.

INscrutabilis Iudiciorum Dei altitudo non patitur vt humanus intellectus tenebroso corporis carcere constrictus, super astra se extollens, arcana in sinu Diuino recondita, & ipsis beatissimis Spiritibus ignota, nefaria curiositate, non solum explorare, sed etiam tamquam explorata in Dei contemptum, Reipublicæ perturbationem, & Principum periculum arroganti & pernicioso exemplo venditare præsumat.

Causa huius constitutionis.

§. 1. Hinc est, vt quæuis ciuilibus canonicisq; sanctionibus, ac nouissimè fel. rec. Sixti Papæ V. prædecessoris nostri Constitutione desuper edita Astrologorum, Mathematicorum, Vaticinatorum, & aliorum qui euentura diuinare, seu prædicere audent, quosque vti homicidas, & maleficos antiquitas æstimauit, illorum potissimum, qui de summa Reipublicæ, vel Principis salute iudicia ferre præsumerent, ars, professio, siue exercitium grauibus pœnis inhibita esse noscantur. Attamen sicut accepimus, nonnulli iniquitatis filij propriæ pusillitatis obliti, ac lenitate forsan, vel conniuentia audentiores facti vanamque fatidicorum æstimationem aucupantes, in deplorandam animarum suarum perditionem, graneque Christifidelium scandalum, etiam de Reipublicæ, & Principum incolumitate, illis sollicitudinem, hominibus verò inquietis rerum nouandarum occasionem ea ratione inferre satagentes, prognostica & prædictiones verbo, vel etiam scripto edere non erubescunt.

Innouatio const. Sixti V.

§. 2. Nos itaque perniciosis huiusmodi ausibus quãtum nobis ex alto conceditur obuiã ire, ac quos Dei respectus in officio non continet, pœnarum grauitate & seuerioris disciplinæ fræno coercere volentes Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris deque Apostolicæ potestatis plenitudine Constitutionem desuper per præfatum Sixtum prædecessorem desuper, vt præfertur, editam Apostolica auctoritate tenore præsentiũ perpetuo approbamus, confirmamus, & innouamus.

Contrauenientes & eos [illegible] eorum [illegible] pœna.

§. 3. Et insuper omnibus, & quibuscunque Laicis cuiuscunque sexus, conditionis, status, gradus, qualitatis, & dignitatis, etiam Marchionalis, vel Ducalis existentibus, qui de statu Reipublicæ Christianæ, vel Sedis Apostolicæ siue de vita aut morte Romani Pontificis pro tempore existentis eiusque vsque ad tertium gradum inclusiuè consanguineorum Mathematicos, Ariolos, Aruspices, Vaticinatoresue nuncupatos, vel alios Astrologiam iudiciariam exercentes, seu aliàs quomodolibet profitentes de cætero consuluerint, siue desuper eorum iudicia, prognostica, prædictiones, seu præcognitiones etiam sibi oblatas receperint, illisue quomodolibet vsi fuerint, vel illas penes se scienter retinuerint, aut alicui ostenderint, necnon ijsdem Mathematicis, Ariolis, Aruspicibus, Vaticinatoribus, siue alijs Astrologiam Iudiciariam, seu quamlibet artem diuinatoriam quomodolibet profitenti qui iudicia, Prognostica, seu præcognitiones, & prædictiones super præmissis, etiãsi id non certo se affirmare protestentur fecerint siue a se, vel ab alijs iam facta, seu factas imposterum penes se similiter retinuerint, vel alicui dederint, seu ostenderint, aut de eis quouis modo etiam improbando scripto vel verbis tractauerint, nedum excommunicationis maioris latæ sententiæ, sed etiam vti læsæ Maiestatis reis, vltimi supplicij, ac confiscationis omnium bonorum suorum etiam Romanæ

manæ Curiæ officiorum, ac deuolutionis quarumcunque Ciuitatum Castrorum, & locorũ Iurisdictionalium, & fœudalium.

Pœna Clericorũ quorumcũque, quantumuis qualificatorum.

§. 4. Clericis quoque, & presbyteris, alijsq; personis Ecclesiasticis, tã sæcularibus, quàm cuiusuis Ordinis, Congregationis, Societatis, seu Instituti, vel Militiarum quarumcunque, etiam Hospitalis Sancti Io: Hierosolymitani, aliisque quomodolibet exemptis, ac Nobis, & Apostolicæ Sedi immediate subiectis, Regularibus vtriusque sexus, vltra prædictas, etiam priuationis beneficiorum, & dignitatum, ac officiorum Ecclesiasticorum etiã Monasteriorum, Prioratuum, & Præceptoriarum, ac aliorum quorumcunque & inhabilitatis perpetuæ ad illa imposterum obtinenda, ita quod personæ Ecclesiasticæ prauia illarũ degradatione Curiæ sæculari tradantur puniendæ, in Episcopali vero, Archiepiscopali, Metropolitana, Primatiali, Patriarchali, aut quacunque alia etiam superiori Ecclesiastica, vel mundana quantumuis sublimi, excellẽte, & speciali nota digna, etiam suprema constitutis dignitate, eisdem excommunicationis, ac priuationis etiam regiminis, & administrationis Ecclesiarum, & aliorum quorumcunque beneficiorum, & dignitatum quantumuis amplissimarum, & Patriarchalium maiorum, ac officiorum suorũ, & inhabilitatis pœnas ipso facto incurrẽd. Apostolica auctoritate tenore præsentium infligimus, & imponimus,

Iudicum deputatio tam in Vrbe, quam extra.

§. 5. Cognitionẽ autem causarũ huiusmodi quoad personas Ecclesiasticas, tam sæculares, quàm regulares in Vrbe nostra, & illius districtu ad dilectos filios nostrum in ea Vicarium in spiritualibus generalem, necnon eiusdem Vrbis Gubernatorem, ac causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ Auditorem Generalem, & eorum quemlibet insolidum, extra vero Vrbem, & districtum prædictum in Prouinciis. Nobis & Apostolicæ Sedi immediatis ad S.R.E. Cardinales in eisdem Prouinciis de latere Legatos, & Prolegatos, ac Præsides in dignitate ecclesiastica constitutos pro tempore existentes, in aliis vero omnibus, & singulis Prouinciis, Regnis, Ciuitatibus, Oppidis, Castris, & locis tam sub nostra, & dictæ Sedis, quam cuiusuis alterius Principis ditione comprehensis, priuatiuè quoad omnes etiam Superiores Religiosorum, ipsisque Superioribus penitus exclusis, ad Ordinarios locorum, vbilibet verò locorum etiam ad hæreticæ prauitatis Inquisitores spectare volumus,

Demandatio cognitionis causarũ huiusmodi.

§. 6. Mandantes dilectis filijs nostris, & dictæ Sedis de latere Legatis, & eorum Vicelegatis, & Præsidibus prædictis nunc, & pro tempore existentibus, necnon Venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis singulis, videlicet, in suis Ciuitate, & Diocesi, & quoad loca intra fines alicuius Diocesis, non tamen de Diocesi existentia, ipsarum Diocesum, intra quarum fines eadẽ loca extiterint, quò vero ad ea, quæ extra fines alicuius Diocesis consistunt, vicinioribus eorundem locorum Ordinarijs, ac etiam Inquisitoribus prædictis, quatenus ad instantiam cuiusuis Fisci, vel denunciatoris, ac etiam ex eorum officio causarum huiusmodi cognitiones suscipientes, præuia etiam auocatione a quibusuis alijs supra non expressis, nec a Nobis specialiter delegatis in causis ipsis modo præmisso procedant omnibus iuris, & facti remediis opportunis, inuocato etiam auxilio brachii sæcularis.

Inhibitio, & pœnæ contra turbantes, vel non obedientes Iudicibus prædictis.

§. 7. Inhibentes insuper Decanis, & Capitulis Ecclesiarum Cathedralium Metropolitanarum, & Patriarchalium, necnon quorumuis Ordinum, & locorum Regularium, Societatum, & Institutorum, ac etiam Hospitalis prædictorum Superioribus Conuentibus, & Fratribus quantumuis exemptis, ne sub priuationis beneficiorum, & officiorum quorumcunque per eos respectiuè obtentorum, ac similiter inhabilitatis ad alia in futurum obtinenda, vocisque actiuæ, & passiuæ, necnon excommunicationis latæ sententiæ eo ipso incurrendis pœnis, Ordinarios locorum, necnon Legatos, seu Vicelegatos, aliosque prædictos in causis huiusmodi procedentes quoquomodo impedire, molestare, seu perturbare audeant, vel præsumant, ac etiam mandantes, vt quoties ad id fuerint requisiti Religiosos ipsus, etiam si alicuius loci regularis Superiores actu fuerint Ordinariis, Legatis, seu Vicelegatis, ac aliis prædictis, seu quibus iidem mandauerint, consignent cũ scripturis, & actis si quæ facta fuisse reperiantur,

Decretum irritãs.

§. 8. Sicque & non aliter in præmissis per quoscunque Iudices Ordinarios, Delegatos, & Commissarios, ac etiam Cameræ Apostolicæ Clericos, Præsidentes, necnon causarum Palatii Apostolici, & Curiæ eiusdem Cameræ generalem Auditores, ac S.R.E. Camerariũ, & alios Cardinales etiam de latere Legatos, necnon Vicecamerarium, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate vbique iudicari, & diffiniri debere, irritum quoque, & inane, si secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attemtari decernimus.

Contrariorũ derogatio.

§. 9. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon nostra in numero septuagesima, & aliis Cancellariæ

Apo-

Apostolicæ Regulis, ac Prouinciarum, Regnorum, Ciuitatum, Terrarum, Oppidorum Locorum, Ecclesiarum, Monasteriorum, Militiarum, Hospitalium, etiam S. Ioannis prædictorum, aliorumque Religiosorum, & piorum locorum, etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis eisdē Prouinciis, Regnis, Ciuitatibus, Terris, Oppidis, Locis, Ecclesijs, Monasterijs, Hospitalibus, & Militijs prædictis, & alijs pijs locis, ac illorū Vniuersitatibus, Capitulis, Superioribus, & personis in contrarium, forsan quomodolibet concessis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quauis alia expressio, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, eorum omnium tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur, præsentibus pro expressis habentes illis, aliàs in suo robore permansuris hac vice dumtaxat specialiter, & expresse harum serie derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque.

Publicationem in Vrbe omnes ar ctare vult.

§. 10. Volumus autem, quod præsentes litteræ in valuis Ecclesiæ Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, ac Cācellariæ Apostolicæ, necnon in acie Campi Floræ publicentur, & affigantur, quæ postquam sic affixæ, & publicatæ fuerint, quoscunque tam in Statu nostro temporali, quàm extra eum, vbique locorum perinde arctent, & afficiant, ac si vnicuique nominatim, & personaliter intimatæ fuissent.

Transumptorum fides.

§. 11. Quodque earum exemplis, etiam impressis, manu Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ, munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra, vbique adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Sanctio pœnalis.

§. 12. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, confirmationis, innouationis, inflictionis, impositionis, inhibitionis, decreti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Dat. P. A. S. die 1. Aprilis.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo trigesimoprimo, kal. Aprilis, Pontificatus nostri anno octauo.

Publicatio die 10. Aprilis.

In Dei nomine Amen. Anno a Natiuitate Domini Nostri Iesu Christi millesimo sexcentesimo trigesimoprimo, die verò decima mēsis Aprilis, Indictione decimaquarta, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri Domini Vrbani Diuina Prouidentia Papæ Octaui, anno eius octauo, supradictæ Litteræ Apostolicæ præsentatæ, & affixæ fuerunt, ac dimissis copijs ad Basilicas Ecclesiarum S. Ioannis Lateranensis, & Principis Apostolorum Vrbis, & in Cancellaria Apostolica, in acie Campi Floræ, ac alijs locis solitis consuetis Vrbis, per nos Augustinum de Bobis, & Ioannem Radicam, S. D. N. Papæ Cursores.

Matthias Spada Magister Cursorum.

V. Aliàs CXIV.

Reuocatio licentiarum quarumcunque legendi, & habendi libros prohibitos.

Similem const. habes supra Greg. XV. 40. pag. 158. vbi vide adnotata.

VRBANVS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Edita A. D. 1631.

Apostolatus officium Nobis, nullo licet meritorum suffragio, Diuina prouidētia commissum postulat, vt ad ea vigilantiæ nostræ partes propensiùs intēdamus, per quæ Religio Catholica, vbi diuina gratia illæsa viget, conseruetur, & vbi restitutione indiget, reparetur.

Prohibitio habendi, & legendi libros prohibitos, cum licentiarum reuocatione.

§. 1. Quapropter, cùm librorum prohibitorum lectio magno sinceræ fidei cultoribus detrimento esse noscatur, & sicut accepimus, nimis excessiua sit, huiusmodi libros legendi licentiarum copia: Nos, vt huic malo maturè occurramus, & inposterum quàm cautissimè licentiæ huiusmodi concedantur, quātum cum Domino possumus, prouidere volentes; Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, Omnes, & singulas licentias legendi, & habendi libros quoscumque ob hæresim, vel falsi dogmatis suspicionem, seu per constitutiones Apostolicas, etiam ratione Astrologiæ iudiciariæ, vel aliàs quomodolibet prohibitos, quibuscumque personis laicis, & ecclesiasticis, tam sæcularibus, quàm regularibus cuiuscunque Ordinis, Societatis, & Instituti existentibus, ac quacunque dignitate, etiam ecclesiastica fulgentibus, cuiuscumque status, gradus, conditionis, qualitatis, & præeminentiæ, etiam speciali nota, & mentione dignis, ac per litteras

Apostolicas ad tempus, seu ad vitam, & aliter quomodocunque, & ex quacunque causa, tam in forma Breuis, quàm aliter quomodocunque a prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, seu a quibuscunque aliis a Nobis, vel ab eis facultatem, & auctoritatem habentibus, non tamen a Nobismetipsis per literas Apostolicas etiam in forma Breuis, seu Chirographum manu nostra signatum, concessas, earum tenores præsentibus pro expressis, & insertis habentes, hac nostra perpetuò valitura constitutione, reuocamus, cassamus, & annullamus, ac pro reuocatis, cassis, & annullatis haberi, nullique suffragari,

Contrauenientibus pœnas imponit.

§. 2. Quinimmo libros per licentias huiusmodi permissos legentes, aut habentes, pœnas in sacris Canonibus, Constitutionibus Apostolicis, & Indicibus librorum prohibitorũ contentas incurrere volumus, & declaramus,

Hanc legem & ... publicatam ... obligare decernit.

§. 3. Decernẽtes, vt præsentes litteræ postquàm valuis Basilicarum Sancti Ioannis Lateranẽsi, ac Principis Apostolorum de Vrbe, & Cancellariæ Apostolicæ, necnon in acie Campi Floræ affixæ fuerint, infra duos, citra montes, vltra vero montes, infra quatuor mẽnses ex tunc proximos, omnes, & singulos ad quos spectat, arctent, & afficiant, perinde ac si vnicuique personaliter intimatæ fuissent; quodque dictis duobus, & respectiuè quatuor mensibus durantibus, ij, qui libros prohibitos huiusmodi habuerint, eos ad Episcopum, seu Inquisitorem, qui illos quamocitius comburere debeat, deferre; quique aliquos similes libros prohibitos habere sciuerint, eos denunciare teneantur, neque de cætero similes licentiæ nisi a Congregatione sancti Officij, dum singulis hebdomadis coram Nobis habetur, vel ab alijs per Nos etiã in eadem Congregatione specialiter deputandis concedantur,

Transumptorum fides.

§. 4. Ac quòd earundem præsentium trãsumptis etiam impressis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P anno 8 die 2. Aprilis.

Datum Romæ apud sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die ij. Aprilis MDCXXXI. Pontificatus nostri anno octauo.

Publicatio.

Die, & Anno supradicto publicatæ fuerunt supradictæ literæ per earum affixionem ad valuas Ecclesiæ Lateranẽ & Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & Cancellariæ Apostolicæ ac in acie Campi Floræ, aliisque locis solitis, & consuetis, vt moris est per me Andream Scalmanum S. D. N. Papæ Curs.

VI. Aliàs CXV.

Prorogatio Indulgentiæ Plenariæ in forma Iubilæi, de quo supra const. 109. pag. 442. ad alios tres menses scilicet, Septembris, Octobris, & Nouembris cum Indulto, vt qui dictam Indulgentiam consecuti iam sunt illam denuo consequi valeant, ac Decreto, vt eisdem tribus mensibus elapsis quæcunque extensiones, & ampliationes Indulgentiæ huiusmodi per S. D. N. ad certum tempus factæ, etiam eo ipso expirent.

VRBANVS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Edita A. D. 1631.

Aliàs a Nobis emanarunt litteræ tenoris subsequentis, videlicet: Dilectis filijs Clero, & Populo Romano, &c.

Ommittitur tenor, quia habes supra pag. 443.

Recenset extensiones alias factas.

§. 1. Et subinde multorum Venerabilium Fratrum Archiepiscoporum, Episcoporum, necnon dilectorum filiorum nobilium virorum Ducum, Principum, & aliorum Magnatum Italiæ, & Insulis illi adiacentibus existentium supplicationibus Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, præinsertas litteras Nostras concessionis Indulgentiarum, ac facultatis eligendi Confessarium cum omnibus, & singulis in eis contentis indultis, clausulis, & decretis, ad vniuersos vtriusque sexus Christifideles, sæculares, & regulares tunc temporis in Italia, & Insulis prædictis existentes, necnon Ecclesias per Ordinarios locorum, seu per alios de eorum mandato designandas, & Confessarios ab ijsdem Ordinarijs approbatos, seu approbandos, spatio trium similiter mensium a die publicationis litterarum desuper expeditarum inchoandorum durante Apostolica auctoritate extendimus, prædictisque Christifidelibus, necnon Ecclesijs, & Confessarijs concessiones, facultates, & indulta prædicta cum clausulis, & decretis huiusmodi communicamus, & postmodum tàm præinsertas, quàm alias subinde expeditas litteras prædictas, cum omnibus, & singulis in eis contentis, concessionibus, facultatibus, indultis, Indulgentijs, clausulis, & decretijs pluries & nouissimè ad Iunii, & Iulii proximè præteritos, & præsentem Augusti menses extendimus pariter, & prorogauimus, prout in diuersis Nostris desuper in simili forma Breuis expeditis litteris quarum omnium tenores etiam præsentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur,

Noua tres mensium facultas denuo consequendi ... Indulgentiam ... Rom.

§. 2. Cum autem per abundantiam Diuinæ misericordiæ Alma Vrbs nostra, ac mul-

tæ aliæ Ciuitates, & Prouinciæ non solum S.R.E. verum etiam, aliarum ditionum, & dominiorum temporalium in Italia, & Insulis prædictis existentium, a periculis, & calamitatibus huiusmodi immunes hactenus conseruatæ, & aliæ etiam liberatæ fuerint; Nos vt Christifideles prædicti cęlestium miserationũ fructus vberiùs consequi mereantur, peramplius prouidere volentes; tam præinsertas, quàm alias subinde expeditas litteras prædictas cum omnibus, & singulis in eis contentis concessionibus, facultatibus, Indultis, Indulgentijs, clausulis, & decretis, ad tres menses proximos, videlicet, Septembris Octobris, & Nouembris, quibus durantibus si omnia, & singula in præinsertis literis expressa dicti Christifideles adimpleuerint, ac etiam pro fælici statu Religionis Catholicæ in Germania deuotè, vt præfertur orauerint, illi omnes, & singulas Indulgẽtias, & peccatorum remissiones prædictas, cum omnibus facultatibus, gratijs, & Indultis huiusmodi consequi valeant, auctoritate prædicta, tenore præsentium iterum extendimus, & prorogamus. Necnon ijs, qui earundem præinsertarum literarum, illarumue extensionum, vt supra factarum vigore Indulgentias, & peccatorum remissiones prædictas consecuti iam sunt, si omnia, & singula in præinsertis literis huiusmodi contenta, & expressa tribus mensibus per præsentes prorogatis durantibus denuo adimpleuerint, ac etiam pro fælici Statu Religionis Catholicæ in Germania deuotè, vt præfertur orauerint, vt easdem omnes & singulas Indulgentias, & peccatorum remissiones cum omnibus facultatibus, gratijs, & indultis prædictis iterum consequi valeant auctoritate, & tenore prædictis concedimus. Quia verò ad supplicationem nonnullorum Episcoporum, ac Principum, & Rerumpublicarum concessiones, facultates, Indulta, Indulgentias, & remissiones peccatorum in præinsertis literis contentas, ad certas Ciuitates, Diœceses, Prouincias, & loca extra Italiam existentia ad certum tempus extendimus, & ampliauimus; volumus, & dicta auctoritate decernimus, vt tribus mensibus per præsentes prorogatis, vt præfertur elapsis, omnes, & quæcunque extensiones, & ampliationes gratiarum per Nos factæ huiusmodi pariter eo ipso expirent, nulliusque sint roboris, vel momenti, nec cuiquam vlterius suffragentur.

Derogatio côtrariorum, & sides transumptorum.

§. 3. Non obstantibus omnibus illis, quæ in dictis literis voluimus non obstare, cæterisque contrarijs quibuscunque. Vt autem præsentes literæ facilius omnibus innotescãt, volumus vt earundem præsentium transumptis etiã impressis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus vbique fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. A. 9. die 27. Augusti.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die xxvi. Augusti MDCXXXI. Pontificatus nostri Anno Nono.

REGESTVM.

✠ A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc,

Omnes ſunt Terniones, præter Pp, Bbb, & Ccc.

ROMÆ, Ex Typographia Reu. Cameræ Apoſtolicæ.
MDCXXXII.

SVPERIORVM PERMISSV.